1556
2-L-14
Universidad de Deusto
Biblioteca


FIELMA
nus in
Pfalmos

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIOTECA DE LOYOLA
Sala / Estante 2 Plúteo 2

2812

SECTIO PRIMA

ELVCIDATIONIS IN OMNES PSALMOS IVXTA VERITATEM VVLGATAE, ET ECCLESIAE VSITATAE LATINAE EDITIONIS,

Fratre Francisco Titelmano Hassellensi, fratrum minorum ordinis autore.



LVGDVNI,
APVD GVLIELMVM ROVILLIVM.
SVB SCVTO VENETO.
1556.

2-4-14.

COLLEGII SOCIETATIS IESV BIBLIOTHECA COLLEGII LOYOLAEI

G. Rouillius Lectori.

VT NVLLO ferè negotio commodéq; tecum deferre & apud te habere posses elucidationes Psalmorum, quas Franciscus Titelmanus sacrarum literarum optimè meritus, quondam composuerat: curauimus candidissime Lector enchiridij forma quàm nitidissimè simul ac emendatissimè illas tibi excudendas. Et quoniam, præter elucidationem ipsius Fraciſci Titelmani, accedit quoque vulgata (vt ille inquit) & vsitata Latina editio, vnà cum singulorum Psalmorum argumentis, longioribúsque annotationibus tum etiam canticorum, quę vsus ecclesiasticus ferialia vocat, elucidatio, multæq; annotationes ex Hebræo & Chaldæo, quibus quicquid occurrit difficultatis clarè elucidatur, quæque omnia simul magnam quidem fecissent voluminis molem, quod vt euitaremus secuimus annotationes illas in partes duas: quarum prima tan cetum septuagintaquatuor Psalmorum cum indice locupletissimo elucidationem: altera verò reliquorũ cum indice quoq; copioso & cætera continet, cunctáq; recẽtissimè correcta & maximè emendata, nunc edidimus: Tu interim id læto vultu accipies, nósque amabis, & Vale.

CLEMENTISSIMO ET CHRISTIANISSIMO IMPERATORI CAROLO, EIVS NOMINIS QVINTO, HISPANIARVM REGI, ET CAETERA,

Frater Franciscus Titelmanus Hasselensis, ordinis Fratrum minorum, gratiam & pacem, & contra hostes Ecclesiæ plenam de cælo victoriam.

INTER tam innumera seculi mala, Christianissime Cæsar, quibus refrigescente charitate et abundante malitia, mundus indies magis ac magis adimpletur: inter tantos tamq; diuturnos tumultus, quibus ab annis aliquot grauius indies & immedicabilius nequissimũ hoc nostrũ seculum nõ desinit perturbari, Christiano homini cordis sui pacem tenere cupiẽti nihil arbitror esse vtilius frequẽti lectione, & assidua meditatione verborũ Dei: quæ sola hominis animũ aduersus quoslibet tentationũ impulsus, cõtra quoslibet tẽpestatũ ac procellarum quãlibet graues incursus, possunt reddere securũ, & in veræ pacis soliditate stabilem cõseruare. Peculiariter verò diuini illi hymni, quos rex & Propheta Dauid, sãcti spiritus radio mirificè illustratus dictauit, ceci

nitq3 domino, ad eam rem videntur nescio quid latẽtis energiæ occultæq3 efficaciæ in sese continere. Præter enim quod legentium mentes, de omnibus Christiano homini necessarijs tam agendis quàm credendis, plenissimè instituunt, hoc etiã probantur habere, vt legentium corda quàm efficacissimè moueãt, hinc quidẽ ad odium mali, illinc ad virtutis amorem: hinc ad terrenarum rerũ & caducæ vitæ cõtemptum, illinc ad verorum & cælestium bonorũ sanctum desiderium: sicq3 ab infimis istis, in quibus velut sus in volutabro luti volutantur filij huius seculi, affectus psallentium rapiant, & velut impetu quodam trãsuehant in cælestia. Mouit hæc multiplex vtilitas, patrũ, quæ nostra præcesserunt secula, nõ paucos, tam Græcos quàm Latinos, vt in Psalmos ederent iustos cõmentarios: nõnulli in aliquot tantum selectiores, alij in vniuersos: quorum tantus est numerus, vt propter multitudinẽ vix liceat, propter fastidium non sit operæpretũ, eos nominatim recẽsere. Nihilominus & mihi visum fuit omniũ nouissimo, post præcedentium patrũ labores, in hoc ipsum opus ingredi, &
Ruth. 2 Ruth Moabitidis exẽplo, metentiũ in agro isto dominico gressus insequẽdo, spicas quæ forte metentiũ subterfugissent manus, aut etiã de industria ex patrisfamilias voluntate fuissent relictæ, colligere, vbicunq3 clemẽtis in me patrisfamilias cõperissem gratiam. Sic ego post maiorũ egregios labores nulla vnquã veneratione satis honorandos, quæ mihi clementis Dei in hoc fœcundissimo agro laboranti donauit benignitas, collegi, in manipulos singula coaptans, vt potui, quàm ordinatissimè: nõ tam curã habens adferẽdi plurima, quàm pauca clarè lucidéq3 sic explanãdi, vt nemo nõ vel tenuis ingenij, facilè Psalmorũ posset simplicẽ intelligentiam cõprehendere.

Tand

Tandem verò huius laboris finẽ ex Dei benigno fauore assequutus, dũ ipse mecũ reputo, huius operis nũcupatio post immortalem Deum (cui primã deberi non dubiũ est) inter mortales cui potissimũ debeatur, tuæ maiestatis celsitudo, Christianissime Imperator, dignissima mihi visa est, cuius patrocinio hi in Psalmos Dauidicos commentarij cõmittantur, cuiusq3 augustissimo nomini dedicentur & consecrentur. Cui enim iustius hanc suauem Dauidis citharã, per nos ex Dei gratia, modo quodam vel innouatã vel adornatã: citharã Dauidis (inquam) Regis, cui iustius nũcupabimus? quàm Carolo regi, & tanto Regi? Imperatori, & Imperatori tali, vt cum illo non immeritò, siue in regni gloria, siue in cordis pietate, possit comparari? Prophetam hũc regiũ, vel potius Prophetam regem cui poterimus iustiori dedicare titulo, q̃ Regi & Imperatori Christianissimo? Et (vt vno verbo dicã semel omnia) Dauidẽ cui poterimus dicare nisi Dauidi? Neq3 enim hoc nominis tibi præter veritatẽ asscribimus, qui Dauidis illius veteris, & pectus & mores, & vitam omnẽ ita nobis in teipso refers atq3 depingis, per gratiã Dei (qui te præuenit in benedictionibus dulcedinis, anteq̃ coronã tibi imponeret de lapide pretioso) vt non immeritò Ecclesia vniuersa Dauidis tibi nomen possit attribuere, sibi nihilominus tali Dauide imperãte debet gaudere. Si enim illius erga cultũ Dei piam deuotionẽ, erga persequutores mansuetudinẽ, cõtra hostes Dei, & veritatis inimicos ardẽtem zelum, in aduersis imperturbabilẽ patientiam, in prosperis trãquillam modestiã, prudentiã, & diligẽtiã in rebus agẽdis, mali cõsummatũ odiũ, perfectũ virtutis amorẽ, denicq3 quicquid in illo Dauide nobis describit sacra historia, ita tu nobis in temetipso exprimis, ita

propinqua imitatione assectaris, vt videaris ad rapiendum tibi Dauidis nomẽ, magis q̃ ad exprimẽdum in te Dauidis exẽplum, cõtendere. Non hæc per adulationẽ dicimus, sed quod toti orbi iam ipse tu prior manifestũ fecisti, ad gloriã Dei recitamus, cuius est ornatus omnis quem in te prædicamus, bonũ omne quod in te veneramur. Vel ipsi tui inimici sunt iudices, quibus expugnãdis, haud facilè dixero, an iste quẽ gestas Imperialis gladius potẽtior, an probitas illa virtutis inueniatur efficacior. Alij forsitan partẽ asserẽt priorem, respicientes in ea quæ videntur foris. Ego sanè, nec vt arbitror solus ego, in alterius partis assensum, nõ vna sum ratione propensior. Et quoniam Dauidis ita in temetipso virtutes nobis quasi in exemplari viuo demonstras, cõfido in domino, qui tibi hanc dedit et conseruat voluntatem, victorias quoque illas glorioſissimas, quibus Dauidis nomen diuulgatum fuit in omnes nationes, suo tempore in te manifestandas, aduersum gentes incredulas & barbaras nationes. Nam de fidei domesticis quis ignorat, quãtos iam triumphos, penè citra omne negotium, quasi pro te pugnante Deo, retuleris? Quis ignorat, ab annis plus minus duodecim, quãtas difficultates à fidei domesticis tibi suscitatas, ad impediẽdum quæ de te magnificando, magnus Deus decreuerat, tandẽ glorioſus victor superaueris? vt quæ de te ille cogitauerat opere adimplerentur, et ad nouissimũ vsq; verbulũ cõplerẽtur omnia: quemadmodum hodie magno totius populi Christiani gaudio factum cernimus, vt nõ immeritò post toties deuicta hostiũ castra, eaq; ferẽdo magis quàm furẽdo superata, in Deo propugnatore tuo sanctè iam possis cũ Dauide gloriari, ac dicere, Dominus illuminatio mea & salus mea, quẽ timebo? Dominus protector vitæ meæ, à

quo

quo trepidabo? Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Ac deinde, In petra exaltauit me, & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos. Et quemadmodum Dauidi, post domestica superata mala, id est, pòst transactam illam nimis diuturnam & grauissimam Saulis consentientiúmq; principum persequutionem, sua in regnum totius Israelitici populi inunctio, euidens fuit testimoniũ earum victoriarum quas pòst erat de alienigenis accepturus (id quod statim ab vnctione, ascendentibus Philisthæis sensibili miraculo fuit expertus) ita præteritorum malorum & impedimentorum euasio, quæ à fidei domesticis hactenus grauissima pertulisti, Dei potius voluntate quàm humanis viribus iam superata, certum tibi ac nobis omnibus qui sub tuo sceptro viuimus, & sub alis tuis protegimur, debet esse argumentũ multo maiorum & plurium victoriarum, quibus post susceptam sacri Imperij vnctionem, aduersus barbaras nationes & iuratissimos Christianæ fidei hostes, omnipotens Dei brachium in te olim speramus iri clarificatum. Loqui me ista citra omnem adulationem, nemo dubitabit, qui Dei nostri erga te miram prouidentiã, pio animo (vt est æquum) expenderit. Quis enim eas quæ tibi intra annos pauculos contigere victorias, tantas támq; inauditas, quas commemorare nominatim non est opus, humanis viribus possit citra pudorẽ mendacij ascribere? Arbitror nec ipsos quidem inimicos id velle, etiamsi possint, neque posse etiamsi velint conscientia reclamante, asserere. Cùm ergo Dei prouidentia hactenus erga domesticos tanta pro te ostẽderit,

Psal. 26

2. Reg. 5

vt te cueheret quò voluit, id est, vt ad Christiani augustissimi Imperij sacrum fastigium sublimaret: completo iam hoc suo proposito, an putamus illum quasi rebus omnibus peractis, quasi in tuto compositis negotiis, manum subducturum, iamq; aduersum exteros fidei hostes tibi defuturum, cui erga domesticos nunquam defuit? Nónne (vt Moyses sanctus ait) Dei perfecta sunt opera? Nunquid tanta præludia frustra præmisisse credamus illam prouidissimam sapientiam, quæ attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter? Iosue dixit Deus iam in ducem populi Israelitici assumpto, Non dimittam neque derelinquam te. Cõfortare, & esto robustus. Et iterum, Ecce præcipio tibi, confortare & esto robustus. Noli metuere & noli timere, quoniã tecum est Dominus Deus tuus in omnibus ad quæcunque perrexeris. Quod illi dicitur veteris Synagogæ ducatum suscipienti, id tibi multò magis Christiani populi Imperatori dictũ, ac suo tẽpore exhibendũ non dubitamus. Ascendant proinde, ascendant Philistæi, ascendãt incircuncisi isti idololatræ, effundantur quasi arena quæ est in littore maris, glorientur in fortitudine sua, & in multitudine exercitus habeant fiduciã, super equos & dromedarios ascendãt, camelos onerent diuitiis, mercede cõducant perfugas, emant precio proditores, instruant terra mariq; prælia. Tu interim os Domini interrogabis, atque in oratione tua cõsulens Dominum, audies loquentẽ in te pacẽ super te ac vniuersum populũ tuũ, pugnabitq; pro te Dominus Deus in quo habes fiduciã, & diuidet à te inimicos tuos, quomodo diuidũtur aquæ. Auxiliabitur tibi manus Domini, & brachio eius cõfortaberis, vt nihil valeant aduersum te proficere inimici, aut vel in minimo tibi nocere

Deut. 32

Sapien. 8
Iosue 1

cere iniquitatis filij. Illud quoque quod in libris Regũ, & Paralipomenon de Rege Dauide sacra refert historia, quòd mox ab inunctione sua secunda ascenderit cõtra Iebusæos habitatores terræ, qui tenebant Iebus, siue Hierusalem, eosq; viriliter expugnauerit, & abstulerit inde cæcos & claudos qui oderant animam eius, quàm pulchrè nobis tu, Christianissime Imperator, cœpisti imitari, qui statim à suscepta Imperiali vnctione, ad terram illam conculcationis & volutationis (quæ est interpretatio nominis Iebus) id est, vbi sancta omnia conculcantur, vbi cœlum terræ miscetur, vbi sursum atque deorsum volutantur omnia, vbi sacra prophanantur & prophana sancta reputantur: ad hanc (inquam) terram, & ad huius terræ inhabitatores Iebusæos, id est, conculcatores & volutatores istos, Italia relicta, descendisti, vt auferres inde cæcos & claudos habitatores terræ: qui intra Ecclesiam habitantes, dicunt se Christi esse & non sunt, dicunt se Euangelicos esse & non sunt, sed sunt synagoga satanæ & impietatis magistri: dicunt se videntes esse, & cæci sunt, veritatis lumen quod à Christo nobis per Apostolos & Ecclesiasticos patres illuxit abnegantes: dicunt se rectos habere gressus, & claudi sunt, deficientes à via recta, quam illos mater ipsorum docuit Ecclesia, impietatis & falsitatis itinera prælegentes, in quibus seducti seducunt errantes (vt sanctus Apostolus, ait) & in errorem mittentes. Quos licet nondum belli impetu abstuleris, malens benignitate (vt de Deo Paulus ait) inuitare peccatores ad pœnitentiam, & per longanimitatem expectare ad veniam, quàm in subita ira condemnatos morti tradere (Nam & hoc à Deo didicisti, vt nolis mortem peccatorum, sed magis conuerti eos

2. Reg. 5
1. Para. 11

Apoca. 2

2. Timo. 3

Roma. 2

Ezeche. 18 & 33

& viuere) illud tamen indubitatum tenemus, non introiturum te in tabernaculum domus tuæ, non ascensurum in lectum strati tui, non daturum oculis somnum, non requiem temporibus, non cum quiete rediturum in domum tuam, donec Iebusæos istos cæcos & claudos abstuleris, donec pestiferos istos seductores auferas de terra, & Christi Ecclesiam peste hac pessima miserè contaminatam gladio Imperiali, quem ad Euangelij veri gloriam & fundatissimæ nostræ fidei defensionem gestas, expurgaueris. Et quanuis Iebusæis istis spes ampla iam incipiat affulgere euasionis, quod ita mãsuerè secũ hactenus tuam serenissimam maiestatem viderint egisse, vnde & iactare in occulto se non veretur obstinatorum multorum impudens nimis & inconsiderata præsumptio, omnibus tamen tui animi candorem & fidei zelum agnoscentibus, spes & persuasio certissima est, longanimem istam dilationem prudentissimi cordis tui (quod in manu habet idem ipse qui finxit) Ecclesia Christi nõ ad detrimentum, sed ad commodum maximum aliquando profecturam: vt Iebusæis istis domesticis sublatis, tandem in exteros Philisthæos crucis Christi per te vexilla inferantur, & nominis eius gloria per sacratum brachium tuum
Psal.70 clarificetur in nationibus, assistente tibi & in omnibus
Psal.9 cooperante optimo maximóque Deo, qui est adiutor fortis, & in se sperantes non potest derelinquere. In eo feliciter vale, Imperator Christianissime, & humilis tui clientuli munus, quod de corde tibi deditissimo deuinctissimóq; offertur, sub tuo patrocinio benignus assume. Louanij

Anno 1531.

CHRISTIANO LECTORI

Frater Franciscus Titelmanus gratiam & pacem.

OMNIS scriptura diuinitus inspirata (vt magnus ille gentium Apostolus ait) vtilis est ad docendum, ad arguẽdum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Cuius rei causam alter ille Apostolus circuncisionis pulchrè exprimit, cum in scripturæ sanctæ commendationem de Propheti
2.Timo.3 co sermone ita scribit, Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu
2.Petr.1 sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines. Nimirum hic ille est spiritus, vnde habet omnis scriptura, vt ad docendum, arguẽdum, corripiendum, & erudiendum in iustitia vtilis inueniatur. Ipse enim est, de quo Christus Dominus
Ioan.14 iamiam relinquendis Apostolis dixit, Paracletus quẽ mittet vobis pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Et iterũ, Cum venerit ille spiri
Ioan.15 tus veritatis, docebit vos omnẽ veritatẽ. Et Paulus spiritũ dicit oĩa scrutari, etiã profunda Dei.
1.Cor.2 Et cũ ipsi nesciamus qd debeamus sicut oportet à
Roma.8 Deo postulare, ipsum dicit nostrã infirmitatẽ adiuuare

iuuare,ac pro nobis secũdum Deũ gemitibus inenarrabilibus postulare.Talis si est spiritus sanctus,quo autore sanctæ scripturę sunt descriptę, qs dubitet, maximã vim illis inesse docẽdi de omnibus quæcũq; homini proficiunt ad salutẽ?Ad arguendũ quoq;& cõtradictores veritatis reuincendũ,eundẽ esse prævalidũ, ac proinde & quæ ab ipso manarũt scripturas,vel vnicũ illud apertissimè probat Saluatoris nostri ad Apostolos te Matth.10 stimoniũ dicẽtis,Cũ autẽ tradẽt vos,nolite cogitare,quomodo aut qd loquamini, dabitur enim vobis in illa hora,quid loquamini.Nõ enim vos Lucæ 21 estis qui loquimini,sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.Et apud aliũ Euangelistã, Ego dabo vobis os & sapiẽtiã,cui nõ poterũt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. Nec minus ad corripiẽdũ potẽtia indicabit scriptura rũ eloquia,qui illud expenderit verbũ veritatis, Ioan.16 quo de eodẽ spiritu pronũtiauit dicens, Cũ venerit paracletus ille,arguet mũdũ de peccato,& de iustitia,& de iudicio.Eruditionẽ quoq; in iustitia,vt perfectus sit homo Dei in omne opus bonũ instructus,hoc est,in vita agẽda debitã institutionẽ,à sancto spiritu pẽdere,manifestè ostenPsal.142 dit,qui dixit,Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectam, siue dux mihi erit in via recta.Hæc itaq; cõmoda quatuor maxima , tametsi manifestũ sit ab autore primario spiritu sãcto omni scripturæ diuinæ inesse:fit tamẽ,nescio quomodo,vt in sacris illis hymnis quos egregius Psaltes Dauid,prius quidẽ humilis ouiũ pastor, deinde verò Israelitici populi magnificus princeps,spiritu Dei

Dei mirificè illustratus domino decãtauit, eadẽ illa peculiarius videãtur elucere. Omnia nãque ista,nẽpe docere, arguere , corripere, erudire in iustitia,ita efficaciter,ita validè , ita potẽter præstãt hi Dauidici Psalmi,vt vix aliam sit inuenire scripturã in huiusmodi rebus parẽ,quæ simul sic & intellectũ illuminet & formet affectũ.Nam & ipsa sancta Euãgelia tametsi simplicius,lucidius, ac plenius omnia tradãt quæ ad piorũ hominum mẽtes illuminãdas & vitã instituẽdã conducunt (vnde nec dubiũ esse debet, hæc lõgo interuallo autoritate dignitatéq; Psalmos antecellere)attamen nõ illã habẽt loquẽdi formã Psalmis peculiarem:qua fit,vt veluti impetu quodam legentium animos secũ abripiant verius quàm abducant,ita vt quem in vitiis inuenerint,ad virtutis propositũ auellant:quẽ in torpore compererint, ad alacritatẽ mentis restituant: quem sub tentationũ pondere iacentem,aut mentis angustia cõstrictũ,ad spiritus libertatem eleuent & ad cordis educãt latitudinẽ:quẽ verò terrenis curis deditũ,ab onere vano expediant,sicq; alleuiatũ ad superna abducãt: quem à bonis meditationibus affectiõibúsq; vacuũ,sublato vacuitatis fastidio, suauissimis meditationib⁹ affectionibúsq; adimpleãt.Quę enim scriptura alia sic ante oculos ponit sub terribiliũ rerũ similitudine diuini iudicij terrorẽ,& illius semper memorãdi nouissimi examinis districtionẽ,vt hi nostri Dauidici Psalmi,in qbus (vt ex locis mille vnũ proferamus)talis aduersũ impios profertur sentẽtia, Qui habitat in cælis irridebit eos,& Dominus subsannaPsalm.2 bit

Psal.7 bit eos. Tunc loq̃tur ad eos in ira sua: & in furore
suo cõturbabit eos. Ac rursum, Nisi cõuersi fueri
tis, gladiũ suũ vibrauit, arcũ suũ tetendit, & pa-
rauit illum. Et parauit in eo vasa mortis, sagittas
Psalm. 20 suas ardẽtibus effecit. Et iterũ, Inueniatur manus
tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inueniat
omnes qui te oderũt. Pones eos vt clibanũ ignis
in tẽpore vultus tui: dominus in ira sua cõturba-
bit eos, & deuorabit eos ignis. Econtrariò verò,
cœlestiũ bonorũ suauissimã dulcedinẽ, & sum-
mè amabilẽ voluptatẽ, quæ scriptura sic apertè,
sic velut sensibiliter ponit ob oculos, vt noster
Psalm.30 hic liber Psalmorũ? Quàm magna (inquit) multi
tudo dulcedinis tuæ Domine, quã abscõdisti ti-
mẽtibus te. Perfecisti eis qui sperãt in te, in cõspe
Psalm.35 ctu filiorũ hominũ. Et alibi, Inebriabũtur ab v-
bertate domus tuæ, torrẽte voluptatis tuæ pota-
bis eos. Quoniam apud te fons vitæ, & in lumine
Psalm.16 tuo videbimus lumẽ. Et iterũ, Satiabor, cũ appa-
Psalm.83 ruerit gloria tua. Ac rursum, Quã dilecta taber-
nacula tua, Domine virtutũ, cõcupiscit & deficit
anima mea in atria domini. Cor meũ & caro mea
exultauerũt in Deũ viuum. Ac deinde, Melior est
dies vna in atriis tuis super milia. Elegi abiectus
esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in ta
bernaculis peccatorũ. Rursũ q̃ scriptura sic blan
dè & suauiter ignorãtes erudit, & ad bene beatẽ-
que viuẽdũ velut precãdo inuitat? Pro exẽplo cõ
Psalm.33 sidera quod habes Psalmo 33. Venite filij, audite
me, timorẽ domini docebo vos. Quis est homo
qui vult vitã, diligit dies videre bonos? Prohibe
linguã tuã à malo, & labia tua ne loquantur do-
lum.

lũ. Diuerte à malo, & fac bonũ, inquire pacem, &
persequere eã. Quæ itẽ scriptura peccatores hy-
pocritas sic terribiliter cũ sermonis efficacia cor
ripit? Vide Psalmum 49. Peccatori (inquit) dixit
Deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assu-
mis testamentũ meum per os tuũ? Tu verò odisti
disciplinã, & proiecisti sermones meos retror-
sum. Si videbas furem currebas cum eo &c. Ac
deinde, Existimasti iniquè, quòd ero similis tui:
arguã te, & statuam contra faciẽ tuam. Intelligite
hæc qui obliuiscimini Deũ, nequando rapiat, &
non sit qui eripiat. Quæ scriptura sic vbiq; perse
quitur & damnat auaritiã, velut ad oculũ depin-
gens eius vanitatẽ, & superuacaneę solicitudinis
insaniã? Vbi sic impiorum prosperitas tempora-
lis confunditur? Vbi sic consolantur iustorum in
hoc seculo desolatorũ animi? Vbi sic pauperum
prædicatur beata portio, quam in futuro expe-
ctãt seculo? Vbi spes in hominibus cõdẽnatur va
lidius? Vbi in domino Deo fiducia, vel efficacius
vel frequẽtius commẽdatur? In summa, talis est
ista quã prædicauimus cithara, vt quisquis illi au
rẽ accõmodauerit (aurẽ dico spiritualem. Tota
enim spiritualis est hęc cithara, imò merus est spi
ritus, ac proinde spiritualibus vult auribus audi
ri) impossibile sit absq; fructu vacuũ illũ abscẽ-
dere. Si in peccatis vitã agis, aurẽ accõmoda no-
strę huic citharę, & emollietur tibi cor tuũ ad pœ
nitentiam, oculi tui exitus ac riuulos aquarum
deducẽt, cõturbabũtur ossa humiliata, & iam re-
serata clamabũt labia, Miserere mei Deꝰ secũdũ Psalm. 50
magnã misericordiam tuã. Et secundum multi-
tudin

tudinem miserationum tuarũ, dele iniquitatem meã. Docebit te hęc cithara, quomodo ad Deũ clames in pœnitẽtia cordis tui, quomodo remissionẽ valeas impetrare admissorũ criminũ, quomodo teipsum accusare, quomodo Deum precibus flectere, deniq; vt vitam deinceps meliorẽ agere, vtq; à recidiuo vitiorum deinceps cauere debeas pleniss imè et efficacissimè te instituet. Si forte tuum animum adhuc oblectãt voluptates istæ temporariæ, mox vbi citharã hanc nostram audieris, voluptatum supernarum & nunquam intermoriturarum dulcedinem suauiter personãtem, illarum autem temporaliũ delitiarũ finem breuem, & tristem nimis exitum, terrifico sonitu buccinantẽ, aut veriùs lamentabili querimonia deplorantẽ, fieri non poterit, quin omnia hæc tẽporaria tibi vt stercora reputentur: fieri nõ poterit, vt cor tuum terrenis adhuc inhæreat: fieri nõ poterit, vt nõ toto desiderio anheles ad cœlestia. Si tribulationũ aut tristitię põdere premeris, aut rẽ accõmoda nostrę citharæ, emoriar, si nõ quãtocyus tibi releuabitur animus, si nõ iuxta multitudinẽ dolorũ in corde tuo, cõsolationes diuinæ lætificẽt animã tuã. Ex aduerso, si in rebus tranquillis periculosam intra te percipis securitatẽ, aut etiã vanã elationẽ suboriri sentis, adhibe aures Psalmorũ melodię: videbis timore Dei cõfigi carnes tuas, salutari timore intra te cor tuũ cõtinebitur, vt nõ in fastũ eleuetur. Quòd si de fidei mysteriis quæstio fiat, quæso te p Deũ immortalẽ, quid habẽt sacra Euãgelia, sub planę narratione historiæ, qd sub simplici cõtextu Apostolorũ lit

literæ, quod non idem diuini isti hymni, sub verbis interdum obscurioribus, interdum clarioribus, plenè contineant? Vide (exempli gratia) Psalmum ordine xxx i. cuius initium, Deus Deus meus, respice in me &c. Obsecro, qui fieri potuisset, vt plenius apertiúsque narraret Propheta Dominicæ passionis historiam, etiam si ante oculos coram positus iam præteritam eam vidisset? Vt quod de Esaia ait sacer Hieronymus, non minus iustè de regio hoc nostro Propheta dicendum videatur, ipsum nõ tam Prophetiam quàm Euangelium scripsisse. Vanus fuero, si in hac re demonstranda pluribus agere tentauero, cùm totus Psalmorũ liber Euãgelicis mysteriis, Euãgelicísq; doctrinis sit plenus: vt nõ immerito à maioribus nostris hic Psalmorum liber, totius scripturę sacrę summarium meruerit appellari. Neq; ego pro nihilo computandum aut paruifaciendum puto, quod apud Lucam discipulis loquẽs Dominus, specialiter Psalmorum meminit, dicẽs, Luc. 24. Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosi, & Prophetis, & Psalmis de me. Nisi enim singularem aliquam huius scripturæ voluisset indicare præcellentiam, satis erat dixisse, in lege & Prophetis. Nemo enim Dauidem negat, aut dubitat Prophetam appellandum. Dũ ergo non contentus generali Prophetiæ appellatione, speciatim meminit psalmorũ, proculdubio peculiare quiddam magnæ excellentiæ voluit significare. Neq; dubito, quin hac potissimum cõsideratione orthodoxorum patrũ sagax prudẽtia, prudẽnsq; pietas, Psalmos præ omnibus diuinæ scripturæ tam veteris quàm noui testamenti eloquiis, maximè in Ecclesiis frequentari, ac per dies singulos statutis horis sanxerit decantari: vniuersis insuper quos cleri comprehendit titulus, diuinis ministeriis per Episcopalem ordinationem peculiarius addictis, quoti-

ẽ

diana in illis legendis meditandisq;, sub obedientiæ sanctæ mandato, iniunxerit occupationẽ: quam dum his velut iugũ quoddam salutare sub obediendi necessitate in humeros imponũt, cæteris nihilominus Christifidelibus omnibus vehemẽter eandem cõmendant, ijs etiam quos nulla præcepti lege constringunt. Hanc ob causam, patrum piorũ non pauci, Græci pariter atq; Latini, in Psalmorũ explanatione plurimũ sudarunt, ne sermonum obscuritate & frequẽtibus difficultatibus nusquã penè nõ se offerentibus, piorũ animi tanta vtilitate fraudarentur. Quorũ pium studiũ adeò non damnamus, adeò nihil insequimur, vt omni potius honore, ob sanctos in re tã sancta insumptos labores, dignissimos iudicemus: de iisque nobis longa meditatione, frequentiq; & deuota oratione parta reliquerũt, quãtas valemus beneuolo corde gratias agentes, quẽadmodum cõmunem dominũ iam olim speramus gratiam illis retulisse. Nos tamen post horum omniũ præuios labores in Elucidandis Psalmis nouã tentare voluimus rationem, simpliciorũ piis affectibus magis quàm eruditorũ sublimibus ingeniis cõsulentes, non quòd maiorũ labores aut vanos aut insufficientes reputaremus, sed vt simplicioribus Christifidelibus eruditissimorũ Patrum prolixos tractatus vel sensa sublimia nõ satis capere valẽtibus, nostro labore vel simplicem qualemcunq; Psalmorũ intelligentiam administraremus. In hoc autẽ opere talem instituimus procedendi rationem.

Arg.m

Psalmis singulis suũ præmittitur argumentũ, quo quicquid tractat Psalmus, figuraliter describitur. Dehinc elucidatoria subsequitur Paraphrasis, vulgatã nostram editionẽ (quam Gallicanã appellant) nõ phaleratis aut sequipedalibus verbis, sed prorsus cõmunibus, ita clarè lucidéq; explanans, vt vel puerulus attentus possit quæ dicũtur

Elucidatoria Paraphrasis

tur intelligere. Cęterũ, quid in textu cui parti in Elucidatione respõdeat, nota numeri versibus singulis præposita designat. Versuũ particulas asteriscis huiusmodi * signauimus. Vbi verò asteriscũ in paraphrasi inueneris, scito duplicẽ tibi sensum eiusdem partis indicari. Post Elucidatoriam parahrasim, habes annotationes, quæ prolixioris cõmentarij loco tibi erũt, si plura libuerit requirere quàm in Elucidatione legeris. Habes denique in fine operis annotationes secũdas, quibus Hebraicæ varietates, id est, ea in quibus lectio Hebraica differt à vulgata, vel ex Hebræo versiones diuersæ ab inuicẽ, continentur, quas ob hoc in partẽ vnã separauimus, vt non simplicioribus ingeniis (quibus ista forsan curę nõ erunt) multitudo versionũ & interpretationũ diuersitas pareret confusionẽ. Habes itaq;, lector, in hoc nostro opere vel multa, vel pauca, vel simplicia, vel grandia, iuxta varium palati tui affectũ, & ingenij (cuius tu ipse optimus potes esse iudex) captum. Si intelligentiã psalmi cuiuslibet desideras, nec vltra quicquam requiris, lege argumentũ & Elucidatoriã paraphrasim annotiones omnes trãsili. Si amplius aliquid vel ad plenitudinẽ sententiæ, vel ad deuotionis affectũ postulas, post Elucidatoriã paraphrasim lege subsequentes præcipuas annotationes. Si verò vulgatis non contentus, etiam peregrina desideras, ad nouissimas te confer annotationes. Sic nos tibi, lector benignè, quàm maximè commodare existimauimus. Tu nos vicissim, vt speramus, affectu bono prosequere, & nostros labores sanctis tuis precibus consolare. Gratia tecum. Amen.

Añotaes

Añotaes secũdæ.

PSALMVS NVNCVPATORIVS BEATO PATRI LVMINVM,

*

A quo omnis est sapientia & intelligentia, quem cœcinit illi seruus operarius, die quo finiebat laborem operis huius, & coram Domino offerens, ait.



Audabili Domino nũc, ô anima mea, profer de corde canticũ: si quid habes laudis aut carminis, vel in intimis abscõditum, age, ne morêris, prodeat quantocyus in gloriam beati patris luminum.

Dilatare modo cor meum, & de plenitudine tua buccas implens, disrumpe labiorum silentia festina manus, celeriter arripe tibi chartam & calamũ, & describe illi gratiarum actionis canticum.

Opus enim laboris grandis iam ad finem optatum perduxit benignus fauor eius, opus quod dedit inchoare, dedit tandem & perficere.

Sine eo nõ potest iaci fundamentũ operis vel minimi, quanto minus operi amplo dari possit bona consummatio?

Tibi ergo Domine Deus pater vnctionis sanctæ, acceptũ referimus quicquid est nostro ministerio laboratũ in opere isto, fundamentum & consummationem, initium & finem tibi ascribimus. tuæ nuncupamus magnificentiæ.

Puer paruulus Bethleemites erat pascens in agris gregem patris Isai, post fœtãtes ibat, pedum tenens in manu sua, ductor innocentis gregis paucularum ouium.

Citharam è domo paterna egrediens puer ille decorus & rubicundus

bicundus secũ deferebat in loca pascuæ: gregibúsq; perductis ad pascua. apprehẽdebat illã, & exercitabat se in ea.

Ouiculæ carpebant virentem herbam, & pastor dictabat Diuina cantica: illæ balabant, & hic canebat Deo psalmos in dulcedinæ citharæ.

Errabant illæ per pascua, & iste volitabat in cælos sedens in graminibus adolescentulus iste, qui portabat iugum domini, leuabat se supra se & contemplabatur grandia.

Hunc ipsum tibi placuit altissime Deus subleuare in regnũ tuum: de gregibus ouium tulisti eum, & de post fœtantes assumpsisti eum.

Pascere Iacob seruum tuum, & Israël hæreditatem tuam: vt eos pasceret in innocentia cordis sui & in intellectibus manuum suarum deduceret.

Pedum commutasti sceptro, & pastoralem peram ense regio: habitum rusticum regio mutasti schemate.

Citharam tamen suam non poterat obliuisci, etiam sublimatus in regnũ: cũ enim de pascuis euocaretur ad solium, memor fuit dulcis citharæ, & secũ eã detulit in aulã regiã.

Non in fastum illum extulit honoris dignitas, vt proiiceret suauem citharam: quin & firmatus in regno, veste indutus linea, ante arcam ingrediẽs, percutiebat illam in oculis omnium, coram domino.

Quoties à prælijs domini ad requiem rediens, ensem poneret de latere: discinctus statim arripiebat citharam in manibus, & canebat cantica domino.

Quid enim? spiritus tuus bonus adimpleuerat illum: vt esset tibi psaltes egregius, & vates eximius, præ omnibus qui antecesserant illum.

In pascuis adolescentulum paruulum & cõtemptum cœpit erudire spiritus tuus: & nec in regni fastigijs oblitus est veterem discipulum.

Eius perlustratus subtili radio, videbat cælos tuos opera digitorum tuorũ: solem, lunam, & stellas, quæ tu fundasti.

Corpore agebat in pascuis, aut in desertis errabat, aut quietus residebat in domo quam tandem ædificasti ei, spiritu vero perlustrabat cælos, & quæ lõgè super cælos sunt miro conspiciebat acumine, in omnibus tibi quærens gloriam.

Incerta quoque & occulta sapiẽtiæ tuæ manifesta fecisti ei: reuelasti illi mẽtis oculos, & considerabat mirabilia, quæ nunquam hominis viderat oculus vel auris audiit.

In mysteria abscondita eorum quæ multo post erant exhibenda in plenitudine temporis, penetrabat tuo perlustratus radio: spiritus enim tuus omnia scrutatur, etiam profundissima tua.

Consilia tua omnia quæ decreuisti ab æterno super redemptione generis nostri, non celabas illum: singulari priuilegio erudisti illum tua vnctione de omnibus.

Non illum latebat fœlicissima nobis humanatio coæterni verbi tui: neque conceptus eius admirabilis de intacta virgine velatus erat ante illum.

Sic neque iucunda in pace natiuitas, non absoluta conuersatio, non doctrina perfectissima: non paupertas, egestas, & labores plurimi.

Non inimicorũ contradictiones & odia grauissima: nõ passionis calix amarus, nõ turpissimæ mortis consummatio.

Non sepultura honorifica, non patrum diu desiderata visitatio: non præpotens à morte resurrectio: non in cælos cum iubilo & voce tubæ glorioſa ascensio.

Non sessio ad patris dexterã, non inimicorũ fœda confusio: non autoritatis plenitudo, non potestas facere iudicium.

Non spiritus à patre demissio in corda simplicium: non quæ per hos ille erat operaturus stupenda mirabilia.

Non

Non Euangelij sancti in omnem terram dissemination: non conuersio gentium, non Ecclesiæ nouæ ædificium, non Iudæorum grauis vltio & veteris synagogæ obliuio.

Non persequutiones suscitandæ fidelibus: non iræ dæmonũ, non principũ terrores & argumenta vana prudentium.

Non hæresum adinuentiones, cum plurimorum seductionibus: non electorum ex munere superno præseruatio à cunctis periculis.

Non sæculi vltima consummatio, non tremendum illud examen nouissimum: neque quæ tunc erunt largienda pro operibus optima vel pessima, vitæ mortisque præmia.

Horum omnium nihil illum passus est ignorare sacer spiritus tuus thesauros tuos omnes demostrasti ei, nec quicquã celasti illum ex omnibus arcanis consiliorum tuorum.

Omnia ista nondum exhibita ille cernens eminus: in cãticis Psalmorum descripsit ea: à leuitis & cantoribus assiduè cantari iubebat, illa in modulatione vocis & instrumentis musicis.

Verumtamen sub inuolucro sermonum & obscuritate verborum velata erant omnia: nondum enim tempus aduenerat, quo in mundum proferri debebant illa Dei occulta consilia.

Non valebant neque sapientes, intellectu comprehendere quæ cecinerat ille: mysteriorum ignorantia & sermonis obscuritas foras pepulerunt legentes atque canentes ab intelligentia.

Ita quidem clausus erat liber, firmata erant libri signacula: donec veniret quæ seipsam patefaceret veritas, & adimpleret quæ ille cecinerat omnia.

Expectabatur enim agnus ille occidendus, qui faceret victoriam: qui clausum aperiret librum, & solueret signacula eius.

Clauem Dauid ipse habet, veniensque in nostra eam detulit secum adimplendo in se omnino quæ ille Prophetante spiritu descripserat, manifestam fecit intelligentiam.

Quomodo claustra fortia aperiri nequeunt, nisi claui seris propria: sic non poterat absque claue ista in huius libri quisquam penetrare intelligentiam.

Qui clauem istam vel ignorant vel abijciunt, manifestè vanos se cõprobãt: si libri huius claustra reserare tẽtauerint

Absque claue ista benignissime pater luminũ: nunquã fuisset nobis ausus attingendi librum istũ, vel digito minimo,

Nisi superbenedictus IESVS tuus filius, noster Dominus, in seipso adimplens manifestata fecisset nobis omnia: nos hebetes ingenio, intellectu rudes, vecordes spiritu, quomodo tanta caperemus mysteria?

In huius autẽ clauis fiducia tentare ausus sum ego puer tuus enarrationem verborum istorum fortium: charitas tua, Deus, iniecit onus, fides dedit ausũ spes cauit ne deficerẽ

Bethleemitis illius pueri & israẽlitici regis carmina videbant etiámnum in ore versari omnium: peculiariter qui tibi segregati sunt, quos cleri comprehendit titulus statutis horis ea tibi recitant.

Canuntur in templis, leguntur in cubilibus oblectatur in eis corda diligentium beatum & inclytum nomen tuũ, quod illa replicant milies & milies

Magna omnino consolatio & instructio plurima ministratur in Ecclesia fidelibus, ex canticis istis: ad mensam opi param, omnis instructam ferculis & plenam delicijs, accedit quisquis in Psalmos introierit.

In agendis instruimur, in fugiendis præmonemur: adagenda bona incitamur, deterremur a noxijs.

In aduersis abundantem inuenimus consolationem, in prosperis salutarem timorem: in afflictionibus docemur patientiã

tientiam, in exultatione modestiam.

Firmatur in eis fides, spes roboratur, & exardescit charitas: cor nostrum & caro nostra rapiuntur in te, ô bonum optimum & lumen beatissimum.

Attamen sermonum obscuritas & inuolucra verborum, simplicioribus magnum exhibent negotium: ab his deterriti, quibus est captus tenuis, desperantes abscedunt vacui, aut fastidiosi dimittuntur inanes.

In hoc, Deus piissime, propositum fuit conatus nostri: impedimentum istud vt auferremus pro subministratis nobis à te viribus.

Vt fugaretur obscuritas, & verborum claritate pateret expositæ sententiarum veritas: vt facilè cuiuis ingenio pia attentio donaret intelligentiam.

Non est virtutis meæ, creare in testa nucleum: attamen quẽ tu ibi recondidisti, possum ego testa confracta educere, eductum mundare a cortice, mundatum proponere amiculis vt manducent absque molestia.

Faciet labor iste meus, vt laborem illi non sentiant: oblectationem magis accipient ex suauitate nuclei, quem illis propinauero.

Ita, Deus magne, sensus sublimes de meo sensu non iactat se collocasse paruitas mea in opere isto: sed quæ recondidit in Psaltis tui verbis spiritus tuus, tentaui de absconditis eruere.

Laborem ego suscepi prolixum, multum & magnum, in humeris meis: vt laborem auferrem iis qui cum intelligentia ibi optant psallere.

Tædium multum intriui ego in lancem meam, & ad fundum vsque exausi vniuersum quod intriueram: vt molesta fastidia auferrem desiderantibus intelligenter tibi psallere.

Pro viribus quas mihi subministrauit benignitas tua, conatum adhibui superare difficultatem omnem obscura eluci dare contracta dilatare, inuoluta explicare, implere hiantia.

Memento mei, Deus meus, pro omni labore isto in bonum: laborantem agricolam fac primum de fructibus edere.

Gratiam tuã sanctam, quam tantopere semper commendaui in opere isto, non deneges mihi: peccata mea multa & magna, deleat plurima & maxima misericordia tua.

Fidem rectam, quam in perpetuam veritatis protestationem descripsi in libro isto: nullis vnquàm rationibus aut suasionibus pátere auferri mihi, aut imminui certitudine.

Ab itineribus prauis prohibe semper pedes meos, in omne malum alioqui faciles: cor mundum & spiritum rectum innoua mihi in visceribus meis.

Prohibe, pater meus, ne cum alios ad psallendum sapienter inuitauero, ipse psallam insipientia: ne cùm alios prædicauero, ipse apud te inueniar reprobus.

Sit mihi hæc pro labore, quem tuo consecro nomini, remuneratio sancta, portio mea & merces magna nimis esto mihi, in terra beata viuentium.

Omnibus item qui in desiderio bono nostris perfrui volent laboribus, adsit benignus fauor tuus, da inuenire illis, vnde proficiant animæ quærentium te domine.

Gloria patri & filio, & spiritui sancto.
Sicut erat in principio, & nunc
& semper, & in sæcula
sæculorum,
Amen.

DEO LAVS ET GLORIA.

eorum quæ in sequentibus tractantur.

ABIRE in cõsilio impiorum quid sit, & quomodo ab eo sibi cauere debeat qui beatus esse velit. folio. 3. f

Abire in consilio impiorum, stare in via peccatorum, sedere in cathedra pestilentiæ, se habent vt malum, peius, pessimum. ibid.

Absolonis pulchritudo corporalis figura fuit spiritualis decoris Christi. 406. h

Absolon crines vendens ad ornatum mulierum, significat participationem fidelium de plenitudine Christi. ibidem.

Actiones nostræ sicut & vita nostra, ex Dei pendent voluntate. 256. f. & 257. g

Adiutorium Domini pro tribulatis, diuersis & nouis similitudinibus exprimitur. 189. a. b. 280. a

Adiutorij diuini fortitudo & securitas. 227. f

Aduersa & mala præsentis vitæ neminem debent à bono retrahere. 319. h. & in psal. præcedenti.

Aduersa præsentis vitæ siue à dæmone siue ab homine inferantur, suscipienda sunt tanquam de manu domini. 341. f. & pulchrè. 461. a. b

Aduersitatis tempore laudare debemus Deum atq; gratias agere, sicut tempore prosperitatis, ipsius misericordiam commendare. 365. h

De aduersitatibus si plura velis, require de tentationibus & malis.

Afflicto & penitus desolato homini conuenit psal. 87. qui totus in luctu finit & incip.

Allegamus subinde in oratione coram Deo nostræ carnis malitiã, vt misericordiam facilius impetremus. 43. a. b

Alliciunt dæmones & impij per blandimenta simplices ad peccandum. 84. f

Amici & proximi impedimento sunt volentibus conuerti ad dominum. 326. c. d 511. a

Angeli deputati sunt ad hominum custodiam. 276. b

Angeli erũt nuntij & ministri resurrectionis mortuorum, & cæterorum quæ erunt peragenda in die iudicij. 470. c

Angelorum de hominibus cura ex præcepto Dei. 276. b

Animi instabilitas per passerem designatur. 90. g

Anima fidelis donec in montem seculi non euolat, sed in nido: id est, in Deo requieuerit, non patitur à sagittis periculum: sin euolauerit, sagittis patebit. 94. f. g.

Animæ odium duplex est, bonum scilicet & malum. 97. c

Anima

Anima fidelis in visitatione spirituali consolatione repleta proponit mira, quæ paululum subducente se gratiæ præsentia, videntur difficillima, atque ita suam experitur infirmitatem. 242.c.243.d

Animam nostram & quæcunque habemus fidentissime Deo commendare possumus & debemus 230.d. & 231.e.f

Anima hominis cum omnibus quas in se habet viribus à Deo creata est, atque ob hoc omnes ipsius cogitationes & intentiones illi sunt optimè cognitę. 278.e

Animę deuotę desiderii ad Deum sub similitudine cerui anhelantis ad fontes aquarũ, pulcherrimè describitur, psal. 41. in cuius psalm. tam elucidatione quàm annotationibus iucunda inuenies.

Animam nostram quomodo intra nos debeamus effundere, vt toti transeamus in Deũ. 269.h.

Anima diuinis intenta, plurimum consolatur: quę ad se reuersa, iterum conturbatur. ibid.

Anima deuota, vel ex sola rememoratione & certa expectatione venturorum cęlestium bonorum oblectatur & pascitur. ibidem.

Anima fideles quę debeat habere, & quibus ornari, vt fiat sponsa Christi. 40.f. & seq. pulchriusautem. 416.f.

Animę peccatis fœdatę quo pacto & quo ordine fiat perfecta sanatio atque emundatio. 415.d

Anima hominis qua ratione debeat meritò subiici Deo suo creatori. 554.c

Animę deuotę à Deo in hoc mundo peregrinantis accessus in spiritu ad ipsum, pulchrè describitur. 682. per totum psalmũ. 62.

Anima suam iuuentutem, cum feruet adhuc deuotionis calore: habet & suam senectutem, cum feruore charitatis remisso, tedij frigus animam apprehenderit. 648. f

Animæ exortatio ad exhibendam à Deo innumeris beneficiis, est psalm. 102. dignus qui sepius attenta mente legatur.

Anima pro hoc statu in corpore hominis stabilitatem nullam habet, vt verius ipsum pertransire quàm inhabitare dicatur. 25.d

Apostoli sancti infantium & lactẽtiũ nomine intelligũtur. 61.g

Apostoli firmamentum & cælum iusta ratione appellantur 168.

Apostolorum prędicatio prędicitur. 194.c.& seq.

Apostolos frequenter scriptura appelat Deos, principes ac reges populorum, vt psal. 45. & 46.

Apostoli flumina paradisi eleuauerunt voces suas quibus pręualuerunt super eleuationes maris & omnem superbiam sęculi 920.f.& 921.g

Aquarum similitudine significantur aduersa vitę pręsentis, siue incorpore, siue in anima. 337. c.

Item quomodo secundũ aquarum similitudinẽ absque dãno salutis aduersa ferre debeamus. ibi.

Aquilo vẽtus frigidus in scripturis malum semper significat. 436.

Arcus Dei & gladius, diuini iudicij vltionẽ significãt, & quomodo suũ arcũ tensum habet Deus, vt peccatores terreat. 51.f

Arcũ habet dominus, arcum habet & diabolus, sed differenter: quoniã arcum suum ostendit Deus antequam feriat vt fugiant homines, diabolus autem occultat ne possint effugere. 94.

Arguit dominus quosdã correptione paterna, alios iudiciaria. 330.

Ascẽdere siue euolare in mõtẽ, aliquãdo bonũ, aliquãdo malũ. 92.d

Ascẽsio Christi post resurrectionẽ iterũ manifestè pdicitur. 594 f

Aspectus domini benignus super bonos, & toruus nimis super malos. 279.

Assiduitas in locis sacris exemplo Dauid commendatur. 220.b

In atriis cælestis Hierusalem stant aliquãdo pedes nostri, sed sedere in illis aut diu stare non permittimur, donec in hoc corpore viuimus. 237.a b

Auxiliũ diuinũ pmittitur tribulatis & pauperibus. 80.h.101.b

Auxilium Dei in tribulationibus deposcere, est illi acceptissimũ sacrificium. 469.b

Beatitudinis cælestis dulcedo qualis & quanta sit, & quomodo nunc absconditа mortalibus. 258.a

Beatitudinis cęlestis plenitudo pulchrè describitur per corporales similitudines. 303.b

Belli spiritualis forma pulchrè describitur. 160.g.161.h

Benedictio Domini super populum ipsius. 8 h

Beneficiorũ prius exhibitorũ cum gratitudine cõmemoratio liberalẽ benefactorẽ excitat ad noua beneficia. 216. per totam pag.

Beneficia spiritualia maxima quæ hominibus deus exhibet, propter suã misericordiã pulcherrimè describit psalm. 102. dignus qui frequentissimè relegatur.

Beneficiorũ veteri populo Iudæorum olim exhibitorum prolixa commemoratio fit psalmo. 104.

Benignus respectus Dei super seruos suos est illi quasi scutum & clypeus. 432

Benignitatem Dei erga homines maximam potentissimè describit psalm. 102. lectione & select. dignissimus.

Bernardi deuotissima contemplatio, de contentione iustitiæ & misericordiæ Dei pro hominis redemptione. 818.c

Boni & mali in hac vita corripiunt sed multum differenter. 43.a

Bonum quod operatur in nobis Deus, maligni semper conantur destruere. 90.g

Boni in periculis nihil metuunt, quando impij vano timore contabescunt. 114.g.115.h

Boni nunquam sibi satis videntur fecisse boni, sed ad vlteriora semper

semper tendunt: mali vero statim in initio bonæ conuersationis magna sibi persuadent. 277.c
Bonitas Dei vna cum iustitia eius, causa est quare legem dederit peccatoribus. 216.c
Bonorum triplex gradus. 222.e
Bonis & deuotis plurima occurrũt aduersa, á quibus tamen semper liberantur per Deum. 280.a
Bonitas Dei multiplex erga homines, siue bonos siue malos, pulchrè describitur. 301.g
Bonorum & in bonitate persistentium multiplicia bona tam præsentia quam futura pulcherrimè describuntur. 307. g. & seq. per totum psal.
Bona quæ fidelibus prouenerunt ex redẽptione facta per Christũ, pulchrè describuntur. 345.d.e
Boni maximè infestantur à dæmonibus, cuius causam vide. 366.b
Bonis omnia cooperãtur in bonũ, siue ꝓspera siue aduersa. 361.b.c.
Boni persequutionibus adeò non deiiciuntur, vt etiam firmius consistant, ac intra se amplius consolentur. 420. d. admodum prolixè.
Boni viri maximam habent consolationẽ in iustitia, quę ipsos facit certos debono præmio. 443.
Boni proficiunt in punitione malorum. 530.c
Brachium impiorum conficit Dominus. 88.
Brachium Dei est cum summa potentia. 861.d
Breuitas vitæ humanæ eiusdemq; miseria pulcherrimè describitur psalm. 89. & deinceps in annota.
Calix in scripturis retributionem significat. 138.g
Cæcitas describitur hominum carnalium, qui in accumulandis diuitiis seipsos cõsumunt, nullum inde post mortem accepturi cõmodum. 446.a & sequen.
Cælestia desiderãti & terrena fastidienti conuenit psal. totus. 83.
Cælum Deus extẽdit sicut pellem. 229.b
Cælorum nomine significãtur sancti Apostoli. 168.
Christi passionẽ sepulturã & resurrectionem describit psal. 3.
Christus cum propria virtute resurrexit, tamen à patre dicit se resuscitatum, cuius assignatur duplex causa. 21.c
Christus quomodo parauit thronũ suum in iudicio. 69. d. 70.
Christus præceptor & legislator appellatur in scripturis. 82.
Christi ad patrem oratio, pro se & suis membris. 76. 77. 78. per totum.
Christi natiuitas & ascensio prædicitur. 168.
Christus vt gigas fortissimus de cælo accurrit ad terras, nostri liberandi gratia. 168.d. 169.
Christus sol appellatur in scripturis, & quomodo tanquam sol in medio ecclesiæ refulsit: item de ortu & occasu huius solis, eiusque effectu multiplici. 188.
Christus in vtero virginis matris suę geminas celebrauit nuptias. 175.a
Christus vermis appellatur pluribus rationibus. 197.a.b
Christus duplici ratione est omnium dominus. 209.f.g
Christi oratio pro suis membris, similis illi quam habuit post cœnam nouissimam. 345.d
Christus in capite libri vitæ primus omnium descriptus est, ac per eum deinde cæteri adoptione filij. 352.a
Christus secundum corporis liniamenta, colorem, & cæteras corporalis pulchritudinis conditiones pulcherrimus fuit. 406.g
Christus maximam habuit linguæ gratiam, pro hominibus patri recõciliandis ibid. & 407 a
Christus nostram causam suscipiẽs arduum nimis negotium aggressus est, quemadmodum pulchrè declaratur. 407. a. 408.b.c 409.d
Christus modis contrariis regnum super genus humanum sibi vendicauit aliter quam diabolus. 410.e
Christus frater noster dicitur. 453.
Christi aduentus in carnem prior, & ad iudicium posterior manifestè prædicuntur. 463.d.e
Christus qui primo aduentu velut agnus coram tondente obmutuit, in aduentu secundo tanquã leo rugiens, terribilis apparebit. ibidem.
Christi glorioſum regnum quod accepit à patre deuicta morte, pulchrè describit psalmus. 92.
Christi sessio ad partris dexteram, victoria & dominium super inimicos, natiuitas æterna de patris substantia æternum sacerdotium, contra principes mundi iudicium, & post humiliationem glorificatio, describuntur psalm. 109.
Ciuitates diaboli quæ sint, & quomodo destructæ vel expugnatæ prædicatione Apostolica. 78.e
Coagulum bonum est in Ecclesia charitas. 593.d
Cogitationes & affectiones prauę, quę vel ex diaboli fraudulentia, vel ex carnis malitia sese iugerunt, præter voluntatis consensum, non sunt nostra peccata sed aliena. 176.c
In cogitationibus nullus est similis Deo. 351.
Cogitatio & consilium quid sint, & quomodo ista Deo possunt attribui. 309.
Cogitatio Dei in agendis dirigit nos per viam iustitiæ, & perducit ad vitam æternam. 380.a
Cognitio Dei requirit mũditiam cordis. 224.
Cõmendare debemus Deo nostra omnia liberrimè. 258.a. & seq.
Comminatio terribilis diuini iudicij contra peccatores. 51.f
Confidentia tribulati de diuino auxilio. 18.g
Confessio peccatorum duplex est, laudis, scilicet & peccati, quarũ

neutra inuenire in inferno. 43.a
Confidit in domino qui ipsum agnoscit. 79.f
Confortatio diuina ad duo hominem facit robustum, videlicet vt mala omnia superet & maxima quæque possit. 166.a
Confitendum Deo plenissime, sed non homini quantumlibet amico. 278.a.& seq.
Confidentia in Deum describitur. 247. per totum psalm.
Confessio peccati meretur remissionis veniam. 261.e
Consensus facit peccatum, adeo vt absq; cõsensu, quantumuis tẽtemur nõ imputetur peccatũ. 171.c
Consilia hominum sunt in manu domini. 270.e.f
Consilia domini nullus impedire potest. ibidem.
Consolatorius psalmus pro omnibus piis, ne in aduersis suis & impiorum prosperis conturbentur aut scandalizentur. 307.g. per totum psalmum.
Consolationum spiritualium dulcedinem nõ sentit, qui afflictiones non aliquando degustauerit. 650.b.651.c
Contemplari & meditari non penitus idem valent. 4.h
Conuersio peccatoris ad Deum qualis esse debeat, plenissimè describitur. 27.f.28.g.h
Conuersio vera hominem alium facit quam prius fuerat. 77.c.d
Conuersio gentium ad Ecclesiam in tempore gratiæ pulchrè describitur psal. 86.
Conuertere nos debet Deus, vt conuertamur ad ipsum. 384. per totum.
Cõuersis ad Deũ, mox impedimẽtum præbent amici, quibus quomodo resistere debeamus docet Propheta. 326. c.d. 512.c
Cor dilatatur in spirituali consolatione. 29.a
Correptio domini duplex, altera misericordiæ, altera iustitiæ. 143. a. 329.b
Coruorum ad pullos suos natura. 85.h
Corripit dominus virga, baculo & gladio: sunt autem correptiones Dei bonis vtiles. 248.f. 373.d
Correptio Domini signum est amicitiæ. 182.e.f.g.& 372.d.& iterum pulchrè. 545.
Corporis robore nemo apud Deũ valet salutem consequi. 272.a.b
Corda nostra quomodo effundere debeamus coram domino, vide pulchram annotationem. 369.h
Credentes Christo & de eo nunc in bonitate sentientes quanta sint consequuturi bona à domino, in præsenti & in futura vita. 358. e. 359.f
Creaturarum omnium tam supernarum quam inferiorum suauissimam contemplationem habet psal. 103. ad prouocationem diuinæ laudis.
Crux Christi nidus est animæ, in quo dum requiescit, sagittis impiorum non patebit. 95.h
Cultus exterior sine interiori vanus est & nullius pretij ante Dominum. 465.h. 488. h per totum.
Cupiditas diuitum est inexplebilis. 282.e

DEiectio & torpor animi est periculosa etiam in viris iustis. 375.h
Delitiæ & temporalia bona vanitas sunt atque mendacium. 30.b
Delitiæ temporales feces habent in fundo saporis pessimi, quas modo impij non gustant: sed in futuro gustabunt & epotabunt, velint nolint. 186.d 701. d
Deleri aliquem de libro viuentiũ, diuersis modis intelligitur. 634.
Dæmonum & aliorum impiorum ad seductionem bonorum multiplex conatus & vehemẽs studium. 72.c 73.d 94.f g 145.c
Dentium confractio significat gravem vltionem. 22.c
Desiderium bonum adimplendi legem Dei debet adesse volenti in ea salubriter meditari. 4.g
Desiderium pauperum exaudit Dominus. 74.g
Deus vnum diem deputauit vltioni nouissimæ: propter quod nõ quotidie iram exercet. 50.e.51.f
Deus est iudex iustus, fortis & patiens. 49.c.d
Deus potius dicendus est iram adducere quam irasci. 53.c
Deus tres habet digitos. 63.b.c
Dei prouidentia etiam ad hæc inferiora extenditur. 74.f. & prolixius. 90.h.& 113.e
Deus multò antè comminatur quam feriat, vt peccator terrore commoueatur ad pœnitentiam, & gladij ictum effugiat. 92.d
Deus manifestè præmittit minas, vt emendet: diabolus occulte ponit insidias, & sagittas habet in occulto paratas, vt noceat. ibid.
Deus quomodo fidelium pars est, atq; tota hæreditas & quomodo pars hæreditatis eorum dicitur. 132.e.f
Deus propter tẽporalia neminem aspicit. 145.d
Deus mirabilis describitur, adueniens in auxilium tribulatorũ. 154.b
Deus talem se erga nos exhibet, quales nos ipsi præstamus. 158.b
Deus contra inimicos suos vtitur frequẽter ministerio hominum vel cuiuslibet creaturæ. 170.f
Deus frequenter punit ad emendationem. ibidem.& 373.f
Dei cõfortatio hominẽ facit robustũ ad quæuis mala superanda & quæuis bona agenda. 166.a
Dei dona omnes accipimus. 169.f
Dei erga suos bonitas & fidelitas. 217.d.& 207.b
Diuinę misericordię dulcedo iustitię rectitudo causa sunt. q̃ legem Deus dederit hominibus. 241.a
Deus suis electis exhibet se aliquãdo prẽsentẽ, aliquãdo absentem vtrunque tamen facit misericorditer, & nobissipsis vtilitiliter. 242. 243. per totum.
Dei adiutoriũ, & fortissimum & securissimum. 224. 225. 226.
Deus aliquando videtur nobis ira-

sci sed nõ ex ipsius beneplacito est trã. 245.h
Deo nosipsos & nostra omnia debemus libero animo cõmittere, non vlli hominum quantumuis amico vel potenti.245.h. & seq.
Deus frequenter graues immittit homini aflictiones, vt vel sic à malo resipiscat. 261.c.
Deus licet non semper corporaliter liberet suos,nũquam tamen illis abest aut deest. 351. h.
Deo spectalis est cura de hominibus. 271.h
Deus nunquam derelinquit suos, tametsi aliquando temporaliter illos videt deserere .312. b. & in psalmi.illius plurib' aliis versib.
Deus quia sicut est potentissimus ita etiam iustissimus, idcirco nihil agit iniquè, aut per tyrannidem. 442.443.444.
Deus magnum sibi honorẽ reputat, si in omni occurrente tribulatione ipsum inuocaueris cum plena fiducia. 473.h.& seq.
Deus duabus causis monetur ad ferendam opem tribulatis. 527.e 528.f
Deus sua nimia potentia interdũ inimicos suos cogit ad exhibendum sibi ficta obsequia.580.c.d
Deus nunquam obliuiscitur misereri, neq; potest negare suam misericordiam pœnitẽtibus in mundo isto. 451.b
Dei auxilio sustẽtantur iusti ne cadant,& de inferno saluent.557.a
Deus animas nostras sanat ab omnibus infirmitatibus peccatorum , miserationib' coronat, bonis replet,iuuentutem renouat,& alia multa confert beneficia, quæ pulcherrimè describit. Psalm.102.
A dextris esse quid sit. 143.
Diabolus & Deus adinuicem pugnant. 42.h
Diabolus,quos viderit nutantes & mente turbatos validius oppugnat:ab iis autem qui animo cõstantes sunt,metuit. 557.b
Diaboli ruina grauis sed futura grauior. 656.d
Diei nomine fideles significantur. 173.f
Dies nostra nunc est,quæ noctem est habitura,sed veniet post hãc dies Domini , cui non succedet nox. 322.d
Dies iudicij & mortis rectè mala dicitur impiis. 451.c
Dies virtutis Christi,multipliciter intelligitur. 677.c
Digiti Dei tres sunt. 63.b
Dignus quis sit mansione cælesti. 189.a
Dilectio Dei includit dilectionem iustitiæ & iniquitatis odium, ac proinde fieri non potest,vt diligat Deum qui amat iniquitatem. 477.g
Dissimulare peccata, quãuis parua nõ est absq; grãdi periculo.354.d
Dispositiones omniũ rerũ ex Dei pendent voluntate. 256.f.g
Diuites & potentes deuorant pauperem vt cibum. 168.c
Diuites huius seculi semper sunt egentes. 437.b

Diuites qui per aduersam fortunam ad paupertatẽ deuenerint, si ob humanã verecundiã, fame seipsos perimãt aut in familiã, crudeles sunt homicidæ. 320.b
Diuites & potentes huius seculi non sunt timendi à bonis quantumuis appareãt glorioſi. 449.f
Diuitias honores & potestatem in impiis non magnifacere debemus vtpote quæ illis nullam adferant vtilitatem,sed occasio sunt dãnationis grauioris. ibid.
Docere praua sicque in pestilentię sedere cathedra,res pernitiosissima est. 1.& seq.
Doctrina salutaris vinum & lac appellatur. 62.a
Doctorum falsorum modus in docendo & decipiendo.204.f.205.g
Docentes quæ Dei sunt & ipsi malè viuentes,durissimè increpantur à Domino. 464.g
Domus & ædificia quæ in hoc mũdo homines ædificant , verius ipsorum tabernacula quàm domus dicenda sunt , propter nimiam temporis breuitatẽ, quo illa inhabitant. 457.g
Dona Dei omnes accipimus.169.g
Donec aduerbium nõ semper exclusionẽ significat , & eiũs vsus scripturis frequens exẽplis multis declaratur. 650.b
Dormitatio & exurrectio in scripturis nonnunquam remissionem & reparationem significãt. 212.
Duplicitatem & dolum cõtra proximum,odit domin'. 100.h.35.b
Duplices, corde & corde loquuntur. 104.g
Dulcedo diuinæ misericordiæ & iustitiæ rectitudo causa sunt, quare Deus legẽ posuit hominibus. 216.c

EBrietas & satietas sanctorum pulchrè describitur per cõparationẽ ad corporalem ebrietatem. 302.a.303.b

Ecclesia tam militans quam triumphans mons dicitur sanctus , & nomine Sion significatur. 13. g 20.b
Ecclesiæ confessio pro humani generis inimici deiectione. 67.a
Ecclesia filia Sion dicitur , id est filia altissimi patris. 81.b
Ecclesia est tabernaculum siue tentorium hominum peregrinorum. 127.e
Ecclesia nomine firmamenti significatur in scripturis. 172.e
Ecclesia, Christi sponsa dicitur, & illi desponsata fuit in vtero virginis:consummatum est autem hoc matrimonium in cruce. 175.a.b
Ecclesiæ ædificatio prædicitur 194. c.d.e
Ecclesias frequentare & diuinis interesse,bonum est. 220.b
Ecclesias atque loca sancta & alia ad diuinum cultum pertinentia ornare , excolere & venerari, sanctitatis & pietatis est indicium: hæc verò non curare,animum non rectum erga Deum significat. ibid.
Ecclesiæ pene omnia mysteria int-

ra verborum magnificentia luculentissime describūtur. 236.g per totum.
Ecclesia sancta, sponsa Christi est psalm.44.per totū: de cuius ornatu & gloria, & sublimatione, vide in verbis sponsus & spōsa.
Ecclesia sancta in sui initio quanto fortius oppugnabatur extertius,tāto interius profectus virtutum, & spiritualium charismatum irrigatione, amplius proficiebat. 516.517.518.per totum.
Ecclesia sancta firma est, neque vllis vnquā persecutionibus penitus destitui poterit. 419. p totū.
Ecclesiæ Christi atque principum rectorum illius mirabilis commendatio. 425..426. 427. p totū.
Ecclesiæ Christi quomodo subiugandæ erant vniuersæ gentes, cum principibus eorum,prædicitur psal.46.& 57.per totum.
Ecclesiæ sanctę fundatio, dignitas stabilitas, atque multiplex commendatio egregiè describuntur psalm. 46.& 47.
Ecclesia sancta,domus Dei & ciuitas Dei in scripturis appellatur. 436.a
Effundere debemus coram Deo animam nostram & qualiter id accipiendum. 557.b
Aegyptiorū plagas Psalmista describit. 672.h & seq.
Elementorum vnumquodque aliquā habet prædominātem qualitatem. 575.b
Eleuationi mentis in Deum formā commodissima. 211.b.
Aeternitas quid sit pulchrè declaratur, & quare hodie appelletur in scriptura potius quàm heri aut cras. 14.h
Euangeliū per Apostolos in omnē terram diuulgandum apertè describit. 81.82.83.84.85.
Euangelicæ legis commendatio mirifica. 170.h
Euangelicæ doctrinæ efficacia, & confirmatio eius per signa prædicitur.241.h & seq. De Euāgelio plura require in verbo Dei. Quæcūque enim de hoc dicuntur,de illo certum est eadem dici posse.
Eucharistiæ sacrę vaticiniū. 324.g
Eucharistia sacra in escam promittitur pauperibus laudaturis dominum. 192.e.193.f.
Eucharistia sacra in Ecclesia datur fidelibus ad confortationem cōtra impugnantes. 197.b
Pro Eucharistiæ sacramento prolixam habes annotationem in annotationibus ex Hebræo super psalmo 71. in versum illum, Erit firmamentum in terra, &c. Vide item in annotationibus ex Hebręo psalm.110.in versum 4. Memoriam fecit, &c.
Exaltari aliquando Deus permittit inimicum super iusto, etiam permanente iustitia, sed præualere non sinit. 112.c
Exaltatio vera nemini Potest nisi à Deo procedere. 703.h
Exaltabūtur iustorum cornua,impiorū econtrariò deprimētur,& quid sit exaltari cornu. 700.a

Excusatio in peccatis etiam minoribus, quàm sit periculosa, diligenter notandum. 309.d.
Exempla mala & corrupta doctrina sunt peccatorū reliquiæ,quas relinquunt suis filiis. 146.c
Eandem ferè sententiam habet in psalmo 118.

FAcere causam significat iudicare causam vel vindictā facere. 75.a
Fœlicitas præsentis vitę mera vanitas est, nullam habēs stabilitatē. 350.g. per totū, & iterum. 671.e.
Fœlicitas temporalis malorum iustos non debet mouere ad malè agendum. 364.f
Fœlicitas præsentis vitæ qua florēt homines mali in hoc mūdo pulchrè describiē & prolixè. 678. d ac sequentibus.
Fidei Christianę triplices hostes. 58.d
Fidelitas vel fides nulla in terris. 100.h.101.b
Fides cum timore Dei retinaculū sunt peccatorū quibus deficientibus statim in omne malum ruunt præcipites. 116.c
Fidelis Deus erga seruos suos.212.d
Fideles Christi prædicationi acquiescentes quanta tam in præsenti, quam in futuro accipiant. 355.e
Fideles omnes reges erunt in vita futura,erit tamen vnum omniū regnum, quod sufficiet omnibus. 413.a
Fide plena ad Deum in omnibus necessitatibus cōfugere, est illi acceptissimum,& magnum sibi honorem reputat Deus,sic fideliter inuocari. 475.c & seq.
Fides in Ecclesia est quoddam coagulum quo adinuicem coniunguntur fideles, & quasi in vnam massam coagulantur. 593.c.d
Filios suos Deus corripit multipliciter. 15.e 16.f.g.
Per filiū patrē cognoscimus. 306.f
Filia Sion pro Ecclesia ponitur, filiæ Sion pro particularibus Ecclesiis. 81.b
Flagellum Domini duplex est, alterum misericordiæ,alterum iustitiæ. 39.
De hoc vide prolixius in annotationibus ex Hebræo in Psal. 49.
Forma absoluta boni principis vel prelati pulchrè describitur.979. per totum.
Fragilitas & imbecillitas carnis humanę Deum inclinat ad misērēdum nostro generi. 39.
Fraudem proximi & omnem iniustitiā habet Deus exosam.34.h & seq.
Frigidi citius ad pœnitentiam conuertuntur quam tepidi. 135.b
Funiculus distributionis iustorum in præclaram & iucundissimam sortem cadit. 139.h
Furor domini qualis sit. 8.g.44.c

GAudere debeat anima in bonitate Dei, sed cum tremore. 16.d
Gaudia & bona Ecclesiæ per Christū redemptæ notantur. 345.d.e
Gaudent Angeli super cōuersione peccatoris, gaudent & dæmo-

nes super casu iusti: horum autem gaudiorum rationem vide pulcherrimè. 362.b
Gaudij cælestis memoria atq; expectatio pascit animam, facitq; contemnere quæcunque huius mundi sunt bona. 371.b
Gaudet & proficit iustus in punitione maloru m. 530.c
Gladio Domini corripiuntur non filij sed reprobi. 205.g
Gloria peccatorum peribit. 6.c
Gloria Dei quis dignus habeatur. 206.h.& seq.
Gloriæ cælestis omnimoda perfectio & plenitudo prolixè notatur. 302.a & sequen.311.a
Gloria præsentis vitę quàm breuis sit & quàm infructuosa appetentibus illam. per totum. 303. 304. 305.
Gloriam veram nullus assequi potest, neque hic neque post hanc vitam, nisi à solo Deo. 658.h
Gratiarum actionis forma, pro liberatione ab omnibus inimicis. 146.f &seq.
Gratiam & illuminationem spirirus sancti omnes accipimus. 169.f
Gratiarum actio pro regis victoria. 180. 181. 182. per totum.
Gratiarum actio præcipuis Dei beneficiis. 201.h per totum.
Gratiæ præsentia facit confortari spiritum & reflorere carnem, quasi noua fortitudine, ad currendam viam mandatorum Dei. 531.c
Gratiarum actionis forma, pro liberatione à tribulationibus & aliis tentationibus. 524.h
Gratiam & gloriam solus donat Deus. 800.e
Gratiam reconciliationis humanæ per Christi aduentum prolixè & pulchrè describit Psalmus. 84.
Gustus spiritualis deuotionis & quietis percipi non potest vbi non præcesserit tribulatio siue tentatio. 650.b & seq.h

HErbæ prius augmentum accipienti post verò suo vigore depereũti pulchrè comparatur homo sup terrã viuẽs. 281. b.
Cum hæreticis nõ debent disputatione misceri qui non sunt in fide multum fundati. 331.e
Hæreditas bonorum qualis sit pulchrè describitur. 132.d. 137.e.f iterumque. 69.f 338.b
Hæreditaria portio sanctorum est Deus, quâ omnibus præferunt 132.d
Hæreditate possidebunt sancti terram non autẽ impij. 313.e.316.d.e
Hypocritæ mala sua nolunt agnoscere. 264.d.265.e
Hodie significat æternitatem, quæ non est nisi perpetuum quoddam hodie. 9.a
Homo rationalis creatura vanitates & mendacia vitæ præsentis sequi non debet. 26.d.
Homo est peregrinus super terrã, cuius tabernaculum est Ecclesia militans, sed patria ad quã tẽdit est triumphans Ecclesia. 127.d.e
Homo in scriptura aliquando pro carnali accipitur. 148.
Homo non fit gratus Dei per tẽporalia, sed p bonã volũtatẽ. 150.c
Homini mens vel anima verius lucerna dicitur diuini luminis ca pax quam ipsa lux dicatur. 165.h
Homo qui invisitatione diuina positus magna pollicetur atque proponit vbi paululũ derelictus fuerit, experitur suam ex semet ipso infirmitatẽ in bono. 260.c
Homo ad considerandum suæ naturæ dignitatem admonetur. 263.b.& seq.
Homo multipliciter etiam pro pium peccatum subinde ignorat. 264.d.265.e
Homo quilibet à deo positus est colonus ad excolendam cordis sui terram. 319.e
Hominis vanitas & instabilitas tam in natura quam in actione pulchrè describitur, per totum psalm. 36.
Homo per peccatum suæ dignitatis oblitus, per omnia fit similis irrationabilibus animantibus. 447.c.
Homini quid maximè formidandũ in die mortis atq; iudicij, ęnigmaticè declarat Propheta. 445.f.
Humani generis reconciliationẽ tẽpore gratiæ per Christum fatã pulcherrimè describit psa. 84
Humanæ vitæ nimiam breuitatem & magnam miseriam pulcherrimè describit psalmus. 89. quem cũ suis annotationibus diligenter lege.

INDEX.

Humani generis totus processus quo egit cum illo deus ab initio, & aget vsque ad consummationem sæculi, pulcherrimè describitur in psalmo 106. per totum psalm.
Humilitas crucis Christi nidus est fidelis animæ, in quo donec requieuerit secura est abomnibus periculis. 532.b
Humiles saluat & seruat dominus. 158.b
Humiles & mites docet Dominus vias suas. 221.c.d
Humilitatis pulchrã formam tradit psalmus. 130.

IDola sunt vanitas & mendacium. 30.b
Ignis triplex præcedet faciem iudicij vẽturi ignis scilicet confiagrationis, ignis infernalis, & ignis charitatis. 957.e
Illuminat Deus tribulatos, docens quid agere debeant. 263.b
Impius puleri. 1.b
Impiorum resurrectio qualis futura sit. 6.b
Impiorum iudicium. 29.a.b
Impiorum cõtra bonos multiplex & vehemẽs nocendi studium 72.c
Impij bonum quod operatur in suis Dominus peruertere & destruere conantur. 87.c
Impiorum magna est multitudo 100.h.114..g
Impios in circuitu ambulare significat vel illorum multitudinem vel conatum ad nocendũ vel ex clusionẽ à regno vel circuitũ

per defuium vitiorum, vel labo rum suorum frustratione. 109.f.
Impiorum & pauperum oppressorum atque potentum huius sęculi mira peruersitas, illorúmq; subsequens perpetua calamitas, econtrario verò iustorum perpetua fœlicitas, pulchrè describuntur. 494. per totum.
Impij duplici ratione dicuntur non dimidiare dies suos, vt qui non rarò ante senium moriuntur, vel vsque ad terminum quem sibi prefigunt non perue niunt, nec malum propositum in effectum plenum deducere potuerunt. 518.e.530.c.539.a.b.
Impij dicũtur obsistere deo. 148.h.
Induratum esse, est sedere in cathedra pestilentiæ. 1.d.
Intellectu solo versari in lege Dei, parum confert. 5.a.
Innocentiã suam proponit iustus contra suos persecutores. 286.d.
Iniquitatis ordo & processus. 1.g.& prolixus. 54.d.
Incendi pro tribulari siue cruciari ponitur In scriptura, ignis vero pro tribulatione. 82.c.
Interrogare iustum & impium quid sit. 80.h.
Interrogationes factę Deo in scripturis, non responsionem postulant, sed vel admirationem, vel vehemens desiderium proponentis siue interrogantis insinuant. 112.c.d
Inimicus hominis est praua sensualitas. ibid.d
Innocentiam & iustitiam suam enarrat tribulatus, vt facilius exaudiatur. 219.h.& sequen.
Interrogare aliquando ponitur in scriptutis pro obiicere. 292. h
Inuocantes Dominũ ex solo timore non merentur exaudiri, imo hypocritam agunt. 702.c.
Inuitatio iucundissima ad Dei laudẽ & obedientiam, est ps. 94.
Inuitans alios, non debet secunda tantum persona alios aduocare, sed prima se debet etiam includere. 941 c.d.
Inuitant ad laudandum Deum psalmi 95. 97. & 99. in quibus etiam creaturę inanimatę inuitantur ad laudem atque lętitiã.
Ira Domini quæ dicatur. 12.c.
Ira Domini terribilis contra illos qui conuerti noluerint denũtiatur. 50.c
Ira Dei contra nos non est ex voluntate Dei, sed est ex indignatione, quam nosipsi peccatis nostris cõtra nos prouocam°. 288.h
Ira & indignatio cõtra peccatum laudabilis 39.
Irridet dominus impios. 12.c.& pulchrè. 319.h.& seq.
Iter impiorum peribit. 3.c.& 6.c.& prolixus. 121.b
Iudęorũ peccata multa & frequẽter nimis iterata commemorat psalm. 105
Iudæ proditio manifestè prædicitur à Propheta. 354.c.& seq.
Iudicare iustitiam quid sit 77.c
Iudiciũ Domini iã paratũ est. 156.f.
Iudicij in illo magno die, placare Deum super peccatis nostris non poterimus, nec muneribus nec precibus: nec tunc nobis vllius patrocinium suffragabitur. 446.h.466.h
In iudicio disponere sermones & opera qd sit, & quàm beatũ. 655.c
Iugum ducere cum infidelibus & peccatoribus non debemus & quid sit iugum ducere. 11.d
Iumenta saluari à Domino, quo intellectu accipiendum sit. 301.g
Iurare malum est, quamuis iuramenti adimpletio sit obligatoria 127.c
Iustus arbori iuxta fluenta aquarũ semper virẽti assimilatur. 1.b
Iustus de tribulatione quam sustinet poscit auxilium, ac simul in Domino suam confidentiam excitat. 16.c.69.c.102.c
Iustum diuina voluntas velut corona circundat ac velut scutum protegit. 264.c
Iusticia est via ad veram cordis pacem. 121.c
Iustitia perfecta est, declinare à malo & facere bonum. 127.c
Iustitia integra includit veritatẽ cordis, oris, & operis & pulchrè ista describitur psalmo 14. & in annotationibus.
Iusti in triplici distinctione inueniuntur. 222.c
Iustitiæ atq; pietatis est iudicium, loca sancta & alia quæ ad diuinum cultum pertinent venerari. 220.b
Iustorum in diuino adiutorio fortitudo, victoria & securitas 224.a.
Iustum cadentem Dominus sustinet subleuat. 313.d
Iusti sua elargiuntur, & tamen nunquam egent. 321.c
Iustitia Dei simpliciter intelligitur in scripturis, & vtroque modo Christus nobis annuntiasse dicitur iustitiam patris 433.d
Iusti post hanc vitam dominabuntur impiorum, à quibus in præsenti vita persecutiones & oppressiones sustinuerunt. 471.e
Iusti in hac vita duplicem habent molestiam, vnam ex difficultate virtutis quam operari volunt, alteram ex perpessione obuenientium malorum, siue ex corporis infirmitate, siue ex inimicorũ persequutione. 678.d. & seq.
Iustus continua examinatione seipsum diiudicare debet, præcipuè matutinali tempore. quãdo peccata sunt omnia. 682.b
Iustitias iudicare, accipitur in scripturis secundum duplicem intelligentiam. 702.e
Iustitia Dei vna est. qua iustis bona retribuit secundum merita, malis autẽ similiter mala, secundum illorum de merita 706
Iustus erit in memoria æterna, non timebat ab auditione mala paratum cor habens ad sperandum in Domino, nec commouebitur donec despiciat inimicos: sed impijs omnia in contrarium euenient. 665 d. prolixius autem & plenius hac figil-

latim exprimuntur,670.c.Vide annotationem lectu dignam.
Iuuentutem nostram Deus læti ficat. 377.d.381.c
Iuuentutem suam habet anima sicut & senectutem. 381.c.647.d
Labor impiorum in peccatis suis vanus est & inutilis. 108.e.& prolixius. 119.h.144.b
Labor hominis circa bonorum tẽporalium immoderatam congestionem ex hoc manifestè vanus cõuincitur,quòd animæ nõ adferat verum cõmodum:insuper & in morte ea omnia eogitur relinquere aliis. 146.a
Labores quos impij in hac vita ferre incipiunt,in perpetuis tormentis consummabunt, eritq; hac ratione illorum labor perpetuus.454.g.h.& sequ.
Laborem fingunt impij in præceptis Dei,cum sint æquissima, leuiaque & minime, grauia. 479.h.931.b.
Lac in scriptura non semper doctrinam tantum infirmorum significat,sed generaliter omnẽ salutarem doctrinam. 61.g
Lactentes & infantes quare appellentur Apostoli sancti. 59.e
Lachrymæ sanctis in peregrinatione positis,sunt panis accib⁹, quo se cõsolãtur & pascũt.359.g
Laqueus qui paratur aliis nõ raro parantibus sit in scandalum & ruinam. 49.b.69.f.81.b.277.c. 310.e.f.
De laqueo venatorum in se confidentẽ liberat Dominus ps. 90.
Laqueus, per Deum conteritur &nos liberamur.psal.123.ver.6.
Latitudo cordis spiritualem consolationem significat. 28.h
Laudare Deum non potest laude accepta,qui est immundus corde. 348.a.273.d
Laudare verbum subinde vsurpatur pro gloriari vel lætari.282.e
Laudari Deum, ipsumque in omnibus tribulationibus cum fiducia inuocare,est ei sacrificiũ gratissimum,quo & summe honoratur magis quàm incorporalibus obsequiis. 455.h.& seq. 487.f.
Laudant plerique Deũ sufficiẽter, quantumad exteriorem cultum attinet,quia tamen ab eo sunt corde aduersi, conqueritur de eis. 465.h
Laudate Deum in spiritu & veritate gratissimum est ei sacrificium. 493.h.& seq.
Laudare deũ mouetur omnis creatura rationalis & irrationalis, animata, in supernis & infimis, psal.133.134.
Laudare Dominum monemur in omnibus instrumentis musicis, ad indicandum quod nullis modis digne satis possit laudari. 172.e
Legem Dei tam in prosperis quã in aduersis oportet meditari.4.h
Legis Dei multiplex commendatio. 125.h
Legis nouæ fœlicitas atque fœcunditas pulchre describitur. 612.f.per totum ipsum.

Lib

Liberamur à malo, vt faciamus bonum. 81.a
Liberat dominus pauperes & tribulatos de opprimentium manibus. 102.c
Libertas & securitas falsa quã sibi persuadẽt impij,describit.387.e
Liberari si volumus à malis præsentibus,primum à nobis radicem & causam plagarũ,id est,, peccata nostra auferamus.340.e
Liber vitæ quis sit,& q in eo scribãtur,& qñ scribantur in eo.352.a
Linguam & labia oportet iustum compescere. 277.d
Loqui malum damnabile est,sicut & malum operari. 147.g
Loqui iniquitatem in excelsum quid sit. 681.a
Lumen rectis oritur in tenebris. 665.c. 669.a
Lux nunc seminatur iustis quam post metent. ibidem.
Luciferi nomine quid inielligatur,cum dicitur,Ex vtero ante Luciferum genui te. 652.e

MAlum quod aliis paratur nõ nunquam in caput recidit parantis. 28.h.81.b
Malitia peccatorũ contra Deũ.71.a
Malorum maior numerus quam bonorum. 100.h.102.d.118.e
Mali sic agunt omnia pro libito: quasi omnia à seipsis haberent, nec esset eorum aliquis dominus. 100.h.105.h.117.d
Malorum consortium vitandum. 215.a
Malorũ obstinata peruersitas cõtra Deũ aptissimè describitur. 29.a
Mali aliquando nolunt intelligere quid saluti illorum cõueniat. 296.f.297.g
Mala plurima quæ obueniunt hominibus,etiam in corpore, in peccato perseueranti. 220.b
Mali homines dum vident bonis aduersi aliquid accidere,gaudẽt insultántque illis. 347.a
Mali in ecclesia quodammodo necessarij sunt ad bonorum exercitium. 538.g.h
Malorũ studium contra bonos atq; illorum subita punitio pulchrè describitur. 265.g.per totum.
Mali eo ipso quòd in hoc mundo aduersa nulla patiuntur, extra numerum filiorũ Dei esse probantur. 680.g.h
Maledictiones aduersus populum Iudæorum nimium terribiles habet psalm. 108.
Manens in Deo vtilis est ad omne bonum. 118.f
Maria virgo solis nomine signatur. 175.a
Mariæ vterus, thalamus Christi fuit. ibidem.
Mariam benedictam quomodo Ecclesiasticus vsus canit ab initio & ante mõtes creatam. 651.f
Meditatio diuinæ legis sine bona voluntate inutilis est. 4.h
Meditari amplius est quàm contemplari aut speculari, & quid sit meditari. 5.a
Meditatio sola legis Dei non sufficit Christiano,sed adesse simul debet bona voluntas & bonum desiderium. 5.a.6.b
Melchisedec quomodo in pluribus typum gessit Christi & qua re

secundū ipsius ordinem dicitur Christi sacerdotiū. 653.g. 654.h
Memoria frequens peccatorū nostrorum vtilis est.331. e. & seq.
Memoria cælestium bonorum delectabilis est animæ deuotæ. 371.c.372 d
Mendacium & vanitas pro quibus accipiātur in scripturis.29.b
Mens humana non lumen est, sed lucerna, luminis scilicet diuini capax. 165.h
Meridianum dæmonium quid sit.892.f.& prolixius. 904.c.-
Miles Christi debet etiam appetere bellum cum inimicis Christi 22.c
Misericordiam negare, est adipem concludere. 149.b
Misericordiæ pluraliter in scripturis pro miserationibus ponitur. 215.b
Misericordia Domini apparet etiā in his qui in testamento Dei sunt alienissimi. 217.c
Misericordia magna est, quòd dedit nobis Dominus legem. 216.c
Misericordia Domini iustum velut corona circundat.47.h.264.c
Misericordiam & iudicium diligit dominuss in se & in seruis suis. 270.c
Misericordia Dei ad homines mirabilis ostenditur. 297.h
Misericordia Dei quomodo dicatur specialiter in cælo esse. 301.f
Misericordia in pauperes quàm sit Deo placita, quam vtilitatem etiam afferat in præsenti. 359.f. & seq.
Misericordia Dei sola potest exhaurire peccatorum nostrorum inexhaustam profunditatem. 372.d
Misericordia Dei omnibus hominibus æquè est communis. 445.g 446.h
Miseria vera quæ sit in hoc mundo pulchre declaratur psalm. 48. 273.d
Miserationis & misericordiæ differentia. 228.c.230.d
Misericordia domini melior est qualibet vita deliciis plena super terram. 558.c
Misericors & miserator duo hæc vocabula quomodo conuenienter secundum significationem distigui possint.662.g.
Mites & humiles docet dominus vias suas, tam præceptorum quàm consiliorum & operum 216.c.& seq. 262.h
Mysterium incarnationis Christi describitur in psalm. 86.
Misterium corporis Christi in Sacramento altaris iudicatur, psalmo. 110
Item psalmo. 4.21.22.
Mons superbiam significat inscripturis. 92.c
Et quomodo prohibetur anima ascendere in montem, & quomodo aliquando iubetur volare in montem. ibid.
Mors peccatorum mala. 280.b
Mors omnes assumit, siue diuites siue pauperes, siue bonos siue malos. 445.f.per to.
Mortis & vitæ portæ quæ dicantur. 81.a
Morti proximis psalmus conueniens est.psalm. 141.a
Motus inordinati gulæ iræ, siue alterius peccati, quāuis ex suo genere mali sint, nostra tamen mala non sunt sine voluntatis consensu. 177.d.& sequent.
Munditiam cordis diligit Deus, & illam requirit ab orante. 34. a. 273.d
Munditiam cordis non maculant tentationum impetus. 172.d

NEgotiū perambulans in tenebris quid sit. 892. f.903.a

Nidus animæ in quo tuta quiescat, Christus est, extra quem si euolauerit, sagittis inimicorum patebit. 94.g.
Nomina peccatorum non recordatur Deus, vbi verè conuersi fuerint.77.c.& pulchrè. 136,d
Secundum nomen Dei, laus eius: & vnicuique secundum suū nomen laus & honor cōpetit.441.h
Nominatiuus casus aliquando in psalmis propter emphasima bsolutè ponitur. 96.b
Noua vita donat homini nouum nomen. 136.d
Nouellis tyrunculis in Deo nondum bene firmatis cauendum, ne cum hæreticis aut peruersis misceantur in disputationem. 331.d
Nouæ legis fœcunditas atque fœlicitas pulchrè describitur. 691. 692.per totum ipsum folium,& in aliis quam plurimis locis.
Noctis nomine Iudæi atque Gentiles Philosophi intelliguntur, & quomodo nox nocti indicet scientiam. 173.f
Nuptias geminas in vtero virginis Christus celebrauit, altetas cum humana natura & Ecclesia, quas sicut in vtero matris incepit, ita in cruce consummauit. 177.e
Nuptiarum Christi & ecclesiæ iucundissima gaudia prophetice describuntur.396.d.per totum.
Nuptiale carmen & dulce epithalamium est psalmi. 44.

OBedire Deo iustissimis rationibus debet omnis homo. 156.g

Obstinati in peccatis sedent in cathedra pestilentiæ. 3.f
Obstinatorum hominum terribilis punitio. 51.f
Obstinatio peccatorum pulchrè describitur, per comparationem aspidis surdæ & obturantis aures suas, ne sapienter incantantis vocem exaudiat. 530.b
Obstinatorum in malo terribilis pœna describitur.596.a & sequē. 611.d
Obiurgatione acerrima increpantur, qui alios docent quæ ipsi nō faciunt. 466.d.& seq.
Obuiam ire significat, interdum condescendere: quomodo dicimus. Coniuges debere sibi mutuo ire obuiam. ibidem.
Otium est occasio detractionis aduersus proximos, & aliorum multorum malorum. 425.c
Oculi Domini super iustos & timentes eum. 262.b.278.f

Oculos nostros sursum debemus habere ad Dominum, exemplo seruorum temporalium. 445.g
Oculi stultorum sunt in finibus terræ. ibidem.
Odit Deus omnem immunditiam & omnem iniquitatem. 34.h 35.a.b
Odit & liuoris progressus. 51.f.& prolixius 52.53. 54 55.
Odium animæ duplex. 49.c
Opera iustorum nouit Dominus, ea approbando. 2.d
Opera iustorum peribunt. 2.d.& 6.b.
Opera hominum peccata intelliguntur in scripturis: virtutes autem, opera Dei dicuntur. 196.h
Operari malum & etiam loqui mala, prohibitum est. ibid.
Opera exteriora seruire debent mandatis Dei, & secundum illa regulari, vt sine quibus illa nihil prosunt. 96.97.98. per totum. 471.d.483.a
Oppressio pauperū multiplex. 73.d
Oppressores innocentum arguuntur seueriſsimè, qui gloriātur in diuitiis & malitia sua: quorum etiam calamitas æterna pulchrè ibidem describitur psal. 51.& 52.
Oratio peccatoris pœnitentis psalmo. 6.
Orans qua ratione posit suam infirmitatem ac fragilitatem proponere. 43. 44 45.
Oraturus, mundus Deo assistere debet. 34.a.273.d
Oratio iusti, tribulati, siue à maligni spiritibus, siue ab hominibus eum persequentibus, vel ad peccatum trahere volētibus, pro sua liberatione. 47.g.h.69.e.119.h
Oratio non semper exauditur, & quare exauditio aliquando differatur 90.g.h. 497.h
Oratio hominis bene confidentis de Domino Deo, contra illos qui ei volunt in via Dei nocere, & ad malum pertrahere. 90.g
Oratio Christi pro se & suis membris beneficia sibi & suis exhibita commemorantis. 130.a.& seq.
Oratio innocentis qua contra iniustè sibi aduersantes petit fieri iudicium, sicque in iustitia stabiliri. 42. e.43.f. per totum.
Orare debemus dominū, vt cōsummatos nos faciat virtutibus, secundum suam volūtatem, priusquam hinc nos auferat. 633.e
Orare possumus pro immunitione potestatis impiorum. 150.c
Oratio pulchra pro regibus & aliis præsidentibus, siue in temporalibus siue spiritualibus. 179.g. per totum.
Oratio dulcissima pro cognatione Dei & mandatorum eius. 212. c
Oratio iusti sedulo ad perfectionē innocentiæ conantis. in qua de inimicis petit iudicium, simul suam proponens iustitiam. 219.g. per totum.
Oratio efficacissima & bene notāda, complectens omnia necessaria saluti nostræ. 226.d
Orationis forma ex consideratione pœnarum & retributionum quę manēt impios. 245.246.247. per totum.
Orare iugiter debemus pro peccatorum remissione, si sanctitatem perfectam sectari cupimus. 261.e.267.g
Oratio continua reddit hominem securum, seruátque illum ne tēptatione succumbat. 261.f
Orationes & clamores iustorum apud Dominū exaudiūtur. 278.e
Oratio iusti tribulati contra suos inimicos ad Deum suum vltorem, defensorem & salūatorem. 284.h.per totum.
Oratio iustorum in sinum eorum reuertitur: malorum vero oratio inuentum abit. 293.a
Oratio deuota hominis tentati & tribulati, maximè quando malæ concupiscentiæ ardoribus vehementius vritur. 323. e.f. per totum.
Orantes pro misericordia Dei in tentationibus & tribulationibus atque aliis malis, primum animam ab omni peccato expurgare debemus. 341.f
Oratio iusti contra. omnia mala præsentis vitę, contra spirituales deiectiones, desolationes, &c. 376.b
Orantes introimus ad præsentiam diuinæ maiestis. 381.c
Oratio Ecclesiæ & fidelium tempore generalis afflictionis, desolationis, vel persecutionis ab hæreticis vel aliis in fidelibus. 385.h.per totum.
Oratio vocalis non intellecta ab orante, quado & quomodo possit esse Deo accepta. 428.c
Oratio pœnitentis deuotissima & efficacissima. 480.b. per totum.
Oratio iusti tam pro spiritualibus quam pro corporalibus tribulationibus. 533.h
Ad idem est oratio 510.f.& sequēt.
Oratio populi fidelis pro omnium illuminatione. 585. e
Orare semper debemus pro perpetua nostri in diuina seruitute custodia, ne qui in iuuentute Deo adhæsimus, in senectute Deum derelinquamus. 651,c 652.d
Oratio pulcherrima & efficacissima, tēpore persequtionis Ecclesiæ, siue ab infidelibus siue ab hæreticis. psal. 73.& 78. per totū.
Oratio facilis & multum deuota est psalm. 85.
Ornamenta animæ, fides & obedientia. 415.d
Orphani & pupilli Deo relinquūtur defendendi & protegendi. 81.b
Orphanorum pater & iudex viduarum est Deus. 590.e
Pascua in qua nos Deus posuit, Ecclesia est. 201.h
Passio facit male iudicare etiam quantum ad Deum. 37.g
Passio Christi eiusdēmque resurrectio manifesto vaticinio prædicuntur. 188.g.h
Patientiæ triplex gradus. 222. c
Pauli Apostoli conuersio prædicta fuit à Psalmista, psal. 67. Cuius

Prophetiæ congruentiam nota.
Paulus cũ Beniamin cofertur aptissimis comparationibus. ibid.
Pauperis indicium contra suos oppressores. 68.c.115.h
Pauperũ & miserorũ semper recordatur Dominus, etiam sed tempus relinquere eos videatur. 68. c.d.69.e.& pulcherrimè.85 h
Pauperum & miserorum oppressio ab impiis. 73.d.115.h.
Pauperum adiutor dominus. 124 e.f.& pulchrè.662.g
Pauper spiritus facit hominem ditissimum. 277.c
Pauperes non debent inuidere diuitibus. 318.g
Pax vera est in vita bona. 121.b
Pacem amare debemus. 278.f
Pacis veræ radix est iustitia. 663.a
Peccatores non resurgent in iudicio. 6.b
Peccatorũ iter ad interitũ. 6.b.120 a.& psalm.36.multis in locis.
Cum peccatoribus iugum ducere non debemus. 10.c.11.b
Peccatores irridentur à domino. 12.e.& 314.f
Peccatoris conuersio qualis esse debeat,plenissimè describitur. 27. e.29.a.& seq.
Peccator ex diuinæ vltionis consideratione meritò turbatur. psal. 6.fo.324.g.
Contra peccatores in malo persistẽtes vltio diuina terribilis denuntiatur. 51.f.91.b
Peccati ordo describitur.52.h. & sequent.
Peccatoris pœnitentis oratio. psal. 6.
Peccator conuersus non est qui ante fuit. 76.b
Peccator sibi parat mortem. 66.f. 81.b
Peccatores dum infirmantur vel in periculo sunt,vano timore conteruntur:qui dum sani fuerunt,consilium bonorum audire contempserunt.psalm.13 & psalm.52.
Peccatores & quicunque declinant à Domino,inutiles fiunt ad omne bonum,apti tamen combustioni & incensioni. 209.g
Peccatoribus post modicum floré prætereuntibus damnatio est æterna,Deus in æternum permanet. 911.f
Peccatores cognoscent aliquando Deũ,quem modo negant, & pœnam experientur quam in præsenti non metuunt. 122.d.503.b
Peccatorum multitudo siue grauitas nonnunquam occasionẽ adfert veræ pœnitentiæ. 131.b
Peccatores implentur tẽporalibus bonis omnibus in hac vita. 73.e
Peccatorũ reliquiæ sunt cõfusio æterna & dãnatio perpetua. 186.d
Peccatores in præsenti peccatorum amaritudinem & malitiam non percipiunt,vbi omnia eis dulcia sunt:posthanc vitam tamen perfectissimè hæc omnia gustabũt. psalm 21.per totum.
Peccator frequenter pes multas afflictiones & tribulationes peccata agnoscit,& ad Deum conuertitur 256.324.h
Peccata multis modis tecta siue operta dicuntur in scripturis 262.g.h
Peccatores iumenta nominantur in scripturis 254.b
Peccatorum breuis fœlicitas, bonorum verò indeficiens bonum pulcherrime describuntur. 303. 304.305.per totum.
Peccata diminuunt fortitudinem animæ, & extinguunt lumen gratiæ,& etiam mentis 337.g
Peccata nostra sunt causa flagellationis & correptionis diuinæ 341.f
Peccatum insania quædam est & perfecta vanitas 349.c.350.f
Peccatores sunt diabolo cibus quotidianus, quibus proinde non est multum infestus, sed contra bonos summum habet negotium. 366.d.367.e
Peccatorum nostrorum tanta est multitudo & profunditas, vt exhauriri non possint, nisi per abyssum misericordiæ Dei.372.d
Peccatorum miseria & vanitas omnibus pulcherrimè proponitur.psalmo 48.per totum.
Peccatum solum est quod timere debeamus in die iudicij, & verè illud timere debemus. ibid
Peccatores omnes sicut in peccatis suis ad illorum expletionem multum laborant in præsenti, sic post hanc vitam laborabunt multo amplius in cruciatibus æternis.455.h.& seq.
Peccatis aliorum consentire, communicare aut fauere, grauissimum malum est. 468.f.g
Peccatores in præsenti peccata sua post tergũ proiiciũt, nolúntq; ea cognoscere & confiteri:ideo Dominus illa statuet in medio ante faciem eorum, ad illorum maximam confusionem. 474.a
Peccare in Deum, & peccare Deo differunt. 486.f
Peccatoris perfecta sanatio, quibus modis & quo ordine fiat. 490.c
Peccatum claudit os peccatoris, ne laudare possit Deum. 492.f
Pœnæ damnatorum æternæ sunt, sine spe alicuius remissionis. 455.h.& seq.
Pœnitentia vera & integra quid requirat 27.e.f.28.g
Pœnitentes statim consolatur Dominus. 242.c.& seq.
Pœnitentibus vitæ prioris viam relinquere quærentibus, plurimũ obsistunt amici & noti: quibus quomodo resistendum sit pulchrè docetur. 326.c
Pœnitentium dolor similis est doloriparturientium,quoniam breuis est,& gaudium æternum operans. 438.d
Peregrini sumus super terram, & requiescere debemus in tabernaculo Ecclesiæ sanctæ. 129.g 342.g
Perfectio vitæ Christianæ requirit etiam minimorum peccatorum euitationem 264.d
Persecutores Christianæ fidei triplices. 59.d

Placere hominibus & in illis confidere, est damnabile coram Domino. 504.d
Portæ mortis sunt vehementes tribulationes & discriminosa pericula 81.a
Contra potentes huius sæculi pauperum oppressores, dominus aliquando graue faciet iudicium. 497.h
Potétes & diuites deuorant pauperes, vt cibum panis. 168.e
Præcepta Dei leuia sunt lætificantque hominem, & multa alia bona afferunt hominibus. 170.a
Prælati ac cæteri superiores in Ecclesia sancta, neque cælestibus neque terrenis nimium inhærere debent, sed in medio partim sollicitudini, & partim quieti, tēp⁹ vitę suę impartiri debēt. 603.h
Præpositis & principibus absolutam viuendi formam tradit psalmus 100.
Promptitudo diuinæ bonitatis & exauditionis ad afflictos. 75.h 88.d.263.a.272.b. & 348. per totum.
Promissiones Dei certæ & fideles. 101.159.d.225.c
Propositum implendi legem Dei, præcedere debet illius meditationem 4.h
Prophetæ ac cæteri patres veteris legis, futuræ gratiæ præ cognitionē habentes in pace nobiscum quieuerunt secure. 31.d
Propositum impiorum contra pauperes impedit dominus. 87.c
Propositum Domini solum est stabile. 248.e
Propositum bonum quod Deo inspirante concepimus relinquere magnæ est imperfectionis, infirmitatisque & remissæ charitatis indicium. 474.a
Prophetarum mos est, præ gaudij quod in corde gestant plenitudine, omnem creaturam, etiam irrationabilem, inuitare ad gaudium. 503.b
Prosperitatis & aduersitatis tempore meditari debemus Dei legem. 5.a
Prosperitates, honores & potestates huius temporis, simul omnia cum homine peribunt. 542.h.
Pueri Hebræorum clamantes Osanna figura fuerunt Apostolorum, per quos erat proclamanda diuina laus per totum terrarum orbem. 59.e.60.f
Pugnæ spiritualis forma. 115.h

R Ahab per he in medio non est nomen mulieris in Hierico, quæ per heth scribitur, sed pro Aegypto ponitur, vel superbum significat. 842.e
Recidiuatio in peccatum periculosa est. 330.d
Recogitare debemus frequenter cum amaritudine peccata nostra & præterita & præsentia. 332.f
Reconciliationem humani generis per Christum in tempore gratiæ factam, pulcherrime describit psalm. 84
Regnum diaboli super genus humanum, quantum ex parte ipsius violenter vsurpatum & tyrannicum fuit, per iniustitiā; Christus autem de manu diaboli abstulit per iustitiam & potētiam. 411.f
Regnum Christi quomodo communicabitur cæteris fidelibus, sine diminutione potestatis Christi. 450.a.451.b
Regnum huius mūdi semper quidem fuit filij Dei: sed tunc primum ipse agnitus est ab electis quādo in assumpta carne ad nos venit. 436.a.437.b
Reliquiæ impiorum sunt perpetua cōfusio & æterna damnatio. 186.
Requirit Dominus sanguinem iustorum de manu persequētium. 69.c.80.h.
Respectus Dei super electos est eis quasi clypeus & munimentum. psalm.6. ad finem.
Respondet nobis Deus exaudiendo orationes nostras. 231.f
Resistendo malis tētationibus fortiores efficimur. 229.b
Resistunt Deo, quantum quidem in ipsis est, peccatores. 148.a
Resurrectio peccatorum non est propriè resurrectio. 66.h
Resurrexit Christus virtute propria patri, nihilominus suam ascribit resurrectionem ob duplicem causam. 21.c
Resurrectio Christi prædicitur. 193.h.& iterum. 357.c
Retributio siue bonorum siue malorū, nomine calicis frequēter in scripturis intelligit. 139.h. 678.d
Ridet Deus in peccatorum interitu, & quomodo sit hic risus accipiendus. 12.e
Rostrum suum aduncatum aquila quomodo ad petram allidat, vt reiuueneſcat, & huius similitudinis spiritualis expositio. ibidem.
Ruina dęmonum grauis fuit, futura grauior. 656.d

S Acramenti venerandi corporis Christi fit mentio in psalm. 110.
Sacramenti venerabilis corporis Christi apertū vaticiniū. 28.h.31.d
Sacrificium Deo potentissimum, gloria & honor. 236.g.h
Sacrificium acceptabile quo maximè honoratur & vult honorari Deus laus est speciosa & oratio deuota. 465.h.475.c.483.h
Sagittas suas Dominus in manifesto tenet, in arcu paratas: diabolus autem suas occultat in phare tra. 93.e
Salus nostra in nulla alia re nisi in Dei misericordia constituenda est. 279.h
Sanctitas perfecta requirit omnem possibilem euitationem minimorum peccatorum. 259.260.261. per totum.
Sanctis in hoc mundo nihil deest, siue in spiritualibus, siue in temporalibus. 282.d
Sapientia salutis vinum & lac dicitur. 61.h
Sapientia Dei deducit nos via recta & adducit in patriam. 389.a.b

Scripturæ diuinæ mundæ, castæ & veræ sunt: hominum verò scripturæ, meræ fabulationes. 106.a 159.d.179.h. & seq.269.d
Scripturæ diuinæ efficiunt hominem mundum & castum. 106. a b.159.d
Scripturarum sanctarum autoritas Spiritui sancto primo deferenda est: nonnullo tamen honore illos prosequi debemus, quorum ministerio velut calamo vtitur spiritus, in scripturarum sanctarum cõscriptione & diuulgatione. 405.e
Securitas beata bene confidentis in domino, psalmo 90. describitur pulcherrimè.
Sedere in peccato quid sit. 3.f
Sedet Deus super Cherubim. 969.c
Sententia diuinæ vltionis sagittis ignitis significatur. 52. f
Serui quidam ex euentu, quidam ex naturali origine in seruitute geniti psalm. 87.
Serui sunt omnes homines Deo, secundo prædictorum modorum, ex naturali parentum linea. ibidem
Seruientium Deo magna vtilitas. 212.d
Silere dicitur Dominus, quando orantem non exaudit. 231.f
Silere ad argumenta hominum huius seculi debent impefecti, nec illis respondere vel vnum verbum. 318.c
Sion ecclesiam significat, duplici ratione. 13.g
Solicitudo & nimia cura præsentis vitæ & circa temporalia aggreganda distractio vanissima est. 335.d
Solicitudo & nimia distractio circa vana ista atque transitoria bona inutilis prorsus est, quæ neque animæ neque corpori post hanc vitam prosunt, sed incertis hæredib⁹ relinquẽda sunt. 448.d.e
Speculari & meditari non sunt idem. 4.h
Sperant in Domino, qui nouerunt eum. 79.f
Sponsi Ecclesia decorem, gratiam benedictionẽ & pulchritudinem collaudans, describit Psalmista. 397.f.& seq. 403.b
Sponsa Christi qualis esse debeat, & in quo placere possit sponso suo. 400.e
Sponsæ ornatus quem in illa requirit sponsus, qualis sit. 402.h 415.d
Sponsa Christi in dextris Christi collocabit⁹ in gloria patris. 415.e
Spiritus sancti missio prædicitur. 169.g
Spiritus sancti visitationem omnes accipimus. ibidem
Spiritus sanctus nonnũquam etiam per malos & peruersos dicit & scribit quæ voluerit. 403.b
Spiritualis hominis in Deo bene confidentis securitatẽ describit pulchrè & prolixè psalmus. 90.
Studium vehemens malignorum & dæmonum contra bonos. 73. e.89.h.93.44. a. b
Superbos humiliat dominus. 159.d

Sup

Superbia & pompa principum secularium per naues Tharsis significãtur in scripturis, quæ omnia confregit & quotidie confringit Dominus. 439.e
Superbia in scripturis non raro per cornuum exaltationẽ significatur: huius autem metaphoræ pulchram rationem & conuenientiam vide. 700.a

TAbernacula verius sunt quàm domus, omnia huius mundi ædificia. 457.d
Tẽpus opportunũ orationi est omne tempus vitæ præsentis, maximè quòd à seruis Dei mentis recollectioni deputatur. 266.g
Temporalia quæcunque, vanitas sunt & mendacium. 29.b.382.d. pulchrè, & iterum. 350.f
Temporalia & caduca ista bona abscondita sunt à Dei conspectu, quoniam illa Deus non aspicit. 150.d
Temporalia & alia transitoria vtcunque petere possumus à Domino, sed non debemus ea requirere. 229.c
Propter temporalia Deus neminem aspicit. 150.d
Tentari non est malum, quando non accedit consensus: & quòd propter tentationes cessare non debemus à laude diuina, & aliis bonis operibus. 171.c.172.d
Tentationes adeò non debent nos deiicere, vt etiam propter illas amplius de Deo confidere debeamus. 229.c.& psal. 59.
Tentationibus pressi non semper ab illis liberantur, sed dat eis dominus quod ad salutem satis est, & quæ sint illa pulchrè describitur. 262.h
Tentationes & tribulationes, tanquam si à Deo nobis infligantur, accipere debemus: nec oculos nostros ad inferentem siue tentantem intendere debemus. 296.e.372. d
Tentationes & tribulationes præsentis vitæ vt malis sunt mors ita bonis sunt ad salutem, virtutisque profectum, & meritorum accumulationem. ibidem.
Tentatio prolixa & diuturna nonnunquam etiam virum iustum deiicit ex parte: quare vnusquisque cauere sibi debet, ne seducatur blanditiis præsentis vitæ. ibidem.
Tepidi non facilè conuertuntur ad veram pœnitentiam. 135.b
Thesaurizare aurum & argentũ in præsenti vita vanissimũ est. 336.e
Thronus Christi ad iudicandũ iam collocatus est astátque iudex etiam iam paratus iudicare. 77.d
Timor Dei cum vera fide, est retinaculum peccatorum. 116.e
Timor Domini sanctus manet in æternum. 161.
Timent peccatores, vbi non est timendum. 123.f
Timere debemus, vbi & de quibus timendum est. ibidem.
Timentibus Deum nihil deest, siue in spiritualibus ad salutem necessariis, siue in corporalibus. 282.d.e

Timendi non sunt diuites & potentes huius seculi, propter gloriam & potentiam eorum transitoriam. 450.h
Timere quid debeamus maximè in iudicij illo magno die pulchrè docet Propheta psal. 48.
Timetis Dominũ erit potes semen & benedicta generatio, & in domo eius glorię & diuitię. 664.b
In titulis Psalmorũ semper autoris nomẽ in dativo casu accipitur, & quare hoc fiat. 23.f.& seq.
Pro titulis omnium Psalmorum eorúmque generali intelligentia, pulchra & vtilissima præmonitio. ibidem.
Tribulatus vel persequutionem sustinens, quomodo possit proponere Deo suam iustitiam vel innocentiam. 53.b
Tribulationes & aduersitates præsentis temporis, Ecclesiæ Dei & viro iusto adeò nihil obsunt, vt etiam quàm maximè illis prosint ad omne bonum & consolationem. 419. c. per totum,& pulcherrimè. 548.a
Tribulationes & tentationes necessariæ sunt homini iusto, vt perfectius deguſtet quietis dulcedinẽ & commoditatem. 651.c
Tribulatis ad Dominum recurrentibus promittitur diuinum auxilium. 101.b.106.a.278.e
Tribulatis & tẽtatis adest Domin⁹. auditq; illorũ orationes. 271. g.h
Pro tribulatis & afflictis & in paupertate & egestate vitam degentibus, consolatorius psal. 67. per totum.
Trinitas personarum in diuinis cum essentiæ vnitate manifestè significatur à Propheta psal. 66.

VAna sunt omnia quæ peccatoribus & hominibus huius mũdi magna videntur. 139.a.140.b. vide supra in verbo labor peccatorum.
Vanitas & mendacium sunt omnia peritura. 30.b
Verbum Dei aliquãdo per ignem, aliquando per malleum, nonnunquam etiam per virgam significatur. 16.c.d
Verbum Dei sagitta Domini est qua confossa nostra corda statim moriuntur peccato, & viuũt Domino. 411.f
Verba Dei casta sunt & purissima. 101. b. &, prolixius. 106. a. b. 159.d 169.g.269.d
Verba Dei faciunt animam castam & mundam. 108. d. & pulcherrimè. 170.h
Verba Dei prædicantibus assistit Dominus multipliciter. 603. g.h
Verba Dei, optimum sunt remedium aduersus malas suggestiones. psalm. 126.
Vexatio & afflictio reducunt hominem ad peccatorum cognitionem. 261.
Via peccatorum ad interitum. 2.d
Via domini, via immaculata. 159.c 170.h
Via pacis est via iustitiæ. 122.d
Viæ Domini accipiuntur nonnunquam pro præceptis & consiliis Domini, per quæ ambulare iubemur: nonnunquam vero pro operibus & dispositionibus domini quibus agit omnia. 143.g
Vinculũ salutare quoddãq; retinaculũ est fides ac timor Dei. 117.d
Vinculis æternæ damnationis implicat animam suam quisquis sese peccato subdit. 98.d
Videt Deus omnia. 73.e.91.a.96.b 114. f.118.f
Vinum & lac sapientiam salutarem significant in scripturis. 62.a.b
Virga Dei aliquãdo pro inflexibili iustitia, aliquãdo pro Dei verbo, vel aliquando pro sceptro regni in scripturis ponitur. 16.c.d
Visitationem Domini in suis donis omnes sentimus. 169.g.170.h
Vita nostra & dispositiones vitæ nostræ omnia ex Dei pendent voluntate. 170.h
Vita præsens etiam habet periodũ apud Dominum. 335.c
Vita præsens vana est, & velut in imagine transit. ibidem.
Vitam in æternam custodit animã suam, qui odit eam in hoc mundo. 97.c
Vita hæc miserabilis non potest transigi absque offensis. 266.f
Vitæ præsentis vanitas & instabilitas pulchrè describitur, psalm. 36. per totum.& prolixè. 339.c.d
Vltio diuina per dentium contritionem significatur. 22.e
Vltio diuina manifestè parata ostenditur, vt vel terrore impij ab impietate retrahantur. 93.e
Vltio diuina cõtra damnatos quam sit terribilis, fortis, grauis & importabilis, pulchrè notatur 704.a
Vltionis diuinæ grauitas contra iustorum persequutores, perdentium cõfractionem significatur. 22.c.91.a
Voluntas bona faciendi legem Dei concomitari debet eius meditationem. 4.h
Voluntas bona facit hominem Deo acceptum, non alia temporalia. 150.c.348.c
Voluntas facit peccata esse nostra, quę prẽter voluntatis consensum sunt aliena. 172.d
Voluntariè & ex voluntate confiteri atque sacrificare debemus Domino. 234.d
Vota quæ in tribulationibus positi emiſimus, liberati persoluere debemus. 579.a
Vri aut incendi pro persecutionẽ pati non inauditum. 83.d
Vt plurimum magis sunt tractabiles, mites atque misericordes homines pinguiusculi quàm macilenti. 149.b
Vt diuersimodè accipitur in scripturis, vel vt notet finem, vel vt notet solam consequutionem: & quomodo secundum hæc, diuersæ scripturæ exponendæ sint. 488.g

ZElus domus paternæ quomodo Christum comederit. 620.d
Zelus quid significet. 316.d
Zelare nõ debẽt boni impios, vt ob illorum temporalem prosperitatem discedant à iustitia. 307.g

FINIS.

AD te Domine clamabo. 27.
Ad te domine leuaui. 24.
Afferte domino filij Dei. 28.
Audite hæc omnes gentes. 48.

BEATVS vir qui non abijt. 1.
Beatus qui intelligit. 40.
Beati quorum remissæ. 31.
Benedicam Dominum in omni tempore. 33.

CAELI enarrant gloriam Dei. 18.
Confitebor tibi Domine. 1.
Confitebimur tibi Deus. 9.
Conserua me domine quoniam. 74.
Cùm inuocarem exaudiuit. 15.

DEVS Deus meus respice. 4.
Deus Deus meus ad te de luce. 21
Deus auribus nostris. 62.
Deus Deorum dominus. 43.
Deus in adiutoriam meum. 49.
Deus in nomine tuo. 69.
Deus iudicium tuum. 53.
Deus misereatur nostri. 71.
Deus repulisti nos. 66.
Deus noster refugium 59.
Diligam te domine. 45.
Dixit iniustus vt delinquat. 36
Dixit insipiens. 1. 17.
Dixit insipiens. 2. 35.
Dixi custodiam vias meas. 13.
Domine dominus noster. 52.
Dominus illuminatio mea. 38.
Dominus regit me. 8.
Domine Deus meus in te speraui. 26.
Domine in virtute tua. 22.
Domine ne in furore. 1. 7.
Domine ne in furore. 2. 20.
Domine quid multiplicati sunt. 6.
Domine quis habitabit. 64.

ERIPE me de inimicis. 58.
Eructauit cor meum. 44
Exaudiat te dominus. 19.
Exaudi Deus deprecationem. 60.
Exaudi Deus orationem meam cùm deprecor. 63.
Exaudi domine iustitiam meam. 16.
Exaudi Deus orationē meā & ne. 54.
Expectans expectaui dominum. 39.
Exultate iusti in domino. 32.
Exurgat Deus & dissipentur. 67.
IN domino confido. 10.
In te domine speraui. 1. 30.
In te domine speraui. 2. 70.
Iubilate Deo omnis terra psalmū. 65.
Iudica me Deus & discerne. 42.
Iudica me Domine quoniam. 25.
Iudica domine nocentes. 34.
MAGNVS dominus & laudabilis. 47.
Miserere mei Deus secundum. 50.
Miserere mei domine quoniam. 55.
Miserere mei Deus miserere mei. 56.
NOLI æmulari in malignantibus. 36
Nónne Deo subiecta. 61.
OMNES gentes plaudite. 46.
Quid gloriaris in mal. 51
QVARE fremuerunt gentes. 2.
Quàm bonus Israël Deus. 72.
Quemadmodum desiderat. 41.
SALVVM me fac domine. 11.
Saluum me fac Deus. 68.
Si verè vtique. 57.
TE decet hymnus Deus in Sion. 64.
VERBA mea auribus. 5.
Vsquequo domine obliuiscerū. 12.
Vt quid Deus repulisti. 73.

FINIS.

ARGVMENTVM IN PRIMVM PSALMVM.

*

PSALMVS *hic primus apud Hebræos* ἀνεπίγραφος, *hoc est, sine titulo legitur, nullius in titulo autoris nomen præferens, neq; vllius inscriptionis prænotationē habens, propter quod à pleriſq; veluti proœmium sequentis libri Psalmorum æstimari solet, ab eo qui Psalmos in ordinem redegit præmissum. Virum beatum describit, qui malum fugiēs, quæ bona sunt, & Deo placita sectatur, eúmq; apta comparatione arbori iuxta fluenta aquarum semper virenti, assimilat. Opponit autem ex aduerso impiorum hominum miseriam & infælicitatem, quos pulueri vilissimo comparans, cum iustis in resurrectione docet non præmiandos, sed in perditionem sempiternam mittendos.*

PRIMI PSALMI ELVCIDATIO.

BEATVM illum ego iudico, atque sentio beatum, nunc quidem spe certa & expectatione indubitata, post verò possessione secura & fruitione sempiterna, qui à malo studiosè declinans, in prauis impiorū consiliis iter suum non posuit, eísque non consensit, & iniquas illorum suggestiones nō est sectatus, * & qui in itineribus hominum peccatorum pedem non fixit, inq; peccatis & impietatibus illorū non quieuit, neque oblectatus fuit in eis: imò si fortè aliquando contigerit eum in vllam impietatem per humanam fragilitatem incidere, mox ab ea decedere satagit, ad viam iustitiæ: * Qui denique malum se & noxium doctorem nō exhibuit, ita vt neque verbo, neque exemplo, pestiferum aliquid aut noxium (siue quantum ad dogmata, siue quātum ad mores)

1 *Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum:*

& in via peccatorum non stetit:

& in cathedra pestilentiæ non sedit.

alios docuerit, quemadmodum hæretici faciunt, & scandalizatores fratrum peruersi. 2 Qui deinde ad id quod bonum est perficiendum anhelans, omne cor suum, desyderiũ, voluntatem & affectum apponit præceptis dominicis, ex bona voluntate illa fideliter cupiens implere: * Et vt hoc possit, in eis iugi se meditatione exercitat, assidua contemplatione, & consideratione, ea versando in animo, sollicitus semper quomodo Dei legem operibus valeat placitis adimplere. 3 Cui autem similem æstimabimus virum huiusmodi, & cui comparabimus illum? Similis est arbori plantatæ iuxta riuulos atque fluenta aquarum, quibus incessanter ipsa irrigata atque humectata, radicibus continuum humorem attrahentibus, sic fœcundata fructum proferet opportuno tempore, postquam floruerit & fructificandi tempus adueneri. Simili enim modo, vir iustus in legis diuinæ meditatione iugiter sese exercitans, continua irrigatione spiritualis gratiæ & visitationis diuinæ fœcundatus, & modo dum tempus est operandi fructum dabit bonarum operationum, & in tempore retributionis fructum accipiet suæ prioris iustitiæ, mercedem retributionis æternæ. 4 Permanebit qui talis fuerit qualem supra descripsimus, ad modum arboris, cuius folia neque hyeme neq; æstate defluunt, in perpetuo virore persistens bonarum operationum, æque & in prosperis & in aduersis suum semper virorem & internum ornatum custodiens. * Et omnia quæcunque operatus fuerit, Dei adiuuante gratia (quæ nunquam illum destituet) prospere illi cedent vt accepta Deo, & ad prosperitatem illi erunt fœlicitatis æternæ, eò quòd diligẽtibus Deum omnia cooperantur in bonum. 5 Impios verò & peruersos homines, qui consiliis impiorum consentientes, in itineribus peccatorum oblectati sunt, & pestiferos se doctores exhibuerunt, nunquid comparabimus etiam ipsos arboribus virentibus? * Nequaquam: sed pulueri sicco & sitienti, quem præ ariditate & leuitate flatus venti, à superficie terræ suo impetu rapit, atque dispergit per aëra. Sic enim per omnem modum illi cœlestis gratiæ humore destituti, prorsus leues & aridi, nullam habentes stabilitatem, neque cum cæteris verè fidelibus charitatis compaginationem, ac soliditatem, omni vẽto circunferuntur, rapiuntúrque & agitantur facillimè, impulsibus suarum passionum & flatibus dæmoniacarũ atque

munda-

2 *Sed in lege domini voluntas eius* *& in lege eius meditabitur die ac nocte.*

3 *Et erit tã quam lignũ quod plãtatũ est secus decursus aquarũ, quod fructũ suũ dabit in tẽpore suo.* Roma.6

4 *Et foliũ eius non defluet:*

& omnia quæcunq; faciet prosperabuntur. Roma.8

5 *Nõ sic impij non sic:*

sed tãquã puluis, quẽ proiicit ventus à facie terræ.

mundanarum suggestionum, in omnem partẽ, & in omnia vitia, ad quæ ita sollicitantur, instabiles existentes in omnibus viis suis. 6 Et quoniam in hoc tempore vitam sine Deo duxerunt steriles, & sine operibus bonis, idcirco in nouissimo magni iudicij, & generalis examinis die, non resurgent ad gloriosam illam beatorum immutationem, ad quã resurgent electi. * Neque inuenientur aut recipientur peccatores illi in consessu, aut beata illa congregatione iustorũ, vt eandem cum iustis gloriam recipiant: sed resuscitabuntur magis à morte temporali ad mortem æternam, cum diabolo & angelis eius suam portionem accepturi. 7 Dominus enim (qui iudex est idem ipse & testis omnium humanorum actuum) ipse cõsiderat, attendit, nouit & approbat opera iustorum, & bonam eorum conuersationem habet placitam & acceptam. * Impiorum autem hominum actus & studia non nouit dominus, vt approbet aut remuneratione iustorum remuneret, neque permanebunt ante illũ, sed ad perditionem sempiternam perducent operatores suos, marcescéntq;, & peribunt impij in prauis itineribus suis, per quæ ambulauerunt in carne viuentes.

6 *Ideo non resurgũt impij in iudicio,*

neq; peccatores in consilio iustorũ. Mat.25 Hier.29

7 *Quoniam nouit dominus viã iustorum:* Psal.6 Iacobi.1

& iter impiorum peribit,

ANNOTATIONES IN primum Psalmum.

NONNVLLI fidelium expositorum, Psalmum hunc peculiariter accommodandum putant Christo domino, qui peccatũ nullũ fecit, & in omnibus patris voluntatẽ impleuit: nobis conuenientius videbatur, vt vniuersaliter ad vnumquenque iustorum accommodaretur. Non tamen negamus, quin Christi domino, vt capiti, à quo omnis beatitudo membrorum effluit, peculiari & eximio modo conueniat. Nihilominus tamen & particularibus hominibus, vt Christi membris & sectatoribus, Christóque conformibus, suo modo (licet non secundum eundem perfectionis gradum) rectè accommodatur. Versu Primo, Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. Nota distinctionem & ordinem eorũ quæ dicuntur. Aliud enim est abire in consilio impiorum, aliud stare in via peccatorum, aliud sedere in cathedra pestilentiæ. Et primum quidem inter tria hæc, videtur minimum, secundum maius, tertium grauissimum:

1.Petr.2

vt ſic ordo fiat ab inferiori ad ſummũ malum. Abiit enim in conſilio impiorum, qui ſequitur impiorum conſiliũ, vel qui ambulat in illo, aut viuit ſecundum illud. Stat autem in via peccatorum, qui iam delectari in peccatis incipit, & demorari veluti cum oblectatione & confirmatione propoſiti. Sedet autem in peſtilentiæ cathedra, quãdo non iam ſolus ipſe malum facit, ſed aliis inſuper autor eſt, & exẽplũ præbet malefaciendi, ſiue verbo, ſiue exemplo alios docens impietatẽ. Secundum hanc autem expoſitionem, cathedra peſtilentiæ dicitur praua & peſtifera doctrina, eò quòd ad docentem cathedra ſpectat. Qui ergo praua & noxia docet, rectè in peſtilentiæ cathedra ſedere dicitur. Quanquam poſſet & aliter iſta peſtilentiæ cathedra intelligi de mente reproba, & in malo obſtinata. Qui enim iam penitus in malo obfirmati ſunt & obſtinati, quaſi in ſede iniquitatis confirmati & conſtabiliti, rectè non iam in conſilio impiorum tantum ambulare, neq; tantum ſtare in via peccatorum, ſed in ſede iniquitatis & peſtilentiæ cõſidere dicũtur. Qui enim ſedet in cathedra, quieſcit in ea, nec de ſurgendo cogitat: Sic & qui in peccato obſtinatus eſt, quieſcit iam in obſtinatione ſua, neq; de reditu cogitat ad bonum. Nemo autem dubitat, quin hoc nouiſſimum maius ſit præcedentibus. Quapropter ab illo maximè cauendum eſt, iis qui à beatitudine Dei non prorſus fieri volunt alieni. Si (vt ſumus homines) conſilium impiorũ ſectari nos aliquando contingat, ſi conſentire incipimus prauis (ſiue dæmonis, ſiue mundi, ſiue hominum iniquorum) ſuggeſtionibus: curemus quamprimum vbi aduerterimus fraudẽ, reuerti ab itineribus prauis, neque ſtemus in viis peccatorũ, non demoremur, non oblectemur in eis. Denique, etſi ad tẽpus aliquantum ſtare nos contingat in eis, ſollicitiſsimè tamen cauendum nobis eſt à peſtilentiæ cathedra, ab infirmorum ſeductione & ſcandalo, ſiue à mente deſperante & obſtinata. Contingit aliquando, vt propheta ſanctus Dauid abiiſſet in cõſilio impiorum, dum prauas carnis & dæmonis ſuggeſtiones ſequutus, cõſentiens adulterij cõcupiſcentiæ, cum
2.Reg.11 Bethſabee fecit adulteriũ: cũ deinde in malo proficiẽs, etiam
Ibidem. conſilio interfectionis innocentis Vriæ (quod illi Satan indubiè miniſtrabat) aſſenſum & effectum exhibuit, & forſitã hac ratione in via peccatorum etiam ſubſtitit ad tempus aliquãtum, dum peccatum diſsimulat: & de primo cõmiſſo nõ ſolùm

ſolùm nõ pœnitet, ſed aliud etiam crudelius adiicit. Verùm vſq; ad cathedram peſtilentiæ non peruenit: quia mox vbi per Prophetam fuit à domino admonitus, pœnitentiã egit, & reuerſus eſt à via iniquitatis, quam ambulare cœperat: 2.Reg.12
neq; obſtinata mente perſeuerauit in impietate, neq; excuſationes quæſiuit, ſed ſtatim peccatum agnouit, dicẽs, Peccaui domino: ſicq; per pœnitentiam reædificauit, quod per peccatum deſtruxerat, vt in cathedram peſtilentiæ non veniret. Atque ita factum eſt, vt à beatitudine hac, non prorſus exciderit. Verſu ſecundo, Sed in lege domini volũtas eius. Notandum, quod bono ordine præmittit de voluntate, ac deinde de meditatione. Primum enim neceſſe eſt, vt voluntatem bonam habeamus in lege Dei, bonúmque affectum & pium deſiderium ſiue propoſitum implendi omnia quæcũq; præceperit lex Dei: vitandiq; omnia, quæcunque illa prohibuerit. Deinde conſequitur, vt eam quam voluntas acceptauit legem Dei, mens aſsiduè meditetur, vt ſit voluntati bonæ bona regula, ad perficiẽdũ ſancta deſideria. Sunt enim quidam homines, qui intellectu quidem ſeſe ſtrenuè exercitant in diuinis eloquiis, meditãtur atque contemplantur aſsiduè in iis quæ Dei ſunt, & tamen huius propoſitæ beatitudinis expertes ſunt, quoniam nõ eſt in lege domini volũtas eorum,
A non eſt in diuinis præceptis eorum beneplacitum, neq; affectum bonum habent, neq; ſtudium adimplendi illa. Intellectu enim contemplantur in iis quæ Dei ſunt, tantũ vt loquãtur, vel doceant alios, ſicq; vel verbo vel ſcripto aucupentur quæſtum, aut gloriam: voluntas autem eorum non eſt in lege domini, ſed in deſideriis potius carnis aut animæ ſuæ conſequendis aut perficiendis. Quantum autem ad verbum meditari (quod hîc ponitur) notandum eſt, amplius aliquid eſſe meditari quàm contemplari, aut ſpeculari. Nam meditatio videtur curam quandam & ſolicitudinem includere, nõ autem ſpeculatio & contemplatio. Vnde qui dicto modo ſolo intellectu ſe exercitant in conſideratione præceptorum Dei, nullam habentes curam, nullam ſolicitudinem, quomodo ea adimpleant, hos rectè dixerimus contemplari, aut ſpeculari legem Dei: non ſic autem in ea meditari. Hanc autem ſignificationis proprietatem, aliquanto manifeſtius eſt videre in voce Græca μελετήσει, quæ hoc in loco ponitur, & penè vbique vertitur meditari. Quod autem ſequitur, die aç

nocte, vel simpliciter accipiatur consueto loquendi more, loco semper, siue iugiter, aut assiduè. Aut (secundum mysticam intelligentiam) per diem intellige tempus prosperitatis, per noctem tempus aduersitatis. Legem enim Domini meditari debemus & in voluntate habere, æquè & in prosperis & in aduersis, quemadmodum in beatis viris, Iob, atq;
Iob. Tobias. Tobia exempla habemus nobilissima, & imitatione dignissima, qui nec in aduersis, nec in prosperis, diuinæ legis vnquam fuere immemores. Versu tertio: Et erit tanquam li- B
gnum. Quod hîc dicitur de viro iusto sub comparatione virentis arboris, idem prolixius & planius aliquanto apud Prophetam Hieremiam inuenitur, capite decimoseptimo, in hunc modum, Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. Et erit quasi lignum quod transplãtatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit cum venerit æstus. Et erit folium eius viride, & in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquan-
Hier.17 do desinet facere fructum. Potestq; hæc Hieremiæ sententia sic accipi, vt propositi loci Psalmorum explanatio. Quod autem dicitur: In tempore suo, valet, opportuno tempore, siue dum tempus est fructificandi. Hoc autem est tempus il-
2.Cor.6 lud, de quo Paulus Apostolus aiebat, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Versu sexto, Ideò non resurgunt impij in iudicio. Videtur contrarium huic versui, quod Apostolus habet decimoquinto capite Epistolæ ad
1.Cor.15 Corinthios, Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Nam hoc loco videtur Psalmista asserere, impios non resurrecturos. Verùm iuxta sententiam nulla est contrarietas. Non enim sentit Psalmista, impios in iudicio omnino nõ resurrecturos à morte corporis. Foret enim hoc
Ioan.5 manifestè etiam Euangelicæ veritati contrarium, quæ impios docet prodituros de monumentis, ad æterna supplicia. Loquitur autem Psalmista de resurrectione iustorum. Et necesse est intelligi præsens dictum de resurrectione ad vitam æternam, quæ est resurrectio iustorum. Hac autem resurrectione, nequaquam resurgent impij, qui non ad vitam, sed ad mortem æternam resuscitabuntur. Et cùm resurgere C
sit ad vitam redire, vita autem damnatorum mors potius æterna sit quàm vita, consequitur non malè neq; falsò secũdum hunc intellectum dici posse, quòd non resurgant impij. Non

pij. Non enim verè ad vitam redibunt, sed potius denuo mortificabuntur, cum damnatio mortis non iam animam solam, sed etiam corpus inuadet resuscitatum. Secundum sententiam itaque idem est quod hîc dicitur: non resurgunt impij, & quod Apostolus dicebat, Non omnes immutabimur, videlicet immutatione ad gloriam. Versu vltimo, Iter impiorum peribit. Iter impiorum periturum, intelligi potest dupliciter. Primò, iuxta modum in Elucidatione expositum, quia impij per vias suas malas ad perditionem & interitum sempiternum peruenient, quemadmodum per contrarium dicere possumus, viam iustorum effugere perditionem, & permanere ante Dominum, quoniam iusti per viam suam damnationem euadunt, & permanent ante conspectum Dei. Secundum alteram verò sententiam intelligimus, ipsum iter impiorum, quod nunc ambulant, non perduraturum in perpetuum. Iam enim super terram viuunt in Iudas.
delitiis, & luxuriantur in concupiscentiis suis: opprimunt iustos: & seducunt innoxios, conuiuantur inebriantur, voluptuantur, diuitias accumulant, honoribus exaltantur, & multa se gloria ornant exterius. Hæc est impiorum via, hæc sunt itinera hominum qui sunt à proposita beatitudine alie Iaco.1
D ni. Dominus autem perire faciet vias eorum, neque ambu- Psal.145
lare eos sinet in perpetuum in itineribus huiusmodi prauitatis suæ: sed emarcescet omnis eorum gloria, & peribunt omnes eorum cogitationes, ac studia vniuersa.

SECVNDI PSALMI ARGVMENTVM.

CHRISTVM *in terris conuersantem nobiscum, insanabili odio principes Iudæorum ad mortem vsque non destiterunt persequi, quemadmodum Euangelica omnis patefacit historia. Quem deinde in cælos assumptum, inq; patris dextera regnantem, & crudelius & numerosius gentium principes, & totius orbis præfecti addiderunt oppugnare: non ita quidam in semetipso, sed in nomine & membris eius, ita vt Christi nomen & regnum de terra prorsus delere arbitrarentur atque cõnarentur. Hos ergo vtrosque Propheta in spiritu præuidens quod futurum erat, seuera obiurgatione increpat, temeritatisque, ac vanitatis arguit, eorum audaciam detestans, & Dei iudicium aduersus eorum malitiam venturũ proponens. Deinde sub persona*

Christi (quem introducit de seipso loquẽtem) de regno eius & principatu super Ecclesiam & omnem populũ fidelem, de æterna ipsius à patre processione, de accepto à patre Dominio super omnes gentes, deq; potestate iudiciaria qua iusti quidem pascuntur, peruersi autem conteruntur, veritatem omnem patefacit. Post quæ sub persona Christi loquentis interposita, ipse ad exhortationem se conuertens, monet eos ad pœnitentiam sese conferre, & Christianæ se disciplinæ submittere, vt venturam valeãt terribilem iram effugere.

SECVNDI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Quare fremuerunt gentes?*
* *& populi meditati sũt inania?*
2 *Astiterunt reges terræ, & principes cõuenerunt in vnũ: aduersus Dominũ * & aduersus Christum eius.*
3 *Disrumpamus vincula eorum:*
* *& proiiciamus à nobis iugum ipsorum.*
2. Corin. 6
4 *Qui habitat in cælis irridebit eos:*
* *et Dominus subsannabit eos.*
Prouerb. 1

VT QVID vos ô deplorandæ infideles nationes cum vestris regibus atq; principibus, contra Christum Dei filium & mũdi saluatorem per inuidiam & iracundiam fremitis, insanitis, atq; tumultuamini? * Et vos populi omnes infideles, quicunq; siue ex Iudæis, siue ex gentibus in Christum non creditis, quorsum vanè meditamini & cogitatis ea, quæ vobis neq; possibilia sunt, neq; prodesse poterunt, Christi videlicet gloriam oppugnare, eiúsq; nomen gloriosum opprimere? 2 Ecce enim imperatores & reges populorum, qui dominantur in terra, consurrexerunt pariter & se opposuerunt in fortitudine sua nomini Christi, & principes populorum in potestate sua conuenerunt, ad tractandũ pariter & consulendum iunctis animis atq; viribus, quò facilius & citius Christi sanctum nomen delere possent: * aduersus Deum patrem, & aduersus Christum benedictum filium eius. Nam qui filium odit, odit & patrem: & qui aduersus filij gloriam agit, agit quoque aduersus patrem. 3 Nos verò qui in Deum patrem, & in Christum verum filium eius sine hæsitatione credimus, vincula, nexus, & cathenas infidelitatis incredulorum illorum (quibus in suis erroribus sunt compediti) rumpamus atq; scindamus: * & iugum infidelitatis ipsorum longè proiiciamus à nobis, vt nullo modo iugum ducamus cum infidelibus istis, neque participemus cum eis, aut similes reddamur in erroribus eorum. 4 Veniet certè, quando cælorum habitator omnipotens Deus (cuius nunc filium miseri persequuntur) prolaturus aduersum eos sententiam æternæ damnationis, illusione atq; opprobrio sempiterno eos afficiet: * Et is qui est omnipotens omnium dominator, subsannatione atq; confusione

G miserabili confundet eos, ridebitq; in interitu inimicorum suorum, si à suis non resipuerint malis erroribus. 5 In die enim illa, in forma iudicis ad vltionem malorum quasi iratus apparens, terribilem illam damnationis sententiam proferet aduersum eos: * & in illa sua implacabili ira & irreuocabili sententia, timore horribili conturbabit eos, in profundum inferni in momento demergens, quando propter subitationem inexpectatæ damnationis, angustiabuntur, & turbabuntur timore horribili. 6 Vox Christi. Ego vero, tametsi nunc ab incredulis rebellionem & persequutionem sustineam, sum tamen verus Dei filius, rex constitutus & verus Messias, vnctus à Deo patre meo cæli habitatore, super Ecclesiam sanctam, populum fidelium: * constitutus (inquã) & deputatus prædicator ac doctor, ad prædicandum fidelibus, & manifestandum voluntatẽ patris mei, præcepta eius quæ obseruari præcepit, & decreta, atq; consilia eius quę super humano genere implere proposuit, atq; per meam prædicationem fieri manifesta: quoniam quidem spiritus Domini super me, eo quòd vnxit me, euangelizare pauperibus
H misit me. 7 Omnipotens pater me verum suum, ac consubstantialem & coæqualem filium agnoscit, quem dicendo vt verbum sibi consubstantiale gignit, genuitq; in æternitate, quæ perpetuum quoddam est hodie, nullam habens præteriti, aut futuri successionem, sed esse stabile semper habẽs atq; custodiens, neque aliam temporis differentiam admittens. 8 Disposuit quoque ab æterno pater meus postulanti mihi secundum humanitatis formam, dare populos gentiũ qui crediturí sunt nomini meo, in hæreditatem meam sempiternam: * & ex omnibus finibus totius mundi, in possessionem dare mihi, per fidem illos in Ecclesiam sanctam cõgregabo, in populum electum & amabilem, in quo regnem & perpetuò inhabitem, veluti primogenitus in multis fratribus. 9 Dixit quoq; pater meus, vt regerem, ac pascerem populum hunc meum electum, quasi rex & pastor bonus in sceptro ferreo, in potestate & autoritate æterna, neq; vnquã mihi auferenda, consumenda, aut confringenda (Potestas enim mea, potestas æterna) quomodo ferrum non facilè cõsumi aut confringi potest. * In omnimoda quoq; æquitate, iustitia, & iudicio: quoniam virga ferrea flexibilis non est, neq; curuari potest. Et quidẽ quantũ ad bonos & infideles,

5 *Tũc loquetur ad eos in ira sua:*
* *et in furore suo cõturbabit eos.*
Sapien. 5
6 *Ego autẽ constitutus sum rex ab eo super Siõn mentem sanctum eius,*
* *prædicans præceptum eius.*
Esaiæ 61
7 *Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te.*
8 *Postula à me, & dabo tibi gẽtes hæreditatem tuam:*
Roma. 8
* *possessionem tuã terminos terræ*
9 *Reges eos in virga ferrea:*
Daniel. 4 & 7

* *& tanquam vas figuli cõfringes eos.* Actuũ 10 Matth. 28

ita pascam & regam illos. * Cæterùm,quod ad incredulos atq; peruersos attinet, dixit pater vt in eadem virga (quam tradidit mihi)iudiciariæ potestatis & iustitiæ meæ,confringam eos & conteram per ictum horridæ sententiæ: quẽadmodum vas figuli magno impetu & sonitu terribili cõfringitur,absq; vlla resistentia.Per ictum virgæ ferreæ,aduersus quam, terreo & fictili vasculo nulla est virtus resistendi. A

10 *Et nunc reges intelligite:*

10 Vox Prophetæ.Vel nunc tandem ô principes orbis terrarum qui regnum de manu Dei tenetis in populis,agnoscite & credite in eum quem Deus pater regem,Dominum, & iudicem constituit,potestatem habentem omnium,& quæ in cælo, & quæ in terra.*Ponite rudem istam atque rebellem mentem,& disciplinam suscipite salutaris fidei,vos qui præfecti estis & iudices populorum inhabitantium super terrã? ac sub potenti eius manu humiliemini,vt exaltari apud illũ etiam in futuro mereamini. 11 Ne vltra addatis persequi B sanctum Christi nomẽ,aut aduersus eius gloriam malignari,sed magis illius vos seruituti dedite, eum in timore sancto & reuerẽtia debita vt supremum & vniuersalem omniũ dominatorem adorantes,atq; colentes.* Et gaudete atque lætamini in eo, quasi in vero Domino, ac saluatore vestro, salua semper debita illi reuerentia, atque honore congruo.

** erudimini qui iudicatis terram.*

11 *Seruite Domino in timore.* 1.Petr.5

** & exultate ei cũ tremore.*

12 Suscipite disciplinam atq; doctrinam sanctæ fidei & iustitiæ eius: vitęque munditiam (quam verbo docuit ipse,& exemplo firmauit) amplexemini, sicque puro corde, & vita munda adorate illum.*Vt hac ratione effugere possitis irã venturam irati iudicis, neque vos ira Dei comprehendat in nouissimo,& amittatis viam rectam,qua peruenitur ad vitam,proiecti extra sortem iustorum in tenebras exteriores.

12. *Apprehendite disciplinã, * nequando irascatur Dominus,et pereatis de via iusta.*

13 In die illa vltionis & vindictæ,cùm apparuerit implacabilis illa iudicis ira, post paululũ & quàm æstimetur citius ventura,*beati inuenientur & cognoscentur omnes qui verè crediderunt in eum, quando cæteris omnibus infidelibus & inobedientibus certa & indubitata veniet mortis æternę damnatio, à qua modo per pœnitentiam, donec tẽpus illud aduẽniat,liberari potestis in dulcedine gratiæ eius.

13 *Cum exarserit in breui ira eius:*

* *beati omnes qui confidunt in eo.*

ANNOTATIONES in Psalmum secundum.

VERSV primo,Quare fremuerũt gentes.Signum quęsitiuũ,quare, accipi potest vt quærat causam,vel finalem, C

lem,vel efficientem siue mouẽtem.Iuxta priorem acceptionem,erit sensus.Quorsum,ad quid,propter quem finẽ, fremuerunt gentes,&c.quasi dicat Propheta, Omnino vanè & frustrà conamini,quoniam ad finem vestrum quem intenditis,id est,diuinæ gloriæ oppressionẽ, & Christiani nominis deletionem,peruenire nunquam poteritis. Iuxta alterã verò acceptionem,erit sensus talis,Quid est,quod vos mouet? quæ vos causa impellit ad tãtam insaniam,vt aduersus Deũ & filium eius ita consurgatis?quasi dicat,Omnino nulla est vobis causa tantę huius cõmotionis,cum ipse CHRISTVS Dominus verus sit Dei filius,& rex verus super omnes, cui non solùm nemo possit obsistere,sed omnes etiã reges terrarum se debeãt subiicere,quemadmodum in prosequutione psalmi euidentius deducit. Versu tertio,Disrumpamus vincula eorum.Complures tertium hunc versum accipiunt vt vocem gentium infidelium, se inuicem contra CHRISTVM, ad persequutionẽ nominis Christiani exhortantiũ, assignantes huiusmodi sententiam,Disrumpamus & scindamus vincula & seruitutem eorum,id est, Dei & CHRISTI eius,aut eorum qui Deo & CHRISTO seruiunt: & iugum seruitutis,ac fidei Christianæ (cui se ipsi submiserunt) proiiciamus à nobis,non suscipiamus illud, neq; subdamur illi. D Putant enim infideles Iudæi & gentiles,CHRISTI præcepta,& sanctissimam legem esse vincula durissima & iugum grauissimum,cum sint iugum suaue & onus leue, neq; ligent quenquam nisi in dulcissima libertate:cum sint illi soli verè liberi,qui his salubribus vinculis fuerint bene captiuati.Atq; hanc sententiam indicat paraphrasis Chaldaïca, quæ huic versui præmittit verbum, dicunt, subaudiendo principes,aut reges terræ,atque populi infideles. Neq; nos eam reiicimus, aut improbamus. In Elucidatione tamen alteram sequuti sumus,secundum quam hæc vox vt Prophetæ cum suis fidelibus accipiatur, qui se adhortantur non ducere iugum cum infidelibus: quasi dicant, Scindamus à nobis vincula illorum infidelium, qui contra Deum & CHRISTVM inania sunt meditati, neq; iugum ducamus cum incredulis illis. Cui consonat illud Apostoli, Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quid enim est aliud proiicere iugum infidelium illorum, quàm nolle cum illis iugum ducere ? Quemadmodum enim qui cum infideli Matth. 11 2.Cor.6

delibus communicant,& eiusdem infidelitatis sunt participes,dicuntur susc̃ipere infideliũ iugũ,& cum eis iugũ ducere: sic per contrariũ,qui recusant eidem subiici infidelitati, rectè hos dixerimus proiicere iugum infidelium. Videtur autem à boum similitudine sumpta hæc eloquutio. Boues enim qui pariter iugum ducunt,vinculis & ligamentis quibusdam solent ad cornua combinari:& qui sic colligati fuerint,necesse est illos pariter iugum ducere. Qui autem vincula impetu dirumpunt quibus colligantur,hi à iugo facilè se liberant. Atq; ita sanè in vnum iugum colligati fuerant principes sacerdotũ & seniores populi,ita postmodum reges E & principes populorum in persequutione Christiani nominis pariter colligati videbantur, & simul iugum ducebant. vniuersi pene sapientes atq; potentes. Nos autem fideles vincula illorum dissoluamus & confringamus, nec patiamur nos eisdem innodari:& sic iugum illorum proiiciamus, vt non cum illis iugum ducamus,sed libertatem fidei vinculis infidelitatis(quibus illi sunt in impietate sua colligati)præeligamus. Versu quarto. Qui habitat in cœlis irridebit eos, Ei quod hic dicitur de irrisione & subsannatione Dei cõtra impios,respondent verba libri Prouerbiorũ,in cuius capite
Prouerb. 1 primo Sapientiam audimus clamantem & conquerentẽ in hæc verba,Despexistis (inquit)omne consilium, & increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu vestro ridebo,& subsannabo,cum vobis id quod timebatis aduenerit. Quoniam autem nõ est hoc ridere,aut subsannare secundũ corporalem aspectum accipiẽdum, quomodo homines per oris certam dispositionem rident, & nasi contractionẽ, aut corrugationem subsannant,sed secundũ mysticam proprietatem: idcirco quid sibi iste risus & subsannatio velint, in consequentibus edocet. Cum irruerit (inquit) repentina calamitas,& interitus quasi tempestas ingruerit,quando venerit super vos tribulatio & angustia,tunc inuocabunt me, & non exaudiam: mane cõsurgent,& non inuenient me,eò quòd exosam habuerint disciplinam,& timorẽ Domini nõ susceperint,nec acquieuerint consilio meo. Hoc enim est ridere,hoc subsannare Dei,in nouissimo non parcere,non flecti misericordia,secundum seueritatem immobilis iustitiæ F vindictam referre absq; compassionis dolore,eósq; confundere, & in erubescentiam mittere: quomodo illi qui rident,

dent,aut subsannant,super eos quos rident aut subsannant nulla afficiuntur compassione misericordiæ,sed absque misericordia cõfundunt eos & erubescere faciunt. Neq; multò aliud est hic risus & subsannatio, quàm in versu sequenti ira & furor. Iratus enim dicitur Deus, quatenus pœnam infert,& furorem in eo imaginamur,quatenus tũ erit implacabilis,nullásq; excusationes vel recipere volet, vel audire. Tales enim fere videmus homines in ira & furore positos. Quo in loco illud diligenter notãdum est,quàm dissimilis erit vox illa, quam tunc cõtra impios proferet dominus,ab ea qua nunc peccatores suauiter alloquitur, vocans eos ad pœnitentiam. Modo enim in mansuetudine loquitur, quasi Ioan.10 pater filiis,sicut pastor bonus errabundis ouibus, quærens peccatores ad pœnitentiam,& infideles ad fidem,sicut galli na sua voce pullos sub alas cõgregare volens. Tunc verò in Matth.9 ira loquetur,& in furore sententiã pronuntiabit conturban Matth.23 tem. Potest tamẽ ista Dei irrisio etiam aliter more humano intelligi. Solent enim homines irridere & subsannare eos qui magna moliũtur,quæ ipsis sunt impossibilia, & quæ ad effectum perducere nõ valent. Tunc autem maximè irridẽtur huiusmodi & subsannantur,cùm res ipsa monstrat, eos non potuisse assequi quod sunt moliti, quemadmodum in Euangelica parabola irridendus dicitur & irrisione dignus, Lucæ14
G qui cœpit ædificare,& non potuit consummare. Ita sanè in nouissimo die,cum manifestè patebunt irrita omnia impiorum cõtra Deum machinamenta atq; consilia eorũ omnia dissipata, quibus contra Dei gloriam egerãt,deridebuntur & subsannabuntur miseri. Sic & alibi Psalmo 36. de impio Psalm. 36 bonis machinãte mala,dicitur, Dominus autẽ irridebit eũ, quoniam prospicit quod veniet dies eius: circa quem locum præsentem istam sententiam latius aliquãto inueniet explanatam,cui libebit requirere. Versu sexto. Ego autẽ constitutus sum rex ab eo super Siõ. Per Sion (quod interpretatur specula)intelligitur sancta Ecclesia,quæ etiam mõs sanctus Dei dicitur. Mons enim,altus est,firmus, & immobilis: Sic Ecclesia per fidei sublimitatem alta est, & per charitatis radicem firma atque immobilis,spiritu quoq; sancto inhabitatore est sanctificata,vt sit domus, habitatio, & templum Dei. Cur autem per Sion intelligatur sancta Ecclesia, causa accipi potest,vel ex nominis significatione, vel ex loci electio

ctione. Nomen enim (vt diximus) speculam significat, specu-
la verò in alto est. Sic & Ecclesia ratione sublimitatis fidei
quasi specula est, in qua & in cuius fide quisquis residet, con-
templatur & videt quæ homines super terram inhabitantes
extra Ecclesiam nequaquam valent conspicere, nimirū san-
ctæ fidei & Euāgelicæ veritatis mysteria, quæ ignorāt, nec
videre valent, quicunque extra hanc speculam consistunt.
Secundum loci autem electionem dici potest Ecclesia Sion,
quoniā in monte Sion apud populum Iudaïcū templū erat,
in quo colebatur Deus: quod erat typus & figura illius tem-
Psalm. 47 pli, de quo in alio Psalmo scribitur, Suscepimus Deus mise-
ricordiā tuam, in medio templi tui, id est, Ecclesiæ sanctæ,
quā spiritus in templū Deo & CHRISTO cōsecrauit. Ver- H
su septimo, Ego hodie genui te: Loquitur de generatione
æterna, qua pater æternaliter gignit filiū, & filius æternali-
ter gignitur à patre. Hæc autē æternitas significatur per ad-
uerbium tēporis hodie. In æternitate enim neq; præteritum
est, neq; futurum, cum partes non habeat secundum succes-
sionem, quarum altera alterā præcedat aut sequatur, sed est
æternitas quasi momentum vnum perpetuò consistens. Ad
imaginandum nanq; æternitatis durationem, oportet in-
telligere quasi nunc quoddam siue momentū præsens, vnū
atq; idem & inuariatum, absque fluxu & transitu stabiliter
imperpetuum cōsistens, sine præterito quod defluat, aut sine
futuro quod adueniat, sicq; velut perpetuum quoddam ho-
die, neq; heri, neque cras habens. Heri autem & cras, succes-
sionem manifestam, transitionem & fluxum indicāt: quoniā
heri iam non est, & cras nondum aduenit. Propter quod, per
ipsa nequaquā potest æternitas significari, imò impossibile
est vt in æternitate intelligantur. Illud verò notādum quod
aduerbio hodie nouo modo iungit Psalmista, non tempus
præsens (quod videretur aptius) dicendo, Ego hodie gigno
te, sed præteritum, quod minus videtur conuenire, eo quòd
præteritum tempus ex suæ significationis proprietate præ-
teritionē signet, quæ in diuina generatione semper existen-
te non habet locum. Intelligendum ergo est, idcirco præte-
ritum tempus cum aduerbio præsentis temporis coniūgi à
Propheta, vt ita significaretur hodie illud, de quo loquitur,
non esse recens hodie, neq; iam incipere suam durationem, A
sed præcessisse (non dico præteriisse) ab æterno. Est enim in-
ter

ter hoc hodie æternum, & nostrum hodie temporale, ista di
uersitas: quòd nostrū hodie recens sit, & cum ante nunquam
fuerit, iam primum aduenit, mox abiturum vbi cras aduene
rit. Atque idcirco nos illi solum præsens accommodamus,
cum ad totum hodie respicimus, dicentes, hodie viuo, hodie
sum, hodie gigno: nisi ad partes respiciamus eius diei præsen
tis, de quo loquimur. Sic enim & præteritū & futurum his
cōsiderationibus licebit adiicere, vt cū dicimus, hodie co-
medi, & hodie dormiā, secūdum diuersas huius diei partes.
Secundum respectum tamen ad totum, non cōueniēter nisi
præsens tēpus possumus applicare tēporali & labili nostro
hodie. Illud autem æternum hodie (de quo hîc fit mentio)
nequaquam recens est, neq; iam nouum aduenit quasi nū-
quam præcesserit, neq; iterum cras vetus erit, neq; tum abi-
bit ab vllo fugatus die crastino, neque præterito succedit,
neq; futurum præcedit, sed antiquū hodie est, quod (quan-
tumuis longam durationem mēte comprehenderis) semper
erit idem quod nunc est hodie, & quantumuis longā secū-
dum futuram durationem comprehēderis, similiter præsta-
bit idem quod nunc est. Atq; ideò illi potest (nulla etiam ad
partes diuersas habita consideratione) apte addi tēpus præ-
teritum vel futurum, Vnde sicut pater nūc dicit, Ego hodie
genui te, ita eadem veritate & congruitate poterit dicere,
Ego hodie gignā te. In hac enim æternitate, pater æternus
& semper genuit filiū, & semper gignet filium, & semper gi
B gnit filium. Propriissimus tamē de æternitate loquēdi mo-
dus est, cum per tēpus præsens loquimur. Ad significandam
nihilominus nostro captui æternitatis durationem, præteri-
tum est conueniētius. Vnde & in alio Psalmo de eadem hac Psal. 109
generatione loquēs idem Propheta, dicit similiter præteri-
to tēpore, Ex vtero ante luciferū genui te. Significat enim,
ipsam verbi generationem secūdum durationē non præteri-
isse, sed tantum præfuisse, id est, non nouā esse, sed ab æter-
no præcessisse. Verùm hæc forsitan simplicium captū vide-
buntur excedere: ad propositi tamen loci plenam intelligē-
tiam, videbantur necessaria: neq; intellectu difficilia erunt
iis, qui ex naturaliū rerum tractatibus temporis & æternita
tis agnouerint differentias. Versu octauo, Dabo tibi gen-
tes hæreditatem tuam. Gentes & hæreditatem, non pro vno
accusatiuo computari debent, per appositoriā constructio-
nem,

nem,sed tanquam duo accusatiui ab eodem verbo dabo secundum vim vehementissimæ transitionis recti:cuiusmodi regimen est cum dicimus,eligo te regem,consecro te sacerdotem.Estq; sensus,Dabo tibi gentes in hæreditatem tuam, vel pro hæreditate tua,hoc est,vt sint hæreditas tua:quemadmodum orationis illius,eligo te regem,sensus est, eligo te in regẽ, siue vt sis rex. Similiter & in sequẽti parte dicendum est,Et possessionẽ tuam terminos terræ. Versu nono, Reges eos in virga ferrea.Per virgam istam ferream,præter inflexibilem iustitiã(cuius Elucidatio meminit) rectè etiã intelligi poterit sermo Dei viuus & efficax,& penetrabilior
Hebr.4 omni gladio ancipiti:quod sicut à Paulo gladius vocatur, C imò gladio ancipiti penetrabilius asseritur,ita non incõuenienter virga ferrea(propter suam fortitudinẽ & virtutem)
Hiere.23 appellari potest.Apud Hieremiam verò etiam malleus nũcupatur: Nũquid nõ(inquit)verba mea quasi ignis,& quasi malleus conterens petram? Quod si malleus petrã conterẽs appellatur sermo Dei, cur non etiam rectè ferrea virga nũcupari possit? Hæc autẽ virga est,qua CHRISTVS regit ac pascit bonas oues suas,malas autem vt vas figuli cõfringit, quoniam in verbis oris eius condemnabitur impius.Aut potest etiam hæc secunda pars in bonam partem interpretari, vt de salutari confractione intelligatur,qua videlicet corda dura,immitia,fera & incredula ipse percutit,confringit, & interficit,vt mansuescant atq; emolescant per pœnitentiã. Huiusmodi enim corda sunt petræ quas cõterit ille,de quo diximus:malleus & ista,quam nunc loquimur, ferrea virga.
Esaiæ 11 Forsitan & eadem est,quam volebat Esaias, cum de Messia loqueretur.Percutiet(inquiens)terram virga oris sui. Virga enim hac verbi sui,quæ ex ore ipsius processit, terram percussit,quoniam impiorum corda ictu prædicationis suæ salubriter feriendo,ad fidem & virtutem conuertit. Nonnun-
Psalm. 44 quam & pro sceptro ponitur virga,vt Psalmo 44.Virga directionis,virga regni tui,id est,sceptrũ æquitatis , sceptrum regni tui.Atq; ita per sceptrum ferreũ significatur regnum infrangibile & indeficiens,nempe æternum, quam expositionẽ in Elucidatione priori loco positam comperies. Versu vndecimo,Seruite domino in timore.Duo cõiungit Psalmista,quæ pariter in nobis erga Deum debent adesse. Exultare enim nos oportet & gaudere plurimum, atq; lætari in D bonit

bonitate Dei:neque morosus ipse est dominus,vt seruis suis prohibeat gaudere.Imo locis plus mille,per seruos suos.Prophetas & Apostolos,atque etiam per os suum lætari monet & gaudere semper. Gaudete(inquit idem ipse)quia nomina Luc.10
vestra scripta sunt in cœlis.Debet tamen non esse inepta nostra exultatio,sed cum debita ex intimo cordis affectu reuerentia,omnique grauitate,maturitate,& morum honestate: quod est,cum tremore exultare.Non enim intelligendus est
1.Ioan.4 tremor iste secũdum seruilem affectum. Tremor enim non est in charitate,sed perfecta charitas foras mittit timorem: quanto magis & tremorem eiusmodi? Significat autem in proposito magnam totius affectus reuerentiam,& attentissimam mentis sollicitudinem atque diligentiam,quam meritò in nobis efficere debet consideratio diuinæ maiestatis.
Philip.2 De hoc autem timore & tremore Paulus loquitur,cùm fideles monet, in metu & tremore suam salutem operari,id est, cum magna sollicitudine, attentione & vigilantia,non remissè,non trepidè,vt faciunt quidam. Sed & seipsum apud
1.Cor.2 Corinthios fuisse testatur in multo timore & tremore. Ser-
Ephes.6 uis quoque præcipit idem , vt dominis carnalibus seruiant cum timore & tremore,hoc est,cum summa obedientia & reuerentia.Quòd si dominis temporalibus præcipiuntur serui cum tremore obedire,quanto magis æterno illi regi regum, & domino omniũ dominantium? Neq; enim tam seruus aut subditus potest esse infimus quilibet hominũ suo temporali domino,quin sit is qui supremus est & gloriosissimus inter filios hominũ infinito maiore subiectione subditus æterno domino.Rectè ergo etiã reges & iudices populorũ seruite il
E li,vt summo domino,cũ timore:& exultate in eius bonitate:sic tñ,vt cũ tremore memores semper vestræ erga illũ humilitatis. Versu vltimo.Cũ exarserit in breui ira eius.Post principiũ huius versus secundũ sententiã nõ malè cõiungi cũ fine præcedẽtis,vt sit sensus,Apprehendite disciplinam modò dum tẽpus est,ne quando experiamini irã domini , & ne pereatis de via iusta,tũc cũ exardescet subitò ira eius , ne tũc videlicet pereatis de via iusta,ne tũc separemini à retributione bonorũ,cũ exardescet,seq; manifestabit furor eius. Ac deinde legatur separatim,velut cõclusio totius psalmi. Beati sunt atq; erũt vniuersi,qui cõfidũt in illo.Alterius autem connexionis sententia,in Elucidatione expressa est,

TERTII PSALMI

ARGVMENTVM.

EX titulo (qui tam apud Hebræos, quàm apud Græcos atq; Latinos psalmo huic præponitur) manifestum fit: eũ à Dauid compositum fuisse, in ipsa persequutione quã à filio Absalon sustinuit, siue post peractam persequutionem, & assequutam liberationem. Propter quod, secundum historialem sensum, Dauid ipsi applicari commodè posset. Verùm quia persequutio ista Dauid à suo filio, figura erat & signum præuium persequutionis, quã Christus dominus à populo suo erat prælaturus (quemadmodum & in cæteris Dauid gestis, Christi mysteria figurari solent) idcirco præcipuè est referenda psalmi huius intelligentia ad Christum, in persequutionibus, & tribulationibus constitutum, vt sit eius ad patrem sermo, suæ persequutionis grauitatem, & tribulantium acerbitatẽ, primum veluti per querimoniam proponentis, in spe tamen diuini auxilij seipsum confortantis. Deinde mortis somnum, & subsequuturam ex patris virtute resurrectionis gloriam, atque inimicorum finalem confusionem & punitionem prædicentis.

2.Reg.15

1 Domine quid multiplicati sunt qui tribulãt me: * multi insurgũt aduersum me.
2 Multi dicunt animæ meæ:
*non est salus ipsi in deo eius.
Matth.27
Sapien.2
3 Tu autem domine susceptor meus es, * gloria mea, & exaltans caput meum.
4 Voce mea ad dominũ clamaui:
Ioan.10
*& exaudiuit me de monte sancto suo.
Apoc.1

TERTII PSALMI

ELVCIDATIO.

VIDE pater mi, qui meus es secundum assumptam serui formam dominus, quàm sunt multiplicati persequutores & hostes mei: *multi admodum conspirant atque consurgunt aduersum me in malum, qui me quærũt ad mortem pertrahere. 2 Multi eorum veluti exprobrantes obiiciunt mihi, dicẽtes, *Non erit tibi salus in Deo tuo, in quo te ais habere fiduciam, neque tuã animã de manibus nostris ipse saluabit, dicentes, Confidit in Deo, liberet eũ si vult: videamus, si liberabit eum de manibus nostris. 3 Attamen tu domine pater, susceptor, defensor, protector, & liberator meus es: *tu es qui me glorificabis, & qui me in regnũ atq; principatum exaltabis, liberatum de manibus eorum. 4 In tribulationibus & persequutionibus constitutus, vocẽ tam cordis, quàm corporis mei ad te in oratione affectu magno leuaui: *& tu exaudisti me clamantẽ de sublimi throno gloriæ tuæ, in quo resides in magnificẽtia tua, in medio angelorum

rum tuorum. 5 Increscente & operante aduersantium rabie, iuxta propositum tuæ voluntatis, ô pater æterne, morti me subdidi propria voluntate, mortisque somnum experiri in mea humanitate volui, & tridui spatium in somno illo perdurare, ponẽs à meipso ad tempus animam meam: *Non permansi tamen in morte, vt cæteri mortuorũ: sed à somno illo mortis quantocyus resurrexi ad vitam, potestatem habens resumendi eam quam paulò antè posueram animam meam: & factus sum viuus post paululum, qui fueram mortuus, idque ex virtute diuinitatis quam à te accepi, quoniam tu pater (in cuius manus spiritum meum commendaueram moriens) resuscitandum suscepisti me, & sustentasti atque custodisti vt in morte non permanerem: sed post triduum resuscitasti me, quatenus à te virtutem diuinitatis (secundum quam surrexi à mortuis) accepi. 6 Etiam si me millia hominum persequentium per circuitum obsideant, & in circuitu custodiam aut obsidionem constituant, quomodo ex Iudæorum sollicitatione pauci custodes ad sepulchrum meũ vigilabunt, non metuam, neque ob hoc impediar aut cessabo à resurrectione mea: *tu tantùm domine pater, exurge mihi in auxilium: & secundum decretum consilij tui æterni, à morte (in qua tua permissione ad tempus debeo quiescere) me libera, & ad vitam resuscita. Nulla est enim potestas humanarum virium, quæ tuæ diuinæ potentiæ queat resistere, neque est qui tuæ possit resistere volũtati, aut tua consilia facere irrita. 7 Tu es qui omnes aduersarios meos, qui me sine meo merito iniustè afflixerunt, condemnatione feries æterna. *Tu ictu graui iusti iudicij tui, & percussione seuera sententiæ tuæ in maxilla feries eos, ita vt dentes eorum pariter conterantur atque excutiantur. * Conteres quoque & comminues inuidiam & malitiosam potestatem eorum, qua me lacerare atque discerpere existimabant. 8 Ad te pater domine solùm spectat saluatio, tuum est saluare, & à te vno salus omnis vera est expectanda: *& super populum tibi fidelem, tuisque mandatis obedientem, erit benedictio tua: in præsenti quidem salutaris gratiæ tuæ, in futuro autem sempiternæ gloriæ tuæ: quemadmodum ex aduerso super populum infidelem & rebellem veniet maledictio, in præsenti quidem sterilitatis ab operibus bonis, in futuro damnationis æternæ.

5 Ego dormiui et sopo ratus sum: Luc.23
*& exurrexi, quia dominus suscepit me.

6 Nõ timebo millia populi circundantis me. Mat.27
*exurge domine saluũ me fac deus meus.

7 Quoniam tu percussisti oẽs aduersantes mihi sine causa, dentes peccatorum cõtriuisti. Hest.13 Dan.4

8 Domini est salus, *& super populũ tuũ benedictio tua.

ANNOTATIONES IN

Psalmum tertium.

NOTANDVM, quòd licet Psalmum hunc totum Elucidationis iam positæ series peculiariter capiti nostro Christo accõmodauerit, eámque intelligentiã solã expresserit, potest tamen nihilominus pulchrè & commodè admodũ etiam cuilibet Christi membro, id est, cuilibet viro iusto in tribulatione posito, vox Psalmi huius aptari, vix in vllo variata intelligentia: nisi quod in versu quinto somnus; & exurrectio paulò aliter debeãt intelligi. Fit enim nonnunquam, vt viri iusti, siue grauitate, siue prolixitate persequutionũ fracti, veluti torpere incipiant, atque in somnum peccati declinare: quos Deus lucis suæ visitatione, iam casui propinquos sustentat, & penè iam collapsos benignè erigit, inimicis eorum in fugam conuersis. Huius ergo psalmi apparet ex prædictis triplicem inueniri intellectum: primum quidẽ de persona Dauid in Absalonis persequutione, quemadmodũ indicat titulus, alterum de Christo domino, cuius typum gerebat Dauid: tertium verò, secundum quem cuilibet Christi membro accommodatur de tribulatione poscẽti auxilium, & in domino suam confidentiam bonam exercitanti. Neq; verò hæc sensuum diuersitas vllam inducit confusionẽ, quãdoquidẽ ad inuicẽ couniti sunt, & includuntur alius in alios, secũdus quidem in priore, quemadmodum id quod de signo dicitur, spectat simul & ad signatum: tertius autem in secundo, quemadmodum id quod de capite dicitur, pertinet simul & ad membra. Versu tertio, Gloria mea & exaltans caput meum. Christus siue etiam iustus quilibet, Deum vocat suã gloriam, id est, suum glorificatorem, à quo gloriã sperat & victoriã atque coronam. Exaltare autem caput iusti quomodo dicatur Deus, vide in annotationibus Psalmi CIX. in pertractatione versus vltimi, De torrẽte in via bibet, propterea exaltabit caput. Versu quarto. Exaudiuit me de mõte sancto suo. Mons sanctus Dei, in Psalmis atque item sacris aliis scripturis interdum Ecclesiam significat militantem, quomodo in psalmo præcedẽti in verbo Christi. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, & in psalmo XLVI. Magnus dominus & laudabilis nimis, in ciuitate Dei nostri, in mõte sancto eius. Interdũ verò Ecclesiam significat triumphantem, & mansionem supernam beatorũ, quæ propter altitudinem altissimæ contemplationis & speculationis, secundum quam Deum sancti cõtuentur facie ad faciẽ, rectissimè mons dicitur: simul & propter inaccessibilitatem & inexpugnabilitatem eius. Vnde dicitur in alio loco, Non accedet ad te malum. Qui enim in montibus habitãt, non facilè valent expugnari, & quo mons altior fuerit, eò difficilius. Mons autem Dei tam altus est, vt nemo possit ad oppugnandum vel expugnandum appropinquare. Dicitur autem mons iste sanctus, propter singulariss imam præsentiam, & inhabitationem firmissimam eius qui sanctificat omnia. Sic in Psalmo XIIII. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Item Psalmo XLII. Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. Versu quinto, Ego dormiui & sopora tus sum. Ex sacris domini Iesu verbis in Euangelica historia, simul & ex Apostolorum literis, discimus mortuos dormiẽtes appellari. Vnde de Lazaro ait dominus, Lazarus amicus noster dormit, intendens de morte corporis. Similiter & Paulus, De dormientibus, inquit, nolo vos ignorare fratres: cùm de mortuis loqueretur. Rectè ergo hoc in loco per somnum intelligitur ipsa mortis dormitio, & ex consequenti per exurrectionem, siue euigilationẽ à somno ipsa à morte ad vitam resurrectio. Quod autem Christus ait, ideò se exurrexisse, quoniam dominus pater videlicet ipsum suscepisset, id non sic intelligendum est, quasi non propria sua virtute resurrexerit Christus. Resurrexit enim per virtutem, & potẽtiam diuinitatis, quæ in eo erat, ipsi patríq; communis, non quasi per alienam & extrinsecam virtutem: quemadmodum nos puri homines suo tempore sumus resuscitandi à monumentis. (Ait enim de se ipso Saluator dominus, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam) sed per ipsam propriam suam virtutem, quam intra se habebat, & qua ipse licet homo factus nũquam destituebatur, Patri tamen ascribit suam resurrectionem, & in hoc & in aliis pleriſq; locis, quoniã omnia quæ habet, à patre habet: neque habet omnino quicquam filius, nisi per communicationem à patre: ipsamq; potentiam omnem & virtutem quam habet, à patre habet: atque ideò non im-

merito ad ipsum refert suæ resurrectionis gloriam. Denique manifestum est hic Christum introduci secundum carnis dispensationem, in forma humilitatis loquentē propter quod, ad designandū quòd non virtute humana surrexisset, sed diuina, patri suo ascribit resurrectionē. Nisi enim diuinitas humanitati fuisset auxiliata, non potuisset ipsa à somno exurgere. Si verò hūc psalmum totum personæ Dauid applicare quis vellet, hunc necesse esset somnum istum ad tempus aduersitatis, & tristitiæ (in quo erat Dauid, donec perduraret Absalonis persequutio) referre: exurrectionem autem siue euigilationē, ad tempus liberationis de angustia. Si verò secundum spiritualem intellectum viro cuilibet iusto aptetur Psalmus, intelligitur ista dormitatio, quædam in virtutis proposito atq; profectu remissio, & ad peccatum aliqua ex parte declinatio: exurrectio autem, in pristinam diuinæ seruitutis alacritatem reparatio, ex benignitate Dei suscipiētis iustum, E
vel priusquam cadat perseuerando, vel postquam ceciderit erigendo, ne in lapsu permaneat, & in fonea in quam cecidit
Psal.93 non extractus suffocetur & computrescat. Nam in alio Psalmo dicitur, Nisi quia Dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Versu penultimo, Dentes peccatorum contriuisti. Sumptum videtur ex vulgari cōsuetudine loquentium, ad designandū gratuitatē percussionis, qua omnipotentia diuinitatis Christi hominis inimicos & percussit, & percutiet amplius. Grauius enim ictus est maxillæ, cum ex eo dentes vel infringuntur, vel excutiuntur. Atq; huic intelligentiæ clarè satis atq; apertè consonat beati Hieronymi versio, quæ sic habet. Quoniam tu percussisti omnium inimicorum meorum maxillam, dentes impiorum confregisti. Cui consentit etiam Chaldaica translatio, habēs in hunc modum, Quoniam tu percussisti omnes patronos odij mei super genas eorum, dentes impiorum confregisti. Est autem harum lectionum sententia, tanquam si dicat Propheta, In maxillam inimicos meos percussisti: & quidē ictu tam graui, vt etiam dentes qui in maxillis erant confregeris atque excusseris: id est, ictu terribili, nimirū sententia damnationis æternæ. Aut per dentes confractos, malitiosam eorum potestatem, qua Christum discerpere quærebant, simpliciter intellige. Vtranque autem intelligentiam suppositæ monstrat Elucidatio.

DE

DE TITVLO HVIVS PSALMI.

PRIMVM illud in genere de titulis vniuersis aduertendum est, quòd is cui Psalmus asscribitur, semper in datiuo casu ponitur. Vnde in hoc Psalmo & in consequentibus, cum audis: Psalmus Dauid, vel Psalmus cantici Dauid, semper nomen Dauid in datiuo casu accipi debet; vt sit sensus, Psalmus, ipsi Dauid. Id quod tamē ex Græco quàm Hebræo euadit manifestum, Vtrobique enim, articulus datiui casus adiungitur nomini Dauid. In Græco enim dicitur τῷ Δαβὶδ, id est (vt ita exprimamus) ipsi Dauidi. In Hebræo autem nomini Dauid præponitur litera Lamech, quæ solet esse articulus datiui casus, quemadmodum He genitiui. Neq; verò mysterio vacare putamus, quod autoris ipsius nomen casu datiuo præpositum sit, cum tamen videatur magis casus genitiuus ad autorem competere. Opus enim dicimus illius, qui autor est eius. Præponitur tamen Psalmis autoris nomē casu datiuo, ad significandum (vt equidem arbitror) alium esse autorem præter canentem Dauid, ipso magis precipuū, qui subticetur, & cui præcipuus locus in genitiuo casu defertur, nempe spiritum Domini interius dictantem, & interius illuminantem, ipsiq́ue Dauid Psalmos reuelantem, quēadmodum quodam in loco idem ipse apertum perhibet testimonium, linguam suam scribæ velociter scribentis calamum appellans, videlicet spiritussancti velocem & efficacem motionem designans. Huic itaque scribæ deferens humilis & simplex puer Domini Dauid, & tanquam primo au- Psal.44
G tori primum locum concedens, se quasi instrumentum & quasi illuminatum atque edoctum à Deo casu datiuo designat, dicens, Psalmus ipsi Dauid, acsi diceret, Psalmus ipsi Dauid reuelatus aut datus, quem videlicet Psalmum docuit illum summus artifex spiritus Dei, qui per Dauid Psalmos canebat. Atq; istud quidem hoc in loco semel admonitum, aduertendum est & attendendum diligenter per vniuersum Psalmorum librum, ne eadem opus sit frustra sæpius iterare. Demum (quod ad hunc titulum in speciali attinet) aduertendum est, quod frequenter contingit Psalmo alicui preponi titulum qui spectat ad historiam, quemadmodū hic dicitur, Psalmus Dauid, cum fugeret à facie Absalō filij sui. Alibi, Psal. Dauid in cōsummatione tabernaculi. Item Psalmus Psal.3 Psal.28

Psal.29 Dauid,in dedicatione domus Dauid.Item, Psalmus Dauid,
Psal.51 cum venit Doech Idumæus,& annunciauit Saul,& dixit,Ve
nit Dauid in domum Abimelech.Item.Psalmus Dauid,cum
immutauit vultum suum coram Abimelech,& dimisit eũ,&
abiit.In his tamen Psalmis quibus tales præponuntur tituli,
non est necesse,imò neq; conueniens,vt huiusmodi historia
le factum accipiatur vniuersaliter,quasi materia Psalmi, siue vt Psalmi ipsius intelligentia ad historiam talem accom
Psal. 33 modetur. Nam in Psalmo 30.(cui vltimus ille titulus de
vultus immutatione præponitur etiam apud Hebræos)ne
verbum quidem auditur de huiusmodi facto particulari hi
storiæ, quod in titulo præmittitur. Sed plerunq; titulus vel
tempus tantum designat, quo facta est Prophetæ reuelatio H
Psalmi huius aut illius,vel occasionẽ decantandi siue descri
bẽdi eum.Valdè enim steriles redderet Psalmos,qui semper
ex titulo haurire vellet solidam eorum intelligentiã.Quem
modum in Psalmo proposito, qui illud,Ego dormiui & so
poratus sum & exurrexi, intelligeret de humiliatione ac
subsequenti liberatione Dauidis,verè sterilem & nimis ina
mœnum efficeret sensum.Similiter Psalmus 28.cui(vt dixi
mus)præmittitur titulus,in consummatione tabernaculi, si
ad literam illi dedicationi materialis tabernaculi applice
tur,sterilem & prorsus ieiunam habebit interpretationem,
cum sit alioqui Psalmus adipe mysteriorum noui testamẽti
pinguissimus & delicatissimus.Quod si roges:quid ergo in
titulo historia præmittitur,si ad historiã non debet accom
modari interpretatio Psalmi qui subsequitur? Iam diximus
satis esse,si tantum vel tempus vel occasionem Psalmũ de
cantandi titulus indicet.Pro cuius rei intelligentia diligen
ter attendenda est illa Pauli sententia qua dicit in fidelibus
abundare cõsolationes,iuxta tribulationum abundantiam.
2.Cor.1 Sicut(inquit)abundant passiones Christi in nobis,ita & per
Psal.93 Christum abundat cõsolatio nostra. Quod Psalmista noster
aliis verbis,secundum eandem tamen sentẽtiam, ita expres
sit,confitens Domino & dicens. Secundũ multitudinem do
lorum in corde meo,consolationes tuæ lætificauerunt ani
mam meam.Ex quo apparet, Prophetã in magnis tribula
tionibus & angustiis positũ,quanto magis affligebatur, ex
terius,tanto magis percepisse interiorẽ à Deo illuminatio
nem,in qua seipsum secundum spiritũ posset abundè cõso
lari.

lari. Vnde arbitror fieri potuisse, imò verisimile est & penè
A clarum ac certum ita fuisse,quòd Dauidi in angustiis exte
rioribus & afflictionibus posito, in spirito demõstrata est &
reuelata illa post ventura persecutio & afflictio,quam Chri
stus Dominus præter omne meritum erat perlaturus ab ini
micis:vt sic in ostensa Domini ventura tribulatione, seruus
in sua præsenti afflictione inueniret consolationem: vt hoc
iam Dauidi spiritus diceret,quod multo post ipse Dominus
in carne suis discipulis ore proprio dicturus erat, Non est Ioan. 15
seruus maior Domino suo:Si me persequuti sunt,& vos per
sequentur.Sic enim & spiritus dicebat in corde Dauid,Ecce
Dominũ persequẽtur impij & infideles serui:tu ergo ne gra
uate feras,si te affligant iniqui. Atq; hoc pacto conuenien
ter valdè dici potest, quòd cum à filio suo Dauid persequu
tionem sustineret, indubiè grauissimam, & ad tolerandum
molestissimam(Tanto enim grauius est homini quod infli
gitur malum,quanto eum qui infligit minus æquũ est hoc
agere)ipse autem summam coram Deo humilitatem exhi
beret,de ciuitate regia miserabiliter cũ vniuersa domo pe- 1.Reg.16
dibus suis egrediens,cliuum oliuarũ ascendens,nudis pedi- 1.Reg.15
bus incedẽs,cum fletu & operto capite,maledictionẽ quòq;
Semei patienter ferens,& vlcisci volentes prohibens,aliáq;
his similia plura corã Domino humilitatis intimæ testimo
nia demõstrans:quod in hac(inquam) tanta humilitate illi
reuelatum fuerit ad suam consolationem, quanta Christus
Dominus in mundũ vẽturus,esset à populo suo, à filiis suis,
sed malis filiis passurus, & quomodo post passionem foret
B glorificandus.Atq; hac illuminatione,velut suorum malo
rum omnium oblitus,totus in contemplationem persequu
tionis Christi abreptus,quasi ex persona Christi sic inimicis
circundati,& per resurrectionem liberandi in vocem Psal
mi prorupit,sicq; abunde magnam in sua afflictione consó
lationem inuenit,intelligens & se similiter post persequu
tionem inuenturum requiem. Atq; ita quidem patet quod
diximus, persequutionem Absalonis tempus fuisse, atque
etiã occasionem componendi propositi Psalmi,non autem
ipsius præcipuam materiam. Forsitan autem hæc & aliis
pluribus in locis vbi vsus venerit,admonebimus,& plurium Inanot. secundis
exemplorum declaratione faciemus manifestius:si nos ma
gnus Dominus sua illustratione dignabitur,& vita.

QVARTI PSALMI

ARGVMENTVM.

IN HOC *Psalmo, Propheta vbi eam, quam à Deo ipse expertus fuerat exaudition is facilitatem, præmisit, mox ad increpationem verba conuertit, quòd homines, rationales creaturæ, suæ nobilitatis obliti, tam facillimo ac benignissimo Domino prætermisso, peccatis se turpiter subdant, & carnis ac mundi desideriis ignominiosè inhæreant. Quibus deinde si à vanitate conuerti velint, aduocatum monstrat, per quem propitiationem sibi valeant comparare: simul & modum quo ad illum conuerti debeant (per iram aduersus vitia præterita, declinationem à malis, & operationem iustitiæ) C vt secure in eo sperare valeant, luculenter manifestans. Vbi inspiētium hominum obiectioni respondens, naturalis luminis mēminit, atque etiam spiritualis illuminationis, vnde nobis boni est indicium, & lætitia venit in cordibus fidelium. Deinde per spiritus illuminationem quæ tempore gratiæ ventura bona erant præuidens, & præcipuè fidelis populi futuram multiplicationem atque profectum, & sacramentorum legis nouæ fœcunditatem, ea gaudenter in exultatione spiritus, futura quasi præterita (iuxta morem Prophetarum) prænuntiat: & in eis quæ præuidebat non hæsitans fide, se pariter cum venturis adiungens, in pace securus vult & gaudens requiescere: credens vnà cum nouo illo populo pariter videre bona Domini in terra viuentium, propter spem certam & securam expectationem eorum, quæ spiritu illuminante sibi fuerant prænōstrata.*

QVARTI PSALMI

ELVCIDATIO.

1 *Cum inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ.*
* *in tribulatione dilatasti mihi.*
2 *Miserere mei, & exaudi orationē meā.*
3 *Filij hominum, vsquequo graui corde?*

CVM ex debito cordis affectu clamarem in oratione mea ad Dominum, non abiecit orationem meam Deus, autor ipse, considerator, & remunerator iustitiæ meæ: * In tribulationibus & angustiis inuocatus, latitudinem spiritualis consolationis & gaudij interioris donauit mihi. D 2 Atq; idcirco cœlestem sæpius benignitatem expertus, iterum clamare non desino, quoties vlla mihi tribulatio obtenerit. Misericordiam tuam demonstra mihi Domine, & exaudi me tibi in spiritu humili supplicantem. 3 Vos verò filij hominum, ex hominibus rationalibus homines rationales progeniti, quos sic ad imaginem suam Deus nobiles & glorioſos condidit, quousq; vos tandem secundum affectum cordis onerati permanebitis peccatorum mole, atque terre-

terrenarum concupiscentiarum pondere, semper in ima ista respicientes? * Et propter quid (quæso) cor apponitis vanitatibus, & ex affectu sectamini mendacium? hoc est, ea quę carnis sunt & mundi, quę reuera nihil aliud quàm vanitas sunt & mendacium: in quibus nihil est veræ ac solidæ bonitatis, & quæ suos sectatores miserè decipiunt, pro fœlicitate quā promittunt, æternæ mortis stipendia adducētes. Nequaquā profecto hoc decens aut iustum est, aut etiam expediens, vt rationalis creatura quam Deus sic nobilem creauit, ipsa se vanitati atq; mendacio vltrò subdat, atq; in seruitutem dedat. 4 Quod si qui forte ex filiis hominum pondera hæc E abiicere cupiant, ostendam eis, quis sit qui illos possit leuare suis oneribus. Illud enim in primis sciendum & fideliter attendendum est, quòd pater omnipotens Christum Dominū (quem ab initio conceptus sui sanctitate, misericordia, & omnibus gratiis impleuit non ad mensuram) mirabilem fecit, mirificè exaltauit in conspectu suo, & mirabilem demōstrauit in conspectu omnium credentium, tanquam aduocatum nostrum & propitiatorem, per quem nobis datus est ad patrem accessus, quiq; mirabiliter à peccatoribus segregatus in perpetuum assistit vultui Dei pro nobis. * Deus pater omnipotens exaudiet nos, quotiescunq; ad illum clamauerimus: ita vt si quid patrem petierimus in nomine eius, hoc ipse faciat nobis: ad quem accedentes, ab omni onere & pōdere liberi (iuxta promissum eius) reficiemur. 5 Si verò modum requiritis quo ad illum à vanitate redire oporteat, en primum vobis dolor ira & indignatio sancta assumi debet, per quæ peccatis præteritis, imò vobis ipsis, vt serui fuistis peccati indignari debetis, vt illa quæ prius turpiter amastis & concupiuistis nequiter, iam pœnitentes salubriter detestemini: * ac deinde, ne vltra peccetis firmo proposito statuendum, atque diligenti obseruatione est cauendum: ne ea quæ semel defleta sunt per pœnitentiam, per concupiscentiam iterum committantur. * Cæterum si quæ occurrant aut exoriri cœperint per cogitationes in cordibus vestris mala desideria, vel ex suggestione exterioris dæmonis, mundi aut carnis, vel ex memoriæ volubilitate & affectus instabilitate, & si quæ huiusmodi intus in animos vestros fortè se ingerant, nolite oblectari in eis, vt non noceant, sed compungimini, & dolore vosipsos affligite pro illis, vt sic dū oblata resputis,

* *vt quid diligitis vanitatem & quæritis mē dacium?* Eccles. 1 Roma. 6

4 *Et scitote quoniam mirificauit Dominus sanctū suū.* Ioan. 3 1. Ioan. 2 Roma. 5 Hebr. 9

* *Dominus exaudiet me cum clamauero ad eū.* Ioan. 16 Matt. 11

5 *Irascimini.*
* *& nolite peccare:*
* *quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini.*

6 Sacrificate sacrificiũ iustitiæ,

reſpuitis,etiã glorioſior fiat ex eis corona veſtra. 6 Neque verò ſat fuerit ad perfectam cõuerſionem, præterita peccata plãgere,& ab eis caute declinare:ſed ſtudioſè ſemper bonum operari oporret,& Deo offerre iuſtũ ſacrificiũ,& debitum bonarũ actionũ,in operando ea quæ diuinæ ſunt volũtatis.Nullum eſt enim ſacrificiũ tam à nobis Deo debitũ, quàm vt vitam iuxta eius voluntatem ducamus. Hæc verò vbi adfuerint (nempe de peccatis præteritis dolere, à malis actibus ceſſare,& operibus Deo placitis inſiſtere)* ſpem firmam habete in domino.Sic enim vt oportet ſperantes in eo non cõfundemini,ſed ab omnibus malis ipſe vos faciet ſaluos.* Neq; mouere quenquam debent voces hominũ ſtultorum atque carnaliũ(quorum bonus ſemper imò infinitus G eſt numerus)dicentium,Vnde ſcire poterimus,quæ vt bona ſectanda,qúæve vt mala ex aduerſo fugiẽda,aut quis eſt qui nobis in omnibus noſtris actionibus(quæ ſunt infinitæ) hæc demonſtret? 7 Ecce enim inditum eſt & impreſſum nobis rationalibus creaturis naturale lumẽ,quod à facie dei,id eſt, ab illo increato,infinito & inæſtimabili lumine,veluti quẽdam particula & quædã participatio illius immẽſi luminis, in apice mẽtali & vi animæ ſuprema de ſuper immiſsũ,Deo nos aſsimilat,& Dei imagine veluti conſignat:in quo lumine,natuliter ea quæ bona ſunt & ſectanda, qúæve ex oppoſito mala & fugienda cognoſcimus.Inſuper & lumen ſpiritus tui ſancti,de cõſpectu diuinitatis tuæ demittis in corda fideliũ,per quẽ inſculpitur in nobis,& veluti ſignatur atq; imprimitur ſpiritualis regeneratiõis imago,qui ſua nos interna vnctione omnẽ docet tam de credendis,quàm de agẽdis veritatem: * Et in horum vtroq; lætati me & exultare feciſti in gaudio interiori ſpiritus mei.Ex vtroq; enim gaudium viri iuſti conſciẽtiæ,cum ſic duplici ratione munitur, atq; ſecura redditur. 8 Et ô beata illa ventura tempora, H ô felicia poſterorũ ſecula,quando à fœcunditate ſacramentorum nouæ legis(quorum præcipuum in frumẽto & vino per conſecrationẽ conficietur,atq; alia quædam in vnctione ſacrati olei)multiplicabuntur atq; augmentum ſumẽt, tam gratia & merito quàm numero, fideles in Deum patrem & CHRISTVM filiũ eius credẽtes. 9 Mihi verò tametſi nõdum detur videre felicia hæc tempora,fidei tamen communione cum illis vẽturis generationibus meipſum ſpiritu cõiung

** et ſperate in domino:* Rom.8

** multi dicũt quis oſtendit nobis bona?* Eccleſ.1

7 Signatũ eſt ſup nos lumen vultus tui domine,

**dediſti lætitiam in corde meo.* 1.Ioan.1 Ioan.16

8 A fructu frumẽti,vini & olei ſui, multiplicati ſũt.

9 In pace in idipſũ dormiã & requieſcam.

iungens, in pace ſimul cum eis obdormiam ſecurus, & in ſpe eadem pariter cum illis per mortis diſſolutionem ingrediar in requiem dormitionis meæ,eadem cum illis beatæ reſurrectionis præmia certiſsime expectans. 10 Quoniam tu domine per illuminationem iſtam tuam tam benignam de venturis Eccleſiæ tuæ bonis in ſpe bona,ſingulari & peculiari quodammodo ſecurum me conſtituiſti.

10 *Quoniã tu domine ſingulariter in ſpe cõſtituiſti me.*

ANNOTATIONES IN Pſalmum quartum.

VERSV primo:In tribulatione dilataſti mihi: poteſt dilataſti,intelligi pro latitudinem dediſti, in cõſolatione videlicet interna,quam præbuiſti inuocatus in tribulationibus.Cui cõſonat verbum Apoſtoli,dicẽtis,Sicut abundant paſsiones CHRISTI in nobis, ſic & per CHRISTVM abundat conſolatio noſtra: & ſi fuerimus ſocij paſA ſionum,erimus & cõſolationum. Dum enim foris tribulatio corpus premit,intus per gaudium ſpiritus dilatatur.Propter quod idem Apoſtolus hanc latitudinem probè expertus,In omnibus (inquiebat quodam loco glorians in afflictionibus)tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur. Et iterum,Licet is qui foris eſt noſter homo corrumpatur, tamen is qui intus eſt renouatur de die in diem. Si verò malit quis accipere verbum dilataſti,ſecũdum proprietatẽ ſuæ ſignificationis,vt ſonet latũ facere, ſubaudiat accuſatiuum præcordia, vel cor, vel ſpiritum, vel conſolationem, aut aliud huiuſmodi,vt ſit ſenſus,Dilataſti mihi cor, aut præcordia,aut ſpiritum meum. In cõſolatione enim & gaudio interiori,ſpiritus intra ſeſe dilatatur,quemadmodum triſtitia conſtringitur,& coanguſtatur.Aut dilataſti conſolationẽ, id eſt, latam mihi feciſti conſolationem. Forſitan autem hæc latitudo de qua modò loquitur,eadem illa de qua & in aliis aliquot locis meminimus fieri ſermonem.Veluti Pſalmo 17. Eduxit me in latitudinem.Et Pſalmo 118.Et ambulabam in latitudine.Et iterum,viam mandatorum tuorum cucurri,cum dilataſti cor meum.Lectio autem Romana habet accuſatiuum pro datiuo.In tribulatione(inquit) dilataſti me.Et hæc lectio eandem habet cum ſupradictis ſententiam.Quid eſt enim inuocantem dilatare,niſi inuocanti dare latitudinem, ipſúmq; in latitudine conſtituere? Verſu tertio,Vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium?

Pſalm. 17 Pſalm. 118 Ibidem.

Per

Per vanitates & mendacia rectè in Elucidatione intelligũ- B
tur ea quæ mundi sunt & carnis, id est, delitiæ & temporalia
bona, & malarum concupiscentiarum adimpletio: quæ ni-
hil sunt, nisi vanitas & mendacium. Vnde & in Psalmo 39.
Psalm. 39 similiter de his dicitur, quòd beatus est homo ille, qui non
respexit in vanitates, & insanias falsas. Possent nihilominus
idola hîc intelligi vanitates & mendacia, quæ reuera vanis-
sima sunt: cùm dij habeantur, nihil tamẽ sint minus, & men
tiuntur suis cultoribus, eósq; miserè decipiunt, pro salute,
æternam damnationem ipsis superinducẽtes. Atq; ita com-
modè subsequitur in sequenti versu demonstratio eius qui
verè diligi & requiri debet, vt colatur, scilicet CHRISTI
Dei patris filij, qui non mentitur suis cultoribus, cũ omnes
clamantes exaudiat: quem, relictis omnibus vanis idolis, iu
stum est, vt verũ Deum requirere & colere. Potest autem hic
versus legi, vel tanquam increpatoria interrogatio, cum ve
hementia indignationis, vel quasi per querimoniam cum
suauitate compassionis. Neq; omnino dissonat vox ista Pro
phetæ increpatoria, ab illa suauissima CHRISTI exhorta-
tione, secundum quam in Euangelio vniuersis clamitat, di-
Matth. 11 cens, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, &
ego reficiam vos. Tanquam si dicat, Quare curritis post va-
nitates, & mẽdacia diligitis, quæ nihil aliud, quàm grauissi-
mum onus adferre possunt conscientiis vestris? Ad me po-
tius accedite, méq; diligite, deponentes omne mendacium,
& omne pondus seculare vanitatis, vt in me reficiamini, &
alleuiẽtur corda vestra. Versu quarto, Et scitote, quoniam
mirificauit dominus sanctum suum. Præter continuationẽ
huius versus cum præcedẽti illa quæ in Elucidatione posita
est, potest assignari, & alia non incõmodior, in hunc modũ. C
Nequaquam ò homines diligatis vanitatem, aut quæratis
mendacium: Scitote enim, quoniam ille qui est veritas, ipse
sanctus sanctorũ CHRISTVS dominus, potius toto est cor
de diligendus, & requirendus, atq; colendus à vobis: quem
Deus pater mirificauit, mirabilẽq; fecit, & super omnia ex-
altauit, vt ipse ab omnibus diligatur & colatur, qui solus po
tens est exaudire omnes ad se clamãtes, & præstare omnibus
quæcunq; postulauerint. Quòd autem in secunda parte di-
citur, dominus exaudiet me cum clamauero ad eum, tametsi
sub prima persona dicatur, intelligitur tamen secũdum ge-
neral

neralitatem, ac si diceretur, Dominus exaudiet omnẽ eum
qui clamauerit ad illum. Est enim hoc frequẽs, cũ quis vni-
uersalem vel indifferẽtem velit facere enũtiationem, vt de
sua ipsius persona loquatur singulariter. Vt cùm dico, Si be-
nè fecero, reddet mihi Deus mercedem bonam, sin malè, ma
lam, sub prima persona loquẽdo, indico, quid omnibus vni-
uersaliter sit Deus bonis atq; malis præmij largiturus. Ver
su quinto, Irascimini & nolite peccare. Hũc passum nõnulli
ad moderationem iræ referunt, sic eum exponẽtes, Si irasci-
mini, vel si irasci cõtigerit, cauete, ne peccatum fiat: ira est,
ne modum excedat, vt non mora nimia aut excessus furoris
trãseat in peccatũ mortis, vt ferè idẽ sit quod quodã in loco
scribit Apostolus, Sol nõ occidat super iracundiam vestram.
Verùm hæc expositio nõ satis videtur cõcordare consequẽ- Ephes. 4
tibus, atq; præcedentibus. Propter quod, longè aliam sentẽ-
tiam sequitur Elucidatio. Secundum quam, diligenter at-
tendendus est ordo qui in duobus his versibus, id est, hoc
præsenti atque proximè præcedenti, describitur: secundum
quem conuerti debemus ad dominum, & illum requirere.
D Primùm enim irasci oportet vitæ pristinæ, deinde ne vltra
addamus diligenter attendere, insuper exurgentes malos
motus (siue ex consuetudine malæ vitæ pristinæ, siue ex car-
nis prauitate) comprimere, & per compũctionem extingue-
re, vt non iterum excrescant per consensum, si permittantur
liberè exurgere, & absque represione proficere. Hinc verò
diligenter operari oportet bonitatem, vt vera, & perfecta
comprobetur pœnitentia. Amor enim, & desiderium virtu-
tis, si operari renuit, neque verus amor, neque verum desi-
derium est. Operantes autem bonum, cauere debent, ne in Galat. 6
semetipsis fidant, aut propriis viribus (quasi iam aliquid cœ- Ioan. 15
perint esse, cum nihil sint) sed spem totã habeant in domino 2. Cor. 3
sine quo prorsus nihil possunt efficere, & ex quo, omnis est Rom. 5
eorum in bonum sufficiẽtia. Vbi verò sic prædicto, & ordi-
nato modo ad dominũ se conuerterint, sperent in eo fiden-
ter, de sua salute securi: quoniam nõ illos cõfundet spes sua.
Cùm verò consequenter subiungitur, Multi dicũt, quis ostẽ
dit nobis bona. obiectio ponitur hominũ carnaliũ, ac dein-
de versu sequenti eiusdem obiectionis solutio, quemadmo
dum in Elucidatione euidenter exponitur. Versu octauo,
A fructu frumenti, vini, & olei sui. Nonnulli hunc versum
de

de malorum prosperitate exponũt, referẽtes sermonem ad illos multos, de quibus in versu sexto mentio fiebat, qui increduli, & murmuratores dicũt fidelibus, Quis ostendit nobis bona? hos dicunt multiplicari, id est, ditari, in fructu frumenti, vini, & olei, id est, per abundantiam rerum temporalium. In his enim tribus frumẽto, vino, & oleo, omnium re- E
rum temporalium abũdantiam intelligunt. Hãc expositionẽ qui clarius volet ac plenius cognoscere, videat commẽ-
Augustin. tariũ sancti patris Augustini, qui eam latè prosequitur. Nostra enim Elucidatio, propter connexionẽ commodiorẽ, nequaquã istam expositionẽ prosequitur, sed mystica intelligentia de sacramẽtis loquitur nouæ legis, quæ per fructum frumẽti, vini, & olei, intelliguntur, ratione quæ inibi exprimitur. Iuxta quam intelligentiam illud etiam conueniẽtissimè videtur accipi, quod populo, misericordiã consequuto,
Ioël.2 per pœnitẽtiam prædixit Ioël Propheta: Zelatus est (inquit) dominus super terram & pepercit populo suo. Et respondit dominus, & dixit populo suo, Ecce ego mittã vobis frumẽtum, & vinum, & oleum, & replebimini in eis, & non dabo vos vltra opprobrium in gẽtibus, Nam quòd hæc ad nouæ legis beneficia, & gratiæ tempus pertineãt, cõsequẽtia manifestius demõstrant, quæ de diaboli eiectione, & condemnatione, de deserti gẽtium fructificatione, de CHRISTO doctore iustitiæ, eiũsq; prædicatione, euidẽter satis faciunt mẽtionem, ac deinde etiam de spiritussancti effusione Prophetia subnectitur, quam sine hæsitatione Petrus Apostolus,
Actu.2 in Actis Apostolorum, populum Iudæorũ alloquẽs, ad tempus nouæ legis asserit pertinere. Iuxta hanc item nostram
Thomas interpretationẽ, venerabilis Ecclesiæ doctor Thomas Aqui-
Aquinas. nas, in officio sanctissimi Eucharistiæ Sacramẽti, præsentẽ versiculum accommodat, in Antiphona, quam huic Psalmo præcinendam præmittit. Antiphona autem huiusmodi est, A fructu frumẽti, & vini, multiplicati fideles in pace CHRISTI requiescũt. Quod autẽ oleũ omiserit, nihil moueat, quo F
niam ad Eucharistiæ sacramẽtum (quod ille laudabat) non attinet. Versu penultimo, In pace in idipsum dormiam. Nota, quòd prisci illi Patriarchæ, atq; Prophetæ, qui longè ante CHRISTI aduẽtũ præcesserũt per multa secula, quibus nõ est datum videre ea, quæ oculi nostri viderunt, atque etiámnum vidẽt in tempore hoc gratiæ, & nouæ legis, fuerunt

runt tamen illuminati à Deo de vẽturis illis nouæ legis mysteriis, per quæ futura erat salus, & redemptio generis humani, & gratia copiosa credentibus conferenda, cum abundantia spiritualium bonorum: sicq; ea, quæ in tempore nouæ legis futura erant, per fidem velut à longe aspicientes, in pace quieuerunt: quemadmodum de Abraham, Isaac, & Iacob ait
Paulus, quod iuxta fidem omnes defuncti sunt, non acceptis Hebr.11
repromissionibus, sed à longe eas aspicientes, & salutantes. Quieuerunt autem in pace, iuncti per fidem, & spem pariter cum illis suis posteris venturis in tempore gratiæ: id est, nobiscum, qui ea, quæ illi vt ventura credebant, nũc credimus, & confitemur impleta. Et quemadmodum nos in fide securi quiescimus (domino vocante) in spe eius, quæ iam impleta est redemptionis humanæ: ita, & isti in pace pariter nobiscũ quiescebant securi, propter fidem, & spem eorum, quæ certissimo ventura, & suo tempore implenda credebant. Vnde Pa Gen.49
triarcha Iacob, congregatis in nouissimo filiis, hãc suæ spei securitatem protestãdo, dicebat, Præstolabor salutare tuum domine. Et Tobias sanctus morti proximus, in spiritu cernẽs decorem ædificandæ Hierusalem, id est, Ecclesiæ sanctæ, si- Tob.13
G militer dicebat exultans, Beatus ero, si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Hierusalem. Et iterum, Ego autem, & anima mea gaudebo in domino. Imò, & Balaam ille iniquus auaritiæ seruus, finem venturum iustorum non ignorabat, cùm diceret, Moriatur anima mea morte iu Num.23
storum, & fiant nouissima mea horum similia. Secundũ hũc itaque modum illuminatus de venturis Propheta Dauid, se dicit in pace pariter requiem accepturum, eo quòd peculiari modo esset ex Deo factus securus de beata sua resurrectione, & glorificatione, nõ minus quàm si omnia salutis humanæ mysteria ipse oculis corporeis fuisset contemplatus: id
quod in alio Psalmo apertius confitetur, dicens, Credo vide Psal.26
re bona domini, in terra viuentium.

QVINTI PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVS *qui sequitur, formam aptam dat orandi, ijs qui in tribulationibus, aut tentationibus positi, vim patiuntur ab aduersantibus, siue visibilibus, siue inuisibilibus persequutoribus. In quo vir iustus primũ orationẽ suam petit exaudiri: quã mens ante cõspectũ Dei se exhibẽs, in discussione vitæ suæ, offert Deo.*

Et quia illũ nouit ſuper omnia odiſſe operarios iniquitatis, ab eorũ numero ſe per conſcientiæ bonæ teſtimoniũ ſeparans, confidẽter ante Dei præſentiam ingreditur, cœleſtem Dei ducatum atq; directionem fiducialiter poſtulans, propter inimicorum ſuorũ quam proponit peruerſam malitiam, quorũ optat, & orat cogitationes decidere, & irritas fieri. Iuſtis autẽ in domino ſperãtibus lætitiam, & exultationem, & diuinam erga ſeruos ſuos tutelam, atq; cuſtodiam pronuncians, ita terminat vocem orationis pariter atq; confeſſionis ſuæ.

QVINTI PSALMI
ELVCIDATIO.

1 *Verba mea auribꝰ percipe domine: * intelligе clamorẽ meũ.* 2 *Intẽde voci orationis meæ, rex meus & Deus meus.* 3 *Quoniam ad te orabo domine:* *manè exaudies vocẽ meam.* 4 *Manè aſtabo tibi, & videbo:* Rom. 8 * *quoniam nõ Deus volens iniquitatem tu es.* 5 *Neq; habitabit iuxta te malignus:*

VERBA orationis meæ, quibus oro ad te in tribulationibus, & tentationibus conſtitutus, aſcendãt ad te domine, & ad aures tuas ea fac peruenire, vt audias, & exaudias orantẽ: * vocem orationis meæ, qua clamo ad te, tu domine attende, & conſidera, vt exaudias. 2 Neque auertas te ab oratione mea, ſed intentus eſto ad vocem meam, qua oro ante conſpectum tuum, tu qui es rex meus, cui milito, & dominus, Deus, creator, atque redemptor meus, cui ſeruio. 3 Ecce enim orationem meam ad te leuabo domine: in te ſpem omnem habens, atque fiduciam, qui es Deus vnus, & verus, ſolus me potens adiuuare in omnibus neceſsitatibus: * & tu me exaudies, tibi ſupplicantem, tempore matutino, tempore orationi accommodo, & oportuno: quãdo nimirũ tranquilla, & pacata ſunt omnia, & ad orationẽ eſt anima accommodatior. * Manè etiam cùm illuceſcere cœperit intra animam meam lux ſalutaris gratiæ tuæ, quæ me, vt oportet, orare doceat. 4 Matutino tempore curabo, me tibi præſentem exhibere, & ante conſpectũ tuũ per mentis eleuationẽ conſtituere, quando diuinis rebus contẽplandis, atque percipiendis liberius vacare poſſunt homines: & tunc contemplabor, præuidebo, & diligẽter conſyderabo tã ea, quæ ad tuam veritatem ſpectant, quàm ea, quæ ad meæ vitæ munditiam, vt mundus tibi aſsiſtam: * Tu es enim Deus, qui turpitudinẽ peccati, & omnem iniquitatis immunditiã non tantum non diligis, ſed habes etiã odio: propter quod eos, qui ſe ante conſpectũ tuũ exhibere volunt, diligẽter contemplari oportet, & præuidere, ne quid fortè lateat in occulto, quod oculos tuæ maieſtatis offendat. 5 Neq; quiſquã peruerſus intromittetur ad habitationẽ tuã glorioſam, vt tua fruatur gloria, neq; tu quenquã eorum, qui operantur malum, fouebis quaſi domeſticũ tuũ: * neq; perſtabũt impij iſti ante oculos beneplaciti tui, ſed à conſpectu gloriæ tuæ proiicientur, & perdentur in tenebras exteriores, perpetuò diuiſi à cõſpectu tuo. 6 Tu, cum ſis ſummè bonus, & perfectiſsima omnino bonitas, malitiã contrariã habes exoſam, & oẽs qui operãtur eã (quatenus iniquitatis operarij ſunt) abominaris: * ſempiterna dam natione perire facies oẽs eos, qui fraudẽ, & mendaciũ loquuntur, vel agũt ad deceptionem proximorum ſuorum. 7 Hominẽ ſanguinis appetitorẽ, qui oblectatur in ſanguinis effuſione, & in nece hominũ, itẽ, & eũ qui fraudibus, ac dolis occupatur ad inſidiandũ proximis, & inferenda quælibet nocumẽta per aſtutiã ſuã, huiuſmodi deteſtatur, atque execratur Deus: qui ex ſua natura clementiſsimus eſt, etiam inimicorũ in ſe peccantiũ mortẽ nolens, & omnis æquitatis, atq; veritatis amator, fraudẽ, & iniuſtitiã ſuper omnia habẽs exoſam: * Ego verò ex dono gratiæ tuæ nullius horũ mihi cõſcius, & ſecũdũ magnitudinẽ miſericordiæ tuæ à mortalibus hiſce peſtibus (teſtimonium mihi perhibẽte diligenter perquiſita conſcientia) immunis, confidens in miſericordia tua, quæ eſt magna nimis. 8 Audebo fiducialiter exhibere meipſum cõſpectui tuo, & ingrediar in domum ſanctam tuam, ſiue eam, quam in cœlis inhabitas, ſpiritu mentis in illã aſcendẽs, ſiue eam, quæ in terris nomini tuo, & cultui eſt ſpecialius dicata per corporis ingreſſum: * illícque ſiue mentis, ſiue corporis præſentia cõſtitutus, adorabo te dominum cum timore, & filiali reuerentia, in vera humilitate cordis mei: nũc quidẽ tuã gloriã collaudando, nunc de beneficiis gratias agendo, nũc deprecando pro peccatorum remiſsionibus, nũc pro ereptione clamando de periculis, atq; aliis neceſsitatibus. 9 Eſto mihi domine Deus dux itineris, & per viã iuſtitiæ tuæ in obſeruatione præceptorum tuorum me dirige, propter eos, qui mihi in via hac aduerſantur, quærẽtes ſuis prauis ſuggeſtionibus, & aſsiduis tẽrationibus, variis modis à via iuſtitiæ me in peccatum pertrahere: * & vt periculũ, quod ex horũ acerba malitia mihi imminet, valeã tuo auxilio euadere, dirige tu domine per ducatũ cœleſtis luminis tui viã vitæ meæ in beneplacito tuo, vt corã te ambulẽ, fiámq; perfectus. 10 Eſt enim malitia aduerſariorum meorum (peruerſiſsimorum di

* *neque permanebũt in iuſti ante oculos tuos.* 6 *Odiſti oẽs qui operantur iniquitatẽ:* * *perdes oẽs q̃ loquũtur mendacium.* 7 *Virũ ſanguinũ & dolosum abominabitur dominus.* Ezec. 33 & 18 * *ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ.* 8 *Introibo ī domũ tuã:* * *adorabo ad tẽplũ ſanctũ tuũ in timore tuo.* 9 *Domine deduc me in iuſtitia tua propter inimicos meos.* * *dirige in cõſpectu tuo viam meã.* 10 *Quoniã non eſt in*

co dæmonum,& hominum prauorum, qui miniſtri ſunt & membra eorum)magna,& crudelis valde. Quoniam non veritatem,neque iuſtitiam loquuntur, aut ſuggerunt,ſed quæ vana ſunt iniqua, & impia ſemper proponunt, & ſuadent: *neque id mirum,quandoquidem intima quoq; eorum plena ſunt vanitate,& peccati deſyderio. 11 Guttur eorũ quaſi ſepulchrũ patens eſt,eructans eã,quam in ſe habet,fœtoris turpitudinẽ,& ad vorandũ,atq; ſuſcipiendũ in mortem ſemper apertũ. Sic enim peruerſi dæmones pleni omni ſpurcitia, & fœtorẽ exhalant,atque euomunt bonis intolerabilem,& ſemper ad vorandũ bonorũ animas auidi exiſtunt,& inſatiabiles: *per linguas quoq; ſuas,quo magis decipiant, dolosè loquuntur,dũ blandis ſuis ſuggeſtionibus proponunt hominibus quæ videntur dulcia,atq; carni ſuauia:interdũ etiam quæ ſpiritui videntur ſecundũ ſpeciẽ bona,atq; vtilia,vt ità tandẽ ſub boni ſpecie fallãt,& incautos in ſepulchrũ mortis coniiciant: *Tu verò pro ſeruis tuis pugnans Deus omnipotens,deſtrue poteſtatẽ illorũ:& pro nobis faciẽs iudiciũ,condẽna illos,qui violentiã eorum tua potentia facillimè vales compeſcere,& dolos tua ſapientia depellere. 12 Fac tuo iuſto iudicio Deus omnipotens,vt fruſtrẽtur ipſi in conſiliis ſuis,quæ cogitauerunt cõtra ſeruos tuos,vt in effectum ſuas prauas machinationes nequeant perducere:*iuxta multitudinem,& propter multitudinem iniquitatũ,quas cogitauerunt,à conſpectu tuo in ſempiternum proiicies eos,& à conſortio ſeruorum tuorum,quibus aduerſati ſunt,eliminabis eos in ærernum:*quoniam non aduerſus homines ſolũ, ſed & aduerſus tuam gloriã machinati ſunt,& rebellauerunt,atque ad iracundiam te prouocauerũt,ex ſua peruerſa malitia conati tuam gloriã facere irritam. 13 Ex aduerſo verò qui crediderunt,& ſperauerunt in te domine ſerui tui,ipſi nõ expellentur à conſpectu tuo:ſed lætitia ſempiterna lætabuntur coram te,ineffabili gaudio tripudiabũt in præſentia diuinæ maieſtatis tuæ:& tu inhabitabis in medio eorum,futurus eis ſempiterna lætitia,& gaudium æternum,& autor indeficiẽs omnis boni,quaſi dominus in medio fidelium ſeruorum ſuorum,imo quaſi pater in medio filiorum,accumbentium mẽſæ tuæ. 14 Et magnificè,atq; gloriosè lætabuntur in aſpectu,atque fruitione vultus tui omnes,qui nunc vero amore diligunt ſanctum nomẽ tuum. * Tu es enim Deus optime, qui

ore eorũ veritas.
cor eorum vanum eſt.
11 Sepulchrũ patens eſt guttur eorum,
linguis ſuis dolosè agebant:
iudica illos Deus.
12 Decidãt à cogitationibus ſuis:
ſecundum multitudinẽ impietatum illorum expelle eos:
quoniam irritauerũt te domine.
13 Et lætentur omnes qui ſperãt in te, in æternum exultabunt, & habitabis in eis.
14 Et gloriabũtur in te oẽs qui diligũt nomẽ tuum,

F qui benedictionem pleniſſimam illam dabis omnibus in iuſtitia nunc tibi famulantibus,quemadmodum in vita præſenti, gratiæ tuæ benedictionem eiſdem conferre voluiſti. 15 Tu Domine, beneplacito bonæ voluntatis tuæ, nos tibi ſeruire cupientes ad modum ſcuti protegendo,ex omni parte circundas,atque circuncingis protectione tua,ne alicunde malum nobis valeat,aut nocumentum accidere. Tua nãque erga ſeruos tuos bona voluntas, & tuus erga nos affectus bonus, atque benigna dilectio eſt nobis quaſi ſcutum, & tutamentum,quo ab omnibus malis ſaluamur, & in vitam æternam illæſi atque ſalui perducimur.

miam tu benedices iuſto.
15 Domine, vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos.

ANNOTATIONES
in Pſalmum quintum.

VERSV quarto, Manè aſtabo tibi, & videbo quoniam. Secunda pars huius verſus poteſt,vel diuiſim legi, vt quoniam ſit coniunctio cauſalis,quomodo in Elucidatione declaratum eſt: vel etiam coniunctim cum verbo videbo, vt ſit ſenſus,Mane aſtabo tibi,& tunc videbo,conſyderabo, ſpeculabor,& contemplabor,quòd tu ſis Deus nolens iniquitatem. Cùm enim in tranquillitate mentis ponitur homo, abiectis, & eliminatis omnibus paſsionibus perturbantibus,illucescente fulgore ſuperni luminis,tunc contemplatur homo purius,& videt limpidius quæ de Deo in hac mortali vita cognoſci poſſunt. Et frequenter quidem dum in perturbationibus ſunt homines,dum feruet in eis paſsionũ impetus, malè iudicant, quòd velit iniquitatem Deus: aut impios diligat,ſiue foueat:eò quòd illos in malis ſuis ita toleret,vt à non intelligentibus diuina conſilia videatur fauere illorum impietatibus. Verùm qui, manè Deo aſtiterint, videbunt,& intelligent longè aliter rem habere,Deumque vt ipſe ſanctus eſt,ita & in aliis diligere ſanctitatem,& eam requirere,ac nequaquam fouere apud ſeſe peccatores. Prior tamen ſententia plenior videtur,& magis literæ accommoda. Verſu ſeptimo,Virum ſanguinum,& doloſum abominabitur Dominus. Virum ſanguinum interpretati ſumus, hominem ſanguinis innoxij appetitorem,& effuſorem,cuiuſmodi ſunt homicidæ,& tyranni crudeles:vt Saul,& complices eius, qui innocentis Dauid tantopere cupiebant, & quærebant ſanguinem fundere. Cui expoſitioni aperte fauet Chaldæa Paraphraſis, ita hoc loco habens: Hominem

effusorem sanguinis mundi, & dolosum, longè propellet Deus. Et secundum hanc intelligentiam, maledicus ille Semei exclamabat aduersum Dauid, quòd vir sanguinum esset
2.Reg.16 hoc, nimirum illi ad contumeliam improperás, quòd prælia domini fuisset præliatus, & hostes populi Dei interfecisset, iuxta voluntatem domini, in ore gladij, impiorũ scilicet ex voluntate dñi interfectionem, homicidia iudicans. Posset tamen, generaliori acceptione, per virum sanguinum, quilibet peccator intelligi: quoniã nomine sanguinũ significari pec-
Psal.50 cata in scripturis, nõ est absonum: vt Psal.1. Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ. i. de peccatis. Quæ, quanã ratione sanguinũ nomine appellentur, in iam citato loco re H quire. Versu nono, Dñe deduc me in iustitia tua propter inimicos meos. Particula, propter inimicos meos, in medio posita, potest cũ præcedentibus cõiungi, quam connexionem habet Elucidatio, ad hunc modum. Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos: ac deinde, dirige in conspectu tuo viam meam. Potest, & ad sequentia cõnecti, hoc modo, Propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viã meã. Vtraque autem connexio eandem habet sententiam: Neque altera, alteri vlla ratione præferenda videtur, nisi quòd prior vulgatior, & vsitatior est, quã & beatus Augustinus sequitur.

Versu decimo, Quoniam non est in ore eorũ veritas. Recta est in hoc versu partium consequutio. Nam secũda, prioris rationem reddit. Quod enim non sit in ore impiorũ veritas, manifestum est, hoc ex cordis defectu procedere. Nam (veritate teste) ex abundantia cordis os loquitur. Et sicut bo
Mat.12 nus homo, de bono thesauro profert bona, ita malus, de the-
Luc.6 sauro suo profert mala. Et iterum ait quibusdam mendacibus veritas, Progenies viperarum, quomodo potestis bona
Mat.12 loqui, cùm sitis mali? Itaque nõ est in ore impiorum veritas, quoniam nec est in corde: sed quomodo cor eorũ vanũ est, ita & os non aliud quàm vanitatẽ potest eloqui. Rectè autẽ huic consonãt, & alia veritatis verba, quibus diabolum asse-
Ioan.8 rit mendacem esse, & patrem mendacij, ac tum demum ex propriis loqui, cùm mendacium loquitur. Et quomodo ipse mendax est patérq; mẽdacij, sic & vniuersos, quos possederit vanos, & mendaces facit. Potest autem hoc loco veritas accipi, vel ea, quæ ad intellectum spectat, oppositа falsitati: A vel ea, quæ ad affectum seu mores pertinet, quæ cum iustitia eadem,

eadem, opponitur vanitati siue iniustitiæ. Nam & veritas, & vanitas, vtroq; horum modorum reperiuntur in vsu scriptu rarum posita. Et quidem in præsenti loco vtraque sententia veritatem ex æquo habet. Nam falsa loquuntur mendaces dæmones in cordibus hominum, quoties de proprio loquũtur: loquuntur etiam, ac suggerunt impia, quæ cõtra Deum existunt. Quemadmodum (exempli gratia) cum primo ho- Gene.3
mini sub serpentis specie loqueretur ille inuentor peccati, mendacium, non simplex multiplicémq; falsitatem eloquebatur, dicẽs, nequaquam ipsos morituros, si de vetito ligno ederent, sed futuros quasi Deos. Vanitatem autem, & impietatem loquebatur, quoniam ad inobedientiam creatoris sui, iniqua suggestione creaturam excitauit. Ex Hebræo tamen magis videtur de vanitate iniustitiæ fieri sermo, quàm de falsitate. Vnde Felicis versio habet, Non est in orẽ eorũ recti tudo, intimas eorum prauitates: quod manifestè respondet intelligentiæ prædictæ, quã etiam solam exprimit Elucidatio. Versu secundo. Iudica illos Deus. Sciendum est, verbũ iudico cum accusatiuo positum, aliquando in bonam partẽ sonare, quemadmodum Psalmo 7. Iudica me Domine secũ- Psal.7
dum iustitiam meam. & alibi, Iudica me Domine, quoniam Psal.25
ego in innocentia mea ingressus sum. Ac rursum. Iudica me Psal.42
Deus, & discerne causam meam: hoc est, pro me fac iudiciũ, Psal.34
causam meam diiudica. Aliquando verò in malam partem sonat: vt in proposito loco, Iudica illos Deus: & alibi, Iudica
B Domine nocentes me, expugna impugnantes: & aliis plerisque in locis, hoc est, fac iudicium aduersum illos, ad illorũ condemnationem, siue secundum tuum iustum iudicium, redde illis mercedem dignam. Et iustos ergo, & bonos iudicat Deus, sed nimium differenter, nimirum pro bonis in salutem, aduersum malos autem in perditionem. Versu vltimo, Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Clarior foret oratio, si ita diceretur, Domine bona voluntate tua, vt scuto coronasti eum. Atque in hunc modum habet versio Felicis, ex Hebræo. Sicut scuto, dilectione coronabis eum. Aut sicut scuto, placabili, & benevola voluntate circundabis eum. Cui & Paraphrasis Chaldaica consentit. Veluti clypeo, voluntate bona coronabis eum. Atque in hanc sententiam accipi oportet sermonem lectionis nostræ. Dei enim beneplacitum, siue placabilis voluntas,

& benignus respectus super seruos ipsius, quasi scutum est, clypeus, & munimentum, quo protegitur homo, & defenditur in vitam æternam. Videtur autem coronare hoc in loco, idem valere, quod circundare, siue circuncingere, in modum videlicet coronæ, quæ ambit, & circundat caput: quēadmodum in historia libri Regum legitur de Saul, & viris eius, quod circuncingebant Dauid in modum coronæ. Atq; huic intelligentiæ consonat, quod Felix pro coronare, putat verti posse, circundare. Qui tamen voluerit intelligere de præmio coronæ, & gloriæ æternæ, dicet, bona voluntate Dei iustum vt scuto, siue clypeo coronari, quoniam Dei in C electis suis beneplacitum est, quo velut clypeo, ac scuto ab omnibus malis ipsos protegente, ad percipiendam propositam bonis operibus coronam perueniunt. Prior tamen expositio, minus coacta videtur.

1.Reg.23

SEXTI PSALMI
ARGVMENTVM.

PSALMVS iste (qui inter pœnitentiales Psalmos, iuxta Ecclesiasticam consuetudinem, primus ponitur) aptissimam dat formam pœnitentibus, ad Deum se post peccata conuertere volentibus. Considerans nanque peccator turpitudinem peccati sui, timere incipit iram Diuini iudicij, pro cuius amotione, primum Deo supplicat, ne cum damnatis in furore, & ira puniatur: suamq; infirmitatem proponens, & multiplicem peccati miseriam, medelam sibi poscit, atque auxilium impendi, priusquam anima, peccatis grauata, descendat in infernum, vbi Diuinitatis non est confessio. Atque vt exaudibilior fiat oratio, suæ pœnitentiæ luctū, & afflictionem commemorat, metumq; Diuinæ vltionis, quo se asserit conturbari. Verùm quia ex Diuina pollicitatione lugentibus promittitur subsequutura consolatio, post vocem fletus, spe venie cōcepta, in Deum resumpta fiducia, inimicos omnes à se abigit: & operariis iniquitatis, quibus ante seruierat, aut certè consenserat in malum, prorsus renunciat, eisque confusionem de machinato sibi malo optat, atque prænuntiat in sua salute, quam exauditus sperat.

Matt.5

1 *Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.*

SEXTI PSALMI
ELVCIDATIO.

DOMINE ne quasi furibundus, & implacabiliter D iratus me arguas, aut confundas in nouissimo die: neq; quasi iratus iudex in seueritate iustitiæ tuæ me punias: sed si quando, exigentibus iniquitatib

tatibus, corripere, aut arguere volueris seruū tuum, quæso, id facias correptione paterna in amabili misericordia tua, quomodo filios tuos corripere es solitus, nō autē in iudicio seueræ vltionis tuę: quemadmodū illis facies, quos in nouissimo in ira, & furore tuo, æternæ damnationis gladio es percussurus. 2 Et quanquam culpis meis exigentibus, secūdum districtionem iustitiæ tuæ duriora commerui, tu tamē piissime Deus mecum age suauiter, & misericorditer, attendens infirmitatem, & fragilitatem meam, quam, & ego humiliter agnosco, & tu, qui vides omnia, non ignoras: * à qua infirmitate, & debilitate te precor (qui solus medicus es, & curator animarū) vti sanes languentem animam meam: per medicinalem gratiam tuam, & peccatorū languores, ac vulE nera auferendo, & ad operanda quæ recta sunt interius me corroborando. * Quantocyus (inquam) adhibe medelam, quoniam iam debilitatus sum valde, etiam vsq; ad ossa, & omnem virtutem, ita vt vix quicquam in me remanserit virium. 3 Animæ quoq; virtutes debilitatæ sunt valde, neq; quantum ex me vlla videtur superesse vis ad bene agendū, vt penitus mihimetipsi diffidens, omnem spem in te cogar proiicere: * Tu verò Domine, quousque tandem differes auxilium tuum? cur tandiu miserum relinquis viribus, & consolatione priuatum? 4 Obsecro Domine, ne vltra differas, ne tardes amplius, sed ad me iam pœnitentem conuerte benignum aspectum tuum, quem à me peccante iustè auerteras, * & animam meam libera de peccatorum vinculis, de iugo mortis, & captiuitate Diaboli, in quo per peccatum meipsum nequiter conieceram: * atq; ab his per peccatorū remissionem, & gratiæ tuæ largitionem liberū me facias, ac saluum, non propter mea Deus meus merita, sed propter magnam, & infinitā misericordiā tuam. 5 Ecce enim inter eos, quos mors æterna possidet, nemo memor est nominis tui, ad te honorandū, adorandū, vel laudandū: * & in profunF da inferni fouea non inuenitur, qui voluntariā laudis confessionem, aut gratiarum actionem det gloriæ tuæ, vbi blasphemiis, fletibus, & dentiū stridoribus plena sunt omnia, & omnis vox laudis audiri non potest. Atq; ob hoc, quæ vtilitas erit tibi spirituum patri, ex vita mea, si nunc in peccatis persistens, in infernum tandem cum illis demergar? Præstat profectò, vt de morte, ad vitā transferas animam meam, quo

2 *Miserere mei Domine: quoniā infirmus sum.*

* *sana me Domine,*

* *quoniam conturbata sunt ossa mea.*

3 *Et anima mea turbata est valde:*

* *sed tu Domine vsque quo?*

4 *Conuerte re Domine,*

* *& eripe animam meam:*

* *saluū me fac propter misericordiam tuam.*

5 *Quoniam non est in morte qui memor sit tui:*

* *in inferno autem quis confitebitur tibi?*

sic in ea,& nunc,& in perpetuum glorificetur nomẽ tuum.
6 Et vt facilius flectatur ad parcẽdum misericordia tua, vide Domine afflictionem pœnitentiæ meæ,quẽadmodũ gemitibus,atq; suspiriis propter peccata mea fatigor: neq; adhuc cessare volo,sed per noctes singulas in amara recogitatione peccatorum fletibus abundanter madefaciam lectum meum,& lachrymis copiosis humectabo locũ quietis meæ, etiam nocte (quæ tamen quietis est tempus) lachrymis non abstinens,& neq; lectulo(qui est requiei locus)à fletibus parcens. 7 Oculus quoq; interior mentis meæ debilitatus est, & conturbatus à consideratione iræ tuæ, & vindictæ quæ propter culpæ meę demeritum,secundum districtionem iustitiæ tuæ,super me ventura erat:*nimiũ perseueraui ac veluti consenui in confortio peruersorum dæmonũ atq; prauorum hominũ,omnium inimicorum meorum:atq; ab eis velut ad finem deductus sum,& ad vltimum vsq; viriũ consumptus. Cito enim ad finem perducetur, & cõsumptus inuenietur, qui inter tam edaciſsimos voratores vel paululũ permanserit. Vox eius qui post luctum, spe veniæ & diuini auxilij per Deũ reddita, fidenter pellit aduersarios. 8 Tandem verò luctu finito,resumpta in Deo meo fiducia, procul abire iubeo,& quàm longiſsimè à me recedere omnes operarios iniquitatis, cũ quibus amodo prorsus nihil volo habere cõmercij,quibus vltra aſsimilari nolo,quibus amplius cõsensum in malo nullũ dare decreui,ac statui:*iam enim, testimoniũ mihi perhibẽte cõscientia, cõfido esse exauditũ à Domino fletũ meum,& lachrymas pœnitentiæ meæ: atq; ob hoc indignũ fuerit, vt ad ea quæ mihi iam misericorditer sunt dimiſsa peccata,iterũ turpiter cõuertar. 9 Exaudiuit benignus Dominus,qui mortẽ non vult peccatoris,deprecationem meam,qua illum pro peccatorũ dimiſsione,& languorum curatione sum deprecatus:*benigniſsimus Dominus (vt iterum repetam ad gaudium, quod semel dixiſse animo lætanti parum videtur)orationem meam non repulit,sed acceptauit & exaudiuit eam. 10 Confundantur proinde,& cõturbentur,& tabefiant,præ cõfusione ódio.& inuidia, omnes inimici mei,qui perdere quærebant animam meam:conuertantur(inquam)retrorsum quantocyus.& celeriter ad præsentiam cœlestis auxilij impediãtur ab effectu operis sui,vt non potentes prævalere in eo,quod cœperant,

6 Laborauiin gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectũ meũ: lachrymis meis stratũ meũ rigabo

*7 Turbatus est à furore oculus meus, * inueteraui inter omnes inimicos meos.*

*8 Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: * quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.*

*9 Exaudiuit Dominus deprecationẽ meã: * Dominus orationem meam suscepit.*

Ezech.18

10 Erubescant & cõturbentur vehementer

turpiter cõfusi erubescãt: cum me,quem mortis ditioni destinauerant,diuina gratia conspexerint ad vitam rediisse.

omnes inimici mei cõuertantur, et erubescãt valde velociter.

ANNOTATIONES IN *Psalmum sextum.*

VERSV primo, Domine ne in furore tuo arguas me. Corripit,siue arguit Deus aliquando correptione misericordiæ,aliquando correptione iustitiæ. Correptione misericordiæ arguit,siue flagellat nonnunquam etiam innocẽtes,tantum ob probationem,& meriti accumulationem. nonnunquam verò propter vltionem cõmissæ iniquitatis,à qua per correctionẽ eiusmodi quærit eum qui peccauit, sed
A prædestinatus est,à prauitate retrahere. Vtrunq; autem hoc flagellum,misericordiæ est,& paternæ disciplinæ. Pater enim nonnunquam seuerius agit cum filio,solum vt probet animum eius,& bonum faciat meliorem,vel certè in virtute custodiat. Iuxta illud Sapientis,Filij tibi sunt,erudi illos, & curua illos à pueritia eorum. Filiæ tibi sunt,serua corpus illarum:& non ostendas hilarem faciem tuam,ad illas. Nõnunquam verò, vt peccatum filij puniat, & castigatum emendet. Correptione autem iustitiæ arguet Deus in futuro iudicio,& flagellabit impios vniuersos, nonnullos verò ex eis etiam in præsenti tempore,quemadmodum obduratum Pharaonem,impium Antiochum, & superbum Herodem. Atq; hoc est,argui in ira,& furore. Prius autem, in misericordia,& dulcedine paterna. Non ergo simpliciter orat vir iustus,omnino non argui,omnino non corripi. (Quis enim filius, vt ait Apostolus,quem non corripit pater? Et si extra disciplinam estis, ergo adulteri, & non filij estis) sed tantum non argui in ira,& furore. Argui autem in misericordia,etiam optare debemus: iuxta quod in alio Psalmo dicitur. Corripiet me iustus in misericordia, & saluabit me.

Ecclesi.7

Exod.14
2.Mach.9
Actu.12
Hebr.12

Psal.140

Versu secundo, Miserere mei domine quoniam infirmus sum, Solent qui misericordiam petunt in sua postulatione adducere,quicquid offensum potest placabiliorem efficere, & ad citius dimittẽda cõmissa facilius inflectere. Habet autem homo quasi præcipuũ,quod ita adducat, fragilitatem, & imbecillitatem carnis suæ:quoniam videlicet caro est,ad omne malũ procliuis ab adolescẽtia sua,habens quidem ad
B male faciendũ ex se potestatem,& occasiones, atque adiutoria plurima,ad bonum verò piger existens, & nimia difficult

Genes.8

ficultate boni quicquam operans. Iuxta quod apud Esaiam
Esaiæ 5 dicitur, Væ vobis qui potentes estis ad bibendum vinum, &
Hiere. 4 viri fortes ad miscendam ebrietatem. Item, Sapientes sunt, vt faciant mala, bene autem facere nescierũt. Hæc certè infirmitas, fragilitas, & debilitas magna, est toti generi mortalium ex suæ cõceptionis vitiata origine insita, & ita medullitus impressa, vt vix vnquam hominem relinquat, imò vix post multos eósq; diuturnos nimiũ labores, superare illam contingat: nisi quos Dei gratia in bono iam cõfirmatos, ab ea fecit liberos. Hanc autem infirmitatem, supplicãtes, Domino proponimus: non quidem ad excusandas excusationes in peccatis nostris (Nequaquam enim id Dei misericordiã erga nos flecteret, quin potius cõtra nos Dei iustitiam prouocaret) sed tantùm in hoc: vt nostra imbecillitate considerata, ad miserendum efficiatur pronior, ac facilius impetremus veniam. Nam vbi illectamenta ad peccatũ minora fuerint inuenta, peccatum ipsum (vt magis voluntarium) maioris solet ẽstimari, & remitti difficilius: vbi verò maiora incitamẽta, minus solet ponderari offensa, & facilius dimitti. Propter quam causam Sapiens tria mala proponit maximè execrabilia, aduersum quæ peculiari odio animam suã asse-
Eccles. 25 rit cõmoueri. Tres (inquit) species odiuit anima mea, & aggrauor valdè animæ illorum: pauperem superbum, diuitem mendacẽ, & senem insensatum. Pauper enim, quoniam minus habet causæ ad sese efferẽdum, cum vel sola paupertas meritó suadere debeat humilitatem, idcirco ipsius superbia C magis est detestabilis, quàm si diues superbiat: qui ex diuitiis nonnullam videtur occasionem habere sese efferẽdi. Sic econtrario, diues si mẽtiatur non habet excusationem, cùm mẽdacio non egeat, qui sat habet. Pauper verò, vt ditescat, & rem faciat, si mẽdacium aliquod proferat, causam aliquã videtur suo mendacio prætexere, egestatem, & penuriam.
Prouer. 30 Nam (iuxta Sapientis sententiam) multis peccandi occasio est egestas. Sic adolescens indisciplinatus & non intelligẽs, ob defectum experientiæ & temporis breuitatem simúlque complexionis & concupiscentiæ ardorem videtur nonnullam habere excusationem, & toleratur in insipientia spe melioris profectus: puer autem centum annorum, nullã habet honestam excusationem, neque vllo modo valet vltra tolerari, propter quod à Domino asseritur maledictus. Et secun

secũdum hunc ferè modum, quemadmodum pauper men- Esaiæ 63
dax, ad sui mẽdacij faciliorem dimissionem allegare potest, quodammodo suam penuriam, non tamen honestam excusationẽ (nemini ad peccãdum vlla potest esse honesta excusatio) sic & peccator homo veniam postulãs, Deo rectè potest proponere suam infirmitatẽ & fragilitatem. Vnde Psal- Psalm. 102
mo 102. vbi de misericordiis Domini maximis erga genus humanũ fit sermo, quasi in causam subiũgitur humana infirmitas: Non (inquit Propheta) secũdum peccata nostra fecit nobis, neq; secũdum iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniam secũdum altitudinem cæli à terra, corroborauit misericordiam suam super timẽtes sc. Quãtum distat ortus
P ab occidẽte, lõgè fecit à nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorũ, misertus est dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmẽtum nostrum. Recordatus est quoniam pulùis sumus, homo sicut fœnum, dies eius tãquam flos agri sic efflorebit. Quoniam spiritus pertransibit in illo, & nõ subsistet, & non cognoscet amplius locũ suum.
Et iterum in alio Psalmo, Ipse autẽ est misericors, & propi- Psalm. 77
tius fiet peccatis eorum, & non disperdet eos. Et abundauit vt auerteret iram suam, & nõ accẽdit omnem iram suam: Et recordatus est quia caro sunt, spiritus vadens, & non rediẽs. Quod aliqui ad corporalem mortem absq; reditu: alij verò secũdum mysticam intelligentiam, ad hominis in malũ potestatem, non autẽ ex se in bonum, pertinere dicũt. Vtrũq; autem Dei misericordiam inclinat, ad propitiandũ infirmo nostro generi. In parte autem sequẽti suum languorẽ aperit medico, dicens, conturbata esse ossa sua, & animam suã, propter quod medelã postulat, dicẽs. Sana me domine, pro quo vertit, Felix, Medere mihi domine. Versu tertio cum dicit, Sed tu domine vsquaquo? sententia sic incompleta, per eclypsim, aliquid subaudiendum postulat, ad hunc modum: Vsquequo sic me cõturbatum, & miserum relinques? vsquequo non respicies? vsquequo differes adhibere medelam? Quod non ita dicitur, quasi postulet ipse diem sibi aut tempus miserationis per responsionem determinari, sed tantum vt fit iudicium affectus magni, accelerationem petentis diuinæ misericordiæ: quemadmodũ in alio pœnitẽtiali Psalmo
dicit apertius, In quacunq; die inuocauero te, velociter ex- Psalm. 101
audi me. Magnam autem emphasim habẽt, & miram explicant

cant affectus vehementiam, huiusmodi breues, & celeres interrogationes, ita per abruptionẽ, & defectum positæ. Indicant enim quasi plenũ amaritudine animum, non valẽtem præ plenitudine, qui latet, dolorem, vel liberationis desiderium exprimere. Versu quinto: In inferno autem quis confitebitur tibi? Confessio in scripturis duplex inuenitur, altera laudis, altera pœnitẽtiæ, peccatorum scilicet agnitio. De priori dicitur. Confitebor tibi Domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua: &, quoniam audisti omnia verba oris mei. Et iterum, Nam & ego confitebor tibi in vasis Psalmi veritatem tuam Deus: atque ita in aliis locis quàm plurimis. De altera dicitur Numeri 2. Confitebuntur peccatum suum: vbi idem habetur verbũ in Hebræo, quod hoc in loco ponitur. In præsenti autem loco, vtraq; confessio potest intelligi. In inferno enim neq; est confessio laudis diuinæ: quoniam (vt in alio Psalmo dicitur) Non mortui laudabunt te Domine, neq; omnes qui descendunt in infernum: Sed nos qui viuimus, benedicimus domino. Neq; rursum illic esse potest confessio peccatorũ, vbi perpetua obstinatio est, ac proinde nulla pœnitentia, qua ad Deum valeant conuerti. Tempus enim pœnitentiæ, quo se valet homo ad Deum conuertere, nunc voluitur, neq; vltra hoc seculum extenditur. Propter quod, in inferno (vbi tempus vltra non erit, sed horribilis tenebrarum æternitas) non inuenitur peccatorum talis confessio quæ ad pœnitentiam salutarem pertineat. Videtur tamen magis de confessione laudis sermo fieri, cuius solius meminit Elucidatio: cui etiam Felicis versio consentit, quæ pro confiteri, habet celebrare. In inferno (inquit) quis celebrabit te? Versu septimo, Turbatus est à furore oculus meus. In Elucidatione furorem interpretati sumus iram Dei, à cuius consideratione meritò mentis oculus conturbatur, & mirum si non conturbaretur. Veruntamen posset nihilo incommodius referri hic versus ad amaritudinem & indignationem quam ipse peccator in sese accipit, ex peccatorũ recordatione. Turbatur enim oculus peccatoris, & veluti caligat præ fletu, propter indignationem nimiam cõtra peccatum, qua seipsum affligit. Nam (teste Apostolo) contristari secundum Deum, quod est pœnitentiam agere, operatur in iis qui peccarunt indignationem, imò etiam vindictã. Dum enim ad cor redeuntes post præ

Psalm. 9
Psalm. 137
Psalm. 70
Num. 2
Psalm. 113
Iob 10
Eccles. 9
1. Cor. 7

præuaricationem, agnoscere incipimus fœditatem peccati, vehemẽter indignamur, & multa amaritudine replemur, & dolore permaximo pereutitur cor nostrũ, & quasi in iram aduersus eos, qui in peccatum nos adduxerãt (maximè autẽ in nosipsos) insurgimus: q̃ sanè indignatio, propter sui magnitudinẽ rectè ira, & furor potest nominari, quomodo habet nostra lectio: atq; ita patet, etiã hanc sententiã in nostra vulgata lectione includi. Atq; huic sentẽtiæ magis cõsentiũt interpretum ex Hebræo versiones. Siquidem beatus Hieronymus vertit, Caligauit præ amaritudine oculus meus. Felix autem, corrosus, vel obtenebratus est præ dolore: quæ manifestè ad indignationem pro peccatis pertinent.

SEPTIMI PSALMI ARGVMENTVM.

G PSALMVS *iste videtur à Dauid compositus pro sua ab iniustè aduersantibus liberatione: siue de manu Saulis, qui illum odio implacabili (sine tamen causa iusta) annos multos ad mortẽ quæsiuit: siue de manu Absalonis filij, qui & ipse nullã habuit rationẽ iustam oppugnandi sui amantissimũ patrem. Est autẽ forma orãdi aptissima viro iniusto, ad Deum pro sua ab iniustè persequẽtibus liberatione clamare volenti. Potẽstq; totus orationis processus vel cõtra inuisibiles malignas potestates dirigi, quibus alios magis certos, magisq; noxios inimicos, ac persequutores nõ habemus, aut etiã cõtra homines peruersos, qui nos sine causa quærũt morti dare. siue corporali, potissimũ autẽ spirituali. Neq; enim Christianus homo quenquã debet tam inimicum reputare, siue aduersariũ, quàm eum, qui animã quærit in peccati, & damnationis mortẽ quomodocunq; pertrahere. Quod etiã in alijs quãplurimis Psalmis, quoties contra inimicos fit oratio, erit obseruãdum. Et diligenter est hoc attendendũ, ne cum aduersus inimicos dura sic in Psalmis leguntur, animales homines contra eos intentionẽ Psalmi mox dirigant, qui fortè in regula qualibet tẽporali, causa fuerint magis quã animo aduersantes. Non enim hic bonus est Psalmorũ vsus. Processus autẽ orationis talis est. Primũ enim sæuitiam perti mescens vir innocẽs aduersantiũ leonũ, à Deo spe sua, liberationis poscit auxiliũ: pro quo impetrãdo, suam (quantũ ad illos) proponens innocentiã, Deũ orat in iudiciũ pro se contra iniustè persequentes exurgere, vt cum pauperũ fecerit iudicium (quemadmodũ & mandauit suis in terra vicarijs) adhæreãt illi pauperũ cateruæ, tanquam iudici defensori atq; patrono suo: suã tamẽ innocentiam,*

&

& suorum persequutorum iniquitatem specialitr proponẽs, ob quã iustè se confidit, à Domino expectare adiutorium. Atq; hæc vsq; ad versum duodecimũ. Deinde tribus versibus irã iusti iudicis ad vltionem parati terribiliter denuntiat, sub descriptione eius, qui vibratum tenet gladium, aut arcum tensum, sagittisq; ignitis aculeandum paratum. Post hoc processum impietatis ordine pulcherrimo describit, in eis qui ex peruersa malitia, odióq;, & inuidia innocentum animas perdere quærunt: quorum mox prædicta iusta punitione, in laude diuinæ iustitiæ Psalmi terminatur oratio.

SEPTIMI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Domine Deus meus in te speraui:* * *saluũ me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.*

2 *Nequando rapiat vt leo animã meam:* * *dum non est qui redimat neque qui saluum faciat.*

3 *Domine deus meus si feci istud:* * *si est iniquitas in manibus meis.*

4 *Si reddidi retribuẽtibus mihi mala:* * *decidãm ergò ab inimicis meis inanis.*

DOMINE Deus meus, quem colo, cui seruio, in te spem meam omnem, & fiduciam constitui, vtpote solum potentem, & volentem, mihi in omnibus periculis ferre auxilium: * tu verò in te sperantem confundi non patiaris, sed de manu omnium, qui me persequuntur, & qui mihi quærunt malum, saluum fac, & libera, vt nequaquam mihi in eo, quòd machinantur, prævaleant. 2 Ideo autem te peto saluatorẽ, ne quomodocunq; contingat aliquem ex iis, qui me persequuntur prævalere mihi, & in mortem rapere animã meam: quemadmodum leo rugiẽs cùm prævaluerit, ad deuorandum rapit ea quibus prævaluerit, * quod sanè hostibus nostris, & robustissimis, & vigilantissimis, & exercitatissimis, qui perpetuò nos circumeunt, ad perdendum, nõ fuerit difficile, si non nobis infirmis, & imbecillibus hominibus tu adsis liberator, atq; saluator, qui tua virtute illorum violentiam, & impetum comprimas. 3 Domine tu nosti, quoniam sine causa me persequuntur inimici mei, neque illis nocui quicquam, ob quod, me debeant oppugnare. Vnde nunc coram te hoc audacter protestor Domine Deus meus: quoniam si istiusmodi aliquid feci aduersum illos, hoc est, tale aliquid mali, quale mihi (sine causa) quærunt, * si iniustitiam vllam aduersum eos operatæ sunt manus meæ. 4 Si eis, qui mihi mala quærunt, & inferunt, ego mala itidem retribui, aut similia prior eis intuli: * hæc (inquam) si tu Domine qui iudex es omnium, in me cognouisti, iustè quidem ferre volo, vt cadam victus ab inimicis meis, quasi vanus, infirmus, & nihil roboris habens, aut stabilitatis, vt succumbam deuictus ab eis quasi impotẽs & destitutus viribus 5 Iustè insuper patiar, vt persequantur me aduersarij mei, quos læsi, aut quibus prior malũ intuli: atq; etiam vt me comprehendant, concludant, potestatémque super me obtineant: * & deinde vitam meam conterant, atque consumant, méque ipsum, & omnem meam gloriam, omnémque ornatum pessundent, in terram prosternant, & velut puluerem comminuant, siue ad nihilum redigãt. Hæc (inquam) tua iudicia non refugio subire, si tale aliquid aduersus inimicos meos fuerim operatus, quo iustè aduersus me possent incitari. At verò cùm (teipso teste, & iudice) nullius rei istiusmodi mihi sim conscius, neque vllum vnquã eis, vel nocumentum, vel malum intulerim, neq; etiam fuerim machinatus, oro te, vt pro me paupere faciens iudicium, de manibus iniustè persequentium, iustè tu liberes innoxiam animam meam, quam (sine causa) impij hostes ad mortẽ requirunt. 6 Propter hoc noli vltra, quasi dormiens, dissimulare aut differre vindictam: sed quasi à somno exurge, tanquam iratus, ad faciẽdam vindictam in aduersarios meos: * & manifestare, atque glorificare in ostensione iustitiæ tuæ, super omnes inimicos meos per circuitũ. 7 Et euigila domine, atque consurge in præcepto illo, quod statuisti nobis in terra, nempè, vt iudicium facias causæ eorum qui iniustè opprimuntur, quemadmodum præceptum dedisti hominibus, peculiariter verò iudicibus terræ, & vicariis tuis, facere iudicium, atque iustitiam, & oppressos liberare de manibus oppressorum: * & cùm in hoc tuo præcepto vigilaueris, congregationes populorum pauperum, atque humilium te quasi patronũ, & iudicem, ac liberatorem suum vndiquaq; circundabunt, tam ad poscenda auxilia, quàm ad gratias agendas post percepta liberationis tuæ beneficia. 8 Et vt fortè ista te non moueant, aut tibi non noceant, quæ impij aduersus innoxios, ac simplices machinantur, tamen propter has pauperum populorum turbas, & cõgregationes (quarum tu patronus, & iudex assidendo es) ascende super tribunal tuum, & in altitudinem sedis tuæ iudiciariæ regredere, vt facias iudicium causæ pauperum, quã relinquere modo quodam videris, quando sine vindicta cernuntur boni à malis sustinere oppressiones: * siquidem tu es, cui iudicium competit populorum, nunc quidem ad defensionem innocẽtum aduersus noxios, & in futuro ad plenam vnicuique fa-

5 *Persequatur inimicus animã meã: & cõprehendat:* * *& concul cet in terra vitã meam: & gloriam meã in puluerem deducat.*

6 *Exurge domine in ira tua:* * *et exaltare in finibus inimicorũ meorum.*

7 *Et exurge domine Deus meus in præcepto quod mãdasti:* * *& synagoga populorum circundabit te.*

8 *Et propter hanc in altũ regredere:*

* *dominus iudicat populos.*

9 Iudica me domine secũdũ iustitiã meam: * & secundum innocẽtiam meam super me.

ciendam retributionem secundum opera sua. 9 Atque ob hoc (quoniam tibi cõpetit iudicium) obfecro, vt facias pro me iudicium contra aduersantes, secundum iustitiã meam, qua erga illos me gessi: * & secundum innocentiã illã, quæ est in me erga illos, dum nihil illis iniqui vel nocumẽti intuli, ob quod meritò mihi malum quærere valeant. 10 Non perdurabit imperpetuum impietas ista peccatorũ, qua nunc innocentibus sunt molesti, neq; suam prauitatẽ permittentur in æternum exercere, sed finietur aliquando, & finem accipiet potestas eorum, * vir autem innocens, & iustus tua directione in bono stabilietur, qui perueſtigas, & cognita habes etiam ea, quæ hominibus sunt intima, nimirum cogitationes, & affectiones, siue desideria eorum. 11 Meritò ergo, & iustè auxilium expecto à domino Deo, neque vana est spes, & fiducia expectationis meæ: * quoniam ipse est pauperum, atque humilium saluator, liberator eorum, qui sunt recto, ac simplici corde. Huiusmodi enim iustè à domino expectare possunt auxilium contra aduersantes, quoniã talibus facta est diuini auxilij repromissio, quemadmodum ex opposito, qui sunt prauo, & duplici corde, vanè fidũt in diuino adiutorio, quod illis neque repromissum est, neque continget.

10 Consumetur nequitia peccatorum: *& diriges iustum scrutãs corda et renes Deus.

11 Iustũ adiutoriũ meũ à domino: *qui saluos facit rectos corde.

12 Deus iudex iustus,

12 Et nunc vos impij innocẽtum oppressores, qui Deũ non habetis præ oculis, ne existimetis diuinã vos vltionẽ nõ percepturos, eò quòd differat longanimiter ostensionem vindictæ suæ. Illud enim scitote, quoniam Deus omnipotens, qui iudex est populorum, ipse per se iustus est, imò iustitia ipsa: propter quod sperare nõ debetis, vestram malitiam impunè transituram, * & fortissimus est, atque robustissimus, ne fortè existimetis non fore illi potestatem ad implendã executionem iustitiæ suæ: * est nihilominus etiam longanimis, & patiens, ferre scieus, ac tolerare in sustinẽtia vasa iræ, apta in interitum: vt ne arbitremini, idcirco nullam vos manere vindictam, quia non statim, vt peccatum committitur, vindicta inferatur. * Facit enim hoc eius longanimitas, vt iram suam non ostẽdat, neq; vindictam exerceat per singulos dies, aut per momẽta singula: sed vnum diem destinauit, in quo reuelabitur ira eius, & iustum iudicium Dei, quãdo super omnes pariter impios, vnus gladij ictus, & vnius terror sentẽtiæ desæuiet. 13 Et ne fortè de longa vindictæ huius dilatione vobis blandiamini, illud scitote, quoniam nisi modò, dum tempus

*fortis
* & patiẽs:
Roma. 9
* nunquid irascetur per singulos dies?
Roma. 2

13 Nisi conuersi fueritis

F pus est oportunum, donec tempus est gratiæ, conuertamini per veram pœnitentiam ab iniquitatibus vestris: * ecce iam in proximo est iudex & vindex malorũ omniũ, æternæ mortis sententiam, quam in vos distringat, atq; iaculetur, paratam habẽs, ad modum eius, qui gladium, aut hastam vibrat, vt letali vulnere feriat eum, qui pugnat ex aduerso: aut quẽ admodum is, qui arcũ iam tensum tenet manibus, & paratũ ad iaciendum in hostem acutã sagittam. 14 Et in arcu suo iam aptauit, atq; locauit sagittas, quæ sunt iacula, & instrumenta mortis, ad interficiendũ inimicos: * & eas quidem sagittas, quo sint amplius terribiles, carbonibus, aut rebus ardentibus operatus est, sicq; fecit ignitas: vt quos, sagittis horrendæ illius sententiæ suæ percusserit, incendat, atque ardere faciat igne sempiterno. Quẽadmodum enim sagittæ rebus ardentibus aptatæ, atq; ignitæ cùm iaculantur, hostium domos incendũt, atque consumũt, ita diuinæ vltionis sentẽtia eorũ, in quos fuerit iaculata, & corpora, & animas succendet, atque exuret igne inextingnibili, quo magis peccatoribus sunt diuinæ vltionis hæ sagittæ formidandæ. Et ne fortè mirum, aut iniquum videatur, cur tã grauis vindicta apud misericordissimum dominum maneat, impios illos hominũ seductores, atq; subuersores, considerandа est, & diligenter G attendenda eorum malitiosa, & consummata peruersitas. 15 Ecce enim postquam dolorem conceperunt, & afflictionem de alieno bono, parturiunt, deinde, & meditantur contra eos, quibus inuidẽt, atque malitiosè indignantur, iniustitiam: * quam tandem in operis effectum quantum in ipsis est deducere conantes, veluti pariunt. Nam hic ordo est in eis, qui ex peruersa malitia, pauperum animas quærũt subuertere. 16 Neque satis est eorum insatiabili ad decipiendũ cupiditati, quòd palam oppugnẽt miseros, verumetiam callidi tate sua, & astutia insidias parant, quasi foueas occultas aperientes, & profundè admodum effodientes, vt in eas incautè labantur miseri, & collapsi non facilè queant liberari. * Verùm Dei iudicio (qui suorum pauperum semper prouidam gerit curam) fit plerunque, vt liberatis iis quibus foueam effoderant, ipsimet incidant in eam quam parauerant. 17 Fitque vt dolor, & malum, quæ aliis parauerant, in capita recidant autorum suorum: & iniquitas malè machinata innoxio, in collum redeat machinãtis. Quemadmodum dæ-

* gladium suum vibrauit arcum suum tetendit & parauit illum.

14 Et in eo parauit vasa mortis: * sagittas suas ardentibus effecit.

15 Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorẽ, *& peperit iniquitatẽ.

16 Lacum aperuit, & effodit eum: *& incidit in foueam quam fecit.

17 Conuertetur dolor eius ẽ caput eius: & in verticẽ ipsi⁹ iniqtas eius descendet.

monibus peruersis Dei iudicio euenit, vt eandem mortẽ, ad quã nos quærunt pertrahere, nobis libertatis, ipsi æternũ fer
re debeant: & cùm post omnes suas paratas insidias, nos vidẽt H
Dei auxilio de mortis tandem fouea ereptos, affliguntur, &
confunduntur vehemẽtius: & augmẽtat eis omnia eorũ ma-
lus conatus dolorem. Similiter & impiis contingit homini
bus, quidum mortem, siue corporis, siue animæ machinãtur
proximo, ipsi in mortis æternæ baratrum, illis diuina prote-
ctione saluatis, subitò incidunt, atq; immerguntur. 18 Ita
sanè iustus est Deus, & iustum est hoc Dei pro innocentibus
iudicium: cui proinde pro immensa hac, & admirabili iusti-
tia sua confessionem dabo, & laudem, atque gratiarũ actio-
nem cũtabo ipsi, qui super omnes est altissimus, rex regum,
iudex iudicum, & dominus dominantium.

18 *Confitebor domino secũdum iustitiam eius: & psallam nomini domini altissimi.*

ANNOTATIONES IN

Psalmum septimum.

HVNC Psalmũ nonnulli de Christo domino exponunt, vt sit eius oratio contra populum Iudæorum, ipsum si-
ne causa persequentem. Alij verò ad personam accõmodant
peculiariter ipsius Dauid, vel contra Saulem, vel contra Se-
mei de tribu Saul: de quo in annotationibus ex Hebræo, cir-
ca tituli expositionem, diffusius tractatum inuenire poteris, A
si requiras. Nos verò in Elucidatione sicut neutram senten-
tiam excluſimus, ita neque ad alteram strinximus intelligen
tiam: sed potius in generalitate cuilibet iusto de tribulatio-
ne clamare, suámq; iustitiã domino cõmendare volenti: po-
tiſsimum autem in tribulatione spirituali constituto, & à spi
ritualibus hostibus liberationem postulãti (nemini aliorum
præiudicantes) accommodauimus. Versu tertio: Si feci
istud. Pronomen istud, demonstrat ad intellectum id, quod
mente tenetur, nempè tale aliquid, ob quod iustam haberet
causam inimicus persequendi. Aut tale aliquid, quale illi ad-
uersus eum quærunt, aut quod illi falsò criminantur, & accu
sant. Quemadmodum Dauid accusabant, quòd malum quæ-
reret aduersum regem, cùm illud à veritate esset alieniſsimũ:
& de Christo dicebant, quòd seipsum Deum faceret, gloriã
propriam quæreret, populũ seduceret, & alia his similia: quæ
nequaquã ita se habebant. Aut ad id, quod post sequitur, refe
ratur pronomen, ad hunc modum: Si feci istud, nempè si est
iniqui

iniquitas in manibus meis, & si reddidi retribuentibus mihi
mala. Versu quinto: Persequatur inimicus animã meã. In
his tribus versibus, per contrarium sensum intelligendũ est,
quod in sua postulatione vt præcipuũ intẽdit postulans, quod
tamen propter modestiã tacetur, & subintelligendum relin-
quitur. Cũ enim dixisset: Si feci istud, decidam meritò ab ini
micis meis inanis, Persequatur inimicus, &c. consequẽs erat
vt subiungeret: Si verò non feci istud, si non est iniquitas in
manibus meis, si non reddidi retribuẽtibus mihi mala, meri B
tò me custodiet, & proteget iustitia tua, ne ab inimicis meis
decidam inanis, & ne comprehendant, neque conculcent in
terra vitam meam. Verùm istud propter modestiam maluit
subaudiri: maximè cum ad Deum fiat oratio, cui tam est co-
gnitum quod intus premitur, quàm quod foris enunciatur.

Versu nono: Iudica me Domine secũdum iustitiã meam.
Quærat forsitan aliquis, & dicat, Quidnam sibi vult, quòd
hic modò postulat homo iudicari secũdum iustitiam suam? Psal. 6
cum in priori psalmo dictum sit, Saluum me fac propter mi
sericordiam tuam. Et in alio Psalmo dicatur, Non intres in Psal. 142
iudicium cum seruo tuo Domine, quia non iustificabitur in
conspectu tuo omnis viuens. Sed aduertendum est, quòd hic
dicitur, Iudica me Domine secundum iustitiam meam, & se
cundum innocentiam meam super me, debere dirigi ad eos,
contra quos orat, persequutores suos, & ita intelligi, quòd
aduersum illos nihil egerit, ob quod iustè debeant ipsum per
sequi, neq; iustam habeãt causam mala aduersum se machi-
nandi, quòlq; ab illis criminibus quæ illi falsò obiectant, &
quæ ipsi quasi in causam persequutionis prætexunt, immunis
sit, & innocens. Vnde Dauid legimus cum Sauli in spelunca
pepercisset, ita post tergum abeũtis clamasse. Animaduerte, 1. Reg. 24
quoniam nõ est in manu mea malum, neque iniquitas, neq;
peccaui in te. Tu autẽ insidiaris animæ meæ, vt auferas eam.
Iudicet Dominus inter me, & te, & vlciscatur me Dominus
ex te: manus autem mea nõ sit in te. Et iterum, Sit dominus
iudex, & iudicet inter me, & te, & videat, & iudicet causam
meam, & eruat me de manu tua. Quæ omnia iustitiã, & in-
C nocentiam proponunt, quantum ad ipsum persequutorem,
præter omnem rationem mala machinantem. Et iuxta hũc
modum intelligi conuenit hunc locum, quoties homini ap-
plicatur: cũ videlicet significare voluerit homo, præter me-

ritum se à persequutore affligi, præter meritum (inquam) ex parte eius qui persequitur. Quantum autem ad Deum, ne dicamus, Si feci malum in oculis tuis, & si est iniquitas contra te in manibus meis: sed dicamus potius, Tibi peccauimus 1.Reg.7
Domine. Tibi soli peccaui, & quod dicebat filius ille, qui Psal. 50
substantiam suam prodegerat cum meretricibus, Pater pec Lucæ 15
caui in cælum, & coram te: ac deinde adiiciamus, Miserere Psal. 50
mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam: &, Se- Psal. 24
cundum misericordiam tuam memento mei tu, propter bo 1.Ioan.1
nitatem tuam Domine. Si enim dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Peccatorem autem Dei iustitiam magis quàm misericordiam prouocare in iudicium, quænam hæc humilitatis forma est? Si tamen (iuxta supradictam quorundam opinionem) Christo Domino Psalmum peculiariter adaptemus, conuenienter poterit locus propositus absolutè intelligi: quanquam non multum ita soleat loqui, secundum assumptam carnis dispensationem Christus Dominus, sed more potius infirmorum, atq; humilium, ipse in nobis infirmus, & pro nobis factus humillimus. Versu duodecimo, Nunquid irascetur per singulos dies. Hunc versum absq; interrogatione habet lectio, quam in expositione Psalmorum sequitur Beatus Augustinus, ad hunc modum: Deus iudex, iustus, fortis, & longaminis, & non iram adducens per singulos dies: iuxta quem modum, etiam in Græcis exemplaribus legimus. Et eadem prorsus sententia est, quæ in lectione nostra vulgata, tametsi illa sit aliquanto clarior. Notat tamen Augustinus magis propriè de Deo dici iram adducens, quam irascens: quoniam significatur ira, non vt in Deo existens per modum passionis (quod significari aliquo modo videtur in verbo irascendi) sed tantum ab eo in impios proueniens. Versu decimoquinto, Ecce parturit iniustitiam. Quod communiter canitur, ac legitur parturit tempore præsenti, videtur rectius legendum parturiit, cùm Græcè præteritum habeatur ὠδίνησεν, id est, parturiit: atq; ita etiam vetustiores, & emendatiores habeant codices Latini. Notandum quoq;, ordinem eorum, quæ hic dicuntur aliquantulum videri inuersum. Rectius enim præponeretur concepit dolorem, ac deinde subiungeretur, parturiit iniustitiam. Primum enim est concipere, deinde parturire, postremum parere: quę ordinem

ordinem in Elucidatione seruauimus. Vnde Hieronymus vertit: Ecce parturit iniquitatem, concepto dolore, id est, postquam concepit dolorem. Similiter vertit & Felix: Enixus est iniquitatem, postquàm concepit afflictionem. In quibus versionibus, manifestè is quem diximus ordo insinuatur. De ordine autem isto, qui in hoc versu ponitur, primũ quidem concipiendi dolorem, deinde parturiendi iniustitiã, ac postremò pariendi iniquitatem, faciamus exemplo vno, aut altero clarum quod dicimus. Sic enim primus ille fratricida Cayn, videns fratris sui hostias Deo fuisse acceptas, Gene.4
& igne Domini absumptas, sua autem munera (nimirum quæ de pessimis obtulerat) à Domino despecta, concepit in sese malignum erga fratrem inuidentiæ dolorem, ex quo deinde processit, vt iniustitiam meditaretur, ac velut parturiret, ita vt fratri diceret fraudulento animo, Egrediamur E foras, postremò, factus impius homicida, imò crudelissimus fratricida, peperit iniquitatem. Ita Saul videns à se Domini 1.Reg.18
spiritum recessisse, & impleuisse Dauidem, cui etiam in cho Ibidem.
ris à cæde Goliath redeunti cantari audierat: Saul percussit mille, & Dauid decem millia, atque alia huiusmodi virtutis opera in eo conspiciens, concepit in corde dolorem & afflictionem indignantis inuidiæ: ex qua veluti radice, ac seminario, meditari cœpit iniustam innocentis Dauid interemptionem: quam deinde, post consummatum furorem, obfirmato animo, quantum potuit in effectum perducere conatus fuit. Sic item Diabolus (quem meritò primo loco, vt primum iniquitatis & omnis malitię parentem, oportebat cõstituere) videns hominem possessurum quas ipse perdiderat cæli mansiones, fœlicitati eius inuidens, concepit primum inuidiæ in seipso dolorem, móxque parturire cœpit aduersus genus nostrum quod iustum non erat: quod in deceptione primorum parentum peperit primum, & parere vsque modo in innocentum subuersione, non desinit.

OCTAVI PSALMI

ARGVMENTVM.

RAPTVS *in contemplationem sublimem Dei Spiritu diuinus Propheta, in magnificis consiliis quæ super humano genere Deus cogitauit, obstupescens, ex cordis plenitudine prorumpit in vocem admirationis, Diuinam magnificentiam super cælos eleuatam extollens, eiúsq; ex infantiũ ore laudẽ perfectam ad*

inimicorum confusionem pronuntians. Deinde eleuans in cælum oculos, cælestiúmque corporum nobilitatem perpendens, eámque F *cum humanæ naturæ infirmitate & vilitate comparans, maximam Dei erga genus humanum dignationem plurimum admiratur, pro qua filium suum vnigenitum (secundum carnis dispensationem, & susceptam mortis vtilitatem) etiam infra Angelos imminuerit, quem postmodum resuscitatum pro eiusdem humani generis salute, gloria & honore coronauit, subiectis ei omnibus quæ in cælo & in terra. Ad quam intelligentiam, manifestum est beatum Paulum Psalmi huius Prophetiam in Epistola ad Hebræos, similiter & in Epistola priore ad Corinthios esse interpretatum. Quanquam potest (absque Paulinæ huius sententiæ præiudicio) etiam ad totius humanæ naturæ sublimationem referri Psalmus: vt miretur, hominem (quod ad corpus attinet) infirmum, vilem ac fragilem, tam magnificè à Deo adimaginem suam conditum, ac deinde cunctis & piscibus maris, & auibus cæli, & bestiis terræ præfatum, atque super ea accepisse Dominium. Vtranque autem hanc intelligentiam, subsequens Elucidatio geminata interpretatione faciet attendentibus manifestam.*

OCTAVI PSALMI
ELVCIDATIO.

1 *Domine Dominus noster:*

DOMINATOR Deus, qui es vniuersalis omnium Dominus, super creata omnia plenam omnino potestatem habens, speciali verò ratione noster Dominus, id est, eorum qui seruiunt tibi, quos præter creationem etiam re- G

**quàm admirabile est nomẽ tuum in vniuersa terra?*

generatione tibi astrinxisti: * ó quàm est excellens, quàm gloriosum, quàm honorandum nomen tuum benedictum, non in Iudæa solum, sed per vniuersum etiam orbem terrarum, dignum quod omnes vbiq; terrarum summis efferant laudibus. 2 Neq; mirum, si hic super terram sit honorandum nomen tuum, quandoquidem excelsa est & sublimata magnificentia gloriæ tuæ super altitudinem cælorum, ita vt cum in cælis lauderis ab omnibus, magnificentia tamen gloriæ tuæ in eis vel ab eis non comprehendatur. *Insuper filius tuus vnigenitus, qui est tua gloria & magnificentia (Gloria enim patris est filius sapiens, multò etiam amplius filius sapientia patris) cuius est secundum diuinitatem eadẽ tecum gloria, ipse peracto redemptionis humanæ mysterio ascendit & exaltatus est super omnes cælos in tuam dexte-

2 *Quoniã eleuata est magnificentia tua super cælos.*

Prouer. 10 & 15

ram. 3

ram. 3 Ex ore paruulorum, qui penè infantes adhuc erant & vixdum ablactati, magnificasti, imò perfectam fecisti laudem tuam, quando Hebræorum pueros cælica inspiratione H edoctos, cantare faciebas tuo benedicto filio laudis diuinæ canticum, ac deinde per prædicationem Apostolorum (qui veluti simplices & pueri, ac iuxta seculi sapientiam prorsus rudes habebantur) Euangelicam veritatem vbiq; terrarum prædicare fecisti: *ad sic confundendum atq; conuincendũ, per simplicium testimonia, prauitatem & superbiam scribarum atq; Pharisæorum: deinde etiam dæmonum atq; seculi huius potentum & sapiẽtum, qui omnes aduersarios se exhibuerunt veritatis, & malos vltores, id est, oppugnatores veritatis, vel vindicatores & defensores falsitatis. In hoc enim perfecta fuit laus Dei, & perfecta item confusio superbiæ scribarum atq; Pharisæorum, quod per puerorum cælica inspiratione loquẽtium testimonia fuerint redarguti de sua infidelitate, qua veritati resistebant. Similiter & in hoc perfecta fuit confusio principum huius seculi, quòd per simplicium & quasi infantum Apostolorum prædicationẽ fuerint conuicti atq; superati. 4 Dixi non iniuria, admirabile A esse nomen tuum in vniuersa terra, quoniam ecce ego contemplari volo & contueor amplissimos illos cælorum orbes, qui sunt opera creationis tuæ, que tu creasti & fecisti, quemadmodum solet artifex facere opus digitis suis, ac manibus * aut quos tu creasti in potẽtia, sapientia & bonitate tua, quibus tanquam digitis tribus creas vniuersa: *considero insuper & contemplor lunam & stellas alias firmamenti, quæ omnia prædicta, cælos videlicet, lunam & stellas, tu in sua natura inque sua dispositione firmasti atque stabiliuisti. 5 Dum hæc ego cælestia contueor, eáq; cum humana cõfero natura: quæso te creator bone (quod ad corpus attinet) quàm longè ab horum cælestium perfectione (quæ sunt corpora nobilissima, amplissima, solidissima & indeficientia) abest homo modicus quãtitate, impotens virtute, infirmus, caducus & mortalis: *quid (inquã) est homo, aut quid in nobis tale est, ob quod dignũ tibi videatur recogitare de nobis, siue ad elargiendũ homini magna beneficia tua, siue ad tam admirabili cõsilio eum redimẽdũ? *aut quid est homo mortalis de mortali homine genitus, vt eum dignum duxeris tuis magnificis donis, super omnia verò filij tui ad nos

3 *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem:*

Mat. 21

* *propter inimicos tuos: vt destruas inimicum & vltorem.*

4 *Quoniã videbo cælos tuos opera digitorũ tuorum:*

* *lunam & stellas quæ tu fundasti.*

5 *Quid est homo.*

* *quod memor es eius:*

* *aut filius hominis quoniam visitas eum.*

6 *Minuisti eum paulominus ab Angelis: * gloria & honore coronasti eum: * & constituisti eum super opera manuum tuarum.*

Hebræ. 2
Matth. 28
Marc. 16
Ioan. 5
1. Corin. 15

7 *Omnia subiecisti sub pedibus eius: *oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi.*

8 *Volucres cæli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris.*

Minuisti eum paulominus ab angel. glor. & hono. coron. eum: et consti. eum super opera manuũ tuarũ. Omnia subiecist. sub pedib. &c. Volucr. cæli et pisces maris. &c.

Genes. 1

destinatione, atq; post etiam spiritus tui sancti in nos missione ita benignè inuisere? 6 Christum hominem (qui in omni hominum genere primatum tenet) tu pater cælestis paulum infra Angelos constituisti, quando eum carnẽ nostræ similem passionibus aliisq; miseriis obnoxiam suscipere voluisti, atq; per passionem & mortem in crucis ignominia cõ summare voluisti: * verùm post passionem (morte deuicta eum resuscitando) magnifica gloria, & honore superexcellenti mirificè eum ornasti, atq; triumphaliter, vt mortis victorem & inferni debellatorem, coronasti: *& proposuisti eum omni creaturæ, dans illi potestatem omnem in cælo & in terra, & considere in dextera tua, potestatem quoq; faciẽdi iudicium viuorum atq; mortuorum. 7 Omnia subiecisti ditioni, imperio, & potestati eius, quæcunq; sunt in cælo & in terra, commune illi tecum donans regnum atq; vnum imperium, * neq; ea solum quæ in cælis sunt, verumetiam vsque ad ea quæ sunt in terris infima, nempe oues omnes & boues omnes, & vniuersas bestias agri, atq; etiam feras deserti. 8 Volucres insuper qui inhabitant aërem, & pisces omnes qui in mari sunt, qui natant in aquis maris, & veluti perambulant vias maris, ad similitudinem animalium terrestrium, quæ vias terræ perambulant. ALTERA INTELLIGENTIA. Humanum genus in tanta constituisti nobilitate, vt non multum absit (quod ad animam attinet) à sublimitate naturæ Angelicæ, magno quoq; decore & magnifica ipsum gloria ornasti, dum secundum animam ad imaginẽ tuam & similitudinẽ creasti, dans ei memoriam, intellectũ atq; voluntatem, Angelicas planè & multò maximas virtutes: *& postquàm ad imaginem & similitudinem creasti eũ, præfecisti insuper eum operibus tuis, quæ feceras propter hominẽ, veluti finem suum, quemadmodũ sunt imperfectiora eius gratia quod perfectius est. Cætera insuper omnia subiecisti hominis imperio, nempe animalia omnia, & terrestria & volatilia, & natatilia, cum post creationẽ homini diceres, Crescite & replete terram, & subiicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, vniuersæque terræ, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram.

9 Con

9 Concludens vero laudis meæ contemplationem, repeto (quam ab initio proposui, & dignam & veram inuenio) Diuinæ magnificentiæ admirationem, dicens, Dominator omnium & peculiariter seruientium tibi Dominus quàm grande est, quàm magnificum & gloriosum nomẽ tuum in vniuersa terra. Plena siquidem est omnis terra gloria tua.

9 Domine dominus noster quàm admirabile est nomen tuũ in vniuersa terra.

Esa. 6

ANNOTATIONES IN *Psalmum octauum.*

VERSV tertio, Vt destruas inimicum & vltorem. Intelliguntur hic per inimicos & vltores Christianæ fidei persequutores: qui dolẽtes de CHRISTI Domini cultu & gloria, conati sunt vltionẽ facere & vindictã, siue euacuatæ legis veteris, siue cõtemptæ & conculcatæ idolosatriæ, siue dissipatæ humanæ mũdanæq; sapientiæ. Nam huiusmodi triplices vltores sensit fidelium populus, & contra triplices huiusmodi inimicos paruuli nostri & lactentes sancti Apostoli dimicarunt: cõtra videlicet Iudæos, pro suæ legis litera non secundum scientiam zelantes, quam illi iam præteritam denuntiabant & euacuatam: cõtra principes seculi & idolorum pontifices, qui idololatriam suam (aduersus quam illi prædicabant, & quam eliminare laborabant) armis & omni potentia tueri conabantur: aduersus quoque mundi sapientes quorum sapientiam vanam illi coarguebant, signorum efficacia & spiritus virtute. Exhibuerunt autem isti sese vltores pro sua vanitate, aduersum infantes & lactentes, & aduersus veritatem quam Deo inspirante prædicebant. Quod autem antecedit, ex ore infantium & lactentium Deum perfeciſſe sibi laudem, siue (vt in Hebræo habetur) fundasse suam fortitudinem, id diligenter admodum considerandum est. Si enim per homines potentes, nobiles aut eruditos Deus Euangelicæ fidei mysteria induxisset mundo, poterant dicere inimici fidei, quod non ipsa per se vicisset veritas, sed vi potentiæ, aut sapientiæ, aut eloquentiæ secularis introducta fuisset, quasi per violentiam in mundum: quemadmodum de impiissima illa secta quam ab autore Mahumeticam vocamus, à CHRISTI fidelibus dicitur, & verisisime dicitur. Nunc verò, dum per hominum simplicium & impotentum atque ignobilium ora, veritatem fidei per vniuersum orbem fecit

Rom. 10

Deus

Deus superuincere, mirum in modũ laudem suam perfecit, & fortitudinem suam stabiliuit, atq; commendauit. Atque hoc est, quod Paulus Apostolus compluribus in locis testatur, veluti capite primo Epistolæ prioris ad Corinthios, vbi fideles suos alloquens, ait, Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, vt ea quæ non sunt destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Atque iterum capite secundo, Et ego fratres (inquit) cum venissem ad vos, veni non in sublimitate sermonis aut sapientiæ, annuntians vobis testimoniũ Christi: & sermo meus & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostẽsione spiritus & virtutis: vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Et iterum alio in loco, loquẽs de commissa sibi gloria Euangelicæ administrationis: habemus (inquit) thesaurum istum in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. Dum verò ita hæc sanctis Apostolis atque discipulis Domini aptamus, nemo nos existimet iniuriam facere aut contradicere verbis Domini, qui Pharisæis respondens pro Hebræorum pueris pium sibi Osanna in templo acclamantibus, versum hunc Psalmi paruulis istis Hebræorum applicabat, dicens. Nunquam legistis, quia ex ore infantium & lactentium Deus perfecisti laudem tuam? Nequaquam enim huic Saluatoris aduersamur sententiæ. Nam & de illis paruulis loquitur Elucidatio. Arbitror tamen puerulos istos in Hierusalem clamantes, figuram fuisse paruulorum illorum, per quos erat proclamandũ Osanna (id est, Diuina laus & vera salus annuntianda) non intra solius Hierusalẽ angusta mœnia, sed per latissima terrarũ spatia: de quibus paruulis Christus Dominus patri suo confitetur in Euangelio, dicens. Confiteor tibi pater Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, reuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Et de his paruulis puto principaliter intelligi Psalmum præsentem, magis quàm de pueris illis ad horam clamantibus. Neque enim valde sunt destructi inimici Scribæ & Pharisæi per illorum horarium clamorem, qui silentio

1.Cor. 1

1.Cor. 2

2.Cor. 4

Mat. 21

Matt. 11

silẽtio mox finiebatur ad increpationem Pharisaïcam. Imò istorũ clamorem à Domino maximè permissum arbitror, vt figuram subsequuturi clamoris & prędicationis aliorum nostrorum paruulorum, per quos sibi laudem perfectam facere decreuerat. Vnde & illud quod post adductum versum præsentem adiiciebat Saluator. Dico autem vobis, quoniã si hi tacuerint, lapides clamabunt, forsitã Euãgelicam prædicationem respicit: vt hoc sermone significare voluerit dominus, si Iudæorum paruuli clamare noluerint, gentiles annuntiaturos pro eis, & in eorum locum subrogandos, vt clament, vt Euangelicam veritatem prædicẽt: id quod iamdiu impletum cernimus. Cessant enim illi, & vltra clamare nolunt: atq; ideò lapides leuauerũt vocem, neq; desinunt clamare. Gentiles enim per lapides rectè nouimus significari, propter cordis olim in idololatria aliisq; vitiis obstinati, duritiem. Vnde & Ioannes dicebat. Potẽs est Deus de lapidibus his suscitare filios Abrahæ: nihil dubiũ quin significare volẽs, si Iudæi quibus prædicabat nollent pœnitentiã agere, suscitandos esse ex gentibus, qui verum fiant Abrahæ semen, & veri secundum fidem Patriarcharum filij. Versu eodem, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Roget forsitan aliquis, cur sanctos Apostolos infantes dicamus, quibus tale os datum est à Domino suo, cui nõ possent resistere omnes eorum aduersarij: ita vt vniuersa sacerdotũ synagoga nihil inueniret, quo vel vnius illorum posset refellere sermonem. An verò ita fari, infantium est? Rursum, quomodo lactentes dici possunt, quibus non vt imperfectis lac erat in pabulũ, sed potius vt perfectis solidus cibus? Perfectorum enim (cuiusmodi ipsi fuerunt) est cibus solidus. Cũ enim aduersus inimicos & vltores perficere debebãt illi laudem, non iam de illorum numero esse poterant, de qualibus dicit Apostolus, Tanquã paruulis in CHRISTO lac vobis potũ dedi, nõ escam. Verũ huic quæstioni dupliciter responderi potest. Primum quidem, vt illos cõsideremus secũdum eum gradum in quo ante spiritus aduentũ præfuerant, verè infantes, verè paruuli, verè lactentes, & lacte opus habẽtes. Quam enim tũc fuerint (vt ita dicam) infantes, Petrus mõstrauit cum tertio interrogatus ne simul quidem fari potuit, quod fari debuit, vt promiserat audacter. Quàm autẽ paruuli, quàm lacte opus habentes, quàm nõ capaces cibi solidioris,

Luc. 19

Matth. 3

Lucæ 21

Hebr. 5

1.Cor. 3

Matth. 26

Ibidem.

Matth. 15 Marci 8 Marc. 9 Ioan. 14 Matth. 14 Sapien. 10

ris, docet toties increpata eorum ruditas & tarditas. Quare (inquit præceptor IESVS) non intelligitis? Nedũ intelligitis? Adhuc & vos sine intellectu estis? Quare dubitatis modicæ fidei? Quid est quod conquiritis inter vos? Item quod in fine iam ascendens dicebat, Iam non multa loquar vobiscum. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Quid enim hoc est aliud, quàm tanquã paruulis tantum lac in potum do, non escam? Nõ enim capere potestis. Et tamen ex ore horum infantiũ, horum lactẽtium ipse Deus suam laudem perfecit & stabiliuit per vniuersam terram. Dedit enim infantibus istis linguas ferreas, & infati gabiles, & infantium linguas fecit disertas: lactentes autem ablactauit, & solido spiritualis sapientiæ cibo confirmauit, ínq; viros perfectos fecit excrescere. Potest & altera via proposita quæstio dissolui, ex ipsa significatione vocabulorum. Infans enim hoc loco non amplius quàm paruulũ significat vel iuuenẽ. Nam Græcè est νήπιον, quod frequenter in sacris A Euangeliis paruulus vertitur, vt illic, Reuelasti ea paruulis,

Matth. 11 Matth. 19

&, Sinite paruulos venire ad me. Similiter & quod in Hebræo habetur vllim, proprie nõ significat impotentẽ ad loquendum, sed tãtum iuuenem siue paruulum, propter quod secũdum similitudinẽ, etiam virgulta sic nõnunquam appellantur, teste Ioãne Reuchlino in rudimẽtis hebraicis. Quod autẽ paruuli fuerint Apostoli, non est ambiguũ, quãdoquidem à præceptore audierunt constituto paruulo in medio,

Matth. 18 1. Thess. 2 2. Cor. 10 1. Cor. 2

Nisi conuersi fueritis, & efficiamini velut paruulus iste, non intrabitis in regnũ cælorũ. Vnde ex his paruulis vnus, etiam cum iam gentiũ doctor esset, dicebat, Facti sumus tãquam paruuli, in medio vestrũ: Et alibi, In facie humilis sum inter vos. Item, In multo timore & tremore fui apud vos. De lactentibus autem, non magna quæstio est. Nõ enim lac semper pro infirmiori doctrina & imperfectorũ cibo, vt in loco Pauli supra allegato, accipitur: sed interdum generaliter doctrinam omnem salutarẽ significat, quæ tum propter cãdorem veritatis, tum propter dulcedinem saporis, rectè lac dici

1. Petr. 2

potest. Vnde cum Petrus suos monet deposita omni malitia, sine dolo, lac cõcupiscere, vt in eo crescant in salutem, mani

Esaiæ 55 Iudicũ 9

festum est, non imperfectam in illo doctrinam tãtum significari. Similiter & de eo dici potest, quod apud Esaïam Dominus clamat, dicẽs, Venite, emite absque argento, & absq; vlla

vlla cõmutatione, vinum & lac. Eadem enim sapiẽtia salutis, & vinum & lac rectè dicitur: vinũ, quia fortificans & læ- Psalm. 103
B tificans cor hominis: lac verò, quia dulcis, suauis, & enutriẽs corda potantium. Quisquis verò hæc nostra de paruulis legens, prolixiora forsitã iusto æstimaueris (obsecramus) hanc nostram prolixitatẽ, æqui boníq; consulas. Nõ enim potuimus pertransire silentio, quicquam eorum quæ super hisce rebus scribenda sese offerebãt. Valde enim nos oblectãt isti paruuli, per quos in viros perfectos instruimur, atq; in mẽsuram ætatis plenitudinis CHRISTI prouehimur. Atq; etiã Ephes. 4 nunc, ab illorum consideratione ægrè diuellimur. Versu quarto, Videbo cælos tuos opera digitorum tuorum. Quod dicũtur cæli opera digitorũ Dei, potest simpliciter intelligi, secundum metaphoricum loquendi modũ, quomodo alibi dicitur. Opera manuum tuarum sunt cæli. Et iterum, Manus Psalm. 101
tuæ fecerunt me: & plasmauerũt me, cum tamen nullas ma- Psalm. 118
nus habeat Deus. Sed familiare est scripturis, sic de Deo vt Iob 10
de homine loqui. Vnde hoc in loco, & in aliis similib⁹, quoties de operibus creationis Dei tractatur, sed de Deo vt de artifice inter homines opus aliquod suis manibus & digitis plasmante, vel de materia qualibet in sua forma pro suo placito constituente, fit sermo. Atq; ita non opus est assignare, quot digitos habeat Deus, aut qui isti sint digiti: quẽadmodum neq; quot manus habeat, aut quæ sint manus eius. Secũdum tamen sublimiorem cõsiderationem, intelligimus digitos istos quibus Deus cælos fecit tres esse numero, scilicet potentiam, sapientiam, & bonitatem. Iuxta quam sententiã præsentem locum accepisse videtur Ioãnes Pechanus, vir in Diuinarũ rerũ sciẽtia illuminatissimus, in insigni illo offi-
C cio quod de sancta & superbenedicta Trinitate composuit: quod etiam secũdum Ecclesiasticam institutionẽ, ab iis qui in horis Canonicis persoluendis vsum sequuntur Romanæ Ecclesiæ, in eiusdem solennitate legitur & canitur. Sic enim in Antiphona quadã quæ huic Psalmo præcinitur, legimus, Cælum terrámq; digitis qui tribus appendisti, præposuisti conditis humanitatẽ CHRISTI. Vbi dũ digitos tres numerat, manifestè indicat mysticum aliquem sensum, videlicet quem iam supra exposuimus. Quod autem nonnulli sancto rum doctorum cælos hoc loco item & lunam & stellas, secundum mysticam intelligentiam interpretantur: per cælos

(vt

(vt aliis aliquot in locis) sanctos Apostolos, vel etiã scripturam sacram digito Dei scriptam accipiẽtes, per lunã Ecclesiam, per stellas verò Ecclesias particulares, aut alios viros side illuminatos, nos sicut in Elucidatione nõ sequimur magis inhærentes literali sensui, ita nequaquam dãnamus aut abiicimus. Similiter & de eo dicimus, quod in consequentibus distinguunt inter oues, boues, pecora campi, volucres cæli, & pisces maris: per oues intelligentes humiles subditos per boues laboriosos rectores & præpositos, aut per oues & boues simul fideles homines & sanctos, qui laborãt in præceptis Domini, & pascuntur in pascuis eius tanquã oues & boues: per campi pecora, homines carnales & in concupiscẽtiis vagabũdos: per volucres cæli, superbos: per pisces autem maris curiosos. Cui ista libebit plenius cognoscere, requirat in expositione sancti patris Augustini, item & apud Ludolphum carthusiensem nequaquam spernẽdum, imò dignissimum, optiméq; meritũ Psalmorum cõmentatorem: qui hæc pro suæ deuotionis dulcedine, suauiter atque diffusius pertractant. Versu sexto, Minuisti eum paulominus ab angelis. Si iuxta Pauli sentẽtiam CHRISTO Domino peculiariter ista aptẽtur, videtur in relatiuo, eũ, fieri transitus à specie ad personam, siue (vt logicis est consuetudo loquẽdi) à suppositione siue acceptione simplici ad personalem: videtúrq; relatio esse, nõ secundum idem genus suppositionis. Siquidem in versu quinto præcedẽte, secũdum speciem simpliciter sermo fit de vniuersitate generis humani: id est, de homine in specie, nõ de vlla singulari persona. In hoc autẽ versu priorem mox subsequente (iuxta hanc Pauli intelligẽtiam) de persona hominis CHRISTI fit personaliter sermo. Nisi fortè etiã secũda pars versus prioris de CHRISTO personaliter dicta accipiatur, cũ dicitur, Quid est filiꝰ hominis, quoniam visitas eum? Verùm iuxta hãc sententiã, in priori parte versus accipi deberet sermo de humana specie, in posteriori verò secũdum personam de ipso CHRISTO homine: quod non vsq; adeò videtur verisimile. Apparet enim (quantum ex ipso loquendi modo) similem esse vtriusq; partis loquutionem. & vtranq; partem secundum rem idem valere, alterámq; altera explicari, & propter vehementiã significandã factam esse repetitionem eiusdem sentẽtiæ, quemadmodum fieri solet, cum rem exaggerare volumus. Rursum, vt totus versus

versus quintus secundum speciem intelligatur, & non secunda pars ad personam Christi peculiariter, suadet etiã sensus commoditas. Nam quo modo Christum filium hominis dicatur Deus visitare, non vsqueadeò facile est intelligere. Exponunt enim de vnione Diuinitatis cum humanitate. Atqui istud potius est humanam in Christo naturam visitari, quàm Christum filium hominis visitari. Quomodo autem visitauerit Deus hominem (id est, humanum genus) per demissionem filij sui, & perfectam per eum redemptionem, omnibus clarissimum est. Congruentius itaque videtur, vt totus iste versus dicto modo de specie humana intelligatur, fiátque sequenti versu in relatiuo transitus de suppositione simplici ad personalem. Cæterùm, secundum alteram intelligentiam in Elucidatione monstratam, quæ totum Psalmum ad vniuersum genus humanum refert, hac exparte nulla occurrit difficultas. Totus enim sermo de homine secundum speciem generaliter procedit.

NONI PSALMI

ARGVMENTVM.

PSALMVM *istum (qui apud Hebræos in duos diuiditur) Psalmista cecinisse videtur in persona post venturæ Ecclesiæ: atq; huic siue quãtum ad se, siue quantũ ad sua membra, totus ipse Psalmi processus rectè aptéq; conuenit. Primũ enim confitetur Domino liberatori suo, de iudicio illo, quod generis hũani inimicum, principem huius mundi, condemnatũ foras proiecit, regnóq; priuauit gentibus idololatris, quibus ille dominabatur, ad apostolicæ prædicationis sonum salubriter increpatis atq; conuersis: vnde illi ciuitates, in quibus olim inhabitauerat, ablatæ sunt iusto Dei iudicio, cui afflictionis & tyrannidis (qua ante premebatur pauper humanum genus) tandem complacuit misereri. Propter quod filios suos veros fideles Ecclesia, ad sperãdum in domino & laudem illi dandam inuitat, qui pauperum clamorem non despicit: id quod in seipsa testatur, quam grauissimis licet periculis & persequutionibus intolerabilibus in suæ natiuitatis primordijs afflictam & penè obrutam, semper tamen ipse ad sui nominis laudem sustentauit, nec penitus vnquam deficere permisit, quemadmodum neq; patietur vsq; in cõsummationem seculi: semper sibi suos electos seruaturus, impios verò qui eam persequuti sunt, in mortis laqueos constrinxit, suo iudicio in*

infernum demergendos: vt ne existimentur humilium, ac fidelium voces Deo curæ non esse, aut eorum patientiam permansuram irremuneratam. Vnde versu vigesimo, id quod quasi præteritum in spiritu iam prædixerat, Propheta postulare videtur, orans dominum vt exurgat quantocyus ad implendum pro gentibus iudicium, & vt Christum dominum præceptorem atq; legislatorem (per quem ventura erant illa omnia) gentibus mittat, qui eos vt oportet erudiat. Post hæc verò à versu vigesimosecundo, (vbi secundum Hebræos Psalmi decimi est initium) lamentatio esse videtur ipsius Ecclesiæ in spiritu pro suis membris, quæ in oppressione potentum, atque malorum in hoc tempore quasi relicti videntur, potissimum autem pro venturis illis nouissimis temporibus regni Antichristi, quando veri fideles, refrigescente charitate, & superexcrescente iniquitate, grauissimam sustinebunt persequutionem ab Antichristi potestate,

Matth. 24 *Cuius & adhærentium ei peruersitas, & contra sanctos Dei acerbissima (tum per violentiam, tum per insidias, ac blandimenta persequutio) multis consequenter versibus prolixè & graphicè admodum depingitur. Quæ omnia, licet pro illis vltimis venturis temporibus potissimum prædicta sint, túncq; perfectissimè sint implenda, magna tamen ex parte videmus etiam nũc in bonorum hominũ oppressoribus eadẽ euenire, quatenus etiã nunc Antichristi multi sunt.*

1. Ioan. 2 *Iuxta quam generalem sententiam, subsequens procedet Psalmi Elucidatio. Neq; difficile erit volentibus, ea quæ in generalitate de impijs dicuntur, ad ipsum impiorum caput & dominum peculiariter aptare. Post hæc verò, à versu vigesimoquinto proposita persequutione grauissima fidelium, dominum vt exurgat ad iudicium, pro suis membris solicita deprecatur Ecclesia: & vt Christianum populum pauperem & orphanum, protectorem alium nescientem (diaboli, Antichristi, atq; adhærentium virtute contrita, eorúmq; prauis machinationibus ad nihilum deductis) saluum faciat iudicio suo. Post quæ omnia, tribus versibus vltimis domini æternũ regnũ, miram quoq; & inæstimabilem Dei erga pauperes exauditionem, & promptum pro illis iudicium, ad prauorum represionem denuntians, ita terminat canticum laudis atque confessionis suæ.*

NONI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Cõfitebor tibi domine ẽ toto corde meo, narrabo oĩa mirabilia tua.*

CONFESSIONE laudis celebrabo te Dñe Deus, ex toto corde meo, mentis diligẽti attentione, & effectus pura deuotione pronũtiabo ad tui nominis gloriã omnia quæcunque cognoui mirabilia tua,

tua, neq; quicquã eorũ (quod in me erit) occultũ esse patiar,

H quod nõ ad tuã laudẽ pariter & aliorũ eruditionẽ annuntiabo. 2 Gaudebo quoq; sancto, ac spirituali gaudio, & præ læ titia immodica veluti tripudiãs exultabo in memoria atq; amore tui, laudẽ canã tuo nomini, quemadmodũ dignus es, ô rex regum, super omnes excelse. 3 Propterea quod expugnaueris pro me inimicos meos, dæmones malignos, atque infideles ministros eorũ, eósq; in fugam verteris, & à me abegeris: *infirmati, deuicti atq; confusi sunt, & prorsus condẽnati ceciderunt à terrore præsentiæ tuæ: quoniã te respicientem Ecclesiã sanctam tuã, princeps huius mũdi iudicatus, atq; foras eiectus est, & omnis ad presentiã tuã defecit virtus malignantiũ. 4 Quoniã fecisti tu quidẽ pro me iudiciũ, & iudicasti causam meã contra aduersarios meos, contra principes tenebrarũ, qui me iniustè sua tyrannide opprimebant, & seculi potestates, qui me persequebantur in potestate & infidelitate sua: *ascẽdisti quasi iudex super thronũ tuum iudiciariũ (vt humano more ita balbutiẽs loquar) & super tribu

A nal ad iudicandũ causam meam sedisti tu, cui propriũ est iudicare iustitiã, hoc est, iustũ iudiciũ, siue pro iustitia atq; iniustitia. 5 In tẽpore gratiæ (quo placuit tibi facere pro me iudiciũ) misisti filiũ tuũ, ac deinde sanctos Apostolos tuos, atq; prædicatores veritatis, qui idololatriæ, aliisq; vitiis deditas gentes increparẽt, atq; ita destructa est impietas, desierúntq; infideles esse & peccatores, facti iusti & fideles: *nomina illorum quibus ante veritatis manifestationẽ vocabantur, non erunt imperpetuũ vltrà in memoria corã te: neque vt taliũ, quales antè fuerant, vltrà recordaberis illorũ, sed nomine nouo donabis & vocabis eos. Gẽtes enim quæ prius idololatræ, infideles, impiæ, atq; à Deo adulteræ vocabantur, atq; huiusmodi ante Deum reputabãtur, postquam ad veritatẽ se conuerterunt Euãgelij, vetera hæc nomina prorsus perdiderũt: appellationes verò bonas prædictis cõtrarias pro illis accepe

B rũt, vt iam cultores & serui Dei veri dicãtur, Deo creduli, iusti, spõsa Dei fidelis: & tales iã eos habet, atq; agnoscit Deus. 6 Potestas diaboli víscq; nocẽdi eius, tandẽ in fine temporũ quantũ ad fideles veritati acquiescere volentes deuicta est, conculcata atq; ablata, per veritatis Euangelicæ manifestationẽ: & in sempiternũ vltrà nõ poterit ille resumere plenã suam illã, qua prius dominabatur, tyrannidem: *synagogas

2 *Lætabor & exultabo in te: psallam nomini tuo altissime.*

3 *In cõuertendo inimicum meum retrorsum: *infirmabũtur & peribunt à facie tua.*

Ioan. 12

4 *Quoniam fecisti iudiciũ meũ & causã meã: *sedisti super thronũ qui iudicas iustitiam.*

5 *Increpasti gẽtes & perijt ĩpius: *nomẽ eorũ delesti; in æternũ & in seculũ seculi.*

Apoc. 2

6 *Inimici defecerunt frameæ in finem: *& ciuitates eorũ destruxisti.*

quoque sathanæ,congregationes infidelium populorum,in quibus ipse inhabitabat inimicus,tu Deus ad nihilum redegisti,dum gẽtium idololatrarum populos à vanitatibus ad veritatem tua gratia peruenire fecisti. 7 Quod fuerãt esse desierunt,& cessant,ac periit apud Deum eorum prior memoria,ad sonitum prædicationis Euangelicæ,qui per omnẽ terram percurrens,ab infidelitate vbique terrarum electos ad veritatem adduxit, sicq; nomine nouo donauit.*Aut cũ sonitu,id est,subitò,& veluti cum impetu & cõfusione periit memoria dæmonum,qui in gentibus colebantur:quoniam aduenientẽ prædicatione Euãgelica,ipsi expulsi sunt,& adorari cessauerunt in terris: * Dominus autem in sua essentia semper stabilis,permanet in sempiternum idem ipse & immutabilis:& ipse,participatione stabilitatis suæ,ad se cõuersos,in veritate stabiles faciet permanere: *eiúsq; memoria ad consummationem vsq; seculi apud fideles & electos permanebit. 8 Ipse tribunal suum atq; iudiciariam sedem parauit,disposuit,atque constituit in iudicio & æquitate, non potens nisi quod æquum semper & iustum est iudicare: *& ipse iudicabit vniuersos inhabitatores orbis terrarum in iustitia,& populos omnes in rectitudine & equitate iudicabit: nunc quidem iudicio discretionis,malos à bonis segregãs, bonis gratiam misericorditer largiens,impiis eã iustè denegans:post verò,iudicio finalis retributionis,redditurus vnicuique secundum opera sua. * Peculiariter quoque in hoc tempore gratiæ,rex æternus constituit tribunal suum,ad faciendum iudicium pro electis suis:& ipse iudicauit in sua iustitia pro orbe terrarum,& pro vniuersis populis in eo inhabitantibus,contra principem tenebrarum,qui per tyrrannidem dominabatur.agebátque principem in mundo:quẽ iustè atq; æquissimè suo regno priuauit, foráfque proiecit, vt in electos & fideles nihil vltra iuris reseruaret. 9 Et exhibuit se iudex,dominus,atque demonstrauit pauperum auxiliatorem, patronum,siue defensorem,& contra iniquorum iniurias tutum refugium.liberãdo eos de manibus inimicorum suorum:*adiutor factus est eis in opportuno tempore, nempè in tribulationibus & afflictionibus eorũ. Tunc enim opportunum solet & gratum esse liberantis adiutorium, & iucundum esse potentis refugium. 10 Et est profectò cur meritò absque vlla hæsitatione siue diffidentia in te debeant fiduc

7 Perijt memoria eorũ cum sonitu. Psal.18 **& dominus in æternum permanet.* Apoc.2 *8 Parauit in iudicio thronũ suũ: *& ipse iudicabit orbẽ terræ in æquitate,iudicabit populos in iustitia.* Matth.16 *9 Et factus est dominus refugiũ pauperi.* Ioan.12 **adiutor in opportunitatibus in tribulatione.* *10 Et sperẽt in te qui nouerunt nomen tuum.*

fiduciam & spem suam ponere,atque in necessitatibus inuocare,omnes qui te per fidem verè cognouerunt,quàm videlicet sis iustus, bonus,misericors,atque fidelis: * propterea quòd nunquam inuentus es derelinquere penitus eos qui te ex animo quæsierunt, tibiq; placere studuerunt: sed assistis eis præsentia tua,nonnunquam quidem temporali adiutorio,vbi,quando & quantum volueris:semper vero spirituali auxilio,& gratiæ tuæ interna consolatione. 11 Proinde fideles vos omnes veri Ecclesiæ filij,qui eius bonitatem & auxilium experti estis,psalmũ & laudem canite ipsi qui est in habitator Ecclesiæ suæ sanctæ,quæ per fidem illam speculatur,quam ipse vt pater ad benefaciendum,vt iudex atque patronus ad defendendum, vt sponsus ad decorandum, vt pastor ad pascendum,inhabitat,* opera quoque eius quæ fecit, & consilia quæ cogitauit pro hominum pauperum redemptione,proclamante in omnes longè latéq; nationes,vt laus eius crescat in vniuersa terra,& allecti qui audituri sunt etiã infideles ad illius cultum,& fidem confugiant. 12 Nã etiã si contingat nonnunquam confidentes in Domino tẽporali ter relinqui in manibus persequentium,non est tamen existimandum Deum prorsus oblitum esse eorum:sed recordabitur eorum,requirendo sanguinem ipsorum de manibus oppримentium.*& nequaquam obliuiscetur aut non attendet ad orationes pauperum se inuocantium,sed memor erit patientiæ ipsorum,dando eis pro perseuerantia vitam æternã, eorum verò persequutoribus sempiternæ mortis punitionem. 13 Ob hoc in omnibus obuenientibus mihi necessitatibus meis fidenter ad te clamabo,dicens, Miserere mei domine, & benigno oculo misericordiæ tuæ consydera afflictionem meã nimiam,quam sustineo ab aduersantibus mihi. 14 Tu (inquam) Domine,qui me gloriosè eripuisti & magnificè saluasti de periculis maximis,quæ humana via vidébar non posse euadere,& à quibus nisi Diuino tuo auxilio non poteram liberari,cùm aduersum me præter omnes aëreas potestates, etiam vniuersi mundi principes atrocissimè desæuirent:à quibus tamẽ requiem tandem donasti mihi,& in securitate constituisti:*idque fecisti ad gloriam tui nominis,vt annuntiarentur per membra mea,per fideles tuos, laudes tuæ omnes,& laudabilia opera tua prædicarentur palam & in propatulo,coram omni populo fidélium,qui est in

**quoniã nõ dereliquisti quærẽtes te domine.* *11 Psallite domino qui habitat in Sion: *annunciate inter gẽtes studia eius.* *12 Quoniã reqrens sanguinẽ eorũ recordatus est, *non est oblitus clamorem pauperum.* *13 Miserere mei domine: vide humilitatem meã de inimicis meis.* *14 Qui exaltas me de portis mortis: *vt annũtiem oẽs laudationes tuas in portis filiæ Siõ.*

15 *Exultabo in salutari tuo: infixæ sunt gentes in interitu quem fecerunt.*
16 *In laqueo isto quem abscondérunt: comprehensus est pes eorum.*
17 *Cognoscetur Dominus iudicia faciens: * in operibus manuũ suarum cõprehẽsus est peccator.* Sapien.1

Ecclesia sancta. 15 Exultabo in spiritu meo, in saluatione tua quam feci sti mihi, atque in saluatore Christo, per quem salutem misisti mundo: * inuolutæ sunt, & illaqueatæ prauæ hostium meorum nationes, in perditione quam parauerant mihi: & pro morte ad quam me cupiebant pertrahere, mortis æternæ nexibus sunt obuolutæ. 16 In laqueis, foueis atque insidiis mortis, quas in astutia atque malitia sua parauerant fidelibus, in iisdem ipsi pedibus suis inhæserunt, suntque irretiti & inuoluti, ita vt in perpetuum nequeant sese extricare: dum ego saluor tuo munere, & illi increduli qui ad mortem me persequebantur, in morte permanent sempiterna. 17 Agnoscetur Dominus, quàm pius, quàm iustus, quàm formidabilis, quàm verax, cum innocentes saluando, noxios perdendo, fecerit iudicium. Sic enim & misericordia patebit & iustitia eius, quæ ante iudicij exequutionem plurimos latere videtur. * peccatores ex operibus suis prauis quæ operati sunt, damnationis inuenientur obstricti vinculis, & seipsos in æternæ mortis laqueum præcipitauerunt. Neque enim mortem sua voluntate creauit alcisimus, sed impij operibus manuum suarum accersierunt illam sibi, astrinxerúntque se illi. 18 Dæmones in sua malitia obstinati descendent iuxta Decretum diuinæ iustitiæ, cadéntq; in profundum inferni: * pariter & infideles omnes qui sunt in nationibus, quæ Deum non agnoscunt creatorem suum, cúmque ita vt oportet per fidem & mandatorum eius obseruationem non habent ante oculos, neque cultu aut famulatu debito venerantur. 19 Nequaquam enim (vt illi falsò existimant) pauperes ante Deum prorsus in obliuione erunt, vt vel à suis afflictionibus nunquam sint liberandi, vel nunquam sit de eorum oppressione futura vindicta: * longanimis humilium in Deo sperantium expectatio atque sustinentia, non erit vana in sempiternum, neque finaliter frustrabitur: sed fructum suo tempore proferet placatissimum, atque saluberrimum vitæ æternæ, quam accipient à iusto iudice omnes qui nunc in patientia possederũt animas suas. 20 Ne vltra dissimules Domine, neq; differas,

18 *Conuertantur peccatores in infernum:*
omnes gẽtes quæ obliuiscuntur Deum.
19 *Quoniã nõ in finem obliuio erit pauperis:*
* *patientia pauperũ nõ peribit in finem.* Iacob.1 Hebr.10
20 *Exurge Domine, nõ cõfortetur homo.* Lucæ 21

* *iudicentur gentes in conspectu tuo.*
21 *Constitue Domine legislatorem super eos: * sciant gentes quoniam homines sunt.* Exod.4 Esaiæ 5 Ioël 25

ras, sed exurge ad iudicium tuum: neque permittas inualescere, atque dominari hominis cuiusquam malitiam aut potestatem: * fiat iudicium oppressarum gentium atque pauperum populorum ante te, per sententiam iustitiæ atque voluntatis tuæ. 21 Mitte Domine quem missurus es, legislatorem, doctorem, atque præceptorem populorum, CHRISTVM tuum benedictum filium, qui gentibus tuam voluntatem annuntiet, omnémque edoceat veritatem: * fac per hunc vt gentes cognoscant & intelligant se homines esse: id est, naturæ non incorruptibilis, sed mortalis: & humiliari discant, eum agnoscere, cuius post mortem necesse est, ipsos iudicio mox præsentari. 22 Sed quorsum piissime Domine, nunc in hoc tempore frequenter elongare videris teipsum à seruis tuis, eósque relinquere & contemnere videris, neque clamantes exaudire? * potissimum, quando opportunitas maxima videtur & necessitas exaudiendi, vtpotè dum in afflictionibus constituti sunt, atque persequutionibus premuntur hominum impiorum. Sic enim subinde ad tempus pauperum clamorem te dissimulare, quotidiana docet experientia. 23 Ecce dum in hoc mundo florentes impij intumescunt atque eleuantur & potestatem acquirunt atque autoritatem huius seculi, vruntur atque affliguntur qui pauperes sunt & abiecti in mundo, dum à potentibus opprimuntur, atque variis modis spoliantur miseri, * veruntamen iusto tuo iudicio comprehendentur, illaqueabuntur, atque irretientur quasi vinculis quibusdam damnationis suæ, in sceleratis cogitationibus suis atque consiliis, quibus cogitauerunt de pauperum oppressione. 24 Ecce enim gloriantur peccatores in peruersis desyderiis cordis sui, séque ipsos palpant, & sibiipsis placent in astutis consiliis suis, quasi rem bene gesserint. * Insuper & adulatores habent à quibus per adulationem, laudem, gloriam & honorem accipiunt, quique eis assentantur in cunctis peruersis quæ conceperint atque proposuerint: * & homines impij, à sui similibus prædicantur, glorificantur, & benedictionem laudis atque adulationis accipiunt.

22 *Vt quid Domine recessisti longè:*
* *despicis in opportunitatibus in tribulatione.*
23 *Dum superbit impius incenditur pauper:*
* *comprehenduntur in consiliis quibus cogitant.*
24 *Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ:*
* & *iniquus benedicitur.*

25 Exacerbauit Dominũ peccator: ſecundũ multitudinem iræ ſuæ nõ quæret.*
26 Non eſt Deus in conſpectu eius: inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore.*

Pſalmo 13
Iob 22

27 Auferuntur iudicia tua à facie eius:
** omnium inimicorum ſuorum dominabitur.*

28 Dixit enim in corde ſuo, non mouebor à generatione in generationem: ſine malo.

29 Cuius maledictione os plenũ eſt, & amaritudine & dolo: ſub lingua eius labor & dolor.*

30 Sedet in inſidiis cum diuitibus.
** in occultis vt interficiat innocentes.*

25 Cum exacerbauerint, irritauerint, atq; multis modis per adinuentiones ſuas ad ſummam iracundiam prouocauerint Dominum Deum peccatores: * tamen propter ſæuitiam, & magnitudinem obdurati furoris, ſui obſtinati & cõ ſummati in ſua malitia, non curabunt ad placandum, neq; requirent in gratiam redire eius quem ſic multifariam exacerbare non formidarunt. 26 Deum non habent ante mentis oculos, & quaſi non ſit Deus qui de rebus humanis vel B curã gerat, vel iudicium habeat, ita viuunt, ſine freno, abſq; vllo metu, libere obſequẽtes omnibus deſyderiis animę ſuę: *opera atq; ſtudia eorum praua ſunt, malitięq; ſordibus inquinata, in omni tempore: dum aliud nihil quãm iniquitatẽ omni tempore meditari aſſueuerunt. 27 Elongata ſunt iudicia tua à conſpectu eorum, dum mente non attendunt ad præcepta iuſtitiæ tuæ, neq; conſiderant ea quę ſunt ſuper impios ventura iudicia, quę ſi haberent antè mentis oculos, non ita ſine freno in omnem proruerent iniquitatem. *Et quia Deum non habent ante oculos, videntur ſibi ſuper omnes qui eis aduerſari poſſint gerere principatum, neminem reuerentur, neque quenquam hominum ſibi poſſe obſiſtere confidunt, propter ęquitiam poteſtatis ſuę. 28 Dicunt enim C in cordibus ſuis, Non priuabimur in ſempiternum, neq; excutiemur à poteſtate noſtra, abſq; vllo malo permanſuri in flore noſtro. Exiſtimant enim in corde ſuo & ſibi perſuadent, quaſi ſempiternam ſe habere, & in perpetuum perdurantem poteſtatem ſuam, & ſine malo fore ſe in perpetuum, quaſi nulla eos maneat vindicta: atq; ob hanc falſam ſuam perſuaſionem, neq; Deum metuũt, neq; hominem reuerentur. 29 Os habent maledictis & amarulentia plenum, ad Deum blaſphemandum, proximis verò conuiciandum atq; detrahendum, ſemper parati: *ſub lingua eorum latet afflictio & dolor, dum per linguam ſuam illa in pauperes loqui meditantur, quibus eos affligant & crucient, hoc eſt, blaſphemias, conuicia, improperia, aliáq; huiuſmodi. 30 Ad inſidias reſident vnà cum cæteris ſeculi potentibus, ſuis cõplicibus, & in malo conſciis: *vt in occultis & quaſi latenter interficiant fideles, vorẽntq; innoxios: quod ſanè non rarò faciunt,

*31 Oculi eius in pauperem reſpiciunt: * inſidiatur in abſcondito quaſi leo in ſpelũca ſua.*
32 Inſidiatur vt rapiat pauperem:
** Rapere pauperem dum attrahit eum.*
33 In laqueo ſuo humiliabit eum.
** inclinabit ſe & cadet cum dominatus fuerit pauperum.*
34 Dixit enim in corde ſuo oblitus eſt deus: Iob 22
** auertit faciem ſuam ne videat in finem.*
35 Exurge Domine Deus & exaltetur manus tua:
** ne obliuiſcaris pauperum.*
36 Propter quid irritauit impius

ciunt, cum per ſua fraudulenta conſilia innocentes ad perditionem & mortem trahunt. 31 Oculos ſuos habent defixos in humiles atque ſimplices: non quidem ad benignè miſerendum, ſed quaſi raptores ad prædam ad crudeliter perden- D dum: *& inſidias tendunt per occulta ſua fraudulenta conſilia, ad modum leonis in ſpelunca ſua latentis, intenti ad rapinam. 32 Inſidias ponunt ad prædam pauperum, oportunitatem & media commoda ad eã rẽ meditantes, per aſtutiam ſuam: *ad rapiendum (inquam) pauperes, ad ſpoliandum, diſcerpendum atque ad deuorandum, cum eos adinuentionibus ſuis ad ſe attraxerint, cœperintque in aliquo eis prævalere: ad eum modum quo leo ſolet vnguibus ad ſe attrahere innoxia animalcula, quæ eſt voraturus. 33 In laqueo & in reti adinuentionum ſuarum, quas ad pauperum deceptionem adinuenerunt, & quas veluti pedicas ſiue laqueos tetenderunt per inſidias ſimplicibus, ita poteſtatem acquiſierunt ſuper eos, eiſq; prævaluerunt: *& vt ex illorum poteſtate non facilè euadant, quibus ſemel fraudulenter prævaluerint hi impij, inclinabunt ſe: & penitus procũbent ſuper illos, cum cœperint dominari illorum: ad eum modũ quo in lucta fieri ſolet, quando is qui alium proſtrauit in terram, mox ſeſe inclinat ac corpore toto omnibúſq; viribus incumbit ſuper proſtratum, vt nequeat proſtratus exurgere. 34 Hæc autem omnia ita licenter, ita audacter audent perſi pauperum oppreſſores, eò quòd ſibi malè perſuaſum E habeant in cogitationibus ſuis, Deum non aſpicere res humanas, neq; pauperũ ſuorũ vllam gerere curam: * putẽntq; Deum à rebus humanis auertiſſe oculos prouidentiæ ſuæ, vt non attendat ea quæ hic aguntur, quaſi de eis nunquam in iudicio ſit facturus mentionem, dicentes, Circa cęli cardines perambulat, neq; noſtra conſiderat. 35 Tu verò Domine, tanta impiorum prauitate & tam miſeranda pauperum tuorum oppreſsione veluti excitatus atq; permotus, exurge & clarifica atq; notam fac dexteram omnipotentiæ tuæ, per oſtenſionem iuſtitiæ: & re ipſa demonſtra, non eſſe pauperes coram te in obliuione: ipſos quidem ab iniuſtis oppreſſoribus eripiendo, hos verò iuſta vindicta puniendo, ſecundum ordinem iuſtitiæ tuæ. 36 Vt quid enim ſua temeritate auſi

Deum: dixit enim in cordesuo, nõ requiret.

37 *Vides, quoniam tu laborem & dolorem cõsideras:* vt tradas eos ĩ manustuas.

38 *Tibi derelictus est pauper:* * *orphano tu eris adiutor.*

39 *Contere brachiũ peccatoris & maligni:* * *quæretur peccatum illius, & non inuenietur.*

Daniel. 7

40 *Dominus regnabit in æternum & in seculũ seculi:* * *peribitis gentes de terra illius.*

Apocal. 21

41 *Desiderium pauperum exaudiuit dominꝰ:* * *præpara-*

fuerunt impij te Deum irritare atque prouocare, in suam punitionem? * cum dicerent in cordibus suis, quòd non esset Deus expostulaturus, neque iudicium facturus de malefactis eorum. Nam hoc ipso visi sunt tuum contra se prouocare iudicium, vt sic puniti in seipsis discant falsam fuisse persuasionem suam. 37 Nequaquam verò ita est vt isti sibi falsò persuadent, imò econtrario vides tu & aspicis diligenter quæ agunt homines: quoniam tu consideras afflictionem & dolorem quibus affligunt atque cruciant impij innocentes: * & consyderas (inquam) vt eos, qui laborem hunc atque dolorem simplicibus inferunt, tradas ad vltionem, in manus iudiciariæ potestatis tuæ, in manus potentiæ atque iustitiæ tuæ, illis qui iniustè affliguntur de vltricibus manibus tuis per eandem iustitiam liberatis. 38 Tibi enim pauper & humilis fidelium populus, ad defensionem relinquitur: * & tu populo fidelium alium præter te adiutorem non habenti, eris defensor. * Et vniuersaliter, tibi quasi vnico patrono, quasi iudici iusto relinquuntur causæ pauperum, & tibi seruantur: pupillis quoque ac viduis, & iis qui humano sunt destituti auxilio atque solatio, tu te exhibes defensorem, supplens tuo Diuino auxilio, quod illis ex humano deest. 39 Confringe Domine potestatem & aufer tyrannidem impiorum atque malignorum hominum, qui nunc potestatem habent, & tyrannidem exercent super seruos suos. * Tu G verò si confregeris potestatem illorum, non poterunt perficere iniquas machinationes suas: ita vt si requiratur malitia quam animo meditati fuerant, inueniri non possit, in operis impletione, vtpote ab effectu per tuam Diuinam potentiam præpedita. 40 Dominus autem Deus noster in sua maiestate atque potestate stabilis, regnum tenebit sempiternum, cuius potestas atque imperium nunquam deficiet: * eliminabuntur omnes idololatriæ, cæteríque vitiis deditæ nationes, neque habitabunt in hæreditate eius in terra viuentium: hoc est, neque in numero fidelium eius, neque in ciuitate superna. Nihil enim coinquinatum introibit in illam. 41 Erga verò pauperes & verè humiles atque mansuetos tanta est eius clementia, vt non solum clamoris vocem, sed ipsa quoque eorum desyderia ocyus exaudiat: * imò priusquam plene expresserint

rint suum desiderium, vbi primum parare cœperint corda sua ad desiderandum atque postulandum, iam nunc adest benignitas Diuinæ exauditionis. Tanta est Dei erga suos pauperes ad exaudiendum promptitudo atque facilitas. 42 Exaudit (inquam) Dominus orationem & desideria pauperum, ad faciendum iudicium pro pupillis atque humilibus, qui humano sunt destituti patrocinio, aut certè illi nequaquam fidunt: * Ob hoc verò Dominus se pauperum sic exhibet iudicem, vt nemo hominum qui super terram & ex terra sunt, viles & humiles, & ignobiles ex sua origine, quantumuis diuitiis potens aut potestate præcellens, vltrà se audeat extollere, amplius quàm oportet, pauperes opprimendo, aut humiles pro suo libito tractando: sed attendant omnes, & reuereantur iustum Dei (quod sine personarum acceptione veniet) iudicium, & vel eius timore è pauperum oppressionibus atque iniustis vexationibus desistent.

tionem eorum audiuit auris tua.

42 *Iudica re pupillo et humili:* * *vt nõ apponat vltra magnificare se homo super terram.*

ANNOTATIONES in Psalmum nonum.

VERSV tertio, In conuertendo inimicum meum retrorsum. More Græco dicitur, In conuertendo inimicum meum: quod secundum latinam phrasim apertius diceretur, iuxta sententiam in Elucidatione propositam, Quoniam conuersus est retrosum. Quanquam potest secundum temporalem significationem exponi, ad hunc modum, Cum conuerteretur vel cum conuersus fuerit inimicus meus retrorsum. Atque ita clarius vertit ex Hebræo Hieronymus, Cum ceciderint inimici mei retrorsum. Græca enim lectio ἐν τῷ ἀποστραφῆναι τὸν ἐχθρόν μου, hoc est (ad verbum reddendo) in conuerti inimicum meum retrorsum, vtrunque sensum rectè admittit. Possunt enim huiusmodi loquutiones secundum cõmoditatem sententiæ exponi vel temporaliter, vel causaliter, vel etiam conditionaliter. Retrorsum autem conuerti, notum est significare deiectionem, humiliationem, expulsionem, aut effugationem foráque eiectionem: quemadmodum iam gratia Dei principi contigit tenebrarum. Infirmabuntur autem & peribũt, manifestum est ad potestatem referri, non ad substantiam.

Neque

Iob 41 Neq; enim ſecundum naturã impotens factus eſt diabolus, neque periit, neque aliquando eſt periturus: ſed poteſtatis imminutio,& pro lapſus a poteſtate & tyrãnide priore, qua ante CHRISTI aduentũ mundo dominabatur, ipſius infirmatio (vt ita loquar) atq; perditio ſunt. Vnde pro infirmabũtur, beatus Hieronymus ac cæteri ex Hebræo interpretes vertunt, corruent. Verſu quarto, Quoniã feciſti iudicium meum & cauſam meam. Impropriè dictum videtur, Feciſti cauſam, pro iudicaſti cauſam, ſiue abſoluiſti cauſam meam. Non dicimus enim ſecũdum proprietatem latini ſermonis facere cauſam, pro iudicare. Niſi forte cauſam quis hic, accipiat pro vindicta, vt facere cauſam meam accipiatur pro facere vindictam meam, ſiue pro me. Græca enim dictio δίκη (quæ hoc loco ponitur) ambigua eſt,& vtrunque ſignificat, nempe & cauſam & vindictam. Prior tamen ſententia apparet melior: tametſi eloquutio ſermonis videatur minus propria. Secundam autem partem verſus, Sediſti ſuper thronum qui iudicas iuſtitiam, exponit Elucidatio ſecundum cõſuetudinem humanam, quemadmodũ & illud quod ſupra præ- B
Pſalm.7 ceſsit Pſalmo 7. In altum regredere, ferè ſecundum eandem ſentẽtiam expoſuimus. Alij verò thronum iſtum vel ſedem animas ſanctorum exponunt, iuxta illud, Anima iuſti, ſedes eſt ſapiẽtiæ. Alij totam Eccleſiam ſiue militantẽ, ſiue triumphantem, Vtraque enim, ſedes Dei eſt: & ſuper vtranq; reſidet glorioſus dominus. Priori tamen ſentẽtiæ magis fauere videtur, quod de iudicio fit mẽtio: quam etiam ſolam vt magis propoſito accommodam, ſequitur Elucidatio. Vnde beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, Sediſti ſuper ſoliũ, iudex iuſtitiæ. Non ſolemus autem dicere ſic, Deum in animabus ſanctorum reſidere, vt iudicem in ſolio. Quantum verò ad illud, iudicare iuſtitiam, aduertendum eſt, quod ſecundum ſcripturarum cõſuetudinem dicitur iudicare iuſtitiam, pro iudicare iuſtè, aut in iuſtitia, aut ſecundum iuſtitiam. Secun dum quem modum loquendi, in ſcripturis inuenitur facere iuſtitiã aut bonitatẽ, pro facere iuſtè aut bene, vt illic: Spera in Domino, & fac bonitatem. Et rurſum, Bonitatem feciſti: pro bene age, aut feciſti bene, ſiue bona age aut bona feciſti. Ita facere iniquitatẽ & impietatẽ paſsim inueniuntur poſita, loco, facere iniquè & impiè. Verſu quinto, Increpaſti gẽtes & periit impius. Quod hic impius dicitur ad increpation

tionẽ domini periiſſe, de bona perditione intelligimus: ſecundum quod alio in loco dicitur, Verte impios, & nõ erũt: Prouer. 12
hoc eſt, ad iuſtitiam eos conuerte, & non vltra erunt impij,
C quod fuerant aut ſunt. Tunc enim perit impius, quãdo (iuxta Eſaiæ cõſilium) derelinquit viam priſtinam, & iniquas cogi Eſaiæ 55
tationes ſuas. Et ſecũdum idem intelligitur, quod de nomine eorum dicitur delendo in ſeculum. Cui etiam cõſonat, quod in Pſalmo 15. ſubiungitur. Nec memor ero nominum Pſalm. 15
eorũ per labia mea. Nominũ ſcilicet veterum nõ erit Deus memor, quæ hic ad eundem ſenſum dicũtur deleta in ſeculum. Quomodo autem nomina deleta ſint per CHRISTI aduentũ: nec vltra memorẽtur ea per labia ſua, ipſe per Prophetam Oſee declarat dicens, Vocabo non plebem meam, Oſe 2.
plebem meam: & non dilectam, dilectam: & nõ miſericordiam conſequutam, miſericordiam cõſequutam. Et erit, in Rom. 9
loco vbi dictum eſt eis, non filij mei vos, ibi vocabũtur filij Dei viui. Hinc Petrus Apoſtolus, fideles in CHRISTVM 1. Petr. 2
credẽtes honorificẽtiſsimis titulis appellat, dicẽs. Vos autẽ genus electũ, regale ſacerdotiũ, gens ſancta, populus acquiſitionis. Et per Prophetam prædictum erat, quod nouo no- Eſa. 62
mine ſuos eſſet nũcupaturus dominus Deus noſter. Poſsẽt quoq; & alia ex diuerſis ſcripturarum locis ad eandem rem afferri teſtimonia: ſed breuitati cõſulentes, ea prætermittimus. Quantũ tamen ad priorem partẽ, de perditione impij, alij eam referunt ad diabolũ, qui CHRISTI prædicatione perditus eſt & condẽnatus: nominũ autem deletionem, nobiſcum prædicto modo intelligũt, vel etiam de diabolo cuius nomẽ poſt CHRISTI aduentũ illic iã abominabile eſt, vbi ante adorari & venerari ſolebat. Verſu ſexto. Inimici
D defecerunt frameæ in finem. In finem, referri poteſt ad finẽ temporis: ſecũdum quam acceptionem, priori loco in Eluci dationẽ pars iſta exponitur: vel vt æternitatem ſignificet, quomodo aliàs frequenter ſolet accipi: atq; hanc ſententiã ſecundo loco explicat Elucidatio, eáq; magis Hebrææ lectioni reſpondet. Ciuitates autem impiorum, dicit Synagogæ Satanæ, congregationes idololatrarum, & conciliabula impiorum, quæ propter vnitatem & participationem in malo ciuitates dicuntur diaboli, quomodo congregationes ſanctorum & Eccleſiæ fidelium dicuntur ciuitates Dei. Et quomodo cõſiderantes totam iuſtorum vniuerſitatẽ, vnam dicim

dicimus Dei ciuitatem, considerantes verò congregationes plures, in locis diuersis concorditer Deo famulantes, Ecclesias particulares dicimus ciuitates, numero plurali: sic malorum conciliabula, licet in vna malitia conueniant, sicq; vna sint ciuitas, dicimus tamẽ etiã plurali numero diaboli ciuitates. Aut per ciuitates intelligantur præstantissimi quique huius seculi (cuiusmodi erant principes atq; potentes similiter & sapiẽtes seculi) quos velut pro suis munitionibus & ciuitatibus habebant dæmones. Nam & horũ nõ pauci, per CHRISTI aduẽtũ & Apostolicã prædicationẽ: ab illo deficiẽtes, CHRISTVM in sese receperunt. Versu octauo, Parauit in iudicio thronũ suũ. Quomodo supradiximus, versu quarto, per fidem Dei quosdam intelligere Ecclesiam, ita & hoc loco intelligunt: dicentes, quòd in iustitia sua fundauerit atq; stabilierit Dominus Ecclesiam. Alij, per thronũ intelligunt quidem iudiciariã potestatem: sed ob hoc in iudicio dicunt paratum, quod per humilitatem qua se passus est à Pilato iudicari, sicq; morte interfici, peruenerit meruerit q; exaltari ad gloriam iudiciarij solij, vt iudiciũ intelligas passiue, quo ipse iudicat⁹ est, sicq; intelligatur parasse sibi thronum in iudicio, quia iniustè iudicatus & passus ad thronum istum meruit à patre exaltari. Nos tamẽ in Elucidatione aliter sumus interpretati, iudiciũ scilicet accipiẽtes (vt frequenter solet vsurpari) pro æquitate, siue rectitudine iustitię: sicq; dicimus, ob hoc parasse Deum in iudicio thronũ suum, quoniã in iustitia ipsum constabiliuit, firmissimo scilicet decreto & immutabili proposito constituens sibi iustitiæ rectitudinem, secũdum quam omnes est iudicaturus, vnicuiq; reddendo secundum opera sua. Quemadmodum ex aduerso de iudicibus impiis dicere iurè possumus, quòd throni eorũ in curuitate & iniustitia parati sint, quoniã iustitiam non iudicant. Secũdum hanc autem nostram expositionem particula ista prima, per duas sequẽtes exponitur: quemadmodum frequẽter in scripturis fieri solet. Nam parasse CHRISTVM thronũ suũ in iudicio, non aliud est, quàm iudicaturum esse orbẽ terrarum in æquitate, & populos in iustitia. Valde autem nouum est illud, quod iam parasse dicitur sedem suam Deus, cum adhuc procul videatur abesse iudiciũ. Significatur autẽ hoc modo loquẽdi, CHRISTVM iã accepisse, iãq; habere iudiciariam potestatem, tametsi nondum aduenerit temp

Matth. 16
Matth. 25
Psalm. 61
Rom. 2

tempus generalis exequutionis. Iam enim cõstitutus est iudex viuorum & mortuorum, & sedet ad dexteram patris, ve luti tempus expectãs iudicij, paratus ad iudicãdum, & (quomodo Apostolus ait) de cætero expectans, vt subiiciantur omnia sub pedibus eius. Et licet nõdum videatur super hanc sedem iudiciariã residẽs, illud tamẽ est attẽdendum, sedem esse paratam, & paratum esse iudicẽ: tantum expectatur definitum iudicij tempus, vt in sede sua iudex appareat. Et secũdum hoc intelligi potest illud Esaiæ, dominus stat ad iudicãdum populos. Modo enim quasi stat paratus. Cùm autem venerit, tunc (vt ipsemet testatur in Euangelio) sedebit in sede maiestatis suæ. Potest quoq; illud in iudicio accipi, vt valeat in iudiciũ, siue ad iudicandũ. Iam enim sedes ad iudicandum parata est. Cui sentẽtiæ cõsonat Hieronymi versio ex Hebræo, quæ sic habet, Stabiliuit ad iudicandum soliũ suum. Versu decimo, Et sperent in te qui nouerunt te domine. Meritò sperent in te Domine, qui te nouerunt. Qui enim te nesciunt, vel nolentes, vel nõ audẽtes in te sperare, certissimo constat, illos non cognouisse nomen tuũ: id est, non te talem cognoscere, qualis reuera existis, & qualis in scripturis sacris esse doceris. Si enim te scirent, si te verè cognoscerẽt, si de te, vt oportet in bonitate sentirent, si tuam misericordiam, tuam benignitatẽ, tuam longanimitatẽ crederent, vtiq; securissimè simul & libentissimè toto corde in te confiderent. Hinc audimus illos qui te nouerunt, de te fidentissimè loqui. Cognouit te, qui exaltans in fortitudine vocẽ suã, ad vniuersos exclamabat, Accedite ad Dominũ, & illuminamini, & facies vestræ non confundẽtur. Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus. Et alibi, Sperate in eo omnis cõgregatio populi, & effundite coram illo corda vestra. Ac rursum, Iacta super Dominum curam tuã, & ipse te enutriet, & nõ dabit in æternum fluctuationem iusto. Subditus esto Domino, & ora eum, & ipse faciet. Cognouit te ille quem Petrũ esse fecisti, & nominari voluisti, caput fidelium tuorum: & ideò ad vniuersos quos ei cõmisisti, sollicita exhortatione, pastoris voce clamitat, dicẽs, Humiliamini sub potẽti manu Dei, omnem vestram sollicitudinem projiciẽtes in eum: quoniam ipsi cura est de vobis. Huiusmodi sentẽtiis plena sunt vniuersa illorum scripta, qui te cognouerunt, atq; ob hoc, in te sperare non ipsi soli fidenter audent, verùm

Actu. 10
1. Cor. 15
Esaiæ 3.
Matth. 25
Psalm. 33
Psalm. 61
Psalm. 54
1. Petr. 5

verùm ad idem vniuersos etiam inuitare cõtendũt. Deniq; & ex tua voce audimus, Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meũ. Qui autem dicunt tibi, Recede à nobis, nõ est salus in Domino, cæci sunt, & ignorãt te ô lumẽ beatissimũ, noménq; sanctũ tuũ non est manifestatũ oculis eorum. Versu vndecimo, Annuntiate inter gentes studia eius. In Psalterio Romano, mirabilia pro studiis inuenimus. Sic enim habet, Annũtiate inter gentes mirabilia eius. Græce autem est ἐπιτηδεύματα: quod nõ mirabilia significat propriè, sed excogitatiões, vel adinuentiones, id est, exquisita consilia, quæ solemus adinuentiones nũcupare. Neq; omnino malè hic dicũtur studia, studiũ enim animi intenta vehemẽsq; applicatio est, qualẽ solent adhibere homines, cùm insolita & magna cõsilia excogitãt, aut perficere quærunt. Beatus Hieronymus vertit cogitationes, pro studiis: quod nostræ lectioni satis accedit, Quidam vertunt opera, nonnulli dispensationes. Harũ autem lectionũ, vix vlla est in sensu diuersitas. Hoc enim sunt Dei adinuẽtiones, quod studia atq; dispẽsationes: & hoc studia siue adinuentiones quod mirabilia opera. Versu duodecimo, Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est. Pronomen eorum, in medio positum, non facilè apparet, an à nomine sanguinem regi debeat, an à verbo recordatus est: an videlicet sententia sit, Deus requirens sanguinem, recordatus est, requirens sanguinem eorum. Mihi videtur congruentius, vt quanquam semel tantum positum, ad vtrunq; tamen referatur, & tanquam bis positum repetatur secundum sententiam, sicq; sensus, Deus recordatus est eorum (scilicet pauperum) requirendo sanguinem eorum, id est, vindictam exposcẽdo de illis, qui innocẽtem sanguinem eorum crudeliter effuderunt: sub quo etiam aliæ quælibet tribulationes intelliguntur, quæ bonis à malis infliguntur. Neq; enim pro illis solis faciet iudicium, qui sanguinẽ suũ pro eo effuderunt, sed quicunq; vllam pro eius nomine, vel pro innocẽtia persequutionem aut tribulationem sustinuerunt. Obliuiscetur autem Deus sanguinem pauperũ, si nõ aliquãdo vindictam exposceret, & vltionem faceret de illorum oppressoribus. Versu decimotertio, Vide humilitatẽ meam de inimicis meis. Clarior & aptior videretur esse oratio, si loco præpositionis de, poneretur ex, vel ab, hoc modo,

Psal. 90
Iob. 21

modo, Vide humilitatẽ meã ab vel ex inimicis meis, id est, afflictionem, quã ex illis vel ab illis sustineo. Et ad hanc sententiam accipere oportet vulgatam lectionem nostrã. Græcè enim habetur, ἐκ τῶν ἐχθρῶν, id est, ex inimicis: quomodo etiam ex Hebræo vertit Hieronymus. Versu decimoquarto. Qui exaltas me de portis mortis. Nota modum scripturarũ, quo dicitur esse in portis mortis, qui est in maximis periculis, & quasi morti proximus. Quemadmodum is qui grauissimis tentationibus sollicitatur ad malum, ita vt penè cõsentiat, & se in peccatum mittat, dicitur vsq; ad portas mortis atque etiam inferni deuenisse. Cuiusmodi erat ille, qui dicebat, Et vita mea in inferno appropinquauit. Et iterũ, Nisi quia dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Similiter & qui in periculis agit mortis corporalis, quæ vix sperat posse euadere, si saluetur, è portis vel faucibus mortis dicitur erutus: quoniam quasi mortuus deputatus fuit, & liberatus quasi rediit ad vitam. Vtrunque enim est principium & ingressus, nẽpe & porta, & fauces. Et nota pulchram partium iuxta positarum respõdentiam, cum dicitur, Qui exaltas me de portis mortis, vt annuntiẽ omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. De illis me liberasti, vt in his me constitueres, ad laudes tibi decantandas. Posset & simpliciter intelligi exaltatio ista à portis mortis, saluatio & liberatio ab ingressu mortis & inferni: vt sit sensus, Liberasti me, ne ingrederer in mortem, eò quòd per pórtas fit ingressus: quemadmodum e contrario, ad portas vitæ exaltantur fideles, quoniam ingressus eis conceditur & aperitur ad vitã.

Psal. 87
Psal. 93

Versu eodem, Vt annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. Quæ in porta fiunt, in publico fiunt, quẽadmodum antiquitus iudicia in portis fieri solebant. Et secundum hoc dicitur, Vt annũtiẽ omnes laudationes tuas, in portis filiæ Sion. Filiam autem Sion vocat Ecclesiam. Nam per Sion Ecclesiam significari supradictũ est in annotationibus Psalmi secundi. Filia autem dicitur indubiè, altissimi patris cœlestis: quemadmodum & alio in Psalmo dicitur, Audi filia, & vide. Item apud Prophetam alium, Dicite filiæ Siõ. Atque ita plerunq; solet filia Sion significare Ecclesiam & populum verè credẽtium, cùm in bonam partẽ accipitur. Cùm verò in numero plurali ponitur, vel ipsas particulares Ecclesias significat, vel singula Ecclesiæ membra. Vt cùm dicitur,

Psal. 44
Esaiæ. 62
Zach. 9

Cant.6 Viderunt eam filiæ Sion,& beatissimã prædicauerunt eam.
Psal.149 Item,Filiæ Sion exultent in rege suo,id est,particulares Ecclesiæ vnius matris Sion filiæ,vel animæ fideles & deotæ, quæ omnes sunt Sion filiæ.Confirmat autem expositionem suprapositam,Chal.para.habens in hunc modum, Narrabo omnibus miracula tua,in ingressibus portarũ Ecclesię Sion.

Versu quintodecimo,Infixæ sunt gentes in interitu quem fecerunt:Impij infiguntur in interitu quẽ fecerũt, quoniam mortem quam aliis parauerant,ipsi persentiunt:& pro malis quæ cõtra proximos meditati sunt, recipiũt damnationem, quasi in malo infixi quod aliis parauerunt. Atq; hũc sensum explanat Elucidatio. Posset tamen intelligi, secundum hoc
Sapien.1 quod per Sapientem dicitur,Deus mortem non fecit,nec lætatur in perditione viuorum. Impij autẽ manibus & verbis accersierunt illam.Mortis enim qua damnãtur,ipsi sibi sunt autores.Priori tamen sententiæ magis fauet,quod Hebraicè fouea pro interitu habetur,quemadmodum vertit Felix. Propter quod videtur eadem esse sententia,quæ suprapositaO est Psalmo septimo,Incidit in foueam quã fecit. Cui etiam consentit, quod in præsenti loco statim subditur, In laqueo isto quem absconderunt,comprehensus est pes eorum. Idem enim videtur demergi in foueã quam fecit impius,& in rete comprehẽdi quod absconderat. Versu vigesimoprimo, Constitue domine legislatorem super eos.Legislatorẽ istum aliqui intelligunt Antichristum: quem secundũ iustitiæ diuinæ ordinationem,vel optat vel prædicit mittendum incredulis,& peruersis gentibus,vt per eum seducti, & in damnationem cũ illo inducti,experiãtur in die vltionis se infirmos & mortales homines fuisse,ac proinde vanè Deo sese ex aduerso opposuisse, Erit autem hic,pessimæ legis cõtra Deum lator,præcipiens se adorari & coli tanquam verũ Deum, legislator malus contra legiferum nostrum bonũ,& Propheta mendacij aduersus nostrum iustitiæ doctorẽ:nimirũ aduersus Christum,Antichristus.Nos hãc expositionẽ sicut omnino nõ refellimus,ita tenuiter valde approbamus:quòd legislator propriè hoc in loco significare videatur doctorẽ & præceptorem,quæ sanè Antichristo puto non nisi admodũ impropriè posse attribui:Christo vero dño,à Prophetis apertis
Esa.33 simè adscribuntur,quemadmodum Esaiæ xxxiii. Domi-
Iaco.4 nus legifer noster,&c,Et Iacobi iiii.Vnus est legislator & iudex,

iudex,qui potest perdere & liberare.De doctore autem iustitiæ,dicitur Ioelis ii. Lætamini gentes in domino Deo ve- Ioel.2
stro,quoniam dedit vobis doctorem iustitiæ.Et apud Esaiã, Esa.30
Non faciet vltra auolare doctorem tuum. Versu eodem, Sciant gentes quoniã homines sunt.Sciendum est Hebraice haberi vocabulum enos:quod hominẽ quidẽ significat, sed
D (vt Felix ait)vilem & miserum,laboribúsq; & miseriis subiectum : propter quod cõmodior videtur intelligentia,quæ in Elucidatione posita est,vilitatẽ hominis exprimẽs & humilitatẽ. Alioqui potuisset æquè ad dignitatẽ cõditionis humanæ accõmodari intelligẽtia,hoc modo,Sciant & cognoscãt rationales creaturas esse se,nõ equos & mulos,nõ irrationales beluas:vt vel hac consyderatione natiuæ dignitatis suæ, erubescant fœdissimæ idololatriæ atque vitiis aliis sese indignè subdere. Versu vigesimotertio,Dum superbit impius, incẽditur pauper.Incẽdi siue ardere(vt vertit Hieronymus) accipitur pro affligi,cruciari,siue persequutionẽ pati. Atque ita habet Felicis versio,In superbia impij,persequutionẽ patietur pauper.Neq; verò omnino nouũ aut inauditũ videbitur,si incendi aut vri ponatur pro persequutionẽ pati.Siquidẽ inuenitur nonnunquã in scripturis per ignẽ tribulatio significari.Veluti Psal.xvi.Igne me examinasti,& nõ est in- Psal.16
uenta in me iniquitas.Sapiens quoq; igni comparat tribula Sapien.3
tionẽ,dicens,Tanquã aurũ in fornace,probauit electos suos Deut.4
Deus.Neque semel de fornace ferrea Aegypti,liberati dicũtur in scripturis filij Israel:pro eo quod est,de grauissima & crudelissima illa persequutione atque afflictione,quam sustinuerunt in Aegypto. Nouissimè occurrit & illud Apostoli, 2.Cor.11
Quis scandalizatur,& ego non vror?Quo in loco(iuxta consonã doctorũ interpretationem)vri positũ est pro affligi, & cordis dolorem sustinere.Cæterũ,in secunda parte comprehenduntur,dictum est pro comprehendẽtur vel comprehendantur.In consiliis autẽ quibus cogitant,clarius esset,si diceretur,In consiliis quæ cogitant,quemadmodum habet Psal
E teriũ Romanum.In cogitationibus,quas cogitãt.In his tamen vsum Græci sermonis seruarũt interpretes. Versu vigesimoseptimo,Omniũ inimicorum suorum dominabitur. Omniũ inimicorũ suorũ dicũtur dominari impij,iuxta modum in Elucidatione expositũ:quoniã omnibus se superiores, potentiores ac fortiores putant,neque metuunt quenquam.

Sic enim vulgò dicere ſolemus, eos qui ſuperiores euaſerũt, & extra metum ſunt iam dominari illorũ quibus facti ſunt (vel cauſa, vel potentia, vel ſapientia) ſuperiores. Atq; hunc ſenſum manifeſtè indicat verſio beati Hieronymi, quæ habet, Omnes inimicos ſuos deſpicit. Felix in eandem ſententiam legit, Omnes inimicos ſuos flatu proſternet, aut velut flatum venti iudicabit: id eſt, pro nihilo pendet, tanquam nemo illi quicquam valeat nocere eorũ quos ipſe affligit. Verti etiam poteſt, In omnes hoſtes ſuos ſufflabit, quod eandem ſonat intelligentiam. In ſignũ enim vilipenſionis, flare ſolemus in illos quos indicamus nos contemnere. Verſu vigeſimooctauo. Non mouebor à generatione in generationem, ſine malo. In fine verſus cùm legis, ſine malo, memento vt diuiſim id legas à præcedentibus: verbóque ſubſtantiuo intellecto, perficias ſententiam, hoc modo, Non mouebor à generatione in generationẽ, ab hac videlicet poteſtate mea: abſque malo ero, vel ſine malo perſiſtam: hoc eſt, non veniet mihi malum aut nocumentum. Putant enim impij, perpetuã ſibi fore ſuam fœlicitatem: cùm breuis nimium ſit, & vix amplius quàm momentanea. Atque ad hunc modum legit beatus Hieronymus, Ero ſine malo. In Hebræo autem eſt, aſerlobera: quod ad verbum ſonat, qui nõ in malo ſupplẽdo ero, id eſt (iuxta Hieronymi verſionem) qui ſine malo ero, vel qui non in malum, ſupplendo veniam: hoc eſt, cui malũ non continget. Nonnulli autem hanc particulam tentant cõiungere cum præcedentibus, & ſenſum nihilominus congruum inuenire: quod nobis ſanè, nec facile nec cõueniens videtur.

Verſu vigeſimonono, Sub lingua eius labor & dolor. Sicut homines ex corde pleno immũdicia ſemper faciles atq; aſſuetos ad ſermones impudicos proferẽdos, dicimus in ore ſemper habere eiuſmodi, vel ſub lingua, iuxta communẽ loquendi conſuetudinẽ: ita hoc in loco dicitur, ſub lingua impij eſſe laborem & dolorem, & os eius amaritudine & maledictione plenum: quoniã illa ſemper meditantur, quomodo ſcilicet laborẽ pauperibus inferant, atq; aduerſus ipſos perficiant iniquitatẽ, quomodo ſcilicet illos perſequãtur, crucient, & opprimant. De abundantia enim cordis, loquuntur per os ſuum. Verſu trigeſimo, Sedet in inſidiis cũ diuitibus in occultis. Vulgo iũgere ſolent particulam, in occultis, cũ præcedentibus, hoc modo diſtinguẽtes. Sedet in inſidiis cũ diuitibus

bus in occultis, ac deinde, vt interficiat innocentẽ. Videtur tamẽ magis pertinere ad ſequentia, hoc ordine, In occultis, vt interficiat innocentem: quomodo & Beatus Auguſtinus diſtinguit, & Beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, eandémq; diſtinctionem habent exemplaria Græca. Verſu trigeſimoſecundo, Rapere pauperem dum attrahit eum. Attractio iſta de qua hic dicitur, accipi poteſt per blandimenta, maximè ſi ad ſpiritualẽ occiſionẽ & ſeductionem referatur intelligentia. Attrahunt enim tam dæmones, quàm alij perſuaſi, & alliciunt quibuſdam blandimentis, & oſtentatione boni ſecundum ſpeciem, animos ſimplicium: ac deinde in mortẽ rapiunt allectas & ineſcatas animas. Sic Antichriſtus alliciet attrahétq; ad ſeſe plurimos: partim quidẽ rerũ tẽporaliũ abundantia, partim apparenti ſapientia, partim ſignorum falſorũ euidẽtia. Attractos verò rapiet, & morte æterna interficiet. Sic & nũc hæretici, dæmonum miniſtri, & præcurſores Antichriſti faciunt iis quos decipiunt. Atq; ita cõſequenter in ſequenti verſu, per laqueum intelligitur iſta illaqueatio in errorẽ & perditionẽ. Verſu trigeſimoſexto, Propter quid irritauit impius Deum? Huius verſus cum præcedentibus talis eſt combinatio, Exurge Domine, & vindictam faciens cõtra peruerſos, magnifica dexterã tuã in pauperum defenſione. Cur enim auſi ſunt impij te irritare, dicentes in cordibus ſuis, quaſi tu non eſſes pœnas ſumpturus de oppreſsione pauperũ. Quaſi dicat, Iuſtè quidẽ exurges cõtra illos, & eleuabis manum tuam, quoniam te irritauerũt, dicentes: quòd non eſſet tibi cura tuorum pauperum: videlicet vt apertè cognoſcant, quantum aberrauerint hoc exiſtimantes. Quaſi autẽ prouocatur, irritatur & excitatur ad vindictã Deus, cũ dicitur nõ requiſiturus ſanguinẽ pauperũ. In hoc enim eius ſuauiſsimæ bonitati nimiũ derogatur. Verſu trigeſimoſeptimo, Vides quoniã tu laborem & dolorẽ conſyderas. Secundum intelligentiã in Elucidatione expoſitã, poſt vides ſubſequi debet diſtinctio, & legendũ eſt cum firma aſſertione, quaſi in cõtrarium eius quod exiſtimant impij. Illi enim dicunt, non videt Dominus, nõ requiret malefacta noſtra. Hic verò cõtra loquitur. Imò vides tu Domine, & attendis omnẽ eorum malitiam: quoniã tu cõſyderas laborem & afflictionẽ quã inferunt pauperibus tuis: vnde fiet, vt perueniant aliquando in vltrices manus vindictæ tuæ, in

Hebr.10 quas(vt Paulus ait) horrendum est incidere. Potest & altera dari huius versus intelligentia talis,Tu nunc vides & attendis,vt tradas illos in manus tuas,id est,quomodo illos in iudicium adducas,& vltionem in eos perficias vbi tẽpus vltionis aduenerit:quoniam tu consyderas nunc laborem & dolorem,quem pauperibus inferunt.Iuxta vtranque autẽ sententiam videtur illud,quoniã tu laborẽ & dolorem consyderas, quasi per modum parenthesis esse interiectum.Deũ autẽ tradere impios in manus suas,nõ aliud est quàm illos in iudiciũ adducere,& suo tribunali exhibere iudicandos. Versu trigesimooctauo: Tibi derelictus est pauper.Nota in Elucidatione duplicem indicatam intelligẽtiam:priorẽ,de toto humano genere,siue specialiter de populo fideliũ: qui, quoniã
Psalm. 44 (iuxta domini in Psalmo præceptum) oblitus est populum suum & domum patris sui,&(iuxta Abrahæ patris suis exemplum)vocante domino,exiit de terra sua,& cognatione sua.
Gen.22 rectè iam quasi orphanus dicitur,id est,alium non habẽs pa-
Psal. 26 trem præter Deum.Alteram verò nota,de iis qui secundum seculum in hoc mundo temporaliter sunt pauperes, orphani,& pupilli.Solẽt enim isti ab hominibus derelinqui,ac pro-
Psal .26 inde à Deo assumi.Quemadmodum dicebat derelictus à consanguinitate sua Dauid,Pater meus,& mater mea dereliquerũt me,Dominus autem assumpsit me.Hinc nõnulli tradunt in alio Psalmo dictum specialiter de pullis coruorum Deum in
Psalm.146 uocantibus,quos ipse pascit,Qui dat iumẽtis(inquit de Deo Psalmista)escam ipsorum,& pullis coruorum inuocantibus eum.Aiunt enim,quibus hac in re fides debetur,naturalium rerum descriptores,pullos coruorum plumis primum esse à parentibus dissimiles, id est, non nigros: propter quod à parentibus relinquuntur,destituuntúrque cura pastus, quasi degeneres, donec plumis nigrescentibus illos agnoscant vt germanam sobolem.Interea verò donec sic relinquuntur, rore cæli pascit illos Deus.Atque ita sanè,quibus parentum deest auxilium, copiosius adest diuinum. Quod si requiras, cur pauperes, & orphani dicantur derelicti Deo? Respondemus,ita hoc esse accipiendum, quomodo de beato Martino scribit Sulpitius, quòd pauperem illum, quem omnes auersis oculis despexerant,sibi intellexit reseruatum, & sibi derelictum, vt videlicet ipse, quod omnes neglexerant,adimpleret. Non aliter pauperes, & orphani derelinquuntur Deo,

Deo,vt ipse eis sit adiutor.Quoniam enim ab omnibus prętereuntur,& negligũtur pauperes,vixq; inueniatur inter homines,qui pauperũ, pupillorum,viduarum,atq; huiusmodi velit causam tueri,aut pro illis vel loqui,vel agere,eò quòd non habent quid retribuant,aut quæ donent auaris muneB ra:fit,vt horum iudiciũ,cura,atq; defensio,Deo(qui personarum acceptor non est,neq; munera spectat,aut vllam retri- Roma.2
butionem,quandoquidem bonorũ nostrorum indiget) relinquatur, & velut deuoluto (quod dicere solent) iure, ad Psalmo 15
ipsum recidat,qui illic maximè suũ solet præstare auxiliũ, vbi deest humanũ,quiq; ea,quæ apud homines sunt abominatio,solet magnificere:quemadmodũ econtrario abomi- Lucæ 16
natio sunt,apud illum,quæ alta sunt hominibus.Illud tamẽ videndum,vt verè pupilli sint, & verè orphani qui diuinam expoſcunt protectionẽ,& curam.Sunt enim nõnulli orphani temporaliter,& rebus pauperes,qui tamẽ spiritu minimè orphani sunt,& pauperes:qui patres sibi alios quærũt super terram,in quibus confidunt,& spem constituunt,filios scili cet hominũ,in quibus non est salus. Hi nimirũ orphani,& pauperes illi non sunt,de quibus Psalmista nunc loquitur. Psal.145
Vnde & Paulus loquens de viduis ab Ecclesia sustentandis, 1.Tim.5
ait, Vidua autem, quæ verè vidua est, & desolata, speret in Deum,& instet obsecrationibus die ac nocte: Dum inquit, quæ verè vidua est, & desolata, indicat, quid sit esse verè viduam: nimirũ ab omni humana spe derelictam, & non nisi in Domino spem habentem.Et qui sic verè pauperes sunt,& verè orphani,diuinũ sentient adiutoriũ,iudicabitq; pro illis Dominus.Vnde & alio in loco pater orphanorum,& iudex Psal. 67
viduarũ,dicitur.Quanquam autem nunc in hoc tẽpore frequẽter Deus dissimulat,sinitq; pupillos, viduas, & pauperes à potentioribus opprimi: veniet tamen retributionis tẽpus, quando apertè patebit, magnam curam fuisse Deo pro suis pauperibus:quando pro illis bonum faciet,ac manifestũ iudicium,quod nonnunquã ad declarationem prouidentiæ,& bonitatis suæ etiam facit in hoc tempore: quemadmodum exemplum manifestum,& clarissimum habemus in paupeC re Dauid, quantum ad potentem Saulem, nec desunt adidẽ quotidiana exempla quæ cernimus ante oculos. Versu trigesimonono,Contere brachium peccatoris,& maligni.Nõ potest impiorũ brachiũ,nisi quantũ permittit Deus.Cęterũ,

vbi voluerit eorum brachium cõfringere, eorum potentiæ obsistere, & eorum malignos cogitatus, atq; consilia dissipare, non inuenietur peccatũ, quod proposuerant: quod animo conceperant, non inuenietur impletum. Quemadmodũ (exempli gratia) infideles imperatores cogitauerunt, Christianos delere penitus, & Christi nomen auferre. Hanc verò iniquitatẽ si quis requirat, nequaquam perfectam inueniet: quoniam diuina potentia malignorũ brachia contrita fuerunt, atq; à proposita malitia sic prohibita. Sic Aman illius
Hester 7 concepta contra innocentes Iudæos malitia, nequaquã perfecta inuenitur, sed contritione brachij eius à Domino impedita. Similiter & de prauitate Saul erga innocẽtẽ Dauid, est manifestum. Sic & in persequutione Antichristi, donec permittet Dominus, forte erit brachium eius, & validũ ni-
Mat. 24 mis: non solùm in potentia armorum, verumetiam in potestate signorum, atque prodigiorum. At verò, vbi Domino placebit propter electos brachiũ illius conterere, & dies potentiæ, siue tyrannidis eius abbreuiare, irritus inuenietur omnis conatus illius. Neq; inuenietur perfecta iniquitas quã meditatus fuerat, de nominis scilicet Christiani delectione, & sui nominis super omnia glorificatione. Versũ penultimo, Desyderiũ paupẽrũ exaudiuit Dominus. Obiiciat fortitan aliquis. Si tanta est Dei ad exaudiendum suos promptitudo, vt etiam præparationem cordis eorũ statim exaudiat: quid ergo in Euangelio monemur semper orare, & non deficere? quid sibi vult, quod de importunitate postulantis di-
Lucæ 18 citur, tam in parabola de iudice iniquitatis, quàm in altera
Ibidem. illã de amico petente sibi commodari tres panes in nocte?
Lucæ 11 Rursum, si tanta est prõptitudo, & facilitas diuinæ exauditionis, quid ergo plerunq; in longũ differt Deus impletionẽ eius, quod postulatur? Verùm est aduertendũ, quòd Dominus tametsi ab initio ex quo se præparant pauperes vt clament, attentas habeat aures, & auditũ accõmodet ad preces eorum, non tamen statim semper primo momento præbet, quod postulant, sed differt nonnunquã in longũ tẽpus, quoniam ita expedire nouit illorũ exercitationi, atq; profectui, vel vt ex clamore cõtinuato, ac perseueranti augmentet in illis, & crescere faciat munera sue gratiæ. Nihil enim pauperi salubrius, quàm vt clamet ad Dominum: multóq; hoc illi vtilius est, sic clamare, quàm statim, quod postulat, accipere.

Deniq;

Denique, statim etiam adest oranti pauperi & iam cor præparanti: quoniam in præparatione sua illum adiuuat, & vt perseueranter dignéq; vt oportet postulare sciat, efficit. Posset tamen præsens locus, & aliter intelligi, hoc modo, Eos qui corde præparato ad Dominum orauerint, qui præparãt corda sua (iuxta Sapientis verbum) vt dignè, & mundè orent Eccle. 2
Dominum, hos exaudiet auris Dei. Atq; ita præparationem cordis pauperum dicitur Deus audire, quoniam eos, qui cor
E suum præparant, vt digni orent, exaudiuit. Qui autem impreparato corde, solis labiis clamat, exauditionem non promeretur. Vnde ad Sapientem dicitur, Ante orationem, præ- Eccle. 18
para animam tuam: & noli esse quasi homo, qui tentat Deũ. Eccle. 1
Et iterum, Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Versu vltimo, Vt non apponat vltra magnificare se homo super terram. In Hebræo idem hic vocabulum ponitur enos, quod supra versu vigesimoprimo, Sciant gentes, quoniam homines sunt. Significat autem (vt diximus) hominem vilem, & abiectum: quod rectè quadrat proposito, quoniam de superbiæ repressione fit mentio, quę certè non melius, quàm consideratione propriæ vilitatis acquiritur. Atque ad eandem sententiam accipi etiam posset quod additur, super terram: quod Beatus Hieronymus vertit, ex terra, ad hunc sensum, Vt non apponat homo vilis, & contemptus ex terra, scilicet factus, vel qui de terra est, vel qui super terram, & terrenus est, vltra se magnificare. Quam sententiam clarius exprimit versio Hieronymi in hunc habens modum: vt nequaquam vltra superbiat homo de terra. Quod enim in Hebræo habetur, min haaretz, significat ex, vel de terra. Huic autem conformius est, vt dictio super terram, in nostra vulgata lectione iungatur cum homine, dicendo, Vt homo su-
per terram, non apponat vltra se magnificare, quàm cum
F verbo magnificare, dicendo, Vt homo non apponat, se vltra super terram magnificare.

DECIMI PSALMI

ARGVMENTVM.

PSALMVS hic viro iusto competit, à se malignorum dæmonum atq; peruersorum noxias suggestiones (quibus ipsum à Deo, in quo spem fixit, quærunt abstrahere) reiicienti, & nequaquam consensum præbere volenti: tentatorum insidias per

similitudinem sagittantium demonstrans, eorúmq; peruersum studium, quo ad demolienda, & infringenda quæ à Deo in fidelibus bona stabilita sunt, sedulò conantur: præponens deinde prouidam curam Dei erga res humanas, qui, licet in cælo inhabitet, quæcunque tamen in terris agimus, optimè nouit, iustum facillimè ab iniusto discernens: quæ est iustorum in hoc mundo præcipua consolatio. Postremo verò loco punitionem impiorum demonstrat, ingne, sulphure, & horrore æternæ tempestatis, quam is qui iustitias diligit, illis in nouissimo est inflicturus, qui odio habentes animas suas, dilexerunt iniquitatem.

DECIMI PSALMI

ELVCIDATIO.

1 *In Domino confido:*

ECCE spem meam totam, omnémq; fiduciam cõieci in Dominũ Deum Creatorem, & Saluatorẽ meum: in illo spe fixus hæreo, cui me semel addixi, atque totum deuoui, abnegato Diabolo, ac mundo vnà cum omnibus suggestionibus, atq; pompis eorum: * Et vos nunc ô tentatores mei, siue blandiẽtes amici, siue sæuientes inimici, quomodo adhuc mihi mala suggeritis quę semel abdicaui, dicẽtes animę meæ per iniquas suasiones vestras, vt relicta Dei seruitute (quę arcta videtur) trãsuolet, seq; cõferat ad eam, quam reliquit gloriã seculi, quæ est veluti mõs altus, latus, amœnus & spacioſus, vtq; ad mũdi celsitudinẽ, pompam, delitias & voluptates denuò reuertatur: * ad eum modum quo auis instabilis, & passer libidinosus, per instabilitatem concupiscentiæ suum locum facilè deserit, & in alium transuolat, vbi id quod sensui gratũ est fortè conspexerit. Frustrà enim omnino ista suggeritis animæ meæ, quæ vt casta turtur in Domino sibi nidum fixit, mansionem stabilem elegit, non emigratura imperpetuum.

2 Neq; verò me latent peruersorum insidiæ: neq; me clam est, quemadmodum maligni dæmones eorúmq; ministri homines peruersi, parati existant ad perimendas simplicium animas, ad modum eius, qui arcum tensum manu tenet, ad aues sagittis perfodiendas: * occultauerunt sub boni qualibet specie pestiferas, & noxias suasiones suas, vt sic in occulto, ac velut latenter per insidias interficiant animas innocentum, eorum qui bona, & recta sunt voluntate: quemadmodum qui ad aues perimendas exeunt, sagittas in pharetris absconditas gestant, vt in promptu habeant cũ oportunitat

* *quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem.*

* *sicut passer?*

2 *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcũ:*

* *parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde.*

nitatem viderint, nocendi. 3 Et quidem illa quæ tu veluti ad perfectum adduxisti, per benignum fauorem tuum, & salutarem tuam gratiam (quibus adiumentum præbes seruis tuis) ipsi suis prauis machinationibus per inuidiam ad nihilũ deducere conantur, semper laborãtes, quæ per gratiã tuam in hominibus plantantur atq; ædificantur, suis prauis suggestionibus inficere, aut eradicare: aut destruere. próq; bono seminato tritico, mala superseminare zizania: * seruus autem tuus qui ex bona voluntate, & desiderio cupit in iustitia perstare, quid egit, quid cõmeruit aduersum illos, vt tanto desiderio ei nocere cupiant? Vel apud te nunquid aliquid fecit, aut promeruit, vt propter impias, quas illi obtrudunt A suggestiones, tu offensum te exhibeas ei? 4 Et quanquam machinantur illi iustis malum, spero tamen non assequuturos quod intenderunt: quoniam est in superna Hierusalem, quam ipse in templum sibi sanctificauit, & vbi tanquam in templo inhabitat, & adoratur Deus omnipotẽs: * & in cælo in medio angelorum sanctorum sedem maiestatis, atq; mãsionem stabilem habitationis suæ constituit omnipotens omnium dominator. 5 Hic licet in alto habitet, benigno tamen aspectu suo ad eos, qui in hoc seculo humiles sunt, & spiritu pauperes, attendit, eorum afflictionem, quam ab iniquis sustinent diligenter considerans, vt eos in præsenti à periculis eripiat, in futuro autem, condemnatis eorum persequutoribus, coronet pro sua patientia: * tam verò res omnes humanas exactè nouit, ac perspicit, vt, non dico oculis, sed (modo quodã humano per excessum loquendo) ipsis etiã palpebris perspiccre valeat, quę sunt in filiis hominum, eósq; secũdum iustitiã & iniustitiam discernere, ita vt hoc ei pro minimo sit & omnino facillimum: tametsi incredulis videatur ita non habere, aut esse prorsus impossibile, vt incorporeus: & in cælis habitans Deus res humanas, quæ gerũtur B super terrã, pernoscere valeat. 6 Dominus Deus examinat, ac probat (hoc est, quasi interrogatos, probatos & examinatos optime nouit) omnes filios hominũ, iustíne sint, an iniusti, discernens inter bonos, ac malos: * illud autẽ certissimũ est, quoniã iuxta veritatem osor est animæ suæ, eiúsq; perditor, & homicida, quicũq; adhæret iniquitati, eámq; ex cordis affectu sectatur. 7 Quemadmodũ solet desuper cadere pluuia subito super homines: ita in tempore venturi iudicii, super

3 *Quoniã quæ perfecisti, destruxerunt:*

* *iustus autem quid fecit?* Matth. 13

4 *Dominꝰ in tẽplo sancto suo:*

* *dominus in cælo sedes eius.*

5 *Oculi eiꝰ in pauperẽ respiciunt:*

* *palpebræ eius interrogant filios hominum.*

6 *Dominꝰ interrogat iustum & impium:*

* *qui autẽ diligit iniquitatem, odit animã suam.*

7 *Pluet super peccatores laqueos.*

Universidad de Deusto Biblioteca

super peccatores istos, qui iniquitatem diligunt, subitò, & cum impetu, ac terrore magno desuper à sententia diuinę iustitiæ, quasi pluuia copiosa super eos cadet laquei mortis, & damnationis æternæ, quibus obruentur, obuoluentur, atq; irretietur penitus, ita vt in perpetuum sese non valeat extricare, quæ quidem damnatio, eorum penetrabit intima, quēadmodum pluuia copiosa per vestimenta solet ad carnem trāsire: * ignis æterni, & inextinguibilis cruciatus, fœtor, & ardor sulphuris intolerabilis, & flatus turbinis horridissimo rum illorum (inter quos eis erit societas) spirituū & sempiterna, ac nunquam cessatura tempestas, eorū plena merces erunt, & tota retributio, totáq; eorum portio, quam (velint nolint) gestabunt, epotabunt, & absq; redemptione persentient, ac ferent in æternum. 8 Deus enim tametsi misericors est, per suam misericordiam vindictam differens: est tamen simul etiam iustus, neq; minus iustus, quàm misericors: & quoniam ipse iustus est, iustitiam etiam in seruis suis diligit, atq; requirit, diligitq; iustitiam operātes: * & æquitatem, siue rectitudinē approbat benignus placidúsq; aspectus eius: & eos qui in æquitate viuunt, seruos acceptos habet.

** ignis & sulphur & spiritꝰ procellarum, pars calicis eorum.*

8 Quoniã iustus dominus et iustitias dilexit.

** æquitatē vidit vultus eius.*

ANNOTATIONES IN *Psalmum decimum.*

VERSV primo, In Domino confido, Confidentis hominis, & optime stabiliti in Dei fiducia, est hæc oratio, se cūdum modum aliquē similis illi, quē alio loco dicit, Dominus illuminatio mea, & salus mea, quē timebo (Sicut enim hic intelligitur, nullum timebo, quia Dns salus mea est, ita in præsenti sermone indicatur, quòd nequaquā sit euolatura anima, aut emigratura à Domino, in quo semel per plenam confidentiam veluti nidum constituit. Respondet etiā huic sententiæ illud, quod Psalmo 61. similiter affectus erga Dominum, idem Psalmista ait, Veruntamen Deo subiecta esto anima mea, quoniā ab ipso patietia mea. Quia ipse Deus meus, & saluator meus, adiutor meus, non emigrabo. Et paulò antè, Ipse Deus meus & salutaris meus, susceptor meus, non mouebor amplius. Multum autem vehementiæ addit orationi, quod non simpliciter dicit, Quomodo transmigrabit anima mea in montem, sicut passer? sed ad maiorem rei detestationem, ait, Quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem sicut, &c. significans, rem dete-

Psalm. 26

Psalm. 61

testabilissimam esse, quam proponūt, adeò, vt vel proponere tantum, sit prorsus absurdum. Tanquam si dicat, Vana, & prorsus absurdissima sunt, quæ proponitis: quæ suggeritis, indignissima sunt. Nolite vltra mihi huiusmodi suggerere, Habeo enim obstirmatū aduersus huiusmodi animum, neq; proficietis, quicquid tandē egeritis. Mons autē iste est, in quē cōscendit lucifer, mons aquilonis, mons ille pestifer, cui apud Prophetam comminatur dominus, dicēs, Ecce ego ad te, mōs pestifer, qui corrumpis vniuersam terrā. Superbia scilicet vitæ est, & altitudo, fastúsq; seculi, in qua etiam Saluatorem nostrum trāsmigrare cupiebat simulatq; monebat diabolus, cum ostēsa illi gloria omniū mūdi regnorum, diceret, Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me. Verùm ille, iuxta formā huius Psalmi, In Domino (inquit) cōfido, quomodo dicis Satana animæ meæ, vt trasmigret in mōtem? Hoc est. Vade Satana. Scriptum est, Dominū Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Nonnulli verò hunc Psalmum in persona CHRISTI intelligunt, iuxta historiam illam quæ describitur Lucæ 13. capitulo, cū illi quidam dicerēt, Abi hinc, quia Herodes vult te occidere: videlicet vt responsio sit CHRISTI domini fugam recusantis, propter spem, quam in patre habebat: quemadmodū & illo in loco respondēs fugam suadentibus, subiungit, Ite, dicite vulpi illi, Ecce eiicio dæmonia, & sanitates perficio hodie, & cras, & tertio die cōsummor. Verūtamē oportet me hodie, & cras, & sequenti die ambulare, quia nō capit Prophetā perire extra Hierusalē. Alij peculiariter contra hæreticos præsentem Psalmum dirigunt. Nos tamen generali expositione dirigere eum maluimus cōtra vniuersos, qui iustis in via Dei quærūt nocere, & ad mala quomodocūq; suis fraudulētis consiliis eos adducere: potissimum, cōtra dæmones malignos, qui nobis suū montem, in quem ipsi male cōscēderūt, & vnde infœlicius descenderūt, imò miserrime deiecti, siue deturbati sunt, semper cōmonstrant: nimirum, vt in simile nos adducant præcipitium. Casum enim nostrū quærunt, dum altitudinem cōmonstrant. Versu secūdo, Quoniam ecce peccatores intēderunt arcū. Coniūctio quoniam, non videtur hoc loco vllam causalitatem indicare, sed esse tantum particula continuationis. Enarrat autem hoc versu suorum aduersariorum, & malorum tētatorū insidias, quibus

Esaiæ 14

Hiere. 51

Matth. 4

Ibidem.

Deut. 6

Lucæ 13

bus insidiantur bonis:idq; sub similitudine tenentis arcũ, & sagittas habẽtis in pharetra. Vbi notandum diligẽter, quomodo per eandem similitudinem diuersa nonnũquam figurari, atq; significari cõtingit in scripturis. Nam supra Psalmo 7. de Deo legimus, quod habeat etiam ipse paratum arcum suum, & tensum, inq; eo aptata mortis iacula, & sagittas ignitas: Verùm id longè alia ratione accipiendum est, quàm hîc de peccatoribus sit dictum. Hi enim arcum suum tendunt, cupiditate nocendi, & desiderio mortificandi. Ille verò non vult mortem peccatoris, neq; in perditione delectatur hominum. Tamen æquitas, & rigor iustitiæ arcum illi tendit, vt eos qui sua voluntate mortem quæsierũt dum viuerent, eámq; verbis, & manibus sibi accersierunt, mortis æternæ sagittis confodiat. Illud quoque diligenter notandum est, quod cum Deus arcum tenens describitur, sagittæ minimè occultantur. Non enim dicitur, quod in pharetra sagittas habeat, sed in arcu dicit Prophera esse parata vasa mortis, & sagittas ignitas aptatas in eo. Impij autẽ cum arcũ tensum gestent, tamen sagittas in pharetra absconditas, & nihilominus ad sagittandũ paratas, habent. Scilicet dominus (cuius non est voluntas vt moriatur impius, sed magis vt conuertatur, & viuat) multò antequam feriat, suum arcum paratum ostentat, vt vel terrore impios desinere ab impietate compellat, sicq; sagittis parcat, ne in illos iaculetur. Ob hoc arcum suum quasi in propatulo gerit, sagittas ostentat, earúmq; terrorem denũtiat, dum per scripturas sacras, per prædicatores veritatis, suæ vltionis terribilem sententiam prænuntiat peccatoribus, ad cautelam. De qua re in alio Psalmo dicitur, Dedisti metuẽtibus te significationem, vt fugiant à facie arcus, vt liberentur dilecti tui. Impij verò, qui non nisi morte quærũt afficere, quorum omne studium est interficere innoxias animas, hi nimirum arcum tensum habent, ad nocendum vt cupidi, ita parati: sagittas autem non ostentãt in arcu, sed in pharetra gestant: ita tamen gestant in pharetra, vt paratas habeant ad emittẽdum, vbicũque viderint occasionem. Ita enim frequẽter ad nos diabolus accedit, quasi inermis, quasi sagittas non habens. Sic & ministri eius, in vestimentis ouium, quasi absque sagittis, accedunt aliquãdo dominicas oues. Verùm in pharetris iacula mortis gestãt abscondita: & vbi vel minima sese occasio

Psalm. 7
Ezech. 18
Sapien. 1
Ezech. 18
Psalm. 59
Matth. 7

sio obtulerit, educta quantocyus iacula proferent ad interficiendum animas. Versu eodem, Vt sagittent in obscuro rectos corde. Quemadmodum passer, donec in nido manet, periculum non patitur à sagittante, sed vbi in sublime auolauerit, patet illius sagittis: ita fidelis anima, donec in eo, in quo nidum suum fixit, permanserit, donec dicit, In Deo speraui, non emigrabo, non mouebor amplius: donec passer in domo, quam inuenit permanet, donec turtur nidum, quem inuenit, non deserit, donec colũba in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, vbi nidificauit, perseuerauerit, non patebit sagittis inimicorũ. Nõ enim potest illuc malũ accedere, neq; flagellum, aut nocumentum vllum huic nido valet appropinquare. Atq; hoc scientes dæmones, primum suggerunt, & operosè suadent, vt emigremus in montem, & nido, domóq; derelictis, in alta auolemus: ita demũ sperãtes suis sagittis efficere, quod concupiscunt: id est, morte vulnerare animas nostras. Similis ferè, & piscatorum ars inuenitur, qui cum piscibus insidiantur, illis maximè qui ad ripas in cauernis, aut in profundiori cœno inhabitãt, primum baculo eos perturbant, vt è suis locis egrediantur: egressi verò mox in expansa incidant retia, sicq; venũdentur morti. Nos proinde huiusmodi artium conscij, si sagittatorum istorũ pessimorũ mortiferas sagittas volumus euadere, caueamus (quãtumuis inuitemur) ab emigratione, vt nidũ, quẽ elegimus, diligẽter custodiamus, id est, humilitatẽ crucis CHRISTI: vt simus passeres (de quibus alio in loco in bonã partẽ dicitur) solitarij in tecto, non vagi in montibus. A monte verò modis omnibus caueamus: quoniã nequit in monte hoc salus inueniri, quẽadmodum & dilectus domini discipulus, sagittas huiusmodi spiritu illuminato cõspiciẽs, sollicitè suos præmonebat, dicens. Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo sunt. Omne enim, quod est in mundo, aut est cõcupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Quod est tanquam si iuxta præsentem loquutionem dicat, Nolite transmigrare in mõtem: quoniam omne, quod in monte est, noxium est. Ad quem sensum, secundum mysticam intelligentiam, possumus non incõueniẽter accipere, quod dicebat, qui iam incendia Sodomæ, & Gomorrhæ euaserat, Quæso (inquiens) Domine mi, nõ possum in monte saluari, ne fortè apprehendat me malum, & moriar.

Psalm. 61
Psalm. 83
Cant. 2
Psalm. 90
Psalm. 101
1. Ioan. 2
Gene. 19

In

In ciuitate tamẽ,quæ adiacebat(licet parua)sperabat salutẽ.
Atq; hic rursum,quum relicta iam ciuitatula,in qua salus ei
Ibidem. fuerat à Domino constituta,in montem emigrasset timore
perterritus,in turpem fœditatẽ cecidit.Illic enim & inebria-
tũ legimus duabus vicibus, & secũdo cum propriis filiabus
cõcubuisse.Quamobrem cauendum est,ne in mõtem emi-
gremus:sed in ciuitatula potius permanẽdum, iis qui salutẽ
desiderãt. Super hæc & illud cõsiderandum est,non omnẽ
Psalm. 54 emigrationẽ in scriptura vituperari.Legimus enim Prophe-
tam alio quodam loco,in deuotione spiritus dicẽtem. Ecce
elongaui fugiens, & mansi in solitudine.Item, Quis dabit
mihi pẽnas sicut columbæ,& volabo,& requiescam? Verùm
hæc emigratio non ad mõtem erat,qui suprapositus est,sed A
in desertum,in mẽtis,& cordis vnitatem, in desideriũ ciui-
tatis supernæ.Neque est hæc emigratio à Domino, in quo
erat habitatio iusti. Nequaquã enim qui sic migrat, qui sic
se elõgat fugiẽs,à Domino emigrat,aut fugit,imò in ipsum
migrat profundius,intimiúsq; intra illum penetrat, & secu-
rius collocat in eo nidum suum.A monte autem isto fugit,
elongatur, & emigrat longius. Neq; hic nunc dicunt ini-
mici,Elõga fugiẽs,& mane in solitudine, vt sicut columba
requiescas:sed trãsmigra in montem sicut passer, vt nostris
pateas sagittis,vt nobis venias in prædã.Fac pie IESV,in te
semper hæreat nostra fiducia,sicq; nos intra tete cõclude, vt
in montem istum nunquam sinas(quantumuis sollicitatos)
trãsmigrare. Versu tertio, Quoniã quæ perfeciſti destru-
xerũt.Intelligunt nõnulli hoc loco Dei leges, & præcepta,
quæ perfecit Deus,constituit,fundauit, siue stabiliuit: quæ
sanè impij destruunt,dum vel ipsi contrà faciũt,vel alios ad
præuaricandum,suis consiliis,& suasionibus inducunt. Qui
verò contra hæreticos Psalmum dirigũt,scripturam sacram
intelligũt,quam cõdidit per spiritum suum Deus, illi autẽ
destruunt,dum eam prauis suis, & commẽtitiis interpreta-
tionibus dilacerant,atq; prauo abusu per malignum spiri-
tum,ad errores trahunt. Nos tamen in Elucidatione aliam
sequuti sumus intelligentiam. Versu quarto,Dominus in
cælo sedes.Videtur eloquutio esse nõ satis commoda. Suffi-
ceret enim dicere,Domini in cælo est sedes:aut, In cælo est
sedes eius, quoniam præcesit antecedẽs dominus in parte
altera.Sequitur tamẽ hac in parte Latina interpretatio,He- B
bræam

B bræam,atque Græcam consuetudinem:quæ,pronomina hu
iusmodi frequenter absque necessitate adiungit. Quoties
autem huiusmodi modus loquendi occurrit,videtur nomi-
natiuus relinqui velut absolute, & absque rectore positus.
Neque enim vllum verbum potest inueniri,cui legitimè sup
ponatur:quẽadmodum in proposito,sedes,est verbi substan
tiui subintellecti suppositum:nihil autem reperiri potest,cui
legitimè supponatur nominatiuus iste dominus. Ita fit etiã
nonnunquam in eodem casu,propter relatiui replicationẽ.
Veluti cùm dicitur,Scitote,quoniam dominus ipse est Deus. Psal.99
Pronomen enim ipse adueniens,seq; supponens verbo,cogit
nominatiuum carere verbo regẽte. Versu quinto & sexto.
Palpebræ eius interrogant filios hominum. Videtur secun-
dum vulgatam loquendi consuetudinem hoc accipiendum,
qua dicere solemus vel medio oculo nos videre, interdum
etiam oculis clausis,quod ad cognoscẽdum non est difficile.
Cùm autem hoc quinto versu,atque etiam sequenti, Deus
interrogare dicitur iustum,& impium,de Deo fit sermo iu-
xta humanã consuetudinẽ. Homines enim(qui nõ nisi ea vi 1.Reg.16
dent quæ foris patent, & qui per se,occulta cordium videre
non possunt)necesse habent ea,quæ in homine sunt,per in-
terrogationem,& examinationem cognoscere,quemadmo-
dum & seculi iudices quæstionibus atque tormentis, à reis
iudicandis solent exquirere veritatem. Vnde etiam dictum
est,quæstionem facere,tormentis veritatem perquirere, eò
quod vicissim tormentis interrogationes subiungant, quo
facilius pœnarum acerbitate veritatem exculpent. Deus au- C
tem,quia per se omnia nouit,æquè atque homo per interro-
gationẽ,imo multò etiam atq; infinito perfectius,idcirco se
cundum humanam loquendi consuetudinẽ,interrogare dici
tur iustum,& impiũ.Quomodo enim in cæteris appellationi
bus,quæ communiter Deo,& hominibus attribuuntur, im-
perfectũ omne secludi debet,cùm eas Deo attribuimus, sic
& in hoc vocabulo dicendum est. Versu sexto.Qui autem
diligit iniquitatem,odit animam suam. Circa secundã par-
tem huius versus aduerte, odium animæ dupliciter accipi.
Primum quidem,in bonum:vt cùm Saluator ait in Euange
lio.Qui odit animam suam in hoc mundo,in vitam æternã Ioan.12
custodit eam.Ac rursum,Si quis non odit patrem, & matrẽ, Luc.14
& filios,&c.adhuc autem & animam suam,non potest meus

esse discipulus. Similiter & perdere animam in bonam partem accipitur, cùm dicitur, Qui perdiderit animam suá propter me, inueniet eam. Secundum hãc autem acceptionem, nequaquam hoc in loco intelligẽdum est, quod dicitur, Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Quin potius animá suam hoc modo diligit, qui sequitur iniquitatem. Dicitur enim hoc modo animam suam diligere, qui affectui animali siue cõcupiscentiæ carnis suæ obsequitur, & indulgẽter satisfacit, qui illi habenas laxat, & in omne ad quod sollicitat affectus carnalis, siue animalis consentit: quemadmodum malè diligere proles suas dicuntur parentes nimium indulgentes, qui pueris permittunt quicquid fuerit collibitum, qui dulces suos natos nesciunt, aut nolunt vnquam cõtristari, neque puniunt delinquentes, neque coercent mala facientes. Odiunt verò secundum hunc modum suas animas, qui affectui suo animali nequaquam indulgent, neque permittunt in sese quicquam, quod rectum non sit: sed ad regulam rectæ rationis cuncta examinant, ipsumq; velut freno, & salutari retinaculo coercent, & prohibent ab omni eo quod iudicant secundum rationem esse fugiendum, impellunt verò, & veluti cogunt ad omne illud, quod secundum eam iudicant esse faciendum. Secũdò accipitur odium propriæ animæ in malum, quemadmodum in loco proposito, Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Sic autem odire dicitur animam suam, quisquis nocet, malefacit, & damnum infert animæ suæ: quod facit indubiè, quisquis sese peccato subdit. Animam enim suã æternæ damnationis vinculis implicat, perpetuisq; cruciatibus inuoluit: quo maius nocumentum aliud cogitari non potest. Hoc autem, reuera odire est: illud verò alterum, potius secundum apparentiam quàm secundũ veritatem. Hoc, pestiferum est, & crudele odium: illud, bonum, vtile, & saluberrimum. Huic autem malo animæ odio, contraria est bona dilectio, qua videlicet animabus nostris miseremur, eásq; Deo commendamus in benefactis, vt saluæ fiant in vitam æternã. Atque hæc, vera, & salutaris animarũ dilectio est: illa autem superior mala: priori odio bono oppo sita falsa, est, & abominabilis. De hac posteriori vera dilectione, Sapiens loquitur, dicens, Qui diligit filium, assiduat illi flagella. Et in Apocalypsi dominus ait, Ego quos amo, arguo, & castigo. De malo autem odio, huic bonæ dilectioni

Mat.10

Ecclo.30

1.Petr.4

Ecclo.30

Apoc.3

ni contrario, alio in loco dicitur, Qui parcit virgæ, odit filium. Licebit autem nobis, secundum hũc Sapientis modũ, de anima propria dicere, Qui verè diligit animam suã, assiduat illi flagella, id est, iugi obseruatione à malis refrenabit eam. Qui autem parcit virgæ, id est, indulgentiæ malæ laxat habenas, verè odit animam suam. Ex prædictis itaque facilè dissoluitur paralogismus, qui aduersus præsentem Psalmi propositionem contexi posset, hoc modo, Qui odit animam suam (iuxta Saluatoris verbum) in vitam æternam custodit eam: qui autem diligit iniquitatem, (iuxta præsentem sermonem) odit animam suam: igitur, qui diligit iniquitatem, in vitam æternam custodit animam suam. Aequiuocatio nanque paralogismum facit: quoniam odire animam, non similiter in prima, atque in secunda propositione accipitur, & ob hoc ratiocinatio sic contexta planè sophistica est. Versu penultimo, Ignis spiritus procellarum pars calicis eorum. Ignem, sulphur, & spiritum procellarum esse partem calicis impiorum, quidam sic intelligunt quoniam hæc sunt tantùm particula quædam retributionis eorum. Videtur tamen ex vsu scripturæ, alia esse sententia huius loci. Modus enim est scripturarum, parte calicis, siue portione calicis, aut calice significare nonnunquam totam hæreditatem, siue hæreditariam ipsam portionẽ. Vnde in Psalmo x v. dicitur, Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: id est, tota mea portio, & pars mea hæreditaria, quam quæro, quam expecto. Non ergo accipitur hic pars calicis, quasi quædam particula hæreditatis, vel mercedis. Est enim sententia, hæc tormenta (in quibus cætera omnia intelliguntur) totam fore impiorum mercedem, nec alia eos stipendia debere expectare: iuxta illud Apostoli, Stipendia peccati, mors. Iuxta quem modum iterum in alio Psalmo dicitur, Dixi domino, tu es spes mea, portio mea, in terra viuentium. Neque enim in his significat, dominum se habere quasi suæ hæreditatis, aut mercedis particulam, sed totam sortem, totam hæreditatem, totámque mercedem dicit esse dominum. Sic econtrario in Cantico Moysi dicitur, pars domini esse populus eius, id est, hæreditas domini.

Prou.23

Psal.15

Rom.6

Psal.141

Deut.32

VNDECIMI PSALMI
ARGVMENTVM.

CONSYDERANS spiritualis homo, ac tacitus secum reputans bonorum paucitatem: & nimiam peruersorũ multitudinem: in exclamationem prorumpit: veluti sibi de tanta iniquitatis abũdantia metuens: ne & ipse absorbeatur, atq; inuoluatur in ea: Deúmq; ab ea poscens saluatorem: quam simul cum pœna debita: vsq; ad versum quintum describit. Versu autem quinto & sexto diuina erga fidelium clamorem exauditio, & pollicitatio saluatoris Christi, atq; auxilij sempiterni interponitur, tanquam ex ore domini. Ac deinde, commendatis diuinis eloquijs, tanquam mundissimis, verissimis, & ab omni mendacio alienis, securus redditur, qui prius clamauerat timidus: & spem ponit in diuina custodia: cuius firmitate etiam in medio impiorum circumeuntium sperat posse in veritate consistere: quemadmodum secũdum altitudinem diuini consilij semper perstabunt electi, quos ab impietate peruersorum Deus seruabit immunes.

VNDECIMI PSALMI
ELVCIDATIO.

1 *Saluũ me fac domine, Matth.7 *quoniã defecit sãctus. *quoniã diminutæ sũt veritates à filijs hominum. Eccle.1*

DVM ipse mecum reputo, quàm arcta sit via quę ducit ad vitam, & quàm pauci ingrediãtur per illam: ex aduerso verò, quàm spatiosa via quæ ducit ad mortem, & quàm multi ingrediãtur per illam, timens ne & ego in numero illorum inueniar, qui viam latã ambulãt, ad te clamare cogor Deus Saluator meus, vt tu me à via mortis, atque damnationis tua gratia saluare digneris. *Penè enim defecit sanctitas de terra: & vix inueniũtur (nisi forte electi quidã, sed comparatione ad maximum impiorum numerum, pauciſsimi) qui virtutibus studeant, & sanctitati, ac puritati vitæ: * modica valde est in filiis hominum veritãs, siue fidelitas: & qui veritatem vitæ, quàm doctrinæ studeant, perpauci admodum sunt: & ij ipsi si qui fortè reperiantur, nimium tenuiter id faciũt, sed sunt vanitate omnia plena, & est stultorum infinitus numerus. 2 Loquuntur ad inuicem filij hominum, quæ vanitatis sunt, non quæ veritatis: mendacia videlicet, fraudes, seductiones, & persuasiones malas, siue ad seinuicem fraudandum, atque decipiendum, siue ad malè suadendum, & in peccata pertrahendum: * per dolosa labia sua, siue labiis dolosis

inuicem loquuti sunt corde & corde: id est, corde duplici, nõ recto, non syncero, non simplici: dum aliud loquuntur voce oris, aliud gestant in animi intentione. 3 Tu autem Domine (qui amator es veritatis, & simplicitatis) disperdes, & secundum ordinationem districtæ iustitiæ tuæ in perditionem mittes omnes eos, qui dolosis labiis vtuntur, ad deceptionem, & seductionem proximorum suorum: * & omnes item, qui per linguas suas magna, & superba iactitant, blasphemias atque cõuitia, aut alia quælibet mala, siue in Deũ, siue in proximos. 4 Qui seipsos, atque seinuicem in malo confortantes, dicere solent, Magnificemus atque corroborem linguas nostras, & loquamur audacter, atque liberè quæcunque nobis visum fuerit, neque metuamus quicquam efferre per os nostrum, nec reprimamus in vllo sermonem: *labia enim nostra (aiunt ipsi) in nostra sunt potestate, & nostra sunt: atque à nobis, à natiuitate, naturali dono possidemus ea: atque ob id, cur non liceat nobis pro nostro libito loqui, aut dicere quæcunque nobis placita fuerint? * aut quis nobis hac in parte Dominus est, cui in hoc debeamus subiici, vt nõ liberè possimus mẽbris, quæ nostra sunt, vti? 5 Audiant verò pauperes, quid ad ipsorum consolationem, cõtra impios istos dicat Dominus: attendant, quid per spiritum suũ sanctum loquatur fidelibus. Propter orationes (inquit) & suspitia pauperũ, atq; humilium de afflictione ad me clamantium, exurgam nunc in auxilium eorum: semel quidẽ filium missurus in plenitudine temporis, in tempore acceptabili, in die salutis, per quẽ genus humanum vniuersum de tyrannide illa grauissima principis tenebrarum, illo foras eiecto, liberabo & item semper quoties opportunum fuerit, in omnibus necessitatibus inuocatus mox exurgam, aderóque in auxiliũ seruis meis fidelibus. 6 Auxilium, & saluationẽ meam ponam in Christo filio meo: quem ego salutare, & saluatorem præparaui, ante faciem omnium populorũ: * & in eo atque per eum, vt per consubstantialem, & coæqualẽ mihi filium fidenter, atque fortiter agam, facturus in eo potentiam magnam, vt in brachio virtutis meæ: per quem iudiciũ illud mundi exercebo, & principis tenebrarum cõdemnationem, & omnia quæcunque circa humani generis redemptionem voluero operari. *Dabo insuper quotiescunq; inuocatus fuero, in opportunitatibus, in tribulatione, per saluatarem

3 *Disperdat dominus vniuersa labia dolosa: *& linguã magniloquam.*

4 *Qui dixerunt linguã nostrã magnificabimus: *labia nostra à nobis sunt. *quis noster Dominus est?*

5 *Propter miseriã inopum & gemitũ pauperum nunc exurgam dicit dominus*

6 *Ponam in salutari. * fiduciali-ter agã in eo.*

Galat.4
2.Cor.6
Ioan.12
Luc.2
Luc.1
Ioan.12

Universidad de Deusto Biblioteca

spiritum meum, auxilium inuocantibus, per quem propè exi
sto omnibus inuocantibus me in veritate: & per eum forti-
Psal.144 ter agam pro illis, ita vt nihil debeant vel à prauitate, vel à
multitudine iniquorum metuere: quoniam quidem nihil
condemnationis est his, qui sunt in Christo, qui secundum
7 Eloquia Domini eloquia casta. spiritum ambulant, non secundũ carnem. 7 Audiant hæc
Roma.8 pauperes, & lætentur, quoniam ipse qui loquitur hęc, & pol-
licetur fidelibus, Dominus est. Dei autem sermones (promis
siones videlicet: atq; etiam præcepta, & doctrina omnis, &
quæcunq; per filiũ nobis loquutus est, vel per spiritũ adhuc
loquitur in cordibus electorum) mundissimi sunt, atq; pu-
rissimi, nihil cõtinentes mendacij, vanitatis, iniquitatis, aut
** argẽtum igne examinatum, probatum terræ, purgatũ septuplum.* cuiuslibet impuritatis: quæ solẽt esse in verbis humanis: *si-
miles sunt sermones Dei argento, quod igne est diligenter
examinatum, atq; per ignis probationem à terra (id est, ab
omni terrestreitate, & alia qualibet commixtionis impuri-
tate) separatum atq; depuratum: quod probatum est vsq; ad
septem vices, quàm fieri potuit diligentissimè, ita vt nihil
amplius contineat alienæ speciei commixtum, sed argentũ C
fit tot probationibus purissimum. Sic enim sermones Dei
omnes, quos loquitur, purissimi sunt, probatissimæq;, & in-
dubitatæ veritatis: in quibus nihil est, aut vanitatis, aut in-
*8 Tu Domine seruabis nos: * & eustodies nos à generatione hac in æternum.* iustitiæ, aut mendacij, commixtum. 8 Propter hoc, in te Do
mine bene speramus & confidimus, quòd nunquam sis reli-
ctturus electos tuos: sed per gratiam tuam benigne seruabis
nos, & modò ab iniquitate preseruando, qua plenus est mũ-
dus, & in futuro, ad vitæ præmia perducendo: * proteges
quoq; nos à generatione hac praua, & peruersa impiorum
hominum, quam supra timebam, & ab ea nos facies esse se-
1.Ioan.5 curos, neq; quicquam veri nocumenti ab ea perpeti in sem-
piternum. 9 Quanquam enim passim vbiq; occurrit ma-
9 In circuitu impĩ ambulant: gnus stultorum, atq; impiorum numerus, vt quasi per circui
Eccles.1 tum, quaquauersum respexerit quis, omnia plena videantur
** secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.* impiis: *& hi ipsi quanuis per circuitum, bonos obambu- D
lent, eósq; circumeant ex omni parte, & suasionibus malis,
& prauis exemplis eos ad suam societatem pertrahere cona-
tes, * tu tamen secundum altitudinem incomprehensibilis
sapientiæ tuæ, atq; profunditatem occulti consilij tui, ex fi-
liis hominum fideles tibi aliquot semper pro tuo beneplacito elegisti, & electos ex impiorũ numero segregasti, quos
in singu

ĩn singulis generationibus tibi & meritò, & numero multi
plicas: eósq;, quanquã non in tanto numero in quanto sunt
impij, tibi pro tua bona volũtate semper custodisti: atq; ita
quoq; amodo futurum confidimus, téq; in electis tuis, & eũ
eis permansurum omnibus diebus vsq; in consummationẽ
seculi, quantumuis etiam abundauerit iniquitas impiorum. Mat.28

ANNOTATIONES
in Psalmum vndecimum.

VERSV primo, Diminutæ sunt veritates à filiis homí-
num. Veritates accipi possunt pro veritate vitæ, atque
doctrinæ (vt in Elucidatione exponitur) quam Propheta
conqueritur imminutam, & magna ex parte collapsam in
filiis hominum. Aut veritates intellige, fidelitates, tam quo
ad Deum, quàm quo ad proximos homines. Est enim hoc
magna gemitus materia, quòd fidelitas de terra defecerit,
E quòd vix inueniantur, qui vel Domino sint fideles, vt illi
iustam, & dignam præstent seruitutem, vel etiam suis pro-
ximis, quibus cum quotidie conuersantur, vt erga illos il-
læsam seruent charitatem atque iustitiam. Huic autem sen-
tentiæ Hebræa magis consentiunt. Ex Hebræo enim con-
corditer interpretes omnes pro veritatibus vertunt, fideles.
Sic enim legunt, Diminuti sunt fideles, à filiis hominum.
Felix tamen adiicit verti posse, numero plurali, siue fideli-
tates vel veritates. Versu secundo, Labia dolosa in corde, &
corde loquuti sunt. Particula illa, labia dolosa, hoc in loco
facit difficultatem: quòd difficilè videatur, explicare vnde
regi debeat, aut secundum constructionem coniungi. Po-
test autem illi particulæ triplex modus constructionis assi-
gnari. Primum quidem, vt subintelligatur præpositio per,
quæ regat accusatiuũ labia dolosa, verbo loquuti sunt sub-
iecto suppposito impij, quod secundum sententiam ex prio-
re parte accipitur, cùm dicitur, Vana loquuti sunt, vnusquis-
que ad proximum suum? sicq; sensus erit: Per labia dolosa,
ipsi loquuti sunt in corde, & corde. Idem quoq; sensus habe-
retur, si labia dolosa pro labiis dolosis posita intelligatur,
casus scilicet pro casu, accusatiuus pro ablatiuo, maximè
cum Græci ablatiuo careant. Atq; hæc sententia, in Eluci-
datione, secundum duplicem istam constructionem expla-
nata est. Secundo, labia dolosa accipi possunt pro ipsis im-
piis, quorum sunt labia dolosa. Nõ enim est hoc inusitatũ,

vt homines ab illis nominemus, quæ in eis inueniũtur: quẽ-admodum cum mulierem loquaculam, garrulũ rostrũ, vulgari sermone vulgus hominum appellat: & hominem facilè iracundum, citóq; (vt dici solet) capite læsum, vulgo appellant infirmum capitulum. Sic & hominẽ multi cibi vorato-F rem, ventrem appellitant: atq; ita in reliquis: Secundũ hunc ergo modum dicemus impios illos, qui dolos loquũtur, dolosa labia nuncupari: eritq; iuxta hanc cõstructionem, talis sententia, Impij ipsi existentes dolosa labia, loquuti sunt corde, & corde. Verùm iuxta hanc constructionem, in lectione Latina incommodum videtur esse sermonis, eò quòd masculino genere dicatur, loquuti sunt, cum potius dicendũ esset, loquuta sunt. Hoc autem incommodum nec in Hebræo occurrit, vbi verbum cõmunis generis est, neq; in Græco, vbi absq; participio simplex verbũ habetur ἐλάλησαν, quod nullius generis habet discretionem. In Latina autẽ lectione dicit poterat, loquuta sunt, pro loquuti sunt: vel intelligatur modo supra indicato pronomen masculini generis, cũ quo iungatur loquuti sunt, hoc modo & corde. Ipsi existẽtes dolosa labia, loquuti sunt corde. Tertio potest propositi versus talis accipi distinctio, vt labia dolosa quasi per se positũ, nec cum præcedentibus, nec cum sequẽtibus copuletur, sed per se efficiat sentẽtiã, hoc modo. Vana loquuti sunt, vnusquisq; ad proximũ suum: ac deinde labia dolosa, supple sunt labia eorũ, iungatúrq; deinceps (sed diuisim) loquuti sunt corde, & corde. Sic itaq; huius particulæ difficultas, triplici via poterit expediri. Nunc verò & illud dicendũ est, quidnam sibi velit geminatio cordis, dicẽdo, In corde, & corde. Significat autem hæc replicatio duplicitatẽ, quomodo si dicamus, virum, & virũ, pro viris: hoc est, pro vno, ac altero. Sed rursum G quæstio consurgit, quonam pacto dicãtur impij corde vno, & altero loqui, vel corde duplici, siue (vt ita dicam) duobus cordibus, cum non habeant nisi cor vnum, id est, peruersum, & mala meditans contra proximos? Quomodo ergo corde, & corde loquitur, qui non nisi de corde peruerso loquitur, nec habet aliud? Intelligendũ ergo est, horum cordiũ alterum secundum veritatem accipiendũ, illud scilicet, quod interius latet peruersum, quod tamẽ verbis non aperiunt, alterum autem tantũ secundũ apparentiam, & exteriorẽ ostentationem, illud videlicet, quod foris apparet, & ostẽtatur in verbis

verbis. Dum enim peccator, ad decipiendum proximũ, aliud ostẽdit ore, quàm gerit corde, vt cum verbo simulat se velle alteri commodum, vel quodlibet bonum, corde autẽ intendit magis nocumentũ, quasi duplex cor illic assignare possumus. Nam verba blanda, & dulces sermones cor bonũ ostẽtant. Hæc enim, amici cordis indicia sunt. Interius autẽ latet cor malum, & nocendi cupidum. quod verbis non panditur. Hoc ergo modo, corde, & corde loquuntur impij. Nonnulli autem præsentem locum etiam distinguunt, Labia dolosa in corde: ac deinde, Et corde loquuti sunt. Atque ita de duplicitate hac, nulla foret quæstio. Sensus autẽ erit. Labia dolosa sunt in corde eorum, quoniam in corde suo loquuntur, & tractant apud semetipsos, quomodo decipiãt, & fraudent proximos. In corde loquuti sunt (supple) dolos, quẽadmodum in corde dolosa habent labia. Hanc autẽ distinctionem habet Felix in sua versione ex Hebræo, itẽ & Chal. paraphra. quæ habet in hunc modũ, Mendacia loquuntur homines cum proximo suo, labia blandientia in corde eorum: H cogitant malum, & corde mendaci loquũtur. Nostra tamẽ lectio similiter, & interpretationes assignatæ, rectè & Græco, & Hebræo cõsentiũt. Versu quarto. Labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est? Quod hic ex impiorum persona de lingua peculiariter dicitur, idẽ applicari posset generaliter & ad omnia quæ impiorũ sunt. Sic enim peccatores se in malo cõfortare solẽt, nõ modo quantũ ad membrũ linguæ, verùm etiam quãtum ad cætera omnia & corporis, & fortunæ bona, dicentes. Natura hæc mihi cõtulit, fortuna donauit, mea sunt: Cur mihi pro mea voluntate meis vti nõ liceat? quis me prohibeat? quis mihi hac in parte dominari, aut imperare valebit, vt meis non vtar pro meo libito? Non enim attendunt ad Deum creatorem suum, à quo possident omnia: sed quasi à seipsis habeant vniuersa, sic cogitant, sic loquũtur, sic agunt omnia pro libito. Versu quinto, Propter miseriam inopum, & gemitum pauperũ, nunc exurgã dicit Dominus. Vox ista est patris, generis humani liberationẽ per filium promittentis. Illud autẽ nunc, cum dicitur. Nunc exurgam, aduerte ex Elucidatione, referri ad tẽpus gratiæ, de quo dicit Apostolus, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce 2.Cor.6 nunc dies salutis. In hoc autẽ tempore gratiæ exurrexit primum, mittens suum filium saluatorem mundi, atq; exurgit

etiámnum quotidie in auxilium, per adiutorem spiritus sui, quem per filium dedit fidelibus, de quorum vtroque simul loquitur Elucidatio. Posset etiam nunc istud sic accipi, vt significet accelerationem implendi promissi. Sic enim vulgo A loqui solemus, cum significare volumus nos quantocyus rē quamlibet impleturos: vt cùm dico, Ecce nunc veniam, nūc faciam, nunc ibo: videlicet significare volens, nullā me moram facturum, sed moxmox aduenturum, facturum, iturum. Quod autē hic promittit Deus, exauditio est eius quod su-
Psal. 7 pra Psalmo 7. postulari diximus, Exurge Domine in præcepto quod mandasti. Nam illic rogabatur Deus in iudicium exurgere pro pauperibus, hic autem promittit nunc se facturum. Nam exurgere hic significat in bonam partē, ad liberationem, ad auxilium, ad iudiciū consurgere. Vnde Chald. Paraphra. habet, Exurgam in iudicium, dicit Deus. Versu septimo, Argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septulum. Cum dicitur, Probatum terrę, videtur terræ esse casus datiui. Nam Græcè per Datiuum legitur *δοκίμιον τῇ γῇ* quod (mutata forma Græci sermonis) clarius verti poterat, secundum Latini idiomatis proprietatem, Probatum à terra: id est, per probationem separatum atque expurgatum à terra. Cui consonat quod ex Hebræo vertit Hieronymus, Separatum à terra, & Chald. translatio, Argētum infusoria repurgatum à terra. Capitur autem infusoria vel infusorium, pro vase alchimico in quo fit argēti purgatio, vel in quo argentum aurúmve infunditur vt liquefiat, & liquefactum purgetur. Est ergo sensus huius lectionis, Argētum repurgatū in vase alchimico, in infusorio, à terra: quomodo etiam ex Hebræo vertunt nonnulli interpretes. Quod autē dicitur, purgatum septuplum, ad perfectionem pertinet: ad significandum scilicet plenissimam purificationem, & quòd B nihil remanserit alienæ cōmixtionis. Nam septenario numero, vniuersitas & perfectio solent designari: quanquā posset secundum mysticam intelligentiam ista septuplex probatio referri ad septiformem spiritum sanctū. Ab hoc enim habente eloquia Domini & scripturæ sanctæ, quòd castissima
2. Pet. 1 sint atq; probatissima, quoniam videlicet (iuxta Petri Apostoli sententiā) non voluntate humana allata est aliquando Prophetia, sed Spiritu Sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines. Neq; enim habent suā munditiā probatissimā

sancta

sancta Dei eloquia, ex humana sapiētia aut eloquentia, eorū per quos tradita sunt, sed ex virtute Dei, & septiformis spiritus sancti: qui, vt scriba calamo, linguis digitisq; vtitur eorū Psalm. 44
qui Diuina eloquuti sunt, vel descripserunt ea. Quę autē humana sunt, etiamsi nōnulla cōtineāt quæ sunt veritatis, atq; virtutis, multis tamē sunt vanitatibus polluta & cōtamina ta: quoniā nō sunt igne examinata, id est, spiritu sancto decocta: neq; sunt septempliciter probata, quoniā non sunt septiformis spiritus gratia descripta: sed vel spiritu humano, qui per se vanus est & mendax, aut etiam (quod ad nonnulla attinet gētilium Poëtarū lubrica scripta) spiritu diabolico, qui est pater vanitatis atq; mēdacij. Rectè proinde alio in lo Ioan. 8
co, idem hic Psalmista considerans supereminentē Diuinorum eloquiorum castitatem atq; perfectam munditiā dice- Psalm. 118
bat, Narrauerūt mihi iniqui fabulationes, sed nō vt lex tua. Profectò enim fabulationes sunt, quæcūq; non secūdū hūc septiformem spiritum probata sunt, etiam si nonū in annū C cusa fuerint. Quemadmodum Virgilianam illā Aeneidē ferūt annos multos sub incude spiritus vani iacuisse, multorūq; dierū & noctiū innumeros absumpsisse labores, vt mūda, nitida, atq; probata tandē prodiret in manus mortaliū. Quod Flaccus præcepit, Nonū cōdatur in annum, plenè in hoc opere, imò amplius quàm præscriptum est, tradūt fuisse obseruatū. Et tamē posteaquàm prodiit, fabulationes in ea inuētæ sunt, lōgissimè abest ab ea Diuinorū eloquiorū mūdities: nimirum quæ nobis adhuc crepat, nescio quos Deos atq; Deas, Deorúmq; ac Dearū filios, Iunonem aduersantem profugo populo, Venerem fauentem, Aeolū vētorum Deum ventos concitātem, Neptunum Deum maris suo tridēte eosdem sedantē, Cupidinem miseræ Didonis affectum suis sagittis transfigentē, aliaq; his similia permulta: quę mira illic verborū pōpa, magnificoq; sermonis apparatu, quasi maxima & summa quædā Diuinarum rerū mysteria proponūtur hominibus: cū sint vanissimæ fabulationes, in quibus nihil est ædificationis bonæ, sed tantū falsa sunt oblectatio sensuum, ad decipiendū atque illaqueandum simplices animos, & à puritate eloquiorum Dei (quæ sola casta & probatissima sunt) remorandos, imò arcēdos & prohibendos. Neque enim qui huiusmodi assueuerūt, ad puritatē eloquiorū Dei transferre se facilè possunt: sed consenescunt plerunq;,

imò

imò euanescunt & pereũt in vanitatibus, quas præelegerũt veritati, homines iudicio corruptissimi, sua autem propria voluntate miserrimi. Et tamen illa quam modo in exemplũ proposuimus Aeneis Virgiliana, præ omnibus ferè gentilibũ D Poëtarum scriptis castior haberi solet atq; probatior. Nam alij pleriq; huius generis scriptorum, multò his crepant absurdiora, quæ nec aures ferant humanæ. Hæc ergo humani ingenij eloquia, quanquam elaboratissima, tamẽ castra nõ sunt, multa mendaciorũ figmẽta cõtinentia, vanitates plurimas proponentia lectoribus, elaborata etiam pleraq; ad humanam gloriam, siue ad vulgi plausum, siue ad captandũ principum fauorem. Eloquia autem Domini, etiam ex tempore (subitò impellente spiritu) à viris Deo plenis vel dicta vel scripta, purissima, castissima atq; mũdissima sunt, nulla figmenta nulla mendacia, nullas vanitates, sed verbum vitæ cõtinentia: non ad humanam gloriam, siue cuiuscunq; mortalium captandos fauores, dicta aut scripta, sed in simplici
2. Timo. 3 veritate, ad multiplicem fideliũ vtilitatem: hoc est (vt Apostolus ait) ad docendum, ad arguendum, ad corripiẽdum, ad erudiendum in iustitia. Atq; hac consideratione, casta dicuntur Dei eloquia, non solum ob hoc quoniam in sese munda sunt, & ab omni cõmixtione mendacij aut vanitatis aliena, verùm etiam propter effectum quem habent: quoniam vi-
Psal. 18 delicet castificant, id est, mundos & puros faciunt homines sibi intentos. Vnde in alio Psalmo, postquam dixisset, Lex Domini immaculata, statim euestigio subiungit, conuertẽs animas, ab omni videlicet vanitate & errore ad Deũ & lumen veritatis. Cæterum, quod ad vocabulum casta pertinet, arbitramur vnicuiq; vel citra admonitionem facilè aduerti posse, quod hoc loco non castitatem significet, specialiter, E illam quæ luxuriæ aut corporali immunditiæ opposita est: sed in generali tantum munditiam & puritatem, quomodo Beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, Eloquia Domini, eloquia munda, vt sit idem cum eo quod paulò antè citatum est, Lex Domini immaculata. Solet enim ita nonnunquam
1. Pet. 1 castum generaliter significare mũdum, quomodo & Petrus Apostolus ait. Animas vestras castificantes in obedientia charitatis. Versu penultimo, Custodies nos à generatione hac in æternũ. Generationẽ istã de qua in hoc versu fit mentio, interpretatur Elucidatio nationem prauorũ & peruersorum

sorum hominum secundum quem modũ in Euangelio Dominus aliquoties legitur dixisse. Generatio mala & adultera, aut generatio praua & peruersa. Sic & Paulus apostolus. In medio (inquit) nationis prauæ & peruersæ. Et Moyses in cantico. Generatio praua atq; peruersa, hæccine reddis Domino, populе stulte & insipiens? Et iterum. Generatio peruersa est, & infideles filij. Similiter & in aliis plerisque scripturarum locis. Huic autẽ sententiæ cõsonat Paraph. Chal. quæ legit. A generatione hac praua, in æternũ. Posset tamen & alia assignari intelligentia talis, Tu Domine seruabis nos & custodies nos in omni tempore, videlicet à præsenti generatione, ab ea quæ modo est vsq; in sempiternum: id est, in omnibus generationibus, vsque ad finem seculi. Atque ita coniunctim legi deberet totum hoc, A generatione hac in æternum: quod dici solet ex nunc, vel amodo vsque in æternum. Versu vltimo, In circuitu impij ambulant. Quomodo impij ambulant in circuitu, variis modis intelligi potest. In Elucidatione enim duplex modus inuenitur: quorum alter est de abundantia & nimia multitudine impiorum, alter F verò de circuntione ad nocẽdum. Super hæc autem alij intelligũt exclusionem impiorum à regno cælesti, quomodo dicere solemus, eos qui foris manẽt exclusi ab habitatione, ambulare per circuitum domus. Sic enim cũ electi (quos secundum altudinem & magnificentiã suam nunc Deus mul Matth. 25 tiplicat, ingressi fuerint ad nuptias, clausa ianua, impij excludentur à regno, & foras manere cõpellẽtur extra ciuitatem beatorũ. Atq; ob hoc dicimus, quod ambulabunt in circuitu. Rursum alij, propositi sermonis intelligentiam referunt ad iterationem vitiorum, secundum quam de vitio advitiũ, de cõcupiscentia in concupiscentiã pergunt impij, de malo in malum. Quomodo enim heri omnibus delitiis concupiscẽtiis & impietatibus perfruiti sunt, ita & hodie agũt, simi
Iacobi 5 liter acturi vbi dies crastinus aduenerit. Et quomodo præte
Iudas rito anno vixerunt enutrientes in delitiis atq; luxuriis corpora sua, & satisfaciẽtes desideriis animæ suę, sic & in præsenti agũt, facturi similiter & in die qui subsequuturus est. Iterum, ambulare istud in circuitu cõuenienter referri potest ad laborem, errorem, & inutilem fatigationem impiorũ. Qui enim extra viam rectam positi per circuitum ambulãt, quo diutius ambulant, eò amplius deuiant, & implicãtur erroribus,

bus,& continuò elongãtur magis à via recta, à termino. Et cum laborent,ac fatigentur plurimum, nihil tamen proficiunt,sed continuò magis elongantur à requie. Qui autem viam rectam ambulant, continuò appropinquant ciuitati ad quam pergunt,& breui illuc peruenient quò tendũt. Ita autem faciunt iusti,quorum via recta est:quoniam de bono semper in melius proficientes,ascensiones disponẽtes in cor
Psalm. 83 dibus suis,ambulant de virtute in virtutẽ,donec perueniant
Philip. 3 vsq; ad Deum Deorum in Sion. Semper enim(iuxta Apostoli verbum)ad anteriora extendunt semetipsos, ad supernæ vocationis brauium. Illi ergo quia per circuitum ambulãt, non appropinquant ciuitati,& si in circuitu hoc permanserint vsq; in finem,nunquam eis dabitur in ciuitatem ingressus,quantumnis etiam sic per circuitũ ambulantes vias ambulauerint difficiles, aut lassati fuerint in circuitione sua,
Sapien. 5 Vnde in libro Sapientiæ, ex persona reproborum dicitur. Lassati sumus in via iniquitatis,ambulauimus vias difficiles,nimirum curua impietatis itinera,quibus non appropinquatur ad requiem,vtpote quæ de labore temporali, ad la-
Sapien. 10 borem perducunt æternũ. Iustum autem deducit Dominus per vias rectas, ostenditq; illi regnum Dei, vt sic iter alleuiet ambulanti & proficiscenti. Omnium autem horum sensuum quis præferendus sit, non vsqueadeo facile est iudicare. Pene enim singuli,bonã habent probabilitatem.

DVODECIMI PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVS iste aptissimam dat formã clamandi ad Dominũ,ijs qui graui qualibet & diuturna tentatione premũtur: vtpote vel graui longóq; libidinis æstu, vel ponderosa animis pusillanimitate, vel tristitia demergente, vel accidia omne opus bonum fastidiẽte, aut infidelium cogitationum angentibus dubietatibus, aut alijs cuiusuis generis malis. In quo, sic tentatus, veluti conquerens de tentationis grauitate & prolixitate, dẽq; absentia, siue protractione Diuini auxilij, postulat celerem à Deo misericordiam, & ante omnia mentis illuminationẽ: ne fortè pereat in morte, sicq; in potestatem veniat hostium suorum & illi exultent de casu eius. Contra quos, vltimis duobus versibus, cõcepta in Deo saluatore suo sancta fiducia, gloriatur fidenter, sperans per Dei misericordiam peruersa illorum de se nunquam implenda desideria: cui etiam, pro sua liberatione, laudis promittit cantica.

DVOD

DVODECIMI PSALMI ELVCIDATIO.

QVANDIV tandẽ piissime Deus, oblitus videberis mei, quem grauissimis premi vides malis, & durissimis, ac longis subiacere tentationibus, quasi prorsus sim derelictus in æternum: * nunquid multo adhuc tempore permanebis
A auersus à me aspectu vultus tui, me videlicet in his tentationibus relinquendo, aut consolationem tuæ visitationis atq; liberationis diutius subtrahendo? Satis iam satis distulisse mihi videris præsentiam auxilij tui, noli vltra negligere, ne auertaris diutius, res mecum ad extremum pene deuenisse videtur, aspice & intende quantocyus in auxilium meum. 2 Quandiu permittes me animo angustiatum varias in corde voluere atque reuoluere cogitationes, variáq; consilia, ad eum modum quo solent ij qui in angustiis agunt, & anxio sunt animo,* etenim qui me premit dolorem, angustiam, atque afflictionem quæ me affligit iugiter in spiritu meo, quandiu tandem patieris obsidere spiritum meum? 3 Nunquid ad multum adhuc tempus potestatem hãc qua nunc premor, super me tenebit aduersarius meus, vt illic liberum sit tentationibus vehementissimis affligere animũ meum? Sufficiat hactenus Domine, sitque iam satis: respice
B facit ad vitam(quæ CHRISTVS est)euigilare, apertósq; tenere mẽtis oculos: * ne glorientur vnquam de me & cõtra me aduersarij mei, si mihi fortè præualuerint, & voluntatem suam prauam de me impletam cõspexerint: id quod eis facilius fuerit facillimum, si defuerit mihi cælestis luminis tui radius atque ducatus. 5 Aduersarij enim & persequutores mei(quibus nihil potius est perditione mea) mirificè gaudẽt, si me cõtigerit à via recta declinare in viam iniquitatis, à virtute in peccatũ cõmoueri: aut à stabilitate diuini timoris vacillare atq; deficere: * Ego autem spem meã omnem, &

1 *VSquequo domine obliuiscẽris me in finem.*
* *vsquequo auertis faciẽ tuam à me.*
2 *Quãdiu ponã cõsilia in anima mea.*
* *dolorẽ in corde meo per diem?*
3 *VSquequo exaltabit inimicus meus super me?*
* *respice et exaudi me domine deꝰ meus.*
4 *Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiã in morte:*
* *nequãdo dicat inimicus meus, præualui aduersus eum.*
Ioan. 14
5 *Qui tribulãt me exultabũt si motus fuero:*
* *ego autem*

in misericordia tua speraui.
Eccles.18
Psalm.118
Iacobi 2

*6 Exultabit cor meũ in salutari tuo: cãtabo Domino, qui bona tribuit mihi: * & psallam nomini domini altissimi.*

& fiduciam totam posui in misericordia tua Domine Deus meus, quæ est super omnem carnem, & qua plena est omnis terra: sperans & confidens, quod nunquam patietur tua clementia iniquum illud inimicorum meorum gaudium de me adimpleri, sed per gratiam tuam me præseruabis, vt non moueat, sicque causam non habeant prauæ exultationis suæ.

6 Nec dabitur illis gaudere de commotione, aut perditione mea, sed mihi magis gaudium erit & exultatio in saluatione tua, quam à te accipiam, propter salutem quam tu daturus es mihi: * in lætitiæ quoq; meæ testimonium & gratitudinis iudicium, laudem cantabo Domino Deo meo, à quo omne bonum mihi liberaliter & benigne procedit: & psalmum laudis canam sancto nomini Domini, qui est altissimus omniũ in cælo & in terra, ac proinde omni laude superior, & nunquam satis laudabilis.

C

D

ANNOTATIONES IN Psalmum duodecimum.

VERSV primo & secũdo, Vsquequo domine obliuisceris me in finem, &c. Quandiu ponã consilia in anima mea? Nota, quòd in Psalmis atq; etiã in aliis scripturarum maximè autem Propheticarũ locis, cum ad Deum iste ponitur loquendi modus veluti per interrogationem. Vsquequo, quandiu, qñ, propter qrod, vt quid, quare, aut simili aliqua particula, non sic accipi debeat sententia, quasi sit mera interrogatio responsionem expectans quemadmodum cum homines quippiã interrogant proximos sibi, responsionem expectantes: sed tantum vt sit mirantis & admirationẽ proponentis, vel desiderium magnum & expectationẽ insinuãtis. Quemadmodum supra Psalmo 2. cum dicitur, Quare fremuerũt gentes, non expectatur vlla responsio, sed tantum admiratio sic exprimitur: quasi dicat Propheta, Miror rem tam absurdam illos attentasse. Et in loco præsenti, cũ dicit, Vsquequo Domine, &c. non expectat ipse vt audiat certam sibi horam liberationis designari, sed tantum est expressio vehemẽtis desiderij & expectationis magnæ, qua suam expectat liberationem. Similiter accipi potest Psalm. 3. & 21. Domine quid multiplicati sunt qui tribulãt me, Deus Deus meus, quare me dereliquisti? Et alibi, Quare obliuisceris inopiæ nostræ & tribulationis nostræ? Versu tertio & quarto, Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me, &c. Attẽde,

de, aliud esse exaltari inimicum, aliud prævalere. Nam iustis in iustitia sua permanentibus, nõ potest inimicus prævalere diabolus, potest autem super eos exaltari, quatenus videlicet à Deo potestatem accipit ad tentandum atque affligendum eos: quemadmodum super beatum virũ Iob modo quodam exaltatus fuit, cui tamen nõ prævaluit, Iob 1 & 2

Versu quarto, Nequando dicat inimicus, Posset non incommodè istud ad perversitatem sensualitatis peculiariter referri, quæ nobis est hostis & maximè domesticus, & maximè noxius: & maximè inimicus noster est, quoniam intra nos eum habemus. Orabit ergo vir iustus, mentis oculos cœlitus sibi illuminari, vt non peruersitate carnalis affectus alliciatur in peccati cõsensum, atque ita in mortem. Huic sententiæ pulchrè consonat translatio siue potius Paraph. Chal. quæ sic habet, Deus meus, illumina oculos meos in lege tua, ne vnquam peccem & dormiam cum his qui meruerunt mortem: & non dicat fomes prauus, dominatus sum in eo. Versu vltimo, Exultabit cor meum in salutari tuo. Salutare hic pro salute vel saluatione positum videtur. Vnde translatio Chal. Exultabit cor meum in redemptione tua: quamuis posset & pro saluatore accipi, à quo venit saluatio, quemadmodum in cantico Simeonis, & alibi frequenter. Luc. 2

DECIMITERTII PSALMI ARGVMENTVM.

E

HIC Psalmus satis cum vndecimo suprapositio consentit: & idem ferè habet argumentum. Abundantiam enim malitiæ, & multitudinem malorum (qui, Dei timore posito, operantur quicquid libet) versibus septem primis describit. Deinde sub persona Domini, per amaram interrogationem insinuat, peruersos pauperum oppressores cognituros aliquãdo Deum iudicem: quem modo cognoscere atque inuocare noluerunt, quando timore horribili conturbabuntur, eò quòd fidelium consilio noluerunt acquiescere: iustis ab eo timore liberis, propter Domini præsentiam in eis habitantis: atq; vltimo tandem versu, fidelium per Christum liberationem, spiritu reuelante, præmonstrat.

DECIMITERTII PSALMI ELVCIDATIO.

1 Dixit insipiēs in corde suo: *non est Deus.

DIXERVNT filij hominum in quibus non est scientia veritatis, neq; sapientia Dei, in cordibus suis, & hāc habēt in animo suo erroneam existimationē: *quod nō sit secūdum veritatē Deus, vt à fidelibus creditur, qui res humanas consyderet ac iudicet, qui iustis pro iustitia fœlicitatem, aut malis pro iniquitate reddat damnationem: & hac falsissima persuasione blandiūtur sibi in iniquitatibus suis, quo peccēt liberius. 2 Hac autem falsa existimatione & persuasione iniqua præsuppositā, sine timore existētes, neq; cuiusquā metuentes iudiciū, corruperūt ipsi viam suam, & computrue runt velut iumenta in stercore impietatum suarū: sunt; facti, propter multitudinem & magnitudinem factorum suorum, detestabiles & execrabiles, ante Deum & omnes homines pios, per impiissima opera sua & actiones corruptissimas quibus intendunt: *non est ex infidelibus istis qui timorem Dei abiecerunt (quorum est bona, imò maxima pars in hoc miserabili mundo, qui totus in maligno positus est) cui sit cura facere quod bonum ac rectum est: nō est ne vnus quidem ex eis, qui studeat virtuti: sed à maiore vsque ad minimum omnes student iniustitiæ. 3 Dominus Deus omnipotēs de sublimitate cælorum in quibus inhabitat, quasi prouidus & diligens humanarum rerum curator attendit & consyderat filios hominum, & actiones eorum vniuersas bonas pariter atque malas, ad reddendum vnicuique venturo tempore pro operibus congruā mercedem: *prospexit (inquam) consyderans ad eos qui per fidem rectam verè agnoscunt, aut ex animo quærunt Deum. 4 Et vidit Deus, quòd maxima pars hominum, via recta derelicta, ad iniquitatem declinauerunt, sunt; facti ad omne bonū opus, veluti reprobi & inutiles, quasi qui iam didicerint virtutē, nescientes vltrà neq; volentes bene agere: *vix inuenitur qui bene agat, vix inuenitur vel vnus. Tanta est enim malorum copia, vt vix vllus videatur numerus iustorum, si cum illorum conferatur immēsa multitudine: & ex iis ipsis qui bonum facere videtur, vix vnus est qui solum, ac semper faciat quod bonū est, qui non frequenter admodum declinet ad malum, qui non subinde agat aliquid quod sit minus rectum: quandoquidē in multis offen-

2 Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis: Esa.1

*nō est qui faciat bonū, non est vsq; ad vnum.

3 Dominus de cælo prospexit super filios hominū: *vt videat, si est intelligens, aut requirēs Deum. 1.Ioan.5 Hier.6

4 Omnes declinauerūt, simul inutiles facti sūt *nō est qui faciat bonū non est vsq; ad vnum. Tit.1 Psal.35

offendimus omnes, & septies in die cadit iustus. 5 Guttur peruersorum quasi sepulchrum est semper apertum: dum intolerabilem fœtorem malitiæ suæ interioris sine intermissione exhalant, & ad vorandum innoxios semper parati existunt: *linguas suas mollificant & blandis mollibúsq; verbis componunt, ad decipiendum proximos suos: *verba doctrinæ siue suasionum, super omne venenum noxia medi. H tantur, & sub linguis ad proferendum opportuno tempore retinent: conantes alios & pestifera docere dogmata, & in pessima pertrahere peccata. 6 Os eorum scatet maledictis, amarulentiis, blaphemiis in Deum, & conuiciis atque detractationibus in proximos: * prompti semper & parati sunt ad effusionem humani sanguinis, faciles ad consentiendum, imò auidi ad procurandum mortem etiam innocentum. 7 Conteruntur miseri & infœliciter pereunt, in viis istis pessimis sic ambulantes: corpúsque & animam perdunt, dum sibi mortis æternæ reatum per ista cōciliant: *viā virtutis & veritatis (quæ verè est via pacis) ipsi noluerūt agnoscere, vt ambularent in ea: atque omnium horum malorum seminarium est, *quia non est in eis timor Dei atque iudicio rum eius, quæ vel omnino non credunt, vel certè non attendunt. 8 Sed nunquid non tandem cognoscent Dei iudicium omnes qui nunc ex prauæ voluntatis studio operantur malum: *qui populum Domini, hoc est, humiles ac simplices deglutiunt & vorant ad eum modum quo vorari solet panis à comedente, sine vlla cibi resistentia, vel sine vlla comedentis misericordia. Certè cognoscent Dominum iudicia facientē (cuius cognitionē & timorem nūc abiiciunt) cū fuerint comprehēsi in operibus manuum suarum. 9 Cùm in hoc mundo agerent peruersi isti, in dominū non credide- runt, neq; eum vt Deum suum inuocauerūt, neq; in eo spem suam posuerūt: sed vel in idolis, vel in aliis rebus perituris, in quibus posuerāt fiduciam: *& idcirco, quia nescierūt Domi num, timore magno nonnunquā trepidant & vehemēter cō turbati sunt, quādo nulla fuisset eis causa iusta timoris, neq; quicquā periculi, si credidissent in Dominū Deū, eúmq; fide liter inuocassent: quēadmodū in aduersitatibus tēporalibus, in infirmitatibus corporalibus, atq; similibus vehementer ti

5 Sepulchrū patēs est gutur eorum: * līguis suis dolosè agebant * venenū aspidum sub labijs eorum. Prou.24 Iac.3

6 Quorū os maledictiōe & amaritudine plenum est: * veloces pedes eorum ad effendendū sāguinē.

7 Contritio & infœlicitas ī vijs eorū * & viā pacis non cognouerunt

* non est timor Dei añ oculos eorū. Psal.9

8 Nōne cognoscent oēs q operātur iniquitatē? * qui deuorāt plebem meam sicut escā panis.

9 Dominū non inuoca-

*erunt: *illic trepidauerunt timore vbi non erat timor.

mere solent carnales homines, vbi tamen iustis nihil est tur-
batione aut timore dignum. 10 Neque mirum si trepidát
illi timore, quandoquidem Dominus non nisi in generatio-
ne iustorum est, in ea solùm ad protectionẽ atq; custodiam
inhabitans, non autem in generatione peruersorum: atq; id- B
circo Diuina præsentia destituti illi metuũt, vbi bonis (quos
inhabitat Deus liberator) nihil est periculi: * Insuper & con-
silium pauperum atque humilium seruorum Dei repulistis,
abiecistis, & suscipere noluistis, ô vos increduli atq; peruer-
si: quoniam Dominus Deus spes eorum erat, quẽ vobis etiá
annuntiare & suadere ipsi cupiebant: quorum consilio si ob-
temperassetis, omnem timorem malum iam euasissetis, neq;
in sempiternum venisset vobis vlla conturbatio. 11 Quis
verò erit qui tantæ poterit mederi malitiæ, quæ abundat in
terris? quis de superna illa cælestiq; ciuitate (posteaquam hic
super terrã declinauerũt omnes, & maculati sunt in seipsis)
dabit salutem & saluationẽ populo Israël, populo fidelium?
* Indubiè nemo, præter Dominum Deum saluatorem no-
strum: qui cùm voluerit: & sicuti voluerit, in tempore gratiæ,
per filium suum auferet captiuitatem illam plebis suæ, sub
qua miserè detinebantur, saluúmq; faciet populum suum, id
est, credituros in se, à peccatis ipsorum, dans eis potestatẽ ex
filiis captiuitatis & iræ, filios gratiæ fieri, & filios Dei: * ac
tunc quidem exultabit gaudio spiritali omnis fidelis credẽs
in Dominum, vitia supplantans atque cõculcans, & Dei pla-
cita perficiens. * Atque iterum. Cùm Dominus fideles suos C
ex huius mundi miseranda captiuitate & ex huius vitæ pere-
grinatione eduxerit in patriam supernam, tũc perfecto gau-
dio gaudebunt fideles omnes, cunctis iam superatis & præ-
teritis malis, quibus in hoc mundo iugiter ab iniquis affli-
gebantur.

10 *Quoniã dominus in generatione iusta est:*
* *consilium inopis confudistis, quoniam dominus spes eius est.*

11 *Quis dabit ex Sion salutare Israel?*
* *cùm auerterit dominus captiuitatem plebis suæ,*
* *exultabit Iacob, & lætabitur Israel.*

Mat. 1
Ephe. 3
Ioan. 1

ANNOTATIONES IN
Psalmum decimumtertium.

VERSV primo. Dixit insipiẽs in corde suo, nõ est Deus. Quidam peculiariter huius Psalmi dicta accommodát incredulis Iudæis, qui Christi diuinitatem noluerũt suscipe-re, neq; agnoscere venientem in carne maiestatem: sicq. cùm dicitur, Non est Deus, supplendum putant, hic homo, Chri-stum demonstrando: vt sit sensus, Dixit impius & incredulus Iudæus in corde suo, hic homo (qui filium Dei se asserit) non est

est Deus. At que ex hac radice infidelitatis, iusto Dei iudicio, peruenerunt ad abominãda impietatis facinora, quæ in Psal-mo describuntur. Et sane qui ita Iudæorum populo Psalmũ applicant, non omnino præter autoritatem loquuntur: quan-doquidem & Paulus Apostolus cap. 111. Epistolæ ad Roma-nos, ad idem fere propositum aliquot eius versus adducit, iuxta translationem lxx. interpretum, ad declarandum, quòd Iudæos Christi aduentus non inuenerit innocentes. Scimus (inquit) quoniam quæcũq; lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur: vt omne os obstruatur & subditus fiat omnis mun-dus Deo. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. In Rom. 3
Elucidatione tamen generaliorem amplectimur sentẽtiam, in vniuersum omnibus impiis (in quibus non est timor Dei)
D Psalmi processum aptantes: quod dum facimus, priorem sen-tentiam nequaquam excludimus, neque Pauli citationem re-pellimus, sed vt particulare in vniuersali potius includimus. Et conuenientius putamus quod dicitur, Non est Deus, intel-lige absolutè, absque subauditione suppositi. Hoc enim di-cunt in cordibus suis impij: quoniam hoc sibi persuadent, & hoc sentiunt, sic viuentes, sic agentes atque loquentes, tan-quam si id credant habeántq; persuasum, videlicet non esse Deum qui res curet humanas, aut actiones hominum sit iu-dicaturus: ex quorũ persona in Iob dicitur, Circa cardines cæ- Iob. 22
li perambulat, nec nostra consyderat. Huic autem sententiæ apertè satis consonat Chal. Paraph. habens in hunc modum, Non est potestas Dei in terra. Versu secundo, Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studiis suis, &c. Nota pul-chrum ordinem versus huius ad præcedentẽ. Dixerat enim, impios existimare, non esse Deum. Nunc verò euestigio sub-sequitur, Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis. Recta enim horum adinuicem cõsequutio est. Est enim fides ac timor Dei retinaculum quoddã & salutare viculũ, quo arcetur homo ac prohibetur à cõmissione malorũ: quẽ-admodũ pulchre Sapiẽs attestatur, dicens, Per timorem, de- Prou. 15
clinat omnis à malo. Et qui sine timore est, non poterit iusti-ficari. Et Psalmo c x. Initium sapientiæ timor domini. Cui Eccle. 1
etiã astipulatur quod in libro Boetij de cõsolatu Philosophi Psal. 110
eo, sacra Philosophia eruditionem suam claudens ait, in hæc
E verba, Magna vobis est (si dissimulare non vultis) necessitas indicta probitatis, cũ ante oculos agitis iudicis cũcta cernẽ-

tis. Iuxta hãc itaq; ſententiam, qui Deum habet ante oculos,
Eccle.12 qui credit in corde ſuo eſſe Deum (vt verè credi debet) qui
ſingula hominũ opera, cogitatus quoq;, affectiones, & intima omnia cõſpiciat, qui & cũcta ſuo tempore adducturus eſt
in iudiciũ: quomodo nõ magnũ habet retinaculũ quo prohibeatur à committẽda iniquitate? E contrario autẽ, qui prædictæ veritati contrariã ſibi induerunt exiſtimationem, erroneámq; perſuaſionem, fiunt quaſi equus indomitus, freno abiecto inſaniẽs: & in omne peccatũ, abſq; retinaculo ruũt præ-
Eccle.4 cipites. De cuiuſmodi Apoſtolus ſcribit, quod deſperãtes (id eſt, fidem & ſpem Dei non habẽtes) tradiderunt ſemetipſos impudicitiæ, in operationem omnis immũditiæ. Atq; ita, ex vna hac falſa perſuaſione, conſequitur ſtatim perfecta corruptio, & fœditas multiplex omnis generis peccatorũ, propter quæ abominabilis fit homo Deo. Quemadmodum enim ſal in carne, à corruptione eam præſeruat atq; fœtore: ipſo verò pereũte aut deficiẽte, caro mox corruptionẽ patitur, atq; conſequentem fœtorẽ: ita fides ac timor Dei vbi adfuerit, præſeruat à corruptione animam, & gratam facit acceptabilémque Deo: vbi verò defuerit, mox corruptio & fœditas conſequitur peccatorũ, fitq; anima odibilis & abominabilis Deo. Verſu tertio, Dominus de cælo proſpexit ſuper filios hominum. More humano loquitur Propheta de Deo, quaſi ſpeculatorẽ in alta ſpecula poſitum fingens, qui deſuper proſpiciat ſuper actus hominũ: quomodo in alio rurſum loco dicit, De cælo
pſalm.32 reſpexit Dominus, vidit omnes filios hominũ. De præparato habitaculo ſuo, reſpexit ſuper omnes qui habitant terrã. Et
pſalm. 101 iterũ, Proſpexit Dominus de excelſo ſancto ſuo, Dominus de cælo in terrã aſpexit: vt audiret gemitus compeditorũ, & ſolueret filios interẽptorum. Proprie enim proſpicere, quaſi ex eminẽti loco & à longè aſpicere eſt. Quod autẽ dicitur hoc in loco. Dominus proſpexit, vt videat ſi eſt intelligens, non aliud eſt, quàm proſpexit videns, aut videndo ad actus hominum, an videlicet ipſum cognoſcerent & requirerẽt, an non. Iſta enim nũc diligenter conſiderat, vt ſuo tempore fideliter pro meritis cuiq; tribuat. Verſu quarto, Omnes declinauerũt, ſimul inutiles facti ſunt. Qui à Deo declinat, inutilis eſt: quoniã fructum bonũ (ad quem proferendũ conditus eſt) facere non poteſt. Illud enim dicimus inutile, quod nõ ſeruit vſui ad quẽ factũ eſt. Hinc apud Sapientẽ dicitur, Homo apoſtata

ſtata, vir inutilis. Quicũq; enim à Deo ſe ſeparat, ſit inutilis. Prou.7
Vtilis autẽ homo eſt, quiſquis in Deo manet: quoniã ſeruit gloriæ Dei, ad quam conditus eſt. Iuxta quã ſententiã Apo- 2.Tim.2
ſtolus dicit, quoſdã eſſe, vaſa in honorẽ ſanctificata, & vtilia Domino, ad omne opus bonũ parata. Nemo tamen ſic eſt ex ſeſe Deo inutilis, quin Deus illum nouerit ſibi facere vtilẽ: ſi non ad glorificandã miſericordiã & bonitatẽ, certè ad demonſtrandã potẽtiæ atq; iuſtitiæ magnificẽtiã. Docet enim nos ſanctus Apoſtolus, eſſe vaſa iræ apta in interitũ, in qui- Roma.9
G bus oſtẽdere velit Deus iram, & notã facere potentiã ſuã. Et 2.Tim.2
alio in loco, docet, in magna domo etiã fictilia vaſa & terrea ſuum locũ & vſum habere. Vnde docemur neminẽ (quantũ ad Deum attinet) poſſe fieri inutilẽ, ita vt nulli vſui ipſe eũ valeat aptare: tametſi ex ſeſe homo peruerſus ad omne bonum ſit inutilis. Et ſecundũ hãc inutilitatẽ poſteriorẽ, intelligi debet potiſsimũ quod dicitur. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt. Huic autem cõſonat, quod in Euan-
gelio Ioannis, ex ore ſaluatoris, Diſcipulis dicitur, Manete Ioan.15
in me, & ego in vobis. Sicut palmes nõ poteſt facere fructũ niſi manſerit in vite, ſic nec vos, niſi in me manſeritis. Et ſi quis in me nõ manſerit, mittetur foras ſicut palmes & arefcet, & colligẽt eum, & in ignẽ mittẽt, & ardet. Quod enim in propoſito Pſalmi verſu declinare dicitur, hoc in verbo iſto Saluatoris eſt, nõ in Chriſto & Deo permanere: inutilẽ autẽ fieri, eſt fructũ nõ poſſe ferre & proinde ignibus tradi. Quẽadmodũ aũt palmes qui in vite nõ mãſerit, licet ad fructũ natiuitatis faciendũ ſit inutilis, eſt tamẽ aptus adhuc cõbuſtioni, & igni nutriendo vtilis: ſic & homo poſtquã declinauit, & à Deo ſeparatus eſt, licet ad faciendũ fructum vitæ & operationis bonæ ſit factus inutilis, manet tamen aptus ſiue vtilis (vt ita dicam) Deo, ad eſcam ignis, quẽ præparauit Diabolo & Angelis eius. Vnde & in parabola, malos homi- Mat.25
nes Chriſtus zizaniæ, Ioannes autẽ paleæ cõparat: quæ licet Mat.13
non ſit vtilis vt congregetur in horreum, apta tamen eſt, vt Mat.3
proiiciatur in caminum. Verſu eodem, Vſque ad vnum intelligunt quidam, vſq; ad Chriſtum: quoniam videlicet ipſe
H ſolus per ſe bonus eſt, & quoniam abſq; eo nemo boni quicquam poteſt facere. Conuenientior tamen videtur altera expoſitio, quam in Elucidatione ſolam explicauimus, vt illud vſque ad vnum, valeat, ne vnus quidem: ſitq; ſenſus, Ioan.15

Non est qui faciat bonum, ne vnus quidem. Sic enim loqui solemus, cum vniuersitatē, vel maximam partem volumus significare. Atq; in hanc sententiam videmus beatum Paulum in Epistola ad Romanos præsentem Psalmi locū intellexisse, & in testimonium citasse, cum tertio capite eius Epistolæ allegaturus præsentem locum ita scribit, Causati sumus, Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse: sicut scriptum est, Quia non est iustus quisquam: Non est intelligens aut requirens Deum, &c. Vbi Græcè habetur οὐκ ἔστι ἕως ἑνός, hoc est (ad verbum reddendo) Non est iustus, ne vnus quidem. Quod cū in Psalmo expressum non habeatur, satis apparet, illum quod in sequētibus ex Psalmo adducit ἕως ἑνός, id est, vsq; ad vnum, accepisse pro οὐδὲ εἷς, hoc est, neq; vnus, vel ne vnus. Ad idē facit & Hebraica lectio, quæ habet, Nō etiam vnus: hoc est (supplēto verbo) Non est etiam vnus: aut, Non est vel vnus, quomodo ex Hebræo interpretes vertunt. Quod si quis roget, quonam pacto hæc lectio habere possit veritatem, cum verisimile videatur, in omnibus generationibus Deum semper electos suos habere, & habuisse, quos ipse ab iniquitate saluat, quēadmodum Paulus Apostolus ait, Cognouit Dominus qui sunt eius. In illis quoq; pessimis maleficæ Iezabelis tēporibus, cū omnia plena essent A pollutionibus, respōsum nouimus querulanti Heliæ, septē milia virorū relicta esse, qui nunquā genu curuassent ante Baal, cū ille se solùm existimaret relictū cultorē Dei. Imò & in nouissima Antichristi persequutione, qualis nō fuit neq; erit, ex Euangelica narratione didicimus, seruandos adhuc electos, quos Diuina bonitas non patietur seduci à veritate. Quomodo ergo (quæret aliquis) Propheta hic pronuntiat, non esse ne vnum quidem qui operetur bonum? Aut quod tempus respicit ille, dum hæc pronuntiat? Huic quæstioni facilè respondetur, primū quidē, si hyperbolico tropo vsum dicamus Psalmistam, qui Prophetis admodū frequēs & familiaris esse solet: quomodo & illud Hieremiæ accipiendū est, A minimo vsq; ad maximum, omnes auaritiæ student. Et illud Pauli, Omnes quæ sua sunt quærunt: aliáq; his similia permulta, quæ in scripturis passim sunt obuia. Et iuxta hanc sententiā procedit Elucidatio. Posset nihilominus hic locus & aliter excusari, secundū illud quod in alio Psalmo positus in extasi sua idē hic Propheta exclamat, dicēs, Omnis homo mendax. Videtur enim hoc vniuersaliter (vt probatū est) absq; tropo intelligendū. Omnis enim homo, quātum ex sese, vanus est, mēdax, & instabilis, & ad peccati vani tatem pronus, atq; à viciata origine, ex ingenita mala cōcupiscentia, ad malum procliuis. Atq; ita non est ne vnus quidem, qui ex sese quicquam operis verè boni, Deóque placiti possit peragere, absque speciali Dei saluatoris auxilio. Ait enim ipse. Sine me nihil potestis facere. Atque ita corruptio B ista, partim ad originale peccatū refertur, quo vniuersi eramus inquinati & abominabiles facti, donec veniret salutare Dei nostri, quo de captiuitate sumus redempti, ad gaudium filiorū Dei. Sed & tertio dicere licebit absque incommodo, quod nō de bonorū numero hic loquatur, sed tantū de impiētibus illis, de quibus primo statim versu sermonē proponit: qui omnes à maximo vsq; ad minimū in studiis suis corrupti, nesciunt neq; volunt bene agere. Versu septimo, Cōtritio & infœlicitas in viis eorū. Quod in viis impiorum sit cōtritio & infœlicitas, id Esaias secundū eandē sententiā testatur, capite suę Prophetię quinquagesimonono his verbis, Opera eorū, opera inutilia: & opus iniquitatis, in manibus eorū. Pedes eorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem innocētem. Cogitationes eorū, cogitationes inutiles. Vastitas & cōtritio in viis eorū. Viam pacis nescierunt, & non est iudiciū in gressibus eorū. Imò & ipsi impij in libro qui Sapientia inscribitur, perhibent de sua cōtritione testimoniū, dicentes, Errauimus à via veritatis, lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles: viam autem Domini ignorauimus. Ac post pauca, In malignitate nostra cōsumpti sumus. Cōtritio autē hæc & infœlicitas impiorū, accipi potest, vel illa æternæ mortis C dinatio quæ in viis impiorū est: quoniā per eas ad illam recta pergunt, quam inuenient, postquam cursum sui itineris perambulauerint. Aut illa quam in hoc tēpore, ex tormēto malæ conscientiæ & inquietudine animi, nonnunquam etiā ex multis corporis fortunæq; aduersitatibus perpetiūtur, ob impietates suas. Verè enim nō minima cōtritio est, neq; minima infœlicitas, perpetuā illā cōscientiæ malæ carnificinā perpeti, libidinosis cogitationibus atq; affectionibus iugiter torqueri, curis seculi & solicitudinibus vitę huius miserè distrahi atq; diuexari: non rarò etiā corpus & animā, pro

Roma.3

2.Tim.2

3.Reg.19

Mat.24

Ibidem.

Hiere.6

Philip.2

Psal.115

Ioan.15

Esaiæ 59

Sapien.5

suis cõsequendis siue adimplendis desideriis, maximis exponere periculis, summóq; obiectare discrimini: nõnũquã etiã corporis omne robur & tẽporalẽ vitã consumẽdo, in adimpletione carnalium desideriorũ: quemadmodũ ebrioſi homines atq; luxurioſi faciũt, qui nimio potu, nimiáq; venere semetipsos enecant, viribúsq; exhauriũt, sicq; sibi mortẽ ante tẽpus accersiũt, sui crudeles interfectores: pleriq; etiã causa sibi sunt aut occasio, vt vel gladio, vel veneno, aliisve insidiis, ante tẽpus pereãt. Itaq; etiã de tẽporali contritione & infœlicitate verum est, quod inueniatur in viis ac studiis impiorũ: tametsi de æterna illa potissimũ sermo videatur haberi. Est enim ista quã nunc præsentiunt afflictio & infœlicitas, prænuntia eius quę ventura est absq; mẽsura & numero infinitæ tribulationis atq; miseriæ, de qua Apostolus Romanis loquitur, dicẽs, Ira & indignatio, tribulatio, & angustia in omnẽ animã hominis operãtis malũ. Versu eodẽ, Et viã pacis nõ cognouerunt. De via pacis, nemo ambigit, quin ipsa sit via iustitiæ. Hanc enim qui ambulant, verã pacẽ habent ac sentiunt: non qualem mundus dat, sed quã Christus suis reliquit discipulis, dicens, Pacẽ relinquo vobis, pacem meam do vobis. Et iterum, In me pacẽ habebitis. Ac rursum inuenietis requiẽ animabus vestris. Iugũ enim meum suaue est, & onus meũ leue. Hanc autẽ viam iustitiæ nõ cognouerunt impij, quoniã nõ intelligũt, quàm dulce sit huiusmodi viã perambulare. Existimãt enim durã eam esse, ac nimium difficilẽ: cùm reuera nihil sit iucũdius quàm ambulare, imò & currere in viis Dñi. Non etiã cognouerũt viã pacis, quoniã illã noluerũt intelligere, noluerũt sectari vt eam accepta rẽt perambulandã: sed prælegerũt vias impietatis. Forsitan autẽ nec hoc mysteriovacat, quòd via pacis singulariter dicitur, viæ autẽ impiorũ numero plurali. Semita enim iustorũ vna est, & recta, quæ deflectionẽ nõ patitur, neq; ad dexterã, neq; ad siniſtrã, vt quomodocunq; deflexerit quis in partem alterã, mox desinat ambulare viã rectã. Cæterũ, impiorũ viæ admodũ variẽ & intricatę sunt: quẽadmodũ in corporalibus viis, nõ nisi vna est via recta, sed multa sunt deuia. In verbis autẽ Sapiẽtiæ suprapositis, sub vtroq; numero dicitur, primũ singulari, deinde plurali. Lassati sumus in via iniquitatis, am bulauimus vias difficiles. Quasi enim vna est iniquitatis via, propter vnũ exitũ quò tẽdunt omnes qui operãtur malum.

Roma.2

Ioan.14
Ioan.16
Matt.11

Sapiẽ.5

Vnus

Vnus enim omniũ finis, interitus: & perditio est: Viæ autem multæ, propter magnã peccatorũ ab inuicẽ differentiã. Versu octauo, Nónne cognoscẽt omnes qui operãtur iniquitatem? Modus loquẽdi iste per interrogationẽ, interdũ ad amaram & seuerã increpationẽ pertinet. Quemadmodum cum in cantico Moysi serui Dei, ex persona Domini dicitur, Nónne condita sunt hæc apud me, & signata in thesauris meis? Quasi diceret, Vtiq; cõdita sunt & signata. Ita in proposito loco firmissime assertoria respõsio subaudienda est: tanquã si dicat, Vtiq; cognoscent suo tempore, qui nunc operantur iniquitatem. Quoniam autem nihil additur post verbũ cognoscent, neq; determinatur quid sint cognoscituri operarij iniquitatis: idcirco necesse est aliquid supplere, quod sit sententiæ & loco conueniens. Potest enim intelligi, cognoscituros Deũ iudicem aut vindicem malorũ nunc perpetratorum, quem nũc abnegant, dicentes (iuxta Psalmi initiũ.) Non est Deus. Cui consonat, quod supra Psalmo 9. dictum fuit, Cognoscetur Dominus iudicia faciẽs. Poterit & aliter intelligi, Cognoscent impij quid egerint, aut cognoscent vindictam quam nunc promeruerunt suis malis actibus, aut quid expectare debeant, quidve eis sit euenturum in nouissimo. Neq; enim inconsuetũ est, cum pœnam prædicere volumus, illam silentio premere. Cęterùm, illud deuorare paupe rem vt cibum panis, quod nos in Elucidatione retulimus ad æstimationẽ potẽtum, qui pro nihilo reputant pauperes deuorare, neq; amplius cõmouentur quàm si panem cibarium manducarent, intelligi etiã posset secundum hoc quod diuites & potentes de rapinis pauperũ viuunt & pascũtur, quemadmodũ homo pascitur pane. Rapinæ enim & deprædationes pauperũ, victus sunt diuitũ, imò triumphus & gloria potentum. Alij præsentẽ locum sic intelligunt, quoniã quotidie oppressioni pauperũ potentes insistunt, quemadmodum quotidie panem manducant. Versu nono, Dominũ non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore vbi non erat timor.

Deut.32

Psal.9

Nihil mirũ, vbi cõscientia perturbata est & peruersum iudicium. si etiã timor suum non habeat ordinẽ, vt illud metuãt quod metuendũ non sit, ecõtrario aũt timor desit, vbi timẽdum foret. Timor enim iudiciũ sequitur: propter quod etiã aliter sensus timet, aliter intellectualis affectus, siue volũtas. Cùm igitur in impiis obstinatis penitus sit peruersum iudicium,

cium,adeò vt(iuxta verbum Prophetæ)dicãt bonũ malum,
Esaiæ 5 & malum bonum,tenebras lucem,& lucẽ tenebras,fit,vt ibi
timeant,vbi verè timendum non est,& econtrario. Timent
enim,ea quæ secundum veritatem potius speranda sunt &
concupiscenda:ea verò quæ timenda sunt,hæc concupiscũt,
ad hæc spe & desiderio anhelant,quantum valẽt. Paupertatem nãq; egestatẽ,defectum,humiliationem,infirmitatem,
dolorem,afflictionem,aduersitatem quamlibet corporalem
mortem,& huiusmodi,summe horrent & execrãtur. Honores autẽ,pompas,delitias,corpus bene curatum, & bene valì
dum,omnimodã prosperitatẽ,diuitias,& huiusmodi, velut
summa quædam admirantur,& vehemẽtissime ista concupiscunt ac damnant:& si fortè in his periclitãtur,ibi summe
metuunt,quasi summis bonis sint priuandi. Cur ista? Quia
Ad Tit.1 peruersè iudicãt. Quare peruersè iudicãt? Audi Apostolum:
quoniam inquinatæ sunt illorũ mẽs & cõscientia, quoniã
mẽte corrupti sunt,& ad omne opus bonum reprobi. Econtrario autem,vbi cõscientia bona est, adest quoque bonum
iudicium. Bonum autẽ iudicium facit,vt quæ verè timenda
sunt timeamus,& quæ optanda optemus:& sic timeamus si- G
cut mala sunt,sic optemus sicut bona sunt, vt ea quæ per se
bona sunt per se optemus,nẽpe virtutũ opera & spiritualia
bona:quæ autẽ tantũ adminiculatorie bona sunt (quatenus
scilicet bene vti illis plerunq; solent homines iusti,& per ea
proficere)hæc optemus propter virtutem & profectum spiri
tus:cuiusmodi est mediocris sanctarũ scripturarũ cognitio,
Prouer.30 quæ sunt victui necessaria(vt postulat Sapiens)& si quæ sunt
similia ad pietatem conducẽtia. Sic ea quæ per se mala sunt,
per se timeamus,separationem à Deo,damnationẽ æternã,
& vitia omnia atq; concupiscẽtias malas:quæ autẽ sic mala
sunt,quia plerunq; illis malè vti solẽt homines, & in eis deficere sæpius videntur,quàm proficere(cuiusmodi sunt honores,pompæ,magnæ diuitiæ,atque delitiæ, supereminens
scientia literatura,& huiusmodi)hæc non immeritò piis mẽtibus sunt,propter periculum mali annexi,metuẽda. Et pro-
Eccles.1 fectò nõ omnino sanum habet iudicium, sẽq; de stultorum
numero esse cõprobat(quem ait Ecclesiastes esse infinitum)
qui pro huiusmodi nõ formidat, in quibus tã plurimos deficere,imò deperire videt. Versu decimo, Consiliũ inopis
confudistis. Inopem istum quidam intelligunt singulariter
CHRISTVM

CHRISTVM Dominum,cuius consilium confundẽtes sive respuẽtes Iudæi(cõtra quos etiam totũ Psalmum nõnulli proferũt)seipsos in metum malum cõiecerunt. Timuerũt Ioan.11
enim locum & gentem perdere,si huius inopis cõsilium admisissent. Si dimittimus eum sic (inquiunt) omnes credent
in eum,& venient Romani,& tollẽt nostrum locũ, & gen-
H tem. Nos autem qui Psalmum generali expositione ad impiorũ maxime obstinatorum vniuersitatẽ referrimus, partem istam generaliter idem maluimus explicare. Cõsonátq;
huic generali expositioni Paraph. Chald. habẽs numero plurali,Cõsilium pauperum quod cogitant in vobis vituperatis,quoniam posuerunt in Deo spem suã. Versu vltimo,
Cum auerterit Dominus captiuitatẽ plebis suæ. Captiuitas
duplex potest intelligi. Altera,peccati & mortis æternæ,sub
qua detinebatur genus humanum ante CHRISTI aduentũ:altera verò exilij & peregrinationis, in vita præsenti. A
priore iam liberatum est humanum genus, per CHRISTI
primum aduẽtum in mundum. A posteriore verò expectamus liberationem,cum ex hoc incolatu ad libertatem illã
gloriæ filiorũ Dei pertingemus,à qua modo in hac valle lachrymarũ exulamus. Secundum duplicẽ autem hanc captiuitatẽ,duplicémq; liberationẽ, geminam in Elucidatione
expressimus intelligẽtiam. Notãdum autem,quod dicit,in-
auersione captiuitatis à populo Dei, Iacob & Israël habituros lætitiam: Esau enim & iis qui ex parte eius sunt (id
est,incredulis & peruersis)non est pars in Domino, neq; in
gaudio salutis eius. Cum enim(quantum ex sese)saluator o- 1.Tim.2
mnium hominum sit Deus,cupiens omnes saluos fieri,& ad
salutem per veritatis agnitionem peruenire: ipsi tamen recusant gratis allatam susscipere, ac per infidelitatem atque
malitiam seipsos faciunt ab ea alienos. Sunt enim proprio
A suo iudicio(vt de hæreticis inquit Apostolus) condemnati. Ad Tit.3

DECIMIQVARTI PSALMI ARGVMENTVM.

CONSIDERAT *Propheta in hoc Psalmo & tractat, qui sint modo veri ciues domus Dei,quæ est ecclesia,& qui ingressuri sint in requiem cælestem:idq; facit per interrogationem ad Deum,cui per subsequentes versus omnes à primo, adhibetur responsio,accipienda vel quasi à Deo, vel quasi à Propheta sibipsi ad interrogationem propositam respondente: id quod*
1.Tim.3
ad

ad effectus commotionem facere nonnunquam homines solent. In responsione autem hac, illud notandũ videtur, quod primo ea quæ generaliora sunt, nempe declinare à malo & facere bonum, proponuntur. Deinde verò sequentibus versibus ad particularia descenditur specialius.

DECIMIQVARTI PSALMI ELVCIDATIO.

DOMINE Deus mecũ ipse perpẽdere cupio, & velut te docẽte addiscere, quinam sint illi qui tecũ habitabãt, modo in Ecclesia ista (quæ est veluti militantium tabernaculũ) tanquã veri serui tui, & veri incolæ illius: * & qui deinde requie tua sempiterna tecũ perfruẽtur in Ecclesia illa sublimi triũphante, in qua tu quasi in mõte immobili & firmissimo habitaculo inhabitas. 2 Considero autem & cõperio, non omnes absq; discretione ex illorũ fore numero, sed eos tantum qui nunc in corpore isto sine peccati macula vitam ducere satagũt, sempérq; à malo declinantes id quod bonũ ac iustum est sedulò perficiũt, & omne virtutis opus sectantur studiosé. In his enim duobus, nẽpe in recedendo à malo, & sectando bonũ, perfecta iustitia est. 3 Qui in corde suo loquuntur veritatem, ea animo voluẽtes, proponentes, atq; desiderãtes quæ vera sunt, quæ recta, quæ vtilia, & in vniuersum quæcunq; ad veritatem siue virtutem spectant, non autem praua aut inutilia aut noxia. * qui per linguas suas dolosum ac fraudulentũ nihil contra proximos loquũtur, quo eos circũuenire ac decipere conentur: sed lingua sunt, quẽadmodum & corde, veraces. 4 Qui deniq; opere exteriori malum nullum intulerunt proximis, neq; iustitiam, neque fraudem, neque damnum, neq; aliud quodlibet malum: sed omnia agunt in veritate atque synceritate, facientes hominibus quicquid sibi vellent fieri, & quod sibi fieri nollẽt, in alios non exercentes. In tribus autem his, nempe in veritate cordis, oris, & operis, tota iustitia est: * qui deinde opprobrio aut contemptu non affecerunt proximos suos, eos despicientes: atq; etiam opprobria ab aliis illata proximis, non acceptauerunt, non æquo tulerunt animo, neq; eisdem præbuere consensum: sed potius (quantum in ipsis fuit) auertere & impedire huiusce modi conati fuerũt. 5 Qui insuper homines malignos non magnificauerunt, non laudauerunt,

1 *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo:*
* *aut quis requiescet in monte sancto tuo?*
2 *Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.*
Psalm. 33
3 *Qui loquitur veritatem in corde suo,*
* *qui non egit dolũ in lingua sua.*
4 *Nec fecit proximo suo malum:*
* *& opprobrium non accepit aduersus proximos suos.*
Matth. 7
5 *Ad nihilũ deductus est in conspectu eius malignus:*

non fouerunt in sua malitia per adulationem, sed magis (quantum in ipsis fuit) humiliare eos & ad nihilum deducere studuerunt, eorum conatibus malis constanter & viriliter amore iustitiæ resistendo: * eos autem qui diligunt Dominum, magni æstimauerunt: in pretio habuerunt, & honore affecerunt debito, eorum piis studiis amorem, honorem, & auxiliũ pro sua conditione impendentes. 6 Qui denique si quando (vel necessitate compellente vel vtilitate suadente) proximo suo quicquam iuramento addixerint, non decipiunt, neque fraudant eum, cui factum est iuramentum, sed firmissima fide adimplent: similiter & si promisso aut voto quicquam fuerint polliciti, non fraudant eum cui vel votum vel promissio facta est: * qui pecuniam insuper non mutuo dederunt ad accipiendum inde lucrum vsurarium illicitum: * qui munera non acceptauerunt aduersus innocentes, vt pro muneribus peruerterent iudicium, aut contra eos iudicarent, quibus causa est per se iusta. 7 Qui hæc, & quæ in eis includuntur omnia obseruauerint, ex eis non transgredientes neque omittentes, hi demum digni mihi videntur, quos in æternam requiem tu potentissime Deus dignanter assumas: quò nulla vnquam ventura est conturbatio, nulla commotio, sed sempiterna erit securitas, & tranquillitas, ac stabilitas semper duratura. In quam nos quoque pauperes seruos tuos, per prænarratam iustitiæ viam, propter nomen sanctum tuum perducere digneris, qui viuis & regnas Deus, per immensa seculæ. Amen.

* *timentes autem dominum glorificat.*
6 *Qui iurat proximo suo, & non decipit.*
* *qui pecuniam suam nõ dedit ad vsurã,* * *& munera super innocentes non accepit.*
7 *Qui facit hæc, non mouebitur in æternũ.*

ANNOTATIONES IN *Psalmum decimumquartum.*

VERSV primo, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? In priori parte, per tabernaculum Dei, Ecclesiam militantem intelligimus, quoniam tabernaculũ ad militantes & peregrinãtes pertinet. Vita autẽ ista, & militia & peregrinatio est. Militia enim (vt ait sanctus Iob) est vita hominis super terrã. De peregrinatione autem alio in loco dicit Psal. Aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut oẽs patres mei. Et ad Hebr. scribit Apostolus, quòd aduenas & peregrinos sese confitebantur sancti Patriarchæ super terram. Recte ergo Ecclesia ista, in qua vt militantes & peregrinantes demoramur, tabernaculum dici potest, & meritò debet. De quo

Iob 7
Psalm. 38
Hebr. 11

Apoca.21 quo tabernaculo,in Apocalypsi dicitur Ioanni,Ecce tabernaculum Dei cũ hominibus. Pro tabernaculo autẽ ex Hebręo vertit Hieronymus tentoriũ,similiter & Felix. Domine(inquiunt) quis peregrinabitur aut demorabitur in tẽtorio tuo ? quod apertè prædictæ astipulatur interpretationi. Peregrinabitur autem loco habitabit, etiã translatio habet illa qua Augustinus vtitur. Mons autẽ iste, intelligitur Ecclesia,in supernis glorioſe triũphans:quæ,quamobrẽ mons sanctus dicatur,iam ante Psalmo 111. dictum est. Illa ergo hoc in loco inter tabernaculum,siue tentorium & montem sanctum Dei differẽtia est,quod illic peregrinamur,in laboribus videlicet & miseriis multis vitam degentes paupercula:hic verò requiescimus, ab omnibus laboribus & afflictionibus liberi. Sic enim in Apocalypsi legimus, Amodo iam dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Versu tertio,Qui loquitur veritatem in corde suo,&c,Docuit aliquando sanctus homo Dei,ac paupertatis altissimæ dispensator diuus Franciscus,illum esse fidelem domini seruũ,qui cogitat quæ domini sui sunt, qui loquitur quæ domini sui sunt,itemq; operatur quæ sunt domini. Hæc tria,pulchro satis ordine,in hoc versu simul & initio sequẽtis,pariter iũcta cõspicimus. Nam loqui in corde veritatem,perinde est atq;

Apoc.14

Psalm. 30 loqui quæ Dei sunt:quoniam dominus ipse est Deus veritatis. Non facere autem dolum in lingua est non loqui quæ

Ioan.14

Psalm.5 contra Deum sunt. Ipse enim omnis fraudis est osor. Nam virũ sanguinũ pariter & dolosum, abominabitur dominus. Non facere autem proximo malũ, spectat ad operationem boni. Neque enim ista sic mere negatiuè,vt sonãt,accipienda sunt:sed sub negatione,contraria affirmatio intelligẽda venit. Vt cum dicitur,Non egit dolũ in lingua sua, intelligitur,sed iustitiam & æquitatẽ loquitur cum proximis suis. Et iterũ,Nec fecit proximo suo malũ,intelligitur, sed fecit quod bonũ,ęquum & iustũ est:quod in Elucidatione etiam indicauimus. Versu quarto, Et opprobrium non accepit aduersus proximos suos. Secũda pars huius versus specialiter posset de detractione intelligi, vt ille dicatur accipere opprobriũ aduersus proximũ suũ, qui detractionẽ audit & sustinet siue acceptat,audiẽsq; arridet & applaudit,cùm magis debuerit obsistere. Melius tamen generaliter puto accipiendum,vt intelligatur de quolibet cõtemptu,& qualiber cont

contumelia:sic tamen,vt etiã detractio includatur. Nam & ipsa opprobrium aliquod semper adfert illi,aduersus quem profertur. Sicq; aduersus alterum accipit opprobriũ,qui con

G temptum aliquem videt irrogari,siue in præsentẽ,siue in absentem,aut quamlibet iniuriam,vilipensionem,aut oppressionẽ,quã acceptat,in qua oblectatur,imò quam sustinet,cũ posset prohibere vel impedire,atq; etiam deberet pro sua virili. Habet autem hoc loco aliquãto clarius & plenius versio Hieronymi ex Hebræo,in hunc modum,Non sustinuit opprobrium super vicino suo. Felix,Opprobrium non tulit aduersus proximum suum. Neque dissonant ista,à nostra vel lectione,vel interpretatione. Versu quinto. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. Totum istud,ad nihilum deductus est, Græcè vno vocabulo dicitur ἐξουδενωται: quod vno verbo correspondenter dici posset Latinè,annihilatur,hoc est,nihili fit,& nihili penditur. Vnde beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, Despicitur in oculis eius improbus. Felix autem vertit,Neglectus in oculis suis abominabilis:quod eandem quidem sententiam,sed obscurius cõtinet. Est enim sententia,hominem impium & detestabilẽ in oculis iusti esse neglectum,& nullius pretij habitum,nihilq; reputatum. Versu sexto. Qui iurat proximo,& non decipit. Non ita hoc est intelligendum,quasi ad iustitiam pertineat aut Deo hominem gratum faciat actus iurandi,sed tantũ ad

F

significandum iuramẽtum(cùm ipsum fieri cõtigerit)debere esse syncerum,firmúmq; & minimè fallax,ac deceptoriũ. Tantundémq; valet,Qui iurat & nõ decipit,atq; illud,Qui iurans vel cùm iurat vel si iurat,non decipit. Est autem hæc loquutio satis vicina illi qua dicitur in Psalmo 1111. Irascimini,& nolite peccare,secundum quorundam expositionem suo loco suprapositam, qui sic intelligunt, Si irascimini,vel irasci contingat,nolite peccare. Vnde quemadmodũ ex illo passu,secundum hanc expositionem,non probatur iram spectare ad virtutem,sed tantùm iræ temperationem & refrena

Psalm.4

H tionem:ita neque ex hoc loco probari potest iuramẽtũ ad virtutem spectare,sed tantùm fidelitatem in iuramẽti obseruationẽ. Versu eodem,Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. Dare ad vsuram,cùm in sermone generaliter ponitur,absq; particula alteram indicante significationem,indifferenter respicit vel illum qui accipit sub obligatione fœno

ris, vt videlicet lucrum debeat polliceri sibi mutuanti: vel illum qui lucrum acceptat & spectat, ex mutuo quod præbet alteri. Manifestum autem est, quòd hoc in loco non nisi secundo modo accipitur, cùm dicitur, Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. Quod primũ quidem patet, ex accusatiuo, pecuniam, adiecto. Is enim indicat significationẽ secundam. Non enim solent homines accipientes à creditoribus mutuum, dare pecuniam sub obligatione fœnoris, sed magis accipere. Deinde sententiæ veritas idipsum demonstrat. Neq; enim hoc aduersatur virtuti, primo modo dare ad vsuram. Potest enim fieri, vt graui egestate quis oppressus, meritò debeat ad vsuram cõfugere, quasi remedium opportunum suæ necessitati. Versu vltimo, Non mouebitur in æternũ præter expositionem in Elucidatione monstratam, posset conueniẽter intelligi ad hunc modum, Non cader in æternum, neque priuabitur, neque separabitur à cœtu filiorum Dei. Cui consonat, quod ex Hebræo vertit Felix, Non elabetur in seculum: à fœlicitate scilicet æterna, à monte sancto, de quo in principio propositum fuit, sed recta illuc pertinget, illicque permanebit.

DECIMIQVINTI PSALMI

ARGVMENTVM.

ORATIO *Christi est Psalmus iste, pro se ac suis membris* A
ad patrem clamantis, sibiq; ac suis ab eodem patre præstita beneficia commemorantis. Initio enim Psalmi, patris implorans custodiam, mox, quemadmodum omne eius desiderium in sanctis pater impleuerit narrare incipit, & quomodo per ingrauescentiam atque inualescentiam iniquitatum, multorum ad se filiorum facta sit conuersio: quos se dicit non ad gentilium aut Iudaicorum rituum obseruantiam conuocasse, vtpote quos ad cultum nouæ legis Euangelicæ aduocauerit. Deinde à versu quinto Deum patrem gloriatur filius se suósque habere in hæreditatem, in qua vt supra modum præclara, mirificè sibi complacet: etiam ad noctem vsq; benedicens Deum, quem in conspectu suo prospicit semper, semperq; à dextris sibi assistentem, & paratum in auxilium: qui morte solutum filium custodiuit: vt nec anima in infernum descenderet, neque caro experiretur putrefactionem: sed in vitã ipsum resuscitauit immortalem, ac glorificatum sublimauit in dextera sua, vbi omnium est delectationum plenitudo.

DE

DECIMIQVINTI PSALMI

ELVCIDATIO.

CVSTODI pater mi filiũ tuum, mihíq; credentes, & mea membra, à morte & omni malo cõserua, quoniam in te est spes atq; fiducia mea, B atque item eorum qui in me credunt: *dixi tibi, ô pater (qui meus es secũdum humanitatis infirmitatem dominus) & in oratione confessus sum, quòd Deus meus sis, me secundũ humanitatem superior & maior: *te (inquam) domine & pater oro vt me cõserues, quoniam tu nullo bono nostro indiges aut opus habes, sed ego & mei, tuorum bonorum egemus, & à te accipere omnia verè bona debemus: atq; à te omnia expectare: cùm ipse vicissim à me vel ab alio quoquã omnino nihil debeas expectare, aut etiã suscipere valeas. 2 Idcirco autem fideiter te pater inuoco, quoniam benignũ te & facilem agnosco erga omnes te inuocantes. Nam quantum ad sanctos & fideles qui sunt in terra tua, in hoc mundo quẽ creasti, in Ecclesia quã fundasti: *quantum ad hos siue erga hos, & in eis siue de eis, tu mirabiliter fecisti & mirificè impleuisti omnes volũtates meas: id est, quæcunq; de eis fieri volebam, optabam, desyderabam, omnia mirabili bonitate ac misericordia tua implesti, optime pater, de eis. Volebã enim credentes in me à peccatis fieri saluos, à morte & damnatione liberari, filios Dei fieri, diaboli regno esse subtractos, regni cælestis fieri hæredes spiritu sancto regenerari, atque alia quæ ad electorum salutem pertinerent: quæ omnia mirabiliter in electis, diuinitatis tuæ C potentia, per me filium tuum implesti. 3 Et id quidẽ magis mirabile, dum attenditur eorum mira ad me facta cõuersio. Nam postquam eorum infirmitates atque miseriæ (tam idololatriæ, quàm cæterorum errorum atque vitiorũ) multiplicatæ fuerant, & quasi vsque ad summum excreuerant, quando totus mundus hisce miseriis potissimum erat implicitus: *tunc, audita veritatis prædicatione, mox ardenti animo veritatem susceperunt, acreiectis omnibus quibus impliciti fuerant erroribus, ad Deum viuum sese festinantes alacri corde conuerterunt: tanto iam ardentius atque libentius veritati adhærentes, quanto se turpius ante vanitatibus artẽ debant fuisse inuolutos. Concluса enim fuerant omnia sub peccato, in incredulitate, vt agnoscerent omnes se peccasse,

1 *Conserua me domine quoniã sperauí in te:*
dixi domino, deus meus es tu.
* *quoniam bonorũ meorũ non eges.* Ioan. 17
2 *Sãctis qui sunt in terra eius:*
* *mirificauit omnes voluntates meas in eis.*
3 *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum,*
postea acceleraueru̇t.

& egere gloria Dei, ſicq; omnes conſequerentur miſericordiam. 4 Et ego (qui veni vocare peccatores ad pœnitentiam) venientes vndecunq; ab infirmitatibus ſuis, benignè colligam: neque tamen eorum conuenticula aut ſynagogas aut collectiones congregabo de ſanguinibus: hoc eſt, ad immolationem ſanguinis quorumcunque animalium, hircorũ aut vitulorum, aut etiam hominum (quemadmodum ad huiuſmodi, ſiue propter huiuſmodi immolationes faciendas, erant Iudæorum atq; gentilium conuentiones) ſed in Eccleſiam nouam, vbi erit ſacrificium omnibus & Iudæorum & gentilium ſacrificiis excellentius, congregabo eos: *neque quales ante conuerſionem fuerint in idololatriis atque vitiis ſuis vltra rememorabor per labia mea, poſtquã ſeſe ab eiuſmodi vanitatibus ad veritatem conuerterint: neque eis vnquam improperabo quid fuerint, ſed erunt coram me priora omnia in obliuione, proiiciámq; poſt tergũ meum omnia peccata eorum, & iniquitatum eorum vltrà nõ recordabor. 5 Dominus Deus pater meus ipſe eſt portio mea hæreditaria, & tota hæreditas mea: & ipſe eſt portio calicis mei, hoc eſt, tota pars mea ſimul & eorum qui credunt mihi, quem ex pecto, quem ſolũ deſydero in mercedem & gaudiũ omniũ electorum meorum. Ipſe enim cùm ſit omne bonũ & perfectiſsima bonitas, ſufficientiſsima eſt hæreditas, abundéq; ditare potens omnes electos, eósq; pleniſsimè reddere beatos: *tu es ô pater cœleſtis, qui me meósq; pertingere facies ad hæreditatem meam, id eſt, ad poſſeſsionem cœleſtis regni, à quo ſecundum humanitatis formam ego factus fuerã velut extraneus, & à quo mei fideles per peccata fuerant facti alieni. Ad hanc autẽ hæreditatẽ, per reſurrectionis gloriã, & me & fideles omnes mecũ reduces. 6 Funiculi diuiſionis mihi in præſtantiſsimis & optimis partibus ceciderunt: hoc eſt, mihi in partem hæreditariam obuenit, quod eſt omniũ præſtantiſsimum: *nam hæreditatẽ meam (quæ eſt Deus meus, eiúſq; regni poſſeſsio) ego pretioſam atque præclariſsimam reputo, præ omnibus quæcunque ſunt in cœlo vel in terra: neque quicquam omnium, cum hac ſorte mea ego arbitror poſſe comparari. 7 Gaudeãt proinde alij in ſuis ſortibus & hæreditatibus quas eligũt: alij quidẽ in diuitiis, alij ĩ honoribus, alij in voluptatib⁹, alij in aliis: has ſibi hæreditates obtigiſſe gaudeant. Ego certè, qui noui quàm ſit præclara hæreditas

4 Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus:
Rom.11
Rom.3
Matt.9
**necmemorero nominũ eorũ per labia mea.*
Ezec.18
Eſa.38

5 Dominus pars hæreditatis meæ: et calicis mei:
**tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi.*

6 Funes ceciderunt mihi in præclaris:
**etenim hæreditas mea præclara eſt mihi.*

7 Benedicã dominũ qui tribuit mihi intellectum,

F ditas mea (quæ eſt poſſeſsio ſummi boni) laudans ac gratias agens benedicam Deũ, qui me meósq; inſtruxit, & intelligere fecit pretium hæreditatis huius præſtantiſsimæ: *inſuper & vſq; ad noctẽ in oratione, confeſsione, & gratiarũ actione perſeueraui, ita vt me increparent, & veluti arguerent vigilias protrahentem, exhauſti nimiis vigiliis renes mei, veluti conquerentes ſubtrahi corpori debitũ ſomnum, ſibiq; cõgruum vigorem, qui in ſomni tempore potiſsimum comparatur: quemadmodum oculi increpare ſolẽt nimiũ vigilias protrahentes, veluti debitam requiem expoſcentes. 8 Neq; mirum ſi in oratione & benedictione ita perſtabam, quãdoquidem Deum patrem meũ conſpiciebam ſemper vt preſentem, & quaſi ante oculos meos poſitũ, qui nunquã me relinquit ſolum: *quoniam à dextris mihi ſemper aſsiſtit, veluti paratus in auxilium, ne vnquam veniam in caſum vel cõturbationẽ, ſiue peccati, ſiue mortis. Diuinitas enim humanitatem nunquã deſtituit, ſed adfuit ſemper eam cuſtodiens, ne in vllum malũm vel peccati vel etiã nocumẽti alterius, extra tempus prædefinitum & præordinationẽ æternã, poſſet ipſa per fragilitatem incidere. 9 Propter hanc autẽ patris mei iugem preſentiã & indeficientẽ aſsiſtentiã, lætatus ſum in ſpiritu meo, atq; etiã exultaui in laude & gratiarũ actione per linguã meam, etiã ore benedicendo tam benigniſsimum patrem meum: *ad hęc, cùm venerit tempus dormitionis meæ vt ponã à meipſo paululũ animã meam, requieſcet etiam tum ſine vllo corruptionis periculo corpus meum (ab anima licet ſeparatum) in ſpe certa paulopoſt futuræ reſurrectionis ſuæ, atq; cũ anima iterandæ cõiunctionis. 10 Certus enim ſum, quòd præſentia diuinitatis tuæ, ô pater (quæ ſemper adeſt mihi à dextris) non derelinquet animã meam in inferno, ad eũ modũ quo maligni ſpiritus atq; dãnati in profundo eius detinẽtur: neq; item in lymbo inferni demorari aut detineri permittes, quẽadmodũ patrũ priorũ ſpiritus illic vſq; in tẽpus redẽptionis concluſi ſeruabãtur: *neq; iterũ ex altera parte (nẽpe ex parte corporis) patieris me filiũ H tuũ, quẽ ſanctificaſti tibi in vnctione ſpiritus tui abſq; mẽſura, vllã experiri corruptionẽ, ſiue putrefactionẽ: quẽadmodum cæterorũ mortuorũ corpora ſolent mox poſt animæ à corpore ſeparationẽ, in putredinẽ reſolui. Diuinitas enim in mortis triduo & corpori, & animę (quãquã abinuicẽ ſepara-

inſuper et vſq; ad noctem increpuerunt me renes mei.
8 *Prouidebam Dominum in cõſpectu meo ſemper:*
* *quoniam à dextris eſt mihi, ne cõmouear.*
Ioan.16
9 *Propter hoc lætatũ eſt cor meũ & exultauit lingua mea:* **inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.*
Ioan.10
10 *Quoniã non derelinques animã meam in inferno:* **nec dabis ſanctũ tuum videre corruptionem.*

tis)semper manens vnita,vtrumque inhabitando custodiet, ad faciendã post tridui tẽpus præuisam adinuicẽ reunionẽ quæ sicut animã ab inferno,ita corpus reducet à sepulchro.

11 Demõstrasti mihi primo omniũ,quasi primogenito mortuorum, viam vitæ,reditum videlicet à morte ad vitã:quãdo me à morte feciſti ad glorioſam vitã reſurgere,vt eſſem primitiæ dormientium,& cæteris omnibus in me credituris autor fierem reſuſcitationis ipſorum: quam ſanè viã præter me alius nemo inuenire potuit vnquam: * reſuſcitatũ verò & ad vitã reuocatũ me Chriſtũ hominẽ, per glorificationẽ & exaltationem pleniſsimè implebis atq; ſatiabis immenſo gaudio,& lætitia ineffabili,in aſpectu vultus tui: *eritq; mihi pleniſsima iucunditas & delectatio ſempiterna in exaltatione ad dexterã tuam,in æqualitate gloriæ tuæ,in cõmunicatione & fruitione bonorum omnium,quæ in te exiſtunt.

11 Notas mihi feciſti vias vitæ: Apoc.1

** adimplebis me lætitia cum vultu tuo:* **delectationes in dextera tua vſq; in finẽ.* 1.Cor.15

ANNOTATIONES IN *Pſalmum decimumquintum.*

VERSV primo, Quoniam bonorum meorum nõ eges. A Nouiſsima illa coniunctio quoniam,poteſt cõtinuari ſecundum ſententiã cum primo verbo,Cõſerua:iuxta quem modum in Elucidatione accipitur,ſicq; cauſalitatis eſt indicatiua,vt quaſi cauſam aſsignet filius,ob quam à patre petat cõſeruari.Et quanquã cauſa vera non ſit plenè expreſſa,intelligitur tamen vt affirmatio ſub negatione,quomodo etiam in annotationibus Pſalmi hunc proximè præcedentis oſtendimus.Sub eo enim quod expreſsè dicitur, Bonorum meorum non indiges,tacitè intelligitur ſecundum affirmationem oppoſitam)ſed ego cum meis,bonorum tuorũ indigemus:quod lectio Hebræa apertè exprimit,habens hoc in loco,bene non eſt mihi ſine te,vt vertit ſacer Hieronymus.Poteſt & continuari dictio illa quoniam,cum verbo proximo, dixi:vt cauſalitatis nota non ſit,ſed tantum cõnexionis ſiue continuationis,ad hunc ſenſum,Dixi domino,Deus meus es tu,ita vt bonorum meorum non indigeas. Verſu ſecũdo, Mirificauit omnes volũtates meas in eis. Videtur pronominis repetitio in fine verſus,aliquantulã incõmoditatẽ & obſcuritatẽ adferre ſermoni:ſimul & perſonæ mutatio de ſecunda ad tertiam,cùm tamen tota oratio ad patrem dirigatur. Clarius enim diceretur,In ſanctis qui ſunt in terra tua,mirificaſti omnes voluntates meas.Sed neutrum in ſcripturarum (maxi

(maximè Propheticarum) vſu,incognitum vel incõſuetum eſt,vt quenquã iſta quaſi noua aut inſolita debeant turbare. Nã de pronominis repetitione,iam in annotationibus Pſalmi 10. meminimus, & forſitã poſterius pluribus in locis admonebimus.Perſonæ autẽ cõmutatio,nuſquã nõ eſt obuia ſcripturarum lectoribus.Verſu tertio,Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum. Contulit nõnihil gentibus in Chriſti aduentu,quod earum infirmitates fuerant multiplicatæ,quòd excreuerant vſq; ad ſummum,infidelitates,idololatriæ,&c. vitia in eis. Tanto enim facilius erat eis conuerti à fœditate paternæ vanitatis,& agnitam veritatem ſuſcipere.Iudæorum autem populus,quoniam vſq; adeò non erant ipſius infirmitates multæ vt gentium,ideò nõ ſic acceleraſſe ad Chriſtũ vt illi.Dicebant enim,ſe eſſe vnius Dei cultores,legis diuinæ obſeruatores,paternarum traditionũ ſectatores: nec agnoſcebant opus ſe habere medico,quoniã non excreuerant ſic infirmitates eorũ vt facilè ſentirent. Ideò non acceleraſſe ad medicum Chriſtum. Quemadmodũ is qui leui tantum infirmitate languet, ita vt morbũ non vehemẽter ſentiat,non curat de requirendo medico,quoniam ſe nõ ſentit illo habere opus.Cuius autem infirmitates multiplicatæ ſunt atq; inualuerunt, vt facilè ſentit infirmitatem,ita medicũ libenter ſuſcipit, imò requirit.Atq; id etiam hodie in pleriſq; videmus,qui in ſe cõfidunt tanquã iuſti,cũ reuera infirmi ſint & periculosè laborantes: ad medicũ tamẽ nõ accelerant,quoniam non vſq; adeò multiplicatæ ſunt eorũ infirmitates,neq; adeò incruduerunt,vt eas valeant ſentire: & ideò nõ intelligũt opus ſe habere medico,cuiuſmodi erãt C Scribæ & Phariſæi,ſuntq; etiã hac tempeſtate plurimi.Sunt verò alij,qui poſtquam in profundum vitiorũ & in extremã inſaniam deuenerunt,iam incipiunt ſuã fœditatẽ agnoſcere,& ſibiipſis diſplicere propter fœditatẽ in qua ſe inueniũt, cũ ad ſeſe diuino reſpectu deflectunt oculos.Itaq; fit,vt huiuſmodi non rarò ad Deum, cognita ſuarũ infirmitatũ magnitudine,accelerent:tanto ardentius, quanto turpius longiúſq; à Deo aberrauerant,& ,iuxta Prophetæ verbũ,quantum à Domino abſceſſerant, decies tantùm iterũ conuertãtur ad illũ,in toto corde ſuo. Atq; hinc eſt, quòd in Apocalypſi Dominus frigidos præelegit tepidis,dicens.Vtinã calidus eſſes aut frigidus: quaſi hoc optandi modo indicans,

Baruc 4

Apoc.3

nonnullam ſpem eſſe reliquam frigidis. Tepidos autē poſt-
ponit,ſubiungens,Nunc autem,quia tepidus es,incipiam te
euomere ex ore meo.Nolūt enim huiuſmodi tepidi ad ignē
Heb. 12 conſumentē (qui Deus eſt) accedere:quoniam ſatis ſe calere
arbitrantur, cum omnino non caleant, ſed tepeant. Rectè
itaq; hoc in loco dicitur,quod poſt multiplicatas infirmita-
tes accelerauerunt electi Dei. Nonnulli autē de corporali-
bus infirmitatibus,vexationibus, & afflictionibus præſentē
Eſai. 28 verſum exponūt:quoniā ſcilicet vexatione dante intellectū,
plurimi ad Deum ſeſe conferunt ardentius.Quæ ſententia
neq; mala foret neq; improbanda,ſi tantum inueniri poſſet
cum reliquo Pſalmi contextu bona connexio:quod forſitan
fieri poſſet, ſi diceretur, de perſequutionibus & afflictioni-
bus electorū in primitiua Eccleſia fieri ſermonē. Nam hos
cōſtat tanto magis ad Deū acceleraſſe,tāto fidelius,plenius
atq; intimius ſeſe ad Deū conuertiſſe,quanto magis affligē-
bantur exterius. Verſu quarto.Nec memor ero nominum p
eorum per labia mea.Eandem habet intelligentiā cum illo
Pſal. 9 quod in Pſalmo 9.ſupra poſitum eſt,Increpaſti gentes,& pe-
riit impius:nomen eorū deleſti in æternum & in ſeculū ſe-
culi,ſecundū expoſitionem quam inibi aſsignauimus. No-
tandū autem,quod dicit,Non recordabor nominū eorū per
labia mea:non autē dicit,ſe non recordaturum illorū:quem
admodū illo etiam in loco non dicit, Deleſti eos,ſed nomē
eorum deleſti:nomen ſcilicet vetus,appellationes antiquas,
quas ſub Diaboli ſeruitute tenebāt.Nam(vt Apoſtolus ait)ſi
2.Cor.5 qua in Chriſto noua creatura,vetera tranſierunt, facta ſunt
Apo. 21 omnia noua.Et in Apocalypſi,ipſe Dominus qui ſedebat in
throno,ait,Ecce noua facio omnia.Quod ſi omnia innoua
ri debēt in fidelibus,nomē etiā cōuenit innouari.Nā & prin
cipes gentium,eorum quos aliunde in ſuam ſeruitutem aſci
ſcunt, nomina commutant & innouāt:quemadmodū legi-
mus de filiis captiuitatis,Danīele,Ananía,Azaria,Mizaële,
quos ex Iudæa tranſtulerat rex Nabuchodonoſor: quorum
nomina cōmutauit Eunuchorū præpoſitus, ſub cuius cura
Daniē.1 fuerant traditi imponens Danīeli nomē Balthaſar:Ananiæ,
Sidrac, Azariæ, Miſac, Mizaëli, Abdenago. Quantomagis
omnipotens omnium Dominus nomine nouo appellabit
ſeruos ſuos,nec recordari volet veterū nominum per labia
Epheſ.4 ſua? Deniq;, qui veterem hominē vult exui & expoliari cū
actibus

actibus ſuis,quomodo nomē vetus patietur? Cōuenit enim
nouo homini,nomen nouū. Non recordabitur igitur Deus Coloſ.3
E nominum illorū veterum,per labia ſua. Verſu quinto,Do-
minus pars hæreditatis meæ,&c. Nonnulli hæreditatē hoc
in loco intelligunt ſanctā Eccleſiam,hunc ſenſum aſsignā-
tes.Dominus pars & ſors meorū fidelium,quę eſt hæreditas
mea.Iuxta illud quod in 2. Pſalmo dicitur, Dabo tibi gen- pſal.2
tes,in hæreditatem tuam.Sic item quod ſequitur,Pars cali-
cis mei,ſecundū hunc ſenſum exponunt.Dominus pater eſt
merces & præmiū paſsionis meæ.Nam per calicē ſatis fre-
quens eſt in ſcriptura noui Teſtamenti paſsionē ſignificari.
Nos tamen(abſq; horū præiudicio)longè aliū ſenſum aſsi-
gnauimus,qui nobis videtur germanior,& vſu Eccleſiaſtico
conformior.Solet enim ex Epiſcopali iniunctione & Eccle
ſiaſtica inſtitutione, verſiculus iſte recitari ab iis qui inſi-
gniuntur charactere clericatus, atq; in clericos cōſecrātur:
id eſt,in partē vel ſortē Domini.Hinc enim habent vt cleri-
ci vocentur,id eſt,de ſorte Domini,vel ſortē partémq; ſuam
hæreditariā habentes Dominū. Hanc autē noſtrā ſententiā
(quæ nobis videtur germanior) in Elucidatione ſatis clarè
lucidéq; explanauimus.Illud tamen aduertendū eſt, ſecun-
dum hanc noſtrām expoſitionē,patem hęreditatis dici quaſi
partem hæreditariā. Quæ acceptio nec à communi loquen-
tium vſu eſt aliena.Solent enim vulgò dicere homines,Hęc
eſt portio hęreditatis meæ,cùm demonſtrare volunt ſuā hę-
reditāriam portionem.Verùm hoc loco forſitan quærat ali- Lucæ 15
quis: quonam pacto fieri poſsit,vt filius aut fidelis quilibet
dicat Deū eſſe partem ſuæ hæreditatis? Nemo enim poteſt
Deo ſeruire & mammonę,neq; duobus dominis.Neq; pa-
titur ipſe partitionē ſecum cuiuſcunq;:ſed vult ſe eſſe totam
F inſolidum hæreditatem eius cui ſe in hæreditatem dederit,
totum cor expoſcit, alienum amatorē ſecum nō patitur, ex
toto corde vult diligi. Quomodo ergo nunc pars dicitur
hæreditatis,& non potius tota hæreditas?Videtur enim hęc
adinuicem repugnare, pars hæreditatis, & tota hæreditas.
Quæſtionem iſtam,ex iis quæ præmiſſa ſunt aduertenti ani-
mum nō fuerit difficilè diſſoluere. Nō enim repugnant ad-
inuicem,tota hæreditas mea,& pars hæreditatis meæ, cum
iuxta prædictū modum accipimus partem hæreditatis pro
portione hæreditaria:imò coincidunt magis: id quod in ſi-

mili facile fuerit patenti exemplo declarare. Nã proles quæ paternam accipiunt hæreditatẽ, facta diuisione, vbi singulis fuerit assignata sua portio, rectè possunt singulæ dicere, hæc est pars hæreditatis meæ, singulis totum quicquid in hæreditatẽ sibi obuenit demonstrantibus. Vocat enim vnusquisq; partem suæ hæreditatis, totum hoc quod accipit: cum non amplius aliquid de hæreditate habeat, quàm totũ quod demonstrat, sed quia ex tota paterna hæreditate per diuisionẽ illi hoc obtigit, cæteris cohæredibus alia sibi vendicãtibus. Atq; ita secundũ hanc cõparationem, vocant fideles partem hæreditatis suæ Dominum: quoniam in hoc mundo, dum alij sibi honores eligunt, alij diuitias, alij mundanam sapiẽtiam, alij delitias, ipsi sibi Dominũ Deum in suam portionẽ accipiunt cum gaudio, libentissimè illis dimittentes suas quas elegerũt vanitates, modo ipsi suũ possint adipisci electum, illúmq; tenere imperpetuũ. Vnde & alio in loco dicit
Psal. 72 Psalmista: Quid enim mihi est in cælo, & à te quid volui super terrã? Deus cordis mei, & pars mea, Deus in ẽternũ. Mihi autẽ adhærere Deo bonũ est, ponere in Domino Deo spem
Psal. 141 meam. Et alibi, Dixi Domino, Deus meus es tu, portio mea
Num. 18 in terra viuentiũ. In lege quoq; Dominus loquitur ad Aarõ, dicens, In terra eorũ nihil possidebitis, nec habebitis partẽ inter eos. Ego pars & hæreditas tua, in medio filiorũ Israël. Vbi manifestissimum est, partẽ pro hæreditate vel hæreditaria portione vsurpari: quod in aliis quoque scripturarum passibus, admodum vsitatum est. Patet itaque nullum in supradicta nostra expositione inesse incommodum, eámq; cõformem esse vsui scripturarũ. Versu eodem, Et calicis mei. Quod autem mox subiungitur de parte calicis, idem valet,
Psal. 74 quod pars hæreditatis. Calix enim in scripturis frequenter
Apo. 14 paratam retributionem significat: quemadmodum cum dicitur, Calix in manu Domini. Et in Apocalypsi, Bibet de calice iræ Dei, id est, de tetributione indignationis eius, qua impiis retribuet secundũ opera sua, condigna præmia. Vnde pars calicis rectè dicitur sors retributionis diuinę, id est, ipsa merces quæ ex Dei retributione expectatur. Accipiúrque tam in bonam partem, quàm in malam, quemadmodũ merces & retributio ad vtranque partem spectant. Hoc autem in loco sumitur in bonam partem, pro retributione scilicet fœlicitatis æternæ, quemadmodum & in sequentibus,

Psalmo XXII. Calix meus inebrians, quàm præclarus est. Psalm. 22
Sed in Psal. x. cum diceretur, Ignis sulphur spiritus procellarum, pars calicis eorum, in malam partem fiebat acceptio: Psalm. 10
id est, pro retributione damnationis æternæ, quemadmodũ
H illo in loco explanauimus. Versu eodem, Tu es qui restitues hæreditatem meam mihi. Rectè Christus patri dicit de Hiere. 14
restitutione hæreditatis. Per humilitatẽ enim carnis, & se- Matth. 15
cundum formã serui de sinu patris descendẽs, exiit (quasi co Lucæ 8
lonus futurus) in terram, vt seminaret semen suum: factusq;
est velut peregrinus & extraneus (secũdum eam formam) à
præsentia diuinitatis. Confidit tamen, à patre sibi restituendam suam hęreditatem: quoniam per passionem & resurrectionem se nouit, etiam secundũ formam serui, assumẽdum
in dexteram patris. Valde autem accõmodè hanc partem dicere possunt fideles Christi membra, suo capiti, vt ille eam
dixit suo patri. Propter Christi enim amorem, huius mundi
pompam, gloriam, deliciasq; spernunt, & abiiciũt vniuersa,
quo Christum sibi valeant in solidã & certam hæreditatem
comparare, dicentes cum beato Petro, Ecce nos reliquimus Matth. 19
omnia, & sequuti sumus te: id est, omnes partes, omnes hęreditates, omnia quæ sunt in mundo abnegauimus, & te præ
omnibus elegimus in partẽ & hęreditatem nostram te vno
contenti, & extra te nihil quærentes. Hi enim confidenter
subiungere possunt, ac dicere Domino, Tu es, qui restitues
nobis hęreditatẽ nostram quã spreuimus. Pro tẽporali enim
ob tuum amorẽ contempta, reddes nobis æternã: pro corruptibili & mox peritura, immarcesibilem & nunquam perituram. Versu sexto, Funes ceciderunt mihi in præclaris.
Sumpta est hæc metaphorica loquutio à diuisione sortium,
quæ per funes siue funiculos solet fieri. Vnde Psal. LXXVII. Psal. 77
dicitur dominus filiis Israël sorte diuisisse terrã expulsarum
gentium, in funiculo distributionis. Et frequenter admodũ
de hac funiculi mensuratione, fit in scripturis mẽtio. Quomodo igitur ille cui in distributione terrę alicuius obtigerit
terra pinguior longéq; præstantior portionibus cæterorum
qui pariter acceperunt & ipsi funiculo distributionis partes
suas, quomodo (inquam) ouans ac gestiẽs iste dicere poterit,
funiculos sibi cecidisse in præclaris: id est, distributionis funiculo sibi præstantem atq; insignem hæreditatẽ obtigisse,
sic & in proposito Christus dominus de paterna hæreditate

(maximè etiam pro ſuis mẽbris) gloriatur: debemus quoq; & nos ſinguli gloriari in parte iſta, ac dicere q̃ verè in præclaris, verè fœliciter nobis ceciderit funiculus: id eſt, q̃ fœlix portio obtigerit nobis, quòd præclaram partem nacti ſimus, quam non velimus cõmutare vlla aliena hæreditate: id eſt, nullis diuitiis, nullis honoribus, nullis voluptatibus quãtumuis maximis. Sic ecõtrario miſeri & cęci voluptatũ mũdiq; amatores, clamãt, in præclaris ſibi cecidiſſe funes, & habent ſuam hæreditatẽ præclaram, ſuam portionem ſtupidiſſimè ac ſtolidiſſimè iactantes, dum abundè ſe beatos putant ſuis diuitiis, ſuis deliciis, ſuis honoribus. Reipſa tamen ſatis oſtendunt, quàm non ſit ipſis præclara ſua hæreditas: quãdoquidem illorum affectũ minimè valẽt adimplere quæ poſſident, reputántq; minimũ ſemper, imò velut nihilum, quod habent, cum infinito plura & maiora cupiãt: quod profectò non facerẽt, ſi id quod aſſequuti iam ſunt, verè præclara eſſet hæreditas. Sed oſtendit vel luce clarius hæc tam grandis inſufficiẽtia, támq; inexplebilis egeſtas, quàm ſit paupercula, tenuis, & macra præter dominũ omnis hæreditas. Simul & illud euidẽtiſsimè monſtrat, impudẽter mentiri omnes, qui præter dominũ vllam iactant hæreditatem præclaram. Atq; hæc quidem, præſentis loci ſententia eſt. Cæterùm, quantum ad ſermonis commodum, dubium videtur, quid ſibi velit illud, in præclaris. Apparet enim, hanc dictionem per ſeſe non poſſe efficere completam ſententiã. Soluitur autem hęſitatio, vel ſubſtantiuè accipiẽdo præclara, vel intelligẽdo ſubſtantiuum partibus, aut hæreditatibus, aut rebus. Præſtat tamen ſubſtantiuè accipi, vt tantundem valeat in præclaris, ac in iucũdis, in amœnis, in elegãtibus, quomodo vertit Felix. Beatus autem Hieronymus, in pulcherrimis. Pro ſecũda autẽ parte, Etenim hęreditas mea præclara eſt mihi, vertit beatus Hieronymus, Et hęreditas ſpecioſiſsima mea eſt: alii, hęreditas præclara vel pretioſa eſt mihi. Chaldaica tranſlatio, Sed & hęreditas mea cõplacuit ſuper me. Quę omnia lectionem noſtrã atq; ſententiam elucidant. Verſu ſeptimo, Increpuerunt me renes mei. Sicut oculi cũ nimiũ vigilias protrahimus, quaſi per modũ aliquem nos increpãt & affligũt, veluti debitã ſomni requiẽ expoſcẽtes: ita hoc in loco de renibus dicitur, qui vigiliis immodicis maximè exhauriũtur, ſuóque vigore fraudantur. Propter quod à Sapiente dicitur,

Vigil

Vigilia honeſtatis tabefaciet carnes. Et priſci illi patres, qui Eccleſ. 31
C omne ſtudiũ adhibebant edomandis carnis libidinoſis affectibus (quorũ ſedes in renibus, ſiue in lumbis eſt) vigiliis immodicis maximè vacabãt, ita ſeſe arbitrantes carnẽ optimè in ſeruitutẽ ſpiritus ſubigere. Poteſt verò iſta renũ increpatio & aliter accipi, vt per renes intelligamus affectiones ſiue deſideria, quomodo nonnunquã ſolent in ſcripturis accipi: veluti cum dicitur, Deus renum & cordium ſcrutator, id eſt, Pſalm.7
affectionum & cogitationum. Secũdum autem hunc modũ increpant nos renes noſtri vſq; ad noctem: quoniã affectiones piæ & bona deſideria ſanctorum, quibus ſatagũt gratos ſeſe demonſtrare erga Deũ, non ceſſant extimulare & inuitare ad laudem & gratiarũ actionem, neq; otioſos eſſe permittunt: & quantũuis oratio aut gratiarũ actio fuerit protracta, vix tamen patiuntur, vt fiat ceſſatio, ſed ad ampliora ſemper prouocant & impellunt. Facit enim hoc infidelibus pia grati animi erga Deum affectio, vt nũquam ſibi videantur feciſſe ſatis, ſed ad maiora ſemper aſpirẽt, quaſi antè nil fecerint. Quemadmodũ ex aduerſo, in quibus non eſt debita erga Deũ cordis affectio, hi vbi vel labia ſua in oratione aut gratiarũ actione aperuerint, vel genua tantũ poſuerint, iam abũdè multa ac magna feciſſe ſeſe exiſtimãt. Alii verò, Rom.9
renes Chriſti dicũt eſſe Iudæos, ex quibus (vt ait Apoſtolus) ſecũdum carnem Chriſtus natus eſt, ſicq; renes (id eſt, populum ipſum ſuum de quo natus eſt) dicunt eũ increpuiſſe vſq; ad noctem, quoniam vſque ad mortem illũ perſequuti ſunt. Verùm hæc ſentẽtia, nec cõnexioni ſatis conſonat, quam in Elucidatione monſtrauimus, neq; vſquam puto in ſcripturis poſſe reperiri, vbi renes alicuius dicãtur ipſius cõſanguinei, vel illi de quibus quis progenitus eſt. Verſu octauo,
D Quoniam à dextris eſt mihi ne cõmouear. A dextris eſſe dicimus eum qui in auxiliũ paratus nobis aſsiſtit. Vnde in alio Pſalm.108
Pſalmo, Qui aſtitit à dextris pauperis, vt ſaluã faceret à perſequentibus animã meam. Et alibi, Dominus protectio tua, Pſalm.120
ſuper manum dexteram tuam. Alii verò per dexteram intelligunt propitiationem & fauorẽ, vt eſſe alicui à dextris, ſit illi eſſe propitium atq; bene fauentem. Quod non omnino malè propoſito quadrat, neq; ab altera expoſitione multùm diſſonat: quoniã Deus, ſuæ propitiationis clementia & benigno reſpectu, auxiliũ nobis & protectionẽ impendit. Verſu

su decimo, Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Nomen sanctum, quidam accipiunt genere neutro, intelligentes corpus sanctũ: sed obstat in Græca lectione articulus masculini generis. Habẽt enim Græca τὸν ὅσιον, id est (genere masculino) ipsum sanctum. Sed & ex Hebræo interpretes masculino genere sanctum aut misericordem vertunt. Accipiendum proinde est secundum synecdochen, vt de toto pro parte sermo fiat. Quemadmodũ enim in priori parte de anima fit mentio, sic in secunda de corpore. Quantum verò ad tres istos versus nouissimos, notandum est, quamuis peculiariter in Elucidatione aptati sunt personæ Christi, posse tamen cõmodissimè ad vniuersos etiam fideles extendi. Neq; enim fidelium animæ in inferno derelinquentur, cruciandæ imperpetuum, vt animæ impiorum: neq; corpora omnimodam experiẽtur corruptionem, absq; spe restitutionis & resurrectionis: quemadmodum corrumpuntur penitus corpora iumentorum: sed nota fiet eis, atque reserabitur via vitæ, per resurrectionem à mortuis, postquàm adimplebuntur lætitia in aspectu Deitatis, in dextera illius, in sorte electorum Matth. 25 & beatorum, quos (vt Euangelicus sermo demonstrat) ad dexteram cõstituet iudex, vbi ad remunerationem aduenerit. Nam in sinistra (quæ hœdorum erit locus) non delectationes erunt, sed cruciatus & tormenta æterna.

DECIMI SEXTI PSALMI ARGVMENTVM.

EX TITVLI *indicio fit manifestum, hunc Psalmum formam esse orandi. In quo vir fidelis bene sibi conscius, innocentiam atq; iustitiam suam multis modis probatam proponens, petit sibi à Deo iustorum Saluatore contra iniustè aduersantes fieri iudicium, sicq; in iustitia stabiliri, vt nũquam illorum prauitate moueatur à via recta, Deumq; in hoc orat mirificare misericordiam suam, vt se quasi pupillã oculi custodiat, protegatq; sub alis misericordiæ & omnipotentiæ suæ, vt nocumentum nullum sustineat à persequentibus. Quorum crudelitatem (quo exaudibilior fiat oratio) versibus tribus, nempe decimo, vndecimo, & duodecimo patenter aperit: ac deinde Diuinum postulat auxilium, nouissimè versu decimoquinto, illorum condemnationem per imprecationis modum prædicens & ab electis separationem, pro eo quòd in hac vita illis quæ Deus non probat fuerint satiati, & omnium temporalium bonorum abundantia fuerint abusi: se verò hoc in tempore peregrinationis esurientem, cum apparebit gloria Domini, sperat beatitudine æterna in aspectu diuinitatis satiandum.*

DECIMI SEXTI PSALMI ELVCIDATIO.

F ATTENDE domine ad meam iustitiam, in qua (te teste, simul & attestante mihi conscientia) sedulò studeo coram te conseruari: meam innocentiam considera, quòd aduersum inimicos nihil peccauerim: * & considerata innocentia atque iustitia mea, benignus intende ad exauditionem orationis meæ, qua te deprecor pro mea ab inimicis liberatione. 2 Aures tuas, Deus piissime, auditúmque benignum exauditionis tuæ accommoda orationi meæ, quam coram te fundo corde syncero & integro mineméque ficto aut simulato, non aliud ore loquens, quàm corde retinens. 3 A conspectu vultus tui (quo omnia conspicis, ac peruides humanarum actionum singula) procedat G prouentátque mihi iudicium, contra aduersarios meos, qui mihi iniustè sunt molesti: * oculi cognitionis tuæ & benignus aspectus tuus aspiciant veritatem & iustitiam, qua me innocentem ex tua gratia confido: vt pro me iustitiam contra iniustè aduersantes proferas (me liberato, illis verò fugatis) iustam sententiam. 4 Neque verò innocentia mea, quam propono ad exauditionem impetrandam, te latet, eamque nec vanam nec falsam esse, tu nosti. Siquidem spiritum meum & conscientiam cordis mei tu probasti: inque variis tentationibus probatum comperisti, & visitasti ad probationem maiorem etiam in nocte aduersitatis, in tristibus tenebris aduersitatum, quando mihi lucis atque præsentiæ tuæ subtracta videbatur consolatio: * tribulationibus quoque variis & afflictionibus, sicuti in fornace ignis probatur aurum, ita me quoque examinatum & probatum reddidisti, & in omnibus perseuerantem me in iustitia conspexisti, atque ab omni iniquitate peccati sollicitè declinantem: sic vt nullis tentationibus nullisque tribulationibus à iustitia potuerim dimoueri, confortatus gratia tua. 5 Vsqueadeò autem ab omni iniquitate cauí, vt non solùm opere non peccarem, verumetiam nec ore loquerer opera hominum, id est, quæ mala sunt & noxia. Hęc enim sunt opera hominum, mendacium, vanitas & peccat

1 *Exaudi domine iustitiã meã:*

* *intende deprecationem meam.*

2 *Auribus percipe orationẽ meã: nõ in labiis dolosis.*

3 *De vultu tuo iudiciũ meum prodeat: * oculi tui videant æquitates.*

4 *Probasti cor meũ, & visitasti nocte: * igne me examinasti, & nõ est inuenta in me iniquitas.*

5 *Vt non loquatur os meũ opera hominum:*

* *propter verba labiorũ tuorum ego custodiui vias duras.*

Genes. 8 Matth. 7

6 *Perfice gressus meos in semitis tuis,*

* *vt nõ moueantur vestigia mea.*

7 *Ego clamaui, quoniã exaudisti me deus: *inclina aurem tuã mihi, & exaudi verba mea.*

8 *Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te.*

9 *A resistẽtibus dexteræ tuæ custodi me:*

* *vt pupillam oculi.*

peccatum,* propter sermones sanctos tuos: propter præcepta tua æquissima, quæ tu quasi per labia tua distinxisti, nobisq; obseruanda districtè præcepisti, ne ipsa (inquam) in vllo transgrederer, ego obseruaui diligẽter, & sollicitè custodiui vias iustitiæ & virtutis: quæ sanè (propter homini inditam corruptionẽ, & sensum hominis ab infantia & origine pronum ad cõtraria virtuti) arctæ & angustę sunt, dureq; ac difficiles, ita vt pauci admodum sint qui illas inueniãt aut perambulare velint, pluribus vias latas molles ac spinosas, quæ in perditionem ducunt, percurrẽtibus. 6 Verũtamen, quia absq; tuo auxilio non potest homo in sua perseuerare iustitia, tuam misericordiam inuocare cogor, orans, vt perfectos facias gressus meos in istis iustitię semitis, vtq; in finẽ vsque perseuerare me facias in illis:* ne fortè vllo vnquam tẽpore contingat vestigia gressuum meorum, actiones vitæ meę moueri & exerrare à viis illis duris, illisq; relictis in vias latas ac seculari animo suaues deuenire, quemadmodũ (proh dolor) nõ paucis euenire cõspicio. 7 Fidẽter autẽ clamo ad te, neq; metuo postulare quicquam eorũ, quæ mihi ad salutem necessaria cognouero, quoniam exauditionis tuæ gratiam frequẽter sum expertus:* & nunc domine solita pietate flectere ad orationem meam, & exaudi dignanter verba orationis meæ 8 Mirabiles ostende misericordiæ tuas, & magnos demonstra effectus consuetæ misericordiæ tuæ, ô Deus Saluator omniũ in te vero corde confidentiũ. Omnino enim necesse est, vt mirabilem exhibeas, atq; demonstres misericordiam tuam, in electorum tuorum saluatione, quoniam nisi maxima miseratione salus illis nõ posset cõtingere: neque in finem vsq;, nisi tua iugiter miseratione adiuti, possent persistere in viis tuis, maximè tot vndiquaq; inimicis circũdantibus, & à viis tuis abducere eos modis omnibus cupientibus, atq; conantibus. 9 Serua me Deus, & custodi ab aduersariis meis, diabolis, & hominibus malis, qui resistũt virtuti omnipotentiæ tuæ, quærentes impedire, quæ tu vis fieri bona, quę verò tu non vis, mala, sollicitè conantes promouere: * ab his (inquam) tu me dextera tua sic custodi, & serua diligentissimè, assidua tua protectione, quemadmodũ in corpore pupilla oculi proui lętia naturæ sollicitissimè custoditur, per continuum pelliculæ operculum, quod ipsam pupillam ab omni nocumento iugiter defendit, ne alicunde

læsion

læsionẽ valeat recipere, aut quodlibet nocumentũ. 10 Quo modo gallina sub alis suis pullos defendit ab auibus rapacibus, ita me quoq; sub alis tuis, subq; scapulis fortitudinis, atque protectionis tuæ, protege ab impiis aduersariis meis, qui me grauiter affligunt suis tentationibus, atque persequutionibus, quærẽtes morti dare animã meam: ne videlicet quod optant possint implere. 11 Vide autem Deus piissime, feritatem, & crudelitatẽ aduersariorum meorum. Ecce enim animam meã ex omni parte obsederunt, magno impetu, magnáq; astutia vndiquaque insidias constituentes, ad eum modum, quo obsideri solent ciuitates: vt quocunque me verterem, nusquam deessent mortis pericula:* absque omni misericordia crudelissimè agunt aduersus animam meã, nullam omnino habentes compassionẽ, siue vllius miserationis affectum, quasi adipe (in quo cõpassionis, & misericordiæ sedes C est) concluso, atq; prorsus obdurato, visceribúsq; misericordiæ penitus obfirmatis, vt nullo valeant cõmiserationis tangi affectu:* ore quoque suo superba loquuti sunt, blasphemiã domine in te, atq; in me cõuitia exprobrationésq; indignas: quasi nemo omnino, ne tu quidẽ ipse, me posis de eorũ manibus liberare. 12 Ipsi nunc me è via recta quãtum in se est conantes impulsibus suarum tentationum eiicere, siue in terram proiicere à statu rectitudinis, ex omni parte me obsederunt, vbique mihi ponẽtes insidias, ne quo modo possim euadere manus eorum:* statuerunt defiectere in terram oculos suos, diligentissimèq; cõsyderare gressus meos, & vias quas ambulo, vt sic possent mihi commodius locare retia, & laqueos ponere certiores, quos nequirem euadere. 13 Parati stant ad excipiendum me, si contigerit in laqueos eorum vel leniter incidere, aut inuolui, ad modũ leonis famelici qui ad prædam est paratus, feroci animo me vorare cupientes, & quemadmodũ catuli leonis, qui in occultis latitant, expectãtes magno desyderio, donec predã aptam conspiciãt 14 Tu D verò domine, meam innocentiam, atque istorum prauã crudelitatem consyderans, exurge mihi in auxilium, neque dissimules, aut differas: & præueni atq; anteuerte illos, priusquã mihi præualeant de eorum insidiis, & potestate me liberando, vt præsentior atque potentior mihi sit tua misericordia ad saluandum, quàm sit illorum crudelitas ad nocẽdum:* de uince illos, prosterne, atq; conculca sub pedibus tuis (quem-

10 *Sub vmbra alarum tuarũ protege me, à facie impiorũ qui me afflixerunt.*

11 *Inimici mei animã meã circumdederunt: *aspidẽ suũ concluserũt: *os eorũ locutum est superbiam.*

12 *Proiicientes me nunc circundederunt me: *oculos suos statuerũt declinare in terram.*

13 *Susceperũt me sicut leo paratus ad prædã: & sicut catulus leonis habitans in abditis.*

14 *Exurge domine, præueni eũ: * et supplãta eũ:*

admodum victis fieri solet,& quemadmodum ipsi facere mihi sperabant)omni eorum virtute & astutia superata, atque in nihilum per te redacta,* illisq; calcatis sic animam meam saluam fac de manibus impiorum:gladium quoque & potestatem quam à te acceperunt erue, eiice, & aufer ab iis,qui sunt inimici,& aduersarij potentiæ tuæ,sic vt non patiaris illos nobis per suam potentiam,aut violentiam vllum inferre nocumentum. 15 Domine,tu iudex venturus secundũ vltionem tuæ iustitiæ diuides eos,separabisq; quãtum ad bonę remunerationis præmium ab electis tuis(qui pauci admodũ sunt numero,comparatione multitudinis peruersorũ)de terra viuẽtium:à qua ipsi excludẽtur,illis intromissis:vt sic fiat peruersorum à bonis diuisio,qui nunc in hoc tempore simul sunt commixti:* causa autem ob quam diuidẽtur ab electis impij bonorum persequutores,hæc est,quoniam in vita sua dum super terram viuerent,adimpleuerunt ventrem suũ,saturati sunt & copiosè perfruiti ad omnem plenitudinem iis quæ abscõdita sunt à conspectu tuo,quæ tu ignoras,quæ tu minimè probas:id est,seculi huius delitiis,& temporariis fœlicitatibus,inq; vitiis atque concupiscentiis,lasciuiis & luxuriis(quæ tu ignoras ac detestaris)enutrierunt corda sua,& sine freno oblectauerũt semetipsos:vt quemadmodum in hac vita receperunt bona quæ tu non probas,ita in futura,bonis illis priuentur quæ erunt in conspectu tuo. 16 Filios in hac vita ac filias habent ad abũdantiam,eósq; egregiè pulchros, robustos & bene compositos,& item omnium temporalium bonorum abundantia sunt perfruiti, & veluti satiati:* & vsqueadeò pleni fuerunt bonis omnibus,vt ea nõ possent perfese expendere omnia,sed dimiserunt residua prolibus suis. * Insuper & doctrinas prauas & exempla pessima, moriẽtes quasi reliquias malitiarum suarum reliquerũt suis posteris, quos in rectitudine iustitiæ debuerant instituere. 17 Ego verò illa omnia quibus illi modo satiantur contemnens,atque pro nihilo pendens vniuersa: hoc solùm curare volo ac prouidere,vt in iustitia omniq; virtutum perfectione apparcam ante conspectum tuum,& modò semper ante te in tuo beneplacito cõuersando,& post hanc vitam ad tuam præsentiam pertingendo:* parum autem est,si modò dum illi saturantur ego esuriam,illis deliciantibus ego lugeam & fleam. Certissima enim fide scio,quòd pro hac esurie quã modò libens

Eripe animã meã ab impio, framea tua ab inimicis manus tuæ.

15 Domine à paucis de terra diuide eos:

Matt.15

**in vita eorũ,de abscõditis tuis adimpletus est venter eorũ.*

Iaco.5

Iudas

Luc.15

*16 Saturati sunt filijs: *& dimiserũt reliqas suas parualis suis.*

17 Ego autem in iustitia apparebo cõspectui tuo:

** satiabor cum apparuerit gloria tua.*

Matt.5

1.Cor.13

bens ob amorem tuum sustineo, ventura sit mihi perfecta bonorum omnium satietas,tunc,cùm post tenebras vitæ huius manifestauerit se mihi gloria tua,cùm tu dabis facie ad faciem cõtueri magnificam illam gloriam tuam, in qua tecum iubilant omnes sancti tui,in secula seculorum.Amen.

ANNOTATIONES IN *Psalmum decimumsextum.*

NOTANDVM,quòd totus iste Psalmus à nonnullis accipitur vt oratio Christi ad patrem, & pro sua & pro membrorum suorum liberatione,supplicantis. Idq; potissimum ob hoc,quod versu quarto dicatur,Non est inuenta in me iniquitas:& quoniam de Christo dici videatur,quòd propter præceptum patris custodierit vias duras, viam scilicet veritatis,tam vitæ quàm doctrinæ.Sed & alia quæ dicuntur G de malitia aduersantium,videlicet quòd ipsum circundederint & susceperint quasi leo paratus ad prædam, &c. huiusmodi,rectissimè ad Christum quadrant. Atque item, quod vltimo loco de satietate dicitur ventura,Christo secundum humanitatem rectè competere cognoscitur.Veruntamen & Ecclesiæ,quæ corpus est Christi, & cuilibet etiam iusto, qui membrum est eius,rectè potest Psalmus totus aptari,quemadmodum monstrat Elucidatio. Quod autem dicitur, Non est inuenta in me iniquitas, si ab homine puro proferatur, cum modificatione debet intelligi: non vtique quasi nulla omnino sit aut fuerit in eo peccati iniquitas,sed quia testimonium perhibente sibi conscientia,nullum agnoscit in se peccatum mortis (cùm Psalmum profert) in se inhabitans,propter quod Dei posset inimicus constitui.Tale enim peccatũ propriè iniquitas reputatur, atque nominatur,aut ad aduersarios referatur ista iustitia,quasi dicat,se nihil commeruisse aduersus illos, neque vllam in se inuentam contra illos admissam iniquitatem, vt sic iustè debeat ab illis sustinere afflictionem, Versu primo, Exaudi Domine iustitiam meam.Exaudi iustitiam meam.tantundẽ est ac si dicas,exaudi me in iustitia deprecantem,aut propter iustitiam & innocentiam exaudi orantem. Versu secũdo,Non in labiis dolosis:Particula illa,non in labiis dolosis,non est connectẽda cum verbo auribus percipe,sed ad orationem referri debet, supplendo aliquid,quo fiat completa sententia, hoc modo,

Auribus percipe orationem meã, quam fundo, aut facio, aut quæ fit à me, non in labiis dolosis. Oratio autem dolosis fit labiis, cùm effectus interior cordis & spiritus desyderiũ non respondet voci deprecanti: vtpote cùm exterius orant labia, cor autem longe est à Deo, neq; rectum est coram eo quem lingua orat. H Versu quinto, Vt non loquatur os meum opera hominum. Initium versus huius secundũ sententiã aptius videretur iungi fini versus præcedentis, ad hũc sensum, Non est inuẽta in me vlla iniquitas, ita vt neque loquatur os meũ opera hominum. Multum enim est, nõ solùm non opere implere, sed neq; nominare neque loqui quæ praua sunt, ad consensum vllum siue delectationem, aut loquendo de ipsorum perfectione tractare. Vnde & Apostolus suos monet Ephesios, dicens, Fornicatio & omnis immũditia aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos. Et alibi, Corrumpũt mores bonos colloquia praua. Opera autem hominum rectè dicuntur vitia & peccata, quibus vacant carnales. Solet enim nonnũquam in scriptura simpliciter hominis nomine carnalis intelligi: quemadmodum cùm Paulus scribit Corinthiis, Cùm (inquit) dicat quis, ego sum Pauli, &c. nonne homines estis, id est, carnales? Qui autem inter homines, carnem superantes, secundũ spiritum ambulant, hi non iam homines sed Dij merentur appellari: iuxta illud, Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Insuper virtutum opera, & actiones veræ bonæ. Dei potius sunt quàm hominum. Deus enim est qui operatur in nobis & velle & perficere, pro bona voluntate: & sine eo nihil omnino possumus. Vitia autem & peccata, nostra sunt, hominum sunt opera, non Dei. Est enim ex sese omnis homo vanus & mendax, imò vanitas vniuersa: & ex sensus peruersitate ad malè agendum potentes faciléque sumus.

Ephe.5
1.Cor.15
1.Cor.3
Psalm.81
Philip.2
Ioan.15
Psal.115
Gen.8

Versu nono, A resistentibus dextræ tuæ custodi me, Quod A modò dicuntur praui dæmones hominésque peruersi resistere dextræ Dei, ipsum est quod Psalmo x. de iisdem dicitur, quòd destruant quæ perficit Deus. Siquidem hic ad seminandum semen bonum in cordibus hominum, ad inserenda præclara virtutum germina, ad eradicandum malarum cupiditatum zizania, interius semper, atq; exterius operatur. Illi verò in contrariũ sedulò conãtur, mala seminare semina plantare spinas, & tribulos, semẽ bonũ suffocare, plantata quoq; virtutum germina euellere, aut arefacere: sicq; dextræ Dei (quan

Psalm.10

(quantum quidẽ in se est) resistunt, dum id quod super omnia ipse desiderat nempe electorũ salutẽ, hi totis conatibus impedire quærunt. Versu eodem, Vt pupillam oculi. Quod dicitur de pupilla oculi, diligenter est notandum. Ipsa enim cum sit præ omnibus mẽbris corporis tenerrima, & facillimè vel à leuissimo puluisculo recipiat læsionem, propter tamen custodiam pelliculæ ipsam operiẽtis (quod cilicium nominãt), atque etiam supercilium) quod veluti tectum est, desuper situm, aduersus illapsum leuium puluerum) ita seruatur atque custoditur, naturæ diligentia, vt rarissimè vllam persentiat à foris læsionem. Atque ita sanè & nos, cum ex nobis nimiũ simus delicati, ac molles, facilliméq; à quibuslibet intra voli tantibus cogitationibus nocumenti susceptibiles: obumbrãte tamen, & operiente nos iugiter protectione diuinæ custodiæ tuti sumus, neque vllum nocumentum persentimus, do-
B nec illa nos non destituit. Versu secundo. Adipem suum concluserunt. Quomodo dicimur continere vel concludere super aliquem viscera, quando misericordiã continemus, & nolumus misereri (iuxta illud 1. Ioan. 111. Qui habuerit sub 1.Ioan.3 stantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatẽ habere, & clauserit viscera sua ab eo, &c.) ita ad eundem sensum dicere possumus cõcludere adipem, in quo sedes esse videtur misericordiæ. Cuius est indicium, quòd homines pinguiusculos, & obesa carne videamus magis lenes, tractabiles, mites, atq; misericordes: macilẽtos autem, & exesos, experiamur magis crudeles, feros, intractabiles, atq; nõnunquam immanes, & prorsus immisericordes. Versu duodecimo, & decimotertio. Proiicientes me nunc circũdederunt me, &c. Sic loquitur, ac si iam proiectus, prostratus, atq; pessundatus sit ab inimicis, sitq; iam ab illis in prædam susceptus, cum tamen prius suam allegauerit iustitiam, & iniquitatis nullius sibi fuerit conscius. Proinde duo hi versus, sic intelligantur oportet, quomodo in Elucidatione expositi sunt, de inimico rum malitioso conatu. Aut secundum eum loquẽdi modum accipiantur, quo id quod futurum metuimus quasi præsens reputamus atq; enũciamus. Indubiè enim facillimè id nobis contingeret proiici, prosterni, & in prædam suscipi, nisi nos seruaret diuina protectio. Quod etiam dicitur, Oculos suos statuerunt declinare in terram, præter sensum in Elucidatione assignatum, accipi etiam potest vt sit idem quod prius di-

ctum est, Adipem suum concluserunt. Solent enim qui misereri omnino nolunt, in terram oculos defigere, & nolle ad eum qui patitur miserum, oculos dirigere, ne forte moueat aspecta patientis miseria. Id in parentibus, ac magistris parcere nolentibus pœnam commeritis filiis siue discipulis est conspicuum. Versu decimoquarto, Frameam tuam ab ini- B
micis manus tuæ. Per frameam nonnulli intelligendum putant spiritum & animam hominis iusti. Per hãc enim Deus aduersum inimicos pugnare cognoscitur, eosdémq; superare. Verùm ea expositio quam monstrat Elucidatio, magis probanda videtur: videlicet, vt per frameam, romphæam siue gladium, intelligatur potestas illa quæ à Deo malis subinde conceditur. Potestatẽ enim omnem quã habet Diabolus, qua ad nocendũ vtitur, non nisi à Deo habet: tametsi ab eo concessa non sit, ad hoc vt noceat. Similiter & hominibus prauis à Deo gladius frequenter conceditur ad exercitationem electorum: dum impiis regna, imperia, dignitates, præfecturæ, diuitiæ, potentia, autoritas contingunt, quibus rebus nocere valent, suntq; formidabiles. Hanc autem frameam postulat iustus eripi auferriq; ab inimicis manus Dei, id est, sic cohiberi Diuina virtute, vt nocere sibi nunquã C
possint, neq; aliquando hac sua potestate preualeant. Quia enim inimici sunt manus Dei, & aduersarij potentiæ eius, optandum est ab iis qui amici sunt manus Dei, vt aduersus gladius ille tollatur de manibus impiorum. Versu decimoquinto, Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorum, &c. Particula ista in vita eorum, in medio posita, à plerisq; ad præcedentia refertur ad verbum diuide, hoc modo, Diuide eos in vita eorum. Quæ connexio rectam habet intelligentiam: quoniam impij etiam donec viuunt, secundum iudicium Diuinæ discretionis, meritò segregantur, & diuidũtur ab electorum numero: dum absq; charactere Dei, absq; pignore & signo salutis, separatim consistunt à parte Diaboli, diuisi à filiis Dei, & cauterio Diaboli signati, iuxta ver- D
bum Apostoli cauteriatam habentes suam conscientiam.
2.Tim.4 Diuidit quoque eos Deus ab electis qui pauci sunt, dum eis nunc concedit temporalibus frui prosperitatibus, suos autẽ electos disciplina paterna corripit, & multis aduersitatibus affligi, & exercitari permittit. In Elucidatione tamen cum sequentibus hanc particulam coniungimus, legentes hoc modo,

modo, In vita eorum de absconditis tuis adimpletus est venter eorum: propterea quòd huius connexionis intelligentia nobis facilior, & commodior videretur. Versu eodem, De absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Abscondita ista Dei intelligi possunt, vel temporalia, & caduca bona quæ Deus non aspicit, quia neminem propter illæ aspicit aut acceptum habet, sed tantum ob bonam voluntatem, & fidelem, quæ sibi exhibetur, seruitutem. Dicuntur autem hæc abscondita Dei, id est, abscondita à Deo: non quòd ea ignoret, sed quia non probat neq; aspicit ad illa. Possunt etiam intelligi vitia & peccata: quæ abscondita sunt à Deo, quoniam ea reprobat Deus & detestatur. Quam vtranq; intelligentiam indicat Elucidatio. Per ventrem autem rectè accipimus ipsam carnalem concupiscentiam vel cupiditatem illorum: quam cum Deus sua permissione illis implet, cõcedendo eis temporalium bonorum abundantiam, quasi ventrem eis implet de absconditis. Vitiis quoq; & peccatis ventrem illis adimplere Deus intelligitur, quia permittit illos suæ cupiditati & concupiscentiæ obsequi, & abundanter illis præbet vnde suæ concupiscentiæ & cupiditati satis- E
faciant, in vitiis degentes. Versu decimosexto, Saturati sunt filiis. Hoc loco, pro filiis habet Psalterium Romanum, porcinam, Saturati sunt (inquit) porcina: hoc est, immunditia, & sordibus peccatorum, vel temporalium bonorum. Atq; hoc modo legit, & interpretatur beatus Augustinus: agnoscens tamen, & nostram vulgatam lectionem, quam etiam interpretatur, per filios intelligens opera mala, dicens illos filiis saturos, quia operibus malis plenos.

DECIMI SEPTIMI
PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVS iste vnà cum titulo, *ex libro regum acceptus in-* 2.Reg.22
uenitur. Est autem gratiarum actio cum laude, & commemoratio præteritorum beneficiorum: qua rex ipse & Propheta mirabilia sibi à Domino Deo exhibita beneficia commemorat, potissimum in liberatione ab omnibus inimicorum oppugnationibus. Aduersus hos enim totus Psalmi decursus loqui conspicitur. Et primum quidem, quemadmodum à grauissimis sit pluribusque periculis Dei beneficio liberatus, generaliter edicit vsq; ad ver-

sum nonum: post hunc specialius modum Diuinæ liberationis, & terribilem Dei ad pugnandum pro se aduentum describens versibus decem proximè sequentibus: plurimúmque inuabit in horum versuum intelligentia, Dominum quasi virum pugnatorem attendere, & modum obseruare corporaliter pugnantium. Nam introducit hîc Psalmista Dominum quasi virum pugnatorem, qui ad hoc de cælis descenderit, vt sibi contra hostes ferret auxilium. Deinde à versu decimonono ad exaggerandum liberatoris sui gloriam, hostium fortitudinem & sæuitiam proponit, à qua se gloriatur liberatum. Allegat autem suæ liberationis causam versu vigesimosecundo ex Dei beneplacito, & ipsa sua innocentia, quam ad Dei gloriam prolixius protestatur, dicens se custodiuisse vias Domini, & alia huiusmodi, quæ ad perfectam pertinent iustitiam. Deus verò cum talis sit erga vnumquenq; nostrũ, quales nos erga ipsum monstramus (cum sancto sanctus, & cum peruersis ipse quoque crudelis, superbos humilians, humiles exaltans) ob hoc ab eo meruisse se dicit liberationem, inimicos verò confusionem. Atq; hæc quidem, vsque aduersum trigesimum primum. Dehinc verò, in Deum speciali spiritus exultatione & feruore raptus, miris modis prædicat eundem: partim, quantum ad ea quibus in seipso magnus est laudabilis, potissimum autem in iis quæ ipse ab illo accepit beneficiis. Et super omnia fortitudinem illam cælestis auxilij, qua super inimicos obtinuit victoriam perfectam, atque etiam imposterum obtinere non dubitat, multis versibus prolixè ardentérq; commemorat, Deo non solùm in omnibus dans gloriam. Propter quod, commemoratis omnibus, in laudis proposito Psalmum finit ac terminat. Aduertendum est autem, hunc Psalmum plerosque fidelium totum Christum applicare gratias agentem patri, pro sua suorúmque mirabili liberatione & mirifica exaltatione: alios, ad Ecclesiam, pro liberatione à grauissimis periculis & persequutionibus. Quas intelligentias nequaquam reprehendimus, neque abiiciendas censemus: imo in annotationibus post hunc Psalmum adiiciendis, monstrabimus (vel figuraliter) vtranque. Quia tamen difficile est, singula omnino ad Christi personam aut Ecclesiæ adaptare, facilius autem ipsi personæ Dauid, idcirco hunc in nostra Elucidatione faciemus loquentem, Deóque suo liberatori (quod & titulus patenter indicat) gratias agentem. Nos verò illum audientes tam feruenti spiritu Deo beneficia prædicantem, Deúmque liberatorem mirificè efferentem, discamus ab eo, quemadmodum pro acceptis beneficiis nos quoque Saluatori nostro grati esse debeamus.

DECI

DECIMI SEPTIMI PSALMI ELVCIDATIO.

DILIGERE te volo ex corde bono, Domine Deus meus, & vero charitatis amore tibi semper adhærere indissolubilitérque copulari in sempiternum: quandoquidem tu mea es omnis fortitudo, sine quo omnino nihil possum facere, & in quo me confortante possum quæcunq; possum: *tu es Domine stabilimentum meum, super quem firmus, ac solidatus consisto, quasi super firmam & immobilem petram: cui donec innitor, impossibile est in lutum peccatorũ immergi pedes meos: *es quoque mihi in tutissimum refugium, & tanquam arx munitissima, ad quam confugiens, & intra quam me concludens seruabor ab omnibus inimicis, & es mihi omnimodis liberator atq; saluator. 2 Tu es Dominus Deus auxiliator meus, mihi semper in adiutorium paratus contra inimicos meos: & ob hoc in te securus spem meam omnem totámque fiduciam constitui. 3 Protector quoque ac defensor es mihi contra oppugnationes hostiles, & totum robur ac vis saluationis meæ: per quem & inimicos meos debellare queo, & expugnare, sicque de manibus eorum meipsum saluare, quemadmodum suis cornibus solent se animalia non solùm saluare ab oppugnantibus, sed eadem etiam oppugnare atque deuincere: * susceptor meus atq; defensor es, qui in defensionem me suscepisti. 4 Cum laude & gratiarum actione pro perceptis præteritis beneficiis, inuocabo Dominũ ex toto cordis affectu, quandocunq; me contigerit ab hostibus oppugnari: * & ipsius beneficio (nihil dubito) saluabor liberaborq; quantocyus ab omnibus inimicis meis, ita vt nihil mihi vniuerso suo conatu valeant nocumenti inferre. 5 Quæ mihi data sunt experiri, recitabo ad gloriam Dei mei, vt pro magnifica sua liberatione digna laude celebretur liberator. Fuit enim, quando dolores grauissimi quasi dolores mortis me ita circundederunt ex omni parte, ita coangustauerunt, quemadmodum coangustari solent & vehementissimis cruciari doloribus, qui sunt morti proximi: *tantósq; dolorum cruciatus mihi intulerunt impiorum dæmonum, & hominum prauorum persequutiones: quibus veluti torrẽte impetuoso à fonte iniquitatis manante, obrui, & opprimi, ac penè submergi vide-

1 *Diligam te Domine fortitudo mea:*
* *Dominus firmamentum meum:* Ioan.15 Philip.4
* *& refugium meum et liberator meus.*
2 *Deus meus adiutor meus, et sperabo in eum.*
3 *Protector meus et cornu salutis meæ:*
* *& susceptor meus.*
4 *Laudans inuocabo dominum:*
* *& ab inimicis meis saluus ero.*
5 *Circunderunt me dolores mortis.*
* *& torrentes iniquitatis conturbauerunt me.*

6 *Dolores inferi circundederunt me : præoccupauerunt me laquei mortis.*
7 *In tribulatione mea inuocaui Dominum : & ad Deum meum clamaui.*
8 *Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meam:*
**et clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius.*
9 *Commota est & cõtremuit terra, fundamenta montium cõturbata sunt: et cõmota sũt,*
** quoniam irat⁹ est eis.*
10 *Ascẽdit fumus in ira eius, et ignis à facie eius exarsit:*
**carbones succẽsi sunt ab eo.*
11 *Inclinauit cælos & descendit:*
** & caligo sub pedibus eius.*
12 *Et ascẽdit sup cherubin et volauit:*

bar. 6 Ex omni parte angustiæ me pressérunt maximę, quales sentiunt, qui sunt in inferno : & iam occupasse me ante tempus videbantur laquei mortis, atq; damnationis eternę, & quasi illaqueatus iam videbar mortis laqueis adhuc in corpore viuens: ita vt super terram existens corpore, spiritu mihi viderer in angustiis inferni constitutus, viuénsq; mortuus. 7 In his autem tantis tribulationum angustiis, in rebus tam iuxta humanam viam desperatis, memor Dei liberatoris mei ad ipsum leuaui oculos, eúmq; in auxiliũ ex cordis intimo aduocaui, & clamorem orationis meæ direxi ad illum magno affectu ad illum clamans pro salute de tantis periculis. 8 Ipse verò benignissimus Deus non despexit orationem supplicantis (tametsi in sublimibus cœlorum habiter, & ego iaceam in imis terræ) sed benignè exaudiuit orationem meam de sublimi solio gloriæ suæ, de cœlo sanctuario suo, in quo vt in templo ad suam cum electis inhabitationẽ deputato, & specialiter sanctificato, inhabitat. * & clamor orationis meæ intromissus est ante conspectum maiestatis eius, ascendítq;, & peruenit vsq; ad aures ipsius, eúmque ad miserendum & implendum postulata inclinauit. 9 Aduenit autem mihi quantocyus in auxiliũ contra inimicos, mirabiliter admodum, & terribiliter, ita vt quasi moueri, & cõtremiscere terra videretur, adeò vt etiam montes à fundamentis commoueri viderentur, atq; conturbari: *hunc autẽ terrorem exhibuit aduentu præsentiæ suæ, ad ostensionẽ iræ suæ, quoniam ira accẽssus erat aduersum iniquos me iniustè persequẽtes. 10 erátq; hæc eius ira, & indignatio magna valde, quãdmodũ cũ de facie hominis ira perciti fumus videtur exurgere præ nimio feruore iracundiæ, & cũ videtur ex vehemẽti sanguinis cõmoti inflimatione quasi ignis flãma à facie hominis furẽtis exardescere : *ita vt ab ira sua veluti carbones succẽderet igné vindicẽ de cælo super inimicos demittens. 11 Humíliauit semetipsum habitator cælorum sublimiũ, & modo quodámodo cælos inclinauit, cũ de sublimitate cælorũ descẽdit vt mihi in terris ferret auxiliũ: *& caliginosę nubes erát sub pedib⁹ aduenientis, calcabátq; nubes, & quasi pro scabello subiectas habebat, in terrore aduenięs. 12 Et quẽadmodum ij qui ad pugnã se parant, equos ascendunt, quorum in bellis vtũtur ministerio, & fortitudine, ita Deus pro me ad pugnam veniens ascendit, non super equos, neq; currus equorũ, sed super cherubicos spiritus, super nobilissimos illos, candidissimos, celerrimos, fortissimosq; vectores, super quos ipse resídet: quíque illi sunt pro curru: & his vectoribus nõ accurrit, vt qui equis vehuntur, sed celerrimè aduolauit, nullam omnino moram patiẽs, sed absq; mora statim præsens, vbicunque placuerit.* aduolauit (inquam) nõ alis auium gestatus, quæ aërem secando cũ difficultate percepti biliter moueri conspiciuntur, sed quasi super ventorũ pennas, quasi ventum pro alis habens, ad modũ venti celerrimè absq; vlla resistentia, ac mora & imperceptibiliter aduolás: ventumq; tẽpestuosum simul adduxit secũ, ad inimicorum meorũ terrorem, quo ipse quasi vehi, & veluti alis quibusdam volare videbatur. 13 Aërem quoque perfudit, implẽuitq; tenebris, præ nimia densitate nubium: atq; ita in tenebris sibi latibulũ constituit, seq; occultauit, vt tanto maior esset hostibus terror, cùm plagas desuper acciperent, ferientem autem non viderent : * erat tabernaculũ eius in circuitu, nẽpe aqua tenebrosa in nubibus aëris, hoc est, per circuitum sibi faciebat quasi tabernaculũ, & castrum, ex aquis nubium tenebrosis, ex nubibus aquosis, quę erant in aëre inter nubes cæli. Ex his enim insolito modo coagmentatis, atque condensatis, quasi fortalitium, atq; munitionem sibi faciebat, vnde pugnaret aduersus inimicos meos. 14 A fulgore aspectus eius qui procedebat à præsentia ipsius, nubes inflãmatæ celerrimo volatu motæ sunt & aduersus inimicos in sagittarum modum directæ: * simúlque à præsentia, & iussione eius, grando insolita, & flammæ ignis in modũ carbonum pariter commixta, proiecta sunt in hostes. 15 Vocem quoque tonitrui terribilem de supernis nubibus illis (ex quibus sibi tabernaculum, & cælum quoddam constituerat) emisit : & ipse altissimus qui de excelsis pro me pugnabat, terribiles, atque insolitos edidit sonitus, ad inimicorum conturbationem: * grando insolita, & ignis flammæ in modum carbonum vehementer accensæ : pariter ferebantur. 16 Et quemadmodum de castris ac turribus in hostes iacere solent qui intus pugnant sagittas, & iacula, ad vertẽdum illos in fugam, sic omnipotẽs Dominus de tabernaculo suo eminus

** volauit sũper pennas ventorum.*
13 *Et posuit tenebras latibulũ sũũ:*
** in circuitu eius tabernaculũ eius tenebrosa aqua in nubibus aëris.*
14 *Præfulgore in conspectu eius nubes trãsierunt:*
** grãdo & carbones ignis.*
15 *Et intonuit de cælo dominus, et altissimus dedit vocem suam:*
** grando & carbones ignis.*
16 *Et misit sagittas suas, & dissipauit eos.*

eminus emittebat coruscationum suarum sagittas in hostes meos, quibus perterrefacti mox terga dederunt, suntq; præ timore abinuicem diuisi, atque disipati; ordine perturbato, singulis quò videbatur fugientibus: * erant autem sagittæ eius fulmina terribilia, quę multiplicando copiosè iaculabatur in illos: & conturbati sunt terrore vehementissimo, cũ pro me pugnantẽ desuper cœli Dominũ sentirent, animóq; destituti, in fugã acti sunt præcipites. 17 Tantos verò Deus exoriri fecit támq; terribiles terræmotus, ad illorum conturbationem, vt confractis canalibus, confractisq; absconditis aquarum fontalium meatibus, parerent occulta fontium: *loca quoq; subterranea & profunda, quæ videbantur quasi in fundamento orbis terrarum abscondita, per terræ cõmotionem, vel aperta vel scissa (vt in terræ motibus fieri solet) denudata atq; patefacta sunt. 18 Omnia autem hæc terribilia & horrenda portenta, quibus conturbati sunt fugatiq; hostes mei, ab increpatione & iracundia tua Domine super illos processerunt: *ex eo quòd flauit aduersum eos flatus indignationis tuæ, ab immissione vindictæ quam in ira tua excitasti, emisisti, ac veluti flare fecisti, admodũ venti tempestuosi contra illos. 19 Ita misit de summitate cœlorum (quos inhabitat) Deus altissimus cæleste mihi auxiliũ à terrarum infimo ad se exclamanti, & in suã defensionẽ de manibus persequentium susceptit me: *& assumpsit me in protectionem, liberauitq; à multitudine populorum & hostium innumerabiliũ, qui me velut inundãtes aquæ absorbere volebant, & perdere: *aut à multitudine exorientium tribulationũ atq; persequutionũ, quibus verisimiliter eram obruẽdus atq; absorbẽdus, nisi me Diuinæ protectionis assumptisset custodia. 20 Ipse me liberauit ab hostibus meis, qui erant fortes atque robusti supramodum, potentes valde ad nocendum mihi, & à talibus inimicis qui me obstirmato animo & implacabili odio habebant exosum, quibus mea perditione nihil prius est. neq; optabilius: *idcirco autẽ ipse suam mihi liberationem dignanter exhibuit, quoniam vidit inimicos meos esse multò me robustiores, & (quantum ad meam attinet virtutẽ) illos mihi consp exit facilè præualituros, nisi suo mihi succurreret auxilio. 21 Quasi præoccupando, tam numero multitudinis, quã magnitudine virtutis fortiores, contra me exurgunt imparatũ, & (quantũ ex memet

* *fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.*

17 *Et apparuerunt fontes aquarũ:*

* *& reuelata sunt fundamẽta orbis terrarũ.*

18 *Ab increpatione tua domine:*

* *ab inspiratione spiritus iræ tuæ.*

19 *Misit de summo & accepit me:*

* *& assumpsit me de aquis multis.*

20 *Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me:*

* *quoniam confortati sũt sup me.*

Iob 3

Psalm. 123

21 *Præuenerunt me in die afflictionis meæ:*

memetipso) longè inferiorẽ, excitãtes mihi afflictionis diẽ, magnamq; mihi angustiam inferentes: * verùm dominus Deus aduersus illorum insultus protectorem se ac defensorem exhibuit mihi. 22 Qui quidẽ sua validissima potentia, quasi vir pugnator, de manibus inimicorũ me liberatũ, cõstituit in latitudine libertatis, extra omne periculũ, omnẽ à me angustiam animi, & cordis anxietatem repellẽs: * ipse me ab omnibus inimicorũ insultibus saluũ fecit, illæsumq; abire: non propter meæ iustitiæ condignum meritum, sed propter beneplacitum benignæ voluntatis suę: quoniam ita placitum fuit ante illũ: quia me elegit & saluare me voluit, idcirco & fecit. 23 Respiciet nihilominus (tametsi prima H liberationis meæ causa sit, bona eius erga me voluntas) ad iustitiam atq; innocentiam meam, in qua sedulò conuersari studeo ante conspectum ipsius, & secũdum eam mihi bona retribuet sibi seruienti: * secundum puritatem conuersationis meæ, & bonorum operum rectitudinem, quam adiuuãte ipsius gratia sedulò conor operari, benefaciet mihi. Est enim hoc iustum, vt seruus à Domino protectionem accipiat atq; defensionem opportunam. 24 Sic enim mihi testimoniũ perhibet conscientia, quòd præcepta atq; mandata Dei (per quæ ambulare nos voluit) diligenter custodiui, eaq; obseruare solicitus fui: * neq; impietatem feci aduersus dominũ Deum meũ, per quam in finem ab eo diuiderer, aut quæ inter me atq; illum inimicitias constitueret, ob quam protectionis mihi iustè subtraheret patrocinium. 25 Quoniam iugiter ante oculos habeo, & mentis consideratione verso omnia præcepta eius, quæ disposuit nobis in iudicio: * atq; etiam iudicia illa, quibus obseruatores præceptorũ suorum discernit præmio, à præuaricantibus: * & præcepta ipsius iustissima, in quorũ obseruatione homo iustificatur, nõ contempsi, nõ abieci per transgressionem. sed reuerẽter susceptiA atq; custodiui, per studiosam obseruationem, permanendo in eis. * Opera quoq; iustitiæ veræ, quæ illi est accepta, non neglexi: sed solicitè amplexatus sum ea. 26 Et quẽadmodum hactenus conuersatus sum in beneplacito eius, ita etiã amodo in residuo temporis mei propono immaculatus permanere cum eo, & sine macula peccati ante cõspectum eius conuersari, sicq; in eius gratia, & dilectione in finem vsque perseuerare: & obseruare me volo, diligenterq; mihi cauere ab

* *& factus est dominus protector meus.*

Exod. 15

22 *Et eduxit me in latitudinem:*

* *saluũ me fecit, quoniã voluit me.*

23 *Et retribuet mihi dominus secundũ iustitiam meã:*

* *& secundum puritatem manuũ mearũ retribuet mihi.*

24 *Quia custodiui vias dñi: * nec impiè gessi à Deo meo.*

25 *Quoniã omnia iudicia ei⁹ in cõspectu meo:*

* *et iustitias eius nõ repuli à me.*

Act. 10

26 *Et ero immaculatus cum eo:*

* *& obseruabo me ab iniquitate mea.*

ab omni iniquitate, ne quã aliquãdo contra Deũ meũ committam, per quã ab eo diuidi merear, eiusq; gratia & defensione priuari. 27 Et cùm iuxta bonum istud rectitudinis propositum ambulauero, certus sum, & bona reddet mihi iustissimus & misericordissimus Dominus, iuxta eam quã in me agnouerit iustitiam atque innocentiam * & secundum munditiam conuersationis operúmq; bonorum quę operatus fuero in sanctitate, & iustitia corã ipso: quasi ad gloriã, & laudem eius, tanquã ipso inspectore & iudice, certus sum, quòd bona retribuet mihi, & in præsenti auxiliũ opportunum non denegans, & in futuro seculo salutem largiturus æternam. 28 Et de his quidẽ fide certissimus, nihil omnino addubito, ô iuste & misericors Deus, quin ita sis cum seruis tuis semper acturus. Talis enim tu erga vnumquemque existis, talémq; te vnicuiq; exhibes, qualis ipse erga te fuerit, & qualem se erga te monstrauerit. Erga eos enim qui in sanctitate tibi atq; iustitia student seruire, sanctum te exhibes, ac misericordem, eos in te sanctificando amplius, & teipsum sanctificando in eis: agisq; cũ eis sanctè per omnia, & misericorditer: * & cum homine innocẽte, qui te curat non offendere, tu quoque innocenter ages, non redditurus illi malum, quod non commeruit, neq; illi nocebis in veritate, vt ille à noxa sibi cauit erga tuã maiestatem. 29 Cum amico tu amicè ages, & qui te elegerit in Dominũ, tuę se seruituti ex bona voluntate addicens, hunc absq; dubitatione, & tu vicissim eliges in seruum, imò amicũ, imò filium: * contrà verò, qui corde peruerso per malitiam te derelinquentes ad vitia & peccata conuertuntur, his tu peruersus eris, id est, crudelis, atq; seuerus, & formidabilis vltor, agesq; cum illis non (vt cum prioribus) benignè & amicè, sed peruersè, siue prauè: hoc est, seuerè admodum atq; districtè, traduturus nimirum huiuscemodi tortoribus, atque ab eis exacturus omnia ad nouissimum vsq; quadrantem, vt tantò te sentiant seueriorem vltorem, quantò priùs benignũ & misericordem Dominũ contempserant. 30 Tu enim es, qui homines spiritu pauperes, ac simplices corde, benignè respicis, facisq; saluos, & nũc eos à malo custodiẽs, & in futura vita ad salutem æternam exaltans: * eos autem qui incedũt in superbia, fastum atq; extollentiam animi elatis oculis monstrãtes, hos tu per tuam iustitiam deprimes, & ad terram vsque summa humil

27 Et retribuet mihi dominus secundũ iustitiam meã.
Lucæ 1
** & secundum puritatem manuũ mearum in conspectu oculorũ eius.*
28 Cũ sancto sanctus eris.
** & cũ viro innocente innocẽs eris.*
Ioan. 15
29 Et cum electo electus eris:
** & cum peruerso perverteris.*

Matth. 5
30 Quoniã tu populum humilẽ saluum facies:
Ibidem.
** & oculos superborum humiliabis.*

humiliatione prosternes. Veniet enim, quando omnis qui se modo exaltauerit humiliabitur: & ecõuerso, qui se humiliauerit exaltabitur. 31 Et quidem tu ipse es Domine, qui illustratione superna cælestis radij meã mentẽ illuminas, eamq; velut candelam, aut facem ardentem lucere facis, per tui spiritus irradiationem veluti particulã quandam illius increati luminis infundendo in animã meam: * & hanc illuminationem te precor vt perficias, ita vt cor meũ tenebricosum (quod ex seipso nihil est nisi tenebræ & obscuritate ignorãtiæ plenũ) perfectè illumines: & si quid fortè adhuc latet tenebrarum, hoc ipsum per lucis tuæ irradiationem depellas, vt prorsus nihil in me remaneat tenebrarũ, nihil obscuritate sit horridũ, sed tua luce clarescãt, luceant, niteantq; omnia. 32 Per te enim omnem tentationem quæcunq; obuenerit, siue corporalem, siue spiritualem, superare possum atque liberè euadere: * & in te, ô Deus meus, (qui me illuminas, me adiuuas, me deducis, meq; confortas) omnia possum: neque quicquam omnino est vel tam graue, vel tam humano iudicio impossibile, quod nõ in te confortatus tuoq; amore cõfirmatus possim, acvaleam, siue agere, siue sustinere: etiam si (vt ita per excessum quendã, rei magnitudinem exprimam) murus validus foret transeundus, quod apud homines tamẽ iudicaretur difficillimũ. Omnia enim possum, in eo qui me confortat, & certus sum, quia neq; mors, neq; vita, neq; vlla creatura, vlla tẽtatio, poterit ab eius charitate me separare. 33 Dei mei via est immaculata: hoc est, præcepta eius (per quæ nobis ipse constituit ambulandum) nihil immundum, nihil prauum continent: * sermones Domini, siue præceptorum, siue promissionum, sunt probatissimi, purissimi atque castissimi, ad modum auri puri, quod igne probatũ est atq; purgatum, dispositi in summa veritate atque æquitate, imò veritas ipsa sunt & æquitas, nihil cõtinentes prauitatis, nihil vanitatis, nihil mendacij: * securus ac certus protector ipse est omnium in se recto corde sperantium. 34 Ipse enim solus est Deus verus omnipotẽs, qui possit in se sperantes protegere dextera sua, neq; alius est Deus verus, siue in cælo siue in terra, præter hunc vnũ Dominum & Deum verum, quem nos credentes in eum colimus, quẽ laudamus, cui nũc psallimus, cui vni vt soli vero Deo nostra omnia ferimus accepta. 35 Ipse est qui me armat, cõfortat, & quasi ad pugnã accinxit

Luc. 14
*31 Quoniã tu illuminas lucernam meam domine: * Deus meus illumina tenebras meas.*
*32 Quoniã in te eripiar à tẽtatione: * & in Deo meo trãsgrediar murũ.*
Philip. 4
33 Deus meus impolluta via ei * eloquia domini igne examinata.*
Ibidem.
Rom. 8
** protector est omnium sperantium in se.*
Psalm. 22
Psalm. 11
34 Quoniã quis Deus præter dominũ: aut quis Deus præter Deum nostrum?
35 Deus qui præcinxit me virtute:

xit fortitudine, per virtutem gratiæ suæ me corroborando: * & viã vitæ, conuersationísq; meæ gressum ipse custodiuit sine macula peccati, faciẽs me vias rectas percurrere. 36 Ipse est, qui pedes meos ita veloces reddidit, atq; ad cursum ita perfectè agiles mobilesq; effecit, quemadmodũ sunt pedes ceruorum, qui in currendo sunt celerrimi. Sic enim & me fecit, per agilitatem internæ gratiæ suæ, celeriter, alacriterq; absque pigritia, vias percurrere præceptorum suorum: * & ipse est, qui me super excelsa constituit, ita me confortãs vt etiam vias difficiles ambulare, & ea quæ hominibus alta ac nimis sublimia, vixq; possibilia videtur, audeam in ipso tentare. 37 Ipse est qui me docet manibus præliari aduersus hostes meos, quiq; in præliando manus meas dirigit atque confortat, vt me pugnante ipse, magis quàm ego, dicẽdus sit pugnare: Sic enim illi est placitum, ad faciendam cõtra inimicos nostros victoriam, nostrarum manuum, nostrarumq; virium frequenter vti ministerio, quò confusibilior sit hostium prostratio ab imbecilli hominis manu: * ipse brachia mea in pugnando facit quasi æreum arcum, ad feriendum fortia, ad læsionem susciendam dura, & verberum ictibus non cedentia, nullis potentia laboribus aut frangi aut fatigari. Id enim præstat suis pugnatoribus Deus, vt in pugna strenuè feriant aduersarios, ab ipsis autem læsionem non suscipiant: facitq; eos nec aduersariorum ictibus vulnerari, nec frãgi pugnæ molestiis. 38 Et saluasti me Domine protectione tua ab omnibus inimicis meis: * & virtus omnipotentiæ tuæ ipsa me defendit ab illorum insultibus atq; oppugnationibus. 39 Et eruditio interiorq́ue instructio tua, ipsa me rectificauit, inq; rectitudine cõstituit ad perseuerãdum in ea vsque in finem: * interior tua instructio siue eruditio ipsa me docebit, quomodo in omnibus agere debeam & conuersari. * Ipsa etiam exterior per afflictionẽ disciplina atq; eruditio, correxit me, atque ad rectam viam reduxit, si quãdo à rectitudine cœpissem in prauitates declinare, dansq; intellectum inflicta vexatio à malo quantocyus reduxit, ita vt experientia mali edoctus, tanto de cætero firmius atque solidius in viis tuis consisterem. Virga enim disciplinæ est, qua electos tuos (siquando aberrare cœperint) ad bona reducis, firmiusq; (seueritate tua vel paululum experta) in te perstare facis, atq; perseuerare in finẽ. Vix enim

* & posuit immaculatam viam meam.

36 Qui perfecit pedes meos tãquã ceruorum: * & super excelsa statuens me.

37 Qui docet manus meas adpræliũm: * & posuit vt arcum æreum brachia mea.

38 Et dedisti mihi protectionẽ salutis tuæ: * & dextera tua suscepit me.

39 Et disciplina tua correxit me in finem: & * disciplina tua ipsa me docebit.

Esaiæ 28

potest in finem præstare in numero filiorum, qui extra disciplinam tuam est, quique paterna tua visitatione non aliquando corripitur. 40 Dilatasti quoque subtus me gressus pedum meorum, latisque passibus me fecisti incedere, id est, feruenter me progredi multúmque procedere, ac promouere in via virtutum fecisti: * & non sunt debilitati pedes mei in ambulando vias tuas, neque sunt infirmati in vestigiis suis, propter tuam confortationem, atque confirmationem gratiæ tuæ. 41 In tua autem hac confortatione non solùm non timebo inimicos meos, verumetiam persequi audebo, atque etiam oppugnare & debellare eos, imò & comprehendam illos, atque sub mea redigam potestate deuictos: * & non cessabo ab eorum impugnatione, donec illorum sensero defecisse virtutem, & deuictam esse contritámque illorum potentiam donec perfectam obtinuero victoriam, non remittam pugnam 42 Conteram tuo auxilio virtutem illorum, atque in nihilum redigam, nec poterunt consistere ante conspectum meum, ad mihi resistendum, sed victi confusiq; aufugient: * & quemadmodum ij qui gladio cæduntur vulnerati, cadunt sub pedibus cædentium, ita cæsi atque prorsus deuicti prosternentur ad pedes meos, in testimonium perfectæ victoriæ. 43 Fortitudine præsentiæ tuæ armasti atque animasti me, & quasi accinctum paratúmque fecisti ad pugnã, contra inimicos meos: * eos qui in me insurgebant, qui mihi bella mouebant, qui mihi nocere quærebant, tu per auxilium tuum deuictos proiecisti subtus pedes meos, dans mihi ita perfectam de eis victoriam, vt iuxta placitum eos calcarem, eósque vt scabellum pedum prorsus nihili facerem. 44 Et vertisti in fugam inimicos meos, fecistique eos præbere mihi dorsum, ad modum fugientium in prælio, qui desperata victoria terga vertentes, insequentibus pugnatoribus dorsum præbent liberè cædendum, neque vltra de pugnando cogitant, aut resistendo: * & eos qui me odiosè quærebant perdere, tu per errorem potentiæ tuæ disperdisti, dissipasti, atque contriuisti, ita vt prorsus præualere in nullo potuerint. 45 Cùm cæsi præ miseria atque confusione clamarent pro auxilio, non erat qui illis posset ferre suppetias. Siquidem manus Domini pugnabat aduersum illos, cuius potentiæ nemo potest resi-

40 Dilatasti gressus meos subtus me: * & nõ sũt infirmata vestigia mea. Heb. 12

41 Persequar inimicos meos & comprehendam illos: * & nõ conuertar donec deficiãt.

42 Confringã illos nec poterunt stare: * cadent subtus pedes meos.

43 Et præcinxisti me virtute ad bellum: * & supplãtasti insurgẽtes in me subtus me.

44 Et inimicos meos dedisti mihi dorsũ: * & odientes me disperdisti.

45 Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret:

* *ad dominũ, nec exaudiuit eos.*
46 *Et cõminuã eos vt puluerẽ ante faciẽ vẽti:*
* *vt lutum platearum deleboeos.*

stere: * etiam si ad Dominum cæli, cuius super se manum sentiebant clamarent, non exaudiebantur: quoniam non ex corde puro inuocabant, sed terrore tantum mortis conterriti, potissimum, quod in innocentis persequutione fuissent deprehensi, quod Deo est abominabile. 46 Et datum B est mihi ex Diuina virtute, conterere, atque dispergere exercitus hostium meorum, sicut puluis à facie venti impetuosè flantis, dispergitur, * quasi lutum quod in plateis iacet, quod calcantium pedibus vndiquaque dispergitur & conculcatur, sic auferam, dispergam, atque dissiciam illos.

Esa.47 Dan.4

47 *Eripies me de contradictionibus populi: cõstitues me in caput gẽtium.*

47 Tu me de contradictionibus, de oppugnationibus populorum saluabis, pacem mihi daturus ab hostibus meis per circuitum: * insuper & constitues me principem, Ducem, ac Dominum super gentes plurimas, omnes quas tu subiugabis meo imperio, faciésque me illis præeminentem in regni gloria, quemadmodum eminet & excellit caput super membra cætera. 48 Populi alienigenæ, quos prius non agnoueram inter subditos meos, subiecti facti sunt mihi: & obedientissimè in solo auris auditu, mox ad

48 *Populus quem nõ cognoui seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.*

auditum vocis, atque iussionis meæ, seruierunt mihi.

49 *Filij alieni mẽtiti sunt mihi:*
* *filij alieni inueterati sunt, et claudicauerũt à semitis suis.*

49 Filij tamen alieni, filij iniquitatis, filij Belial, qui seC meo imperio subtrahunt iniustè, quo peccent liberius, ipsi mendaciter, nequitérq; suo more egerunt mecum pacta, ac fœdera inita minimè seruantes: * filij isti alieni (quos ego non pro meis ouibus agnosco) inueterati sunt in malitiis suis: propter quod odientes iustitiam, odiunt me quoque iustitiæ administratorem, & claudicauerunt, aberrauerúntque à semitis suis, in quibus olim ambulabant, obedientiam debitam, & promissam abiicientes, quos propter impietatem suam & ego nihili facio, neque perdendo, multum me perdidisse existimo. 50 Viuis tu Domine, ésque

50 *Viuit dominus, & benedictus deus meus:*

vita vera viuificans omnia, à quo supra narrata cuncta mihi præstantur: & benedictus sis tu, atque laudatus Domine Deus, autor salutis meæ & vnicus Saluator meus: * glorificeris magnificerísque, ô Domine Deus, autor salutis meæ.

51 Tu (inquã) Deus qui facis pro me vindictã atque vltionem contra inimicos meos * & populos alienigenas non

* *& exaltetur Deus salutis meæ.*

51 *Deus qui das vindictas mihi,* * *& subdis populos sub me:*

solum me non finis opprimere, verumetiam subiectos, & tributarios mihi facis, ad ampliandam gloriam regni mei * tu es vnicus Saluator meus, qui me liberas de hostibus furore suo in me insurgentibus, & prælia aduersum me exuscitantibus. 52 Et ab aliis qui oppugnando, atq; inuadendo D insurgunt in me, tu salutem dabis mihi, & victoria me sublimabis: * ab omnibus iniquis, qui mihi iniustè quærũt malum, tu me eripies, faciésq; saluum. 53 Propter hoc, cõfessione laudis ego te celebrabo in gentibus plurimis, quas tu mihi subiectas feceris: * & Psalmos laudis decantabo glorioso nomini tuo, in cõspectu omnium populorum. 54 Tu enim es magnificans saluationes regis tui, mirabiliter & magnificè saluans regem populi tui, quem cõstituisti super populum tuum: * misericorditer agens cum Dauid Christo tuo; quem tu electum vnxisti oleo super populum tuum ab omnibus hostibus, & malis vniuersis eum liberando: * neque verò cum ipso solo, quantum ad eius singularem persõnam peculiariter attinet, verumetiam cum vniuersis posteris eius in sempiternum, qui verum fuerint semen eius, & paternæ iustitiæ fuerint sectatores. His enim tu Domine benefacies in misericordia tua, qui personarum acceptionem nesciens, omnes tibi in iustitiæ veritate fideliter seruientes gratos habes, & acceptos vsque in æternum.

* *liberator meus de inimicis meis iracundis.*
52 *Et ab insurgentibus in me exaltabis me:* * *à viro iniquo eripies me.*
52 *Propterea cõfitebor tibi in nationibus domine:* * *& nomini tuo Psalmum dicam.*
54 *Magnificãs salutes regis eius,* * *& faciens misericordiã Christo suo Dauid,* * *& semini eius vsq; in seculum.*

E

ANNOTATIONES IN Psalmum decimumseptimum.

TAMETSI hunc Psalmum videamur personæ Dauid in Elucidationis processu peculiariter applicasse, non excludimus tamen eorum intelligentiam qui Christo aptare illum voluerint, imò etiam includimus, quemadmodum in figura figuratum continetur, & in signo signatum. Siquidem Dauid, Christi figuram gessisse constat. Et quæ de Dauid in Psalmis dicuntur aduersum inimicos suos dimicante, non est difficile ad Christum contra mundi principes, diabolos, scribásque & Pharisæos, pro veritate & humani generis liberatione pugnantem, accommodare. Neque rursum erit difficile, Psalmum propositum ad Ecclesiam referre: quæ prius grauissimis persequutionibus agitata, atque concussa, ac veluti mortis doloribus circundata, tandem est diuinitus mirabiliter liberata,

propter innocentiam ſuam: quæ à Deo multis eſt donis præcioſis tanquam amabilis ſpōſa dotata, quæ etiam ſuper alienigenas populos accipit ex Dei beneficio principatum. Iterum, & iuſtus quilibet à grauibus periculis miro modo liberatus, Deo liberatori ſuo volenti gratias agere, ex hoc Pſalmo formam gratiarum actionis optimam poteris accipere.

Verſu quinto, Circundederūt me dolores mortis. Si Chriſto applicetur Pſalmus, dolores iſtos mortis & dolores inferni, intellige anguſtias & dolores agoniæ paſsionis atq; mortis: torrentes autem iniquitatis, perſequutionē grauiſsimam, quam impij dæmones, ſcribæ atq; Phariſæi aduerſus eum ſuſcitauerant. Si verò Eccleſiæ aptetur, intellige afflictiones, & perſequutiones grauiſsimas, quibus in ſuis primordiis fuit cōquaſſata, à ſeculi principibus, ac deinde variis hæreticorū adinuentionibus, à quibus etiā poſtremò in nouiſsimo Antichriſti tempore, grauiſsimè affligetur. Verſu nono, Commota eſt, & contremuit terra. Ab hoc verſu vſq; ad decimū ſequentem (hoc eſt, vſque ad verſum decimumnonum) videntur hæc omnia ad perſonam Dauid commodius referri: certè facilius, nihil eſt dubium. Chriſto autem, & eccleſiæ, nō niſi cum magna difficultate, & obſcuritate plurima. Prō quorum intelligentia eſt aduertendum, Deum nonnunquā ſeruo ſuo Dauid in auxilium adfuiſſe inuiſibiliter, quemadmodum cùm nullam exterius pugnam exhibere, ſed inuiſibiliter ipſum Dauid cum ſuo exercitu cōfortans dabat cœlitus victoriam. Nonnūquam verò nimia ſua dignatione ad oſtendendum alienigenis terrorem ſuum, populúmq; ſuum, ac ſeruum Dauid magnificandum coram oculis nationum, etiam viſibiliter ad pugnandum pro Dauid apparuit, euidētibus ſignis ſuam demonſtrans præſentiam, & veluti armis corporalibus pugnando ſe manifeſtans: quemadmodum & de Ioſue
Ioſue 10 legimus, quòd ipſo pugnante lapidibus de cælo demiſsis pu-
Exo.14 gnabatur contra fugientes: & de Aegyptiis in mari rubro, cū inſequerentur Iſraëlem, ingreſsi poſt eos in ſiccū alueū. Reſpiciens enim Dominus (vt Exodi xiiii. ſcribitur ſuper caſtra Aegyptiorum, per columnam ignis, & nubis, interfecit exercitum eorum, & ſubuertit rotas curruum, ferebantúrq; in profundum: quod videntes Aegyptij, dixerunt, Fugiamus Iſraëlem, quia Dominus pugnat pro eis, cōtra nos. Sic & in
2. Reg. 5 ſecūdo Regum libro, cap. v. legitur, quemadmodū Philiſtæis diffu-

diffuſis in valle Raphaim, ad quærendum Dauid vnctum in regem Iſraël, Dominus ipſe apparuit in cacumine pirorum.
G Sic enim reſponſum fuit Dauid à Domino, Cùm adieris ſonitum clamoris gradientis in cacumine pirorum, tūc inibis prælium, quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, vt percutiat caſtra Philiſtiim. Et de hoc miraculo, cōmodè intelligi poteſt Dauid in his decē verſibus peculiariter loquutus. Videtur enim inſignis admodum, & manifeſta fuiſſe victoria, quam à Deo cælitus accepit pro ſe pugnante: propter quod dignum duxit, illum ſingulariter in ſua gratiarū actione commemorare. Percuſsit enim tūc temporis Philiſtæos, Ibidem.
à Gabaa, vſque Geſer, plaga maxima. Quānquam autē nō exprimantur illo in loco omnia quæ hic dicuntur de terræ motu, de fulmine, & tonitruo, & de nubibus cōdenſatis: ſatis tamen eſt veriſimile, omnia illic ſic apparuiſſe, quomodo ipſe qui adfuit, & pro quo exhibebantur hæc mirabilia, præſens ipſe conſpexit. Poſſunt nihilominus hæc omnia myſticis ſen
ſibus ad Chriſtum referri, quem potentia Diuinitatis mirabi- Ioan. 12
liter & magnificè fecit victorem, ſuper aduerſarias poteſtates, principem huius mundi (quem iudicatum eiecit foras in ira ſua) & contra omnes ſeculi ſuperbos, potentes atque ſapientes, quos conturbauit & commouit per ſimplicium Apoſtolorum prædicationem: per hos de cœlo tonans mittēnſq; ſagittas eloquiorum ardentium, quibus illi quidem fugati ſunt, ſaluati autem de manibus, ac poteſtate eorū fideles, idq; propter iram Dei aduerſum hoſtes generis humani, quam oſtendit in plenitudine temporis. Quæ omnia qui exactius velit cognoſcere, apud alios dignos fide Commentatores requirat, prolixius tractata. Noſtra breuitas nō patitur nos exactius ſingula proſequi. Verſu vigeſimonono, Cū peruerſo
H perueꝛteris. Pro verbo peruerteris quidam vetuſti codices inueniuntur habere, peruerſus eris. Nihil autem differt ſentētia, quæ talis eſt. Peruersè ages & peruerſum te monſtrabis: hoc eſt ſeuerum vltorem, & durum iudicem, iis qui peruerſo & nō recto ſunt corde. Conſonat illi, quod vulgo dici ſolet, Malo nodo, malus quærendus eſt cuneus. Illud autem cōſyderatione digniſsimum eſt, quantæ hoc ſit conſolationis, talem erga nos ſeſe mōſtrare Deum Dominum, quales nos ſerui erga ipſum nos exhibemus. Profectò aduerſum longè eſt inter homines, qui cū innocentibus plerūq; peruersè agunt,

non metuentes ab illorum innocentia vindictam: cum perueršis autem (quorũ poteſtatem aut vim metuunt) quaſi innocẽtibus, benignius agunt. Verſu trigeſimoprimo, Quoniã tu illuminas lucernã meã Domine. Mens humana non ex ſe lux eſt vel lumen, ſed lucerna, luminis videlicet capax, vt candela: quæ, ſi igne fuerit cæleſti & lumine deſuper participato accẽſa, lucet, & illuminat interiora hominis. Si verò accẽſa nõ fuerit, neq; lumine cælitus participato donata, candela eſt quidẽ, ſed extincta nõ ardens, neq; lucẽs. Iuſtorũ autem mens, vt ſit ardens lucẽnſq; lucerna, à Dño illuminatur: quemadmodum de Ioanne dicitur, Ille erat lucerna ardens & lucens. Verſu trigeſimoſecũdo, Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo trãſgrediar murũ. Dei confortatio iuſtum ad duo facit valentẽ, in quibus eſt perfecta iuſtitia. Primũ enim hoc agit, vt nulla tentatione à rectitudine & Dei Charitate ſeparetur. Deinde, vt ad quæcũq; pro eius amore peragẽda ſit animo promptus, etiam ſi difficillima, & humanitus videantur impoſsibilia, cuiuſmodi eſt murum trãſgredi. Horum prius innuitur cum dicitur, In te eripiar à tentatione. Poſterius verò, cùm dicitur, In Deo meo tranſgrediar murum. Quid enim tam difficile vel impoſsibile humanitus, quàm murũ tranſgredi? Verſu trigeſimotertio, Deus meus impolluta via eius. Clarior foret oratio, ſi dixiſſet, Impolluta eſt via Dei mei, aut, Deus meus impolluta habet viam. Nũc verò dum primũ Deus meus ponitur, ac ſine rectore, hoc relicto adiicitur per relatiuũ, impolluta via eius, turbatior fit, & inconſueta oratio: ſed emphaſis maior latet, & exprimitur hac in nouitate multa affectio, quẽadmodum & alibi dicitur, Dñs ipſe eſt Deus. Verſu quadrageſimoſeptimo, Eripies me de cõtradictionibus populi. Tres iſti verſus commodiſsimè Chriſto poſſent applicari. Ipſe enim de cõtradictione quã (Paulo teſte) à peccatoribus aduerſus ſemetipſum grauiſsimã ſuſtinuit, patris potẽtia ereptus: conſtitutus eſt in caput gentiũ, regémq; , ac dueem populi , primogenitus factus in multis fratribus, iuxta illud, Dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam, & poſſeſsionẽ tuam terminos terræ: Populus quoq; gentiũ qui prius fuerat idolatriæ deditus, quem prius Deus nõ agnouerat (quemadmodum neq; cognitus fuerat ab eo) ſubiecit ſe ſeruituti eius, factúſq; eſt obediens ei, mox vt prædicationẽ Apoſtolicã, verbum

Ioan. 5

A

Hebr. 12
Roma. 8
Pſal. 2

bum Euangelij, doctrinam veritatis auribus audire cœpit.
B Filij autem alieni, Iudæi (qui ex electione paterna filij erant Dei, ſed ſua propria prauitate, atque infidelitate facti à Deo alieni) ipſi mentiti ſunt Chriſto Domino, negauerúntque eum, dicentes, ſe alium non habere regem, niſi Cæſarem: mentiti ſunt verò Domino ſuo, illum abnegantes coram Pontio Pilato, ſuntque obdurati, & obſtinati in ſua malitia, & deuiauerunt à ſemitis fidelium patrum ſuorum, Patriarcharum, atq; Prophetarum, & cæterorum iuſtorum, qui adnentum Chriſti toto corde deſiderabant, quem hi aduenientem mali filij contempſerunt, atque etiam interemerunt. Verſu vltimo, Magnificans ſalutes regis eius. Videtur eſſe incommodum orationis, ex ſubita mutatione perſonæ. Priore ſiquidem verſu dixerat ſecunda perſona, Confitebor tibi, &c. nunc verò ſubitò abſq; connexione debita, ſubdit, Magnificans ſalutes regis eius, & faciens miſericordiam Chriſto ſuo, tertia perſona; cum dicendum magis videretur ad hunc modum, Confitebor tibi in nationibus Domine, & nomini tuo Pſalmum dicam. Tu enim es magnificans ſalutes regis tui, & faciens miſericordiam Chriſto tuo Dauid, & ſemini eius vſq; in ſeculum. Verùm de huiuſmodi difficultatibus quæ in ſcripturis ex perſonarum mutatione occurrunt, quiſquis conqueritur, delicatis auribus eſſe ſe probat, minimèque in ſcripturis ſanctis verſatum, vtpote quem adhuc offendunt eiuſmodi, quique nondum illis aſſueuit, quæ C ſunt ſcripturarum vſui familiariſsima, miniméq; extranea.

Ioan. 1

DECIMIOCTAVI PSALMI ARGVMENTVM.

ERVCTAT *Pſalmiſta in hoc Pſalmo, ex plenitudine contemplationis venturorum myſteriorum nouæ legis, magna & mirabilia fidei noſtræ ſacramenta, incipiens à prædicatione Euangelij, quod per cæleſtes illos Apoſtolos nocte, & die pergens, atque proficiſcens omnibus populis eſt prædicatum, cuiuſcunque linguæ vel idiomatis fuerint in omnibus finibus orbis terrarum. Atque hæc quidem primis quatuor verſibus. Dehinc, verſibus tribus ſequentibus, Dei humanationem, atque à patris ſinu ad terras filij Dei deſcenſum, ac poſteriorem ad eundem regreſſum, & ſancti Spiritus donationem prædicit. Poſt quæ à verſu octauo, de lege Euangelica (quam Chriſtus adueniens tradidit obſeruandam, ad quam Apoſtoli prædicandam per orbem fuerant miſſi)*

prolixius loquitur, multipliciter eam commendans, vsque ad versum decimumtertium. Vbi deinde, à delictis quotidianis in quibus multipliciter etiam iustos contingit offendere, & ab occultis petit mundari, & à peruersis, atque alienis Deum sibi parcere precatur: ita vt non dominentur eius, sicq; immaculatus perstare possit ante Deum, illique adiutori, & redemptori suo grata semper laudis depromere cantica.

DECIMIOCTAVI PSALMI ELVCIDATIO.

1 Cæli enarrant gloriã Dei:

SVBLIMES, ac cælestes viri, Apostoli sancti, (quos Deus sicuti cælos inhabitat, suáque luce dignanter perfundit, qui etiam in cæteros inferiores omnes super quos à Deo constituti sunt, mirabiliter, & salubriter influũt) hi sunt, qui Dei magnificam gloriam enarrarunt, prædicarúntque populis, per orbem vniuersum: * & opera Dei, quæ ipse in potentia, sapientia, & bonitate sua mirabiliter est operatus, tam in rerum omnium potentissima creatione quàm in humani generis dignatissima redemptione, annuntiauit venerandus ille senatus Apostolicus, qui est veluti firmamẽtum, in quo lucent ipsi vt fulgidissimæ quædam stellæ, totũ mũdum illuminantes. 2 Verbum autem prædicationis eorum, breuissimo temporis spatio percurrit, & peruenit vbiq;, die vno diei alteri veritatis verbum eructante, celeritérq; transmittente, & nocte vna alteri scientiam hanc verbi Dei, & Euangelicę legis cognitionem, indicante: ita vt quasi de die in diem pergere videretur, celeritérq; incrementa accipere quotidianis profectibus. 3 Vsque adeò autem verbum istud prædicationis eorum celerrimè peruolauit omnia, vt non sint vlla loquelarum genera, neq; idiomata vlla sermonum in quibus non auditæ sint aut fuerint voces prædicationis, atq; annuntiationis eorum: itémque nulli fuerunt homines cuiuscunq; linguæ, cuiuscunq; idiomatis, cuiuscunq; loquelæ, ad quos non peruenerit illorum sublimium prædicatorum instructio: quemadmodum non est vlla gens, neq; populus, ad quos non pertingat cælorum corporalium illuminatio, influxus, & multiplex operatio. 4 In omnes partes terræ peruenit vox Euangelicæ prædicationis ipsorum, & in omnes fines orbis terrarum peruenerunt sermones eorum, quibus magnalia Dei annuntiauerunt: peruenit (dico) vox

** & opera manuũ eius annũtiat firmamẽtum.*

2 Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiã.

Marc.16
Actuu.13

3 Nõ sunt loquelæ neque sermones, quorũ non audiantur voces eorum.

4 In omnẽ terram exiuit sonus eorum & in fines orbis terræ verba eorum.

vox prædicationis eorum, in orientem, occidentem, & meridiem, & septentrionem, vbiq; fructificans, & crescens, Dominо (cuius gloriam prædicabant) iter ipsorum dirigente, & sermonem sequentibus signis confirmante. 5 Inter omnia autem magnalia Dei, quæ cæli illi annuntiarunt, hoc veluti caput est, atq; præcipuum, quod Deus in sole posuit taberna culum suum: id est, mansionem atq; habitationẽ suã posuit in Christo homine, (qui sic in medio totius Ecclesiæ constitutus illuminat omnem hominem venientem in hunc mũdum, quomodo sol in medio firmamenti, mundum totum illuminat) quando ipsi Diuinitati complacuit humanã sibi in Christo vnire naturã, ita vt in homine Christo tota Diuinitatis plenitudo inhabitaret corporaliter. * & ipse hic sol, Dei filius, de secreto sinus paterni, in quo erat ante secula, processit in publicum, assumpta carnis nostrę substantia, inter homines visibilis visibiliter apparens: * Item & de secreto materni vteri, in quo per spiritumsanctum operationem cõceptus latebat. Processit (inquam) ad eum modum, quo spõsus adornatus nuptialibus vestibus, cũ gaudio, & festiuitate foras procedit de cubili suo. 6 Adueniens autem in mundum Dei filius, in gaudio magno, & alacritate multa, hilariter ad nostrã paruitatẽ descẽdit, viámq; illã qua à cælorũ sublimibus ad infima nostra venit, alacriter valde cucurrit, ad modũ fortis gigantis accurrentis ad pugnã, & liberationem populi sui. Sic enim Dei filius, gigas fortissimus, debelaturus hostẽ generis humani, nõ vtiq; vlla necessitate coactus, neq; inuitus, sed propter nimiã charitatem, qua dilexit nos, liberrimo animo ad nos accurrit potius quã accessit, imò aduolauit potius quàm accurrit: * via autẽ, quam percurrit ad nos veniens, maxima omninò, & longissima erat. Siquidẽ egressus eius erat à sublimitate cælorũ, à patris sinu, in quo quiescebat ab initio. Exiit enim à patre, & venit in mundum. 7 Et post peractã pugnam, obtentúmq; de hoste triumphũ, peractis omnibus ad quæ missus fuerat, iterũ occurrit, estq; regressus illuc vnde exierat. Mundũ enim relinquens, rediit ad sinum, & dexteram patris, vnde nobis aduenerat: * ipse verò in altum ascendẽs, dona dedit hominibus sui spiritus, fecitq; electos suos vniuersos sui caloris, & ardoris (hoc est, spiritus sui) participes: ita vt nemo sit, quem non visitatio donorum eius subinde tangat, qui non virtutẽ sen-

5 In sole posuit tabernaculũ suũ:

Marc.16
Ioan.1

** & ipse tãquam sponsus procedẽs de thalamo suo.*

Colos.2

6 Exultauit vt gigas ad currendam viam:

** à summo cælo egressio eius.*

7 Et occursus eius vsq; ad summũ eius:

Ioan.1
Ioan.16

** nec est qui se abscõdat à calore eius.*

Psal.67
Ephes.4

tiat illuminationis,& spiritus eius, quãtumuis etiam se abscondere aut occultare videatur à conspectu Dei. Quemadmodũ enim sol materialis ad summũ cæli scandens, omnia sui caloris virtute contingit, neq; quicquam est quod non eius virtutem persentiat,tametsi quædam amplius,alia minus:ita & sol iste,cui caloris & luminis virtutem modo quodam diffundit in omnes,illuminans omnẽ hominẽ venientem in hunc mundum. 8 Simul autem cum his Dei magnalibus annuntiauerunt cælestes illi viri per orbem terrarum legem illam præclaram Euangelicam quam suis obseruandam Christus Dominus tradidit, docerique gentes præcepit. Quę sanè lex immaculata est,tam in semetipsa(vtpote nihil habens maculæ,nihil iniquũ,neq; vanũ præcipiens aut prohibens)quàm in suis obseruatoribus,quos sanctos & immaculatos coram Deo constituit:*estq; conuertens hominum animas à vanitate errorum,& peccatorum, ad veritatẽ vitæ ac fidei. Qui enim illi intenderit,facilè relictis vitiis veritati,atq; virtuti sese accommodabit.*lex illa(quæ & testimoniũ Domini dicitur,quòd in ea testificetur)monstrétq; Deus, quid agendum quídve omittendum, fidelis est,dispósita in iudicio & æquitate, firma,stabilis, suis obseruatoribus pretiosa reddens præmia:*præstátq; verã ac cælestem sapientiã humilibus,diligenter assiduéq; meditantibus in eo: quorũmentem Deus sua gratia dignãter illuminat,vt ipsius legẽ valeant secundũ veritatẽ intelligere. 9 Præcepta Dei(quibus iustificantur homines) recta, æqua, & iusta sunt, lætificántq; corda illorũ qui obseruãt ea. Siquidẽ mens ex testimonio bonæ cõscientiæ, & obseruatione fideli perceptorũ Dei secura quasi iuge conuiuiũ est:*lex Domini nequaquã obscura est,nequaquam intricata aut implicita difficultatibus,cuiusmodi sunt pleræq; hominum leges,sed lucida est, clara est,imò veluti lux quædã est illuminãs oculos,& mentes intendentiũ illi,vt viã vitæ videre possint,qua ambulare debeãt,quidq; vel agere,vel omittere oporteat. 10 Timor Domini,ac filialis reuerentia (qua nos docet lex Euangelica erga Deũ vera affici charitate)sanctus,ac mũdus est,per quẽ sanctificatur homo,& declinat à malo,perduraturus in sempiternũ,& neq; in patria fœlicitatis abiiciẽdus. Permanebit enim in æternũ sanctorũ erga Deũ filialis reuerẽtia:*præceptа Domini quæ in iudicio dispósita sunt nobis, & secundũ quæ

8 *Lex Domini immaculata:* Ioan.1 Mat.28 * *conuertẽs animas:* Psalm.110 * *testimonium Domini fidele,* * *sapientiã præstans paruulis.*

9 *Iustitiæ Domini rectæ lætificãtes corda.* Prouer.15 * *præceptũ Domini lucidum, illuminans oculos.*

10 *Timor domini sanctus,permanet in seculum seculi.* * *iudicia Domini vera,iustificata in semetipsa.*

quæ iudicaturus est Deus obseruantes siue transgredientes ea; sunt in summa veritate,& æquitate dispósita, iustitiã & & æquitatẽ habẽtia ex semetipsis,& in semetipsis,à Deo: videlicet quia Domini illius sunt,& ab illo data,qui potestatẽ habet plenã,percipiẽdi nobis quicquid voluerit. Quicquid enim illẽ præcepit,hoc ipso quod ab illo præcipitur iustum est vt obseruetur à nobis, quicquid tandem illud fuerit. H Sunt autẽ hæc Domini præcepta,bonis amabilia valde, & cõcupiscibilia: estq; eorũ intelligẽtia,& obseruatio summè optanda, concupiscenda,atq; desideranda, amplius quã possessio auri,vel argenti,vel lapidis quantumlibet pretiosi, *maiorémq; præstant suauitatem,atq; internam dulcedinẽ obseruatoribus suis,quàm præstare possint ea, quæ reputãtur corporali gustui suauissima, veluti mel,& fauus mellis. Nam hæc tantũ fortunæ, aut corporis bona sunt, possuntq; vel oculos,vel palatum oblectare paululum,quę oblectatio & modica valde est,& nõ diu duratura:lex autem Domini, meditantibus in ea dulcedinem maximam in spiritu donat, & obseruantibus ex bonæ conscientiæ testimonio integrã suauitatem, atq; oblectationem perfectam, quæ & his verè maior est illa quam mundus donat,& in æternum non deficiet. 12 Et quidem serui tui fideles,qui tibi placere quærũt, ipsi intenti sunt ad obseruationem illorum præceptorum tuorum,solliciti ea custodire,operéq; adimplere: *& nõ est sine fructu labor eorum, sed in illorum obseruatione bonã atq; copiosam percipiunt remunerationem, dum & nũc in hoc tempore per obseruationem gaudium acquirunt in cõscientia,ex bono testimonio,& in futuro beatam susçipient æternæ fœlicitatis retributionem. 13 Verũtamen quia fragiles admodũ sumus ex nobis ipsis,& carnis sensu proni ad illicita,fit,vt frequenter etiam qui tibi bona voluntate seruire cupiunt,in multis offendant quotidie,& leuibus offensionibus multipliciter delinquant,ita vt vix quisquam sufficiat ea omnia deprehendere,in quibus offendit:cum occultissimè nonnunquam subrepant,etiam cum minimè ipse qui operatur animaduertit: *contra quas quotidianas offensiones,tuam Deus piissimè clementiam sedulo deprecor,vt ab occultis istis peccatis meis (quæ siue per ignorantiã, siue per surreptionem commisi, quæ mihi præ multitudine omnia non satis sunt cognita)meam animam emundes,per indulgent

11 *Desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum:* * *& dulciora sup mel, & fauum.*

12 *Etenim seruus tuus custodit eas* * *& in custodiendis illis, retributio multa.*

13 *Delicta quis intelliget?*

* *ab occultis meis mũda me.*

* & ab alienis parce seruo tuo.

gentiam,& benignam illorũ remissionem: * ab iis qui à te sunt alieni,à malis,atq; peruersis (qui tui serui non sunt,sed potiùs tuæ voluntatis cõtradictores)parce mihi Domine, & esto mihi liberator:vt non illorum prauis aliquando suggestionibus seducat in malum. * Ab iis etiã quæ impij dæmones,vel carnis corruptio,aut mũdi peruersitas(quę tria semper hostes tui sunt,& à te alieni)mihi ingerunt,parce mihi: & hos motus prauos peccatorũ,quos obtrudunt mihi etiam nolenti,& secundũ spiritum reluctiti,ne imputaueris mihi,

14 Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero:

nec consentire me patiaris violentię illorũ. 14 Quantumuis enim fuerint mihi molesti,quantumuis me grauiter vrgeant,& angant suis tentationibus: confido tamen, donec illi mihi non dominentur,donec eis secũdum spiritum non consentiam in malitiis, me fore immaculatũ ante conspectum tuũ, sanctúmq; ac mundum reputandum ante oculos

* & emundabor à delicto maximo.

maiestatis tuæ? * & mundus seruabor à peccato pleno,atq; profectò,quod non fit mihi per cõsensum voluntatis in oblatam propositámq; iniquitatem. 15 Neq; vlla ex parte illorum malitia(quandiu voluntate non consensero) me tibi

15 Et erunt vt complaceãt eloquia oris mei

reddere poterit odiosum,aut malè gratum,sed erunt (nihil illis obstantibus)verba laudis,& gratiarum actionis,quibus te laudauero per os meum,accepta tibi,& beneplacita,cùm nemo tibi fiat acceptus aliter,quàm propriæ volũtatis consensu: * & meditatio cordis mei in lege tua, & beneficiis,

* & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

erit grata semper, & placita ante conspectũ præsentiæ tuæ. 16 Tu enim es,ô Domine,auxiliator meus, atq; redemptor, cuius auxilio cõfido in præceptis legis tuæ perseueraturum me semper,neq; vllis vnquam alienorũ suasionibus,aut impulsibus cessurum,ac tandem ab omnibus periculis liberatum saluum futurum in vitam ęternam,quam promissione

16 Domine adiutor meus & redẽptor meus.

veridica pollicitus es vniuersis tibi seruitute fideli famulantibus,in præmium retributionis æternæ.Amen.

ANNOTATIONES IN *Psalmum decimumoctauum.*

VERSV primo,Cæli enarrant gloriam Dei. Per cælos, intelliguntur sancti Apostoli.Habent enim magnam eum cælis similitudinem.Cæli enim à Deo lumen suscipiũt, & miram influendi augendique virtutem, vt ea in subiecta corpora effundant,terrã vniuersam circumambulant,Deiq; iussu circumeunt ad viuificandum eam. Neq; est vlla terræ plaga

plaga,quam cæli non perlustrẽt,ac visitent.Continent item quicquid in rerũ natura existit,& extra ipsos est nihil. Quæ omnia sanctis Apostolis applicare,attendenti Elucidationis F verba est facillimum. Eadem quoque ratione firmamento assimilantur:quanquam ad hoc possit etiã alia adiici ratio, quoniam videlicet sicut firmamentũ diuidit aquas ab aquis, aquas cæleſtes ab aquis,quæ super terram sunt,ita venerandus ille Apostolorum senatus,aquas ab aquis,populos infideles diuidit,atque distinguit à fidelibus, aquas cælestes ab aquis terræ.Aquæ enim multæ,populi multi.Posset nihilominus per firmamẽtum commodè admodum intelligi vniuersa fidelium Ecclesia,accipiendo firmamentum corporale (ad quod fit comparatio) non tantùm pro sphæra vnica, quam ponunt octauam in ordine cælorum: sed pro tota illa machina cælorum,in quibus sunt stellæ siue erraticę,siue fixæ,id est,pro omnibus simul orbibus, tam planetarũ, quàm cæterarum stellarum fixarum?Tota enim Ecclesia,in laude, & gratiarum actione opera Dei annuntiat, & cum fauore prædicat. Versu secundo, Dies diei eructat verbum. Præter interpretationem in Elucidatione positam,posset versus hic aliter intelligi,per diem,accipiendo fidelem legis Euangelicæ: per noctem verò, Iudæum,aut etiam philosophum, ad hunc sensum,Dies,diebus verbum Euangelicæ prædicationis eructant,fideles à Deo quasi dies illuminati,de plenitudine interioris vnctionis doctrinæq; sanctæ fidei,qua pleni sunt copiosè effundunt in alios fideles, sicque fideles alij alios trahũt, quèadmodum dies diem quasi post se trahit,& dies diei lumen velut transmittit:quèadmodum & nox nocti,id est,Iudæus(cuius cognitio legalis veluti noctis est lumen,comparatione ad cognitionẽ legis Euãgelicæ,quæ est quasi lux diei)Iudæo legis indicat scientiã: quemadmodum G item & philosophus philosophũ docet rerum humanarum cognitionem,quę veluti noctis tenebræ sunt,comparatione ad lumen doctrinæ Euangelicæ, imò etiam comparatione ad scientiam legis. Versu tertio,Non sunt loquelę neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. Sermo iste multam habet difficultatem,eò quòd in eodem casu duplex ponitur relatio,dicendo quorum & eorum: deinde etiam,q primi relatiui fiat enuntiatio per genitiuum,quæ videretur rectiùs per casum datiuum fieri debere,pro quorum,dicendo

Apoc. 17

do quibus. Non est tamen minor in Græco sermone incommoditas, aut difficultas, quàm sit in Latino: vt ne quis Latino interpreti id putet imputãdum. Sciendũ autem est, huius versiculi duplicem dari posse intelligentiam. Prior hæc est, Non sunt vllæ linguæ, neq; vlla sermonum genera, quibus non sint auditæ voces Apostolorum prædicantium: hoc est, prædicasse illos in omnibus generibus linguarũ, ita vt nulla sit lingua, nullum idioma, quo non ipsi prædicauerint, & in quo nõ fuerit audita vox prædicationis eorum. Quæ intelligentia de dono linguarũ loquitur: quod certissimũ est Apostolos ita accepisse, vt quocunq; peruenirent prædicandi Euangelij gratia, eiusmodi illic sermonis idiomate vterentur, quo ab illius loci incolis potuissent intelligi. Consonátq; hęc intelligentia illi quod in 11. cap. Actuum Apostolicorum diuersarum linguarum homines dicebant, Audiuimus illos nostris linguis loquentes magnalia Dei: audiuimus vnusquisq; linguam in qua nati sumus. Posterior intelligentia est, secundum quam per loquelas & sermones accipiuntur homines ipsi cuiuscunque loquelæ siue idiomatis, quemadmodũ & in aliis scripturæ locis nõ semel linguæ vel
Apoca. 7 loquelæ solent accipi. Veluti cùm dicitur, Ex omnibus gen-
Daniel. 7 tibus, tribubus, & linguis. Et alibi, Tribus, & linguæ seruiẽt ei. Versu quinto, In sole posuit tabernaculum suũ. Quemadmodum per cælos Apostoli, ita per solẽ signatur Christus dominus. Sol enim in medio cælorum quasi rex, & princeps locum habet, illuminãs mirabiliter omnia, & suum lumen per firmamentũ longè latéq; diffundẽs, suo respectu omnia viuificans, absentia autem cuncta mortificans. Fulgétq; gloria, & splendore præ omnibus astris, & immensam superat claritatem cælorum. Oriens manè in magnifica gloria, & fulgore permaximo, ad vesperã occidit. Cùm in meridie in summo cæli est, hoc est, in eleuatione maxima, descendit quantocyus appropinquante vespera, & se penitus per noctis tempus abscondit: rursumq; manè in gloria magna, cum gaudio eorum qui in terra sunt, reuertitur. Insuper in medio firmamenti positus, ab illo vehitur, & veluti circũfertur per orbem vniuersum. Hæc autem omnia, non ita difficile fuerit Christo Dei patris filio applicare. Ipse enim in medio Apostolorum, atq; adeò in medio totius suæ Ecclesiæ, erat quasi præceptor, & doctor, suæ doctrinę claritate eos illuminans,

nans, vt ipsi deinde mundo vniuersò sufficienter illuminando. Ipse in medio est totius Ecclesiæ, omnem hominem venientem in hunc mundum illuminans, lucẽs in cordibus fidelium, ad illuminationẽ scientię claritatis Dei, vt ait Apostolus. Ipse est veritas & vita, in quo omnia erãt vita ab ini-
A tio, & in quo viuimus, mouemur, & sumus. Aduenięte quo- Ioan. 1
que mundi vespera tẽporis plenitudine appropinquante de- 2. Cor. 4
scendit Dei filius de summo cælorũ, de sinu patris in vterũ Ioan. 14
matris: illicq; sese (sub humana natura diuinã occultando) Act. 17
abscondit. Post passionem verò, veluti noctis peracto tẽpo- Ioan. 1
re à mortuis resurgẽs, reuersus est in magnificẽtia glorificationis suæ, ad summum cęlorũ vnde fuerat egressus. Insuper ab Apostolis circumuectus est per orbem terrarũ, & veluti per eius circuitũ illorum prædicatione deportatus, dum eius gloriam vbiq; terrarum, longè latéq; prædicauerunt. Aduertendũ prętereà, qp dicitur ipsa Diuinitas in hoc sole posuisse tabernaculum suum. Est autem tabernaculum, peregrinantium, aut ad pugnam pergentium. Venturus ergo ad pugnã Deus contra inimicum generis humani, & quasi colonus, Hiere. 14
atq; peregrinus futurus in terra, tabernaculũ assumpsit carnis nostrę, in quo peregrinus, & pugnator inhabitauit: quod tamen (pugna peracta) nõ est dedignatus, neq; à se abiecit, sed dignanter glorificatum euexit secum in patriam suam. Posset etiam per solem virgo Maria intelligi, quæ propter præclarum fidei lumen, propter eximium charitatis feruorem, propter præclaram omnimodam sanctitatem, rectè solis nomine potest designari. In hoc autem sole posuit Deus tabernaculum, quando in ea humanam assumpsit naturam. Versu eodem, Processio ista qua tanquam sponsus processit Christus de thalamo, duplex inuenitur. Prior quidem, à patris sinu in vterũ matris, ac deinde à matris vtero in mundũ.
Et paternus ergo sinus, & virginis vterus, Christi thalamus
B fuerunt. Clariùs tamen processio illa intelligitur, qua de patris sinu per vterum virgineũ, processit in publicum mundi, inter homines homo apparens. Rectè autẽ hoc loco. sponsi & nuptiarum adhibetur cõparatio. Siquidem in Christi incarnatione, desponsatio duplex, & duplices erãt nuptiæ. Primùm enim, admirabiles nuptiæ celebratæ sunt in virgineo vtero, inter naturam diuinam & humanam: quãdo in vnum suppositum, spiritu sancto operante, Diuinitas atq; humani-

tas

tas pariter sunt vnitæ. Deinde cum his nuptiis & alteræ fiebant, Christi videlicet hominis cum Ecclesia sancta. Hanc enim in vtero virginis homo factus, primùm veluti duxit in spõsam, eámq; sibi cohabitare fecit: quod matrimoniũ tunc consummatũ fuit, quando cum illa sua desponsata vxore, in crucis lecto dormiuit: hoc est, quãdo in illa eadem quam in nauitate assumpserat natura, in cruce pro humano genere mori est dignatus. Sponsis quoq; mos est, vestibus nouis, & decẽtibus indui: sic & Christus habitum nouitatis assumpsit, Philip. 2 habitu factus vt homo, in quo sibi Ecclesiã copulauit. Versu septimo, Nec est qui se abscõdat à calore eius. Per hũc calorem posset, prẽter spiritũ sanctum (de quo in Elucidatione dictum est) etiã aliud accipi, satis proposito cõueniens: nempe potestas Christi iudiciaria, quam à patre morte deuicta Actu. 10 accepit, constitutus iudex viuorum atq; mortuorum, quemadmodum omnis clamat scriptura. Assumptus siquidem in cælum ad patris dexterã, de cætero expectat, vt veniat iudicare viuos & mortuos: contra impios verò, & infideles specialiter, in furore & feruore iracũdiæ suæ, quam nemo poterit effugere, à qua ira nemo se poterit occultare. Quamuis autem præsentem Psalmum hucusq; in Elucidatione, atque annotationibus exposuerimus secundũ mysticam intelligẽtiam, per cælos intelligentes Apostolos, per firmamentum Apostolicum senatũ, per quos in vniuersum orbem diffusa est prædicatio veritatis Euangelicæ, atq; ita in sequentibus (secundũ quem sensum manifestè docet Apostolus Paulus debere nos hunc præsentem Psalmum intelligere cũ in Epi- Rom. 10 stola ad Romanos, ad astruẽdam Apostolicæ prædicationis generalitatem, quartũ ipsius versum allegat) possent tamen non inconuenienter hæc omnia de cælo, firmamẽto, sole & processione atq; cursu ipsius ad literam intelligi & exponi: idq; pulchrè admodum, & iucunda sententia. Cæli enim in amplitudine sua, verbo solo creati, in omni suo ornatu ma- nifestè proclamant & palàm annũtiant gloriã potentissimi Psalm. 32 Dei: qui (vt in alio Psalmo scribitur) verbo suo illos firmauit, & spiritu oris sui perfecit omnẽ virtutem illorũ. Firmamentum quoq; prædicat mirabilia opera Dei, quod tanta magnitudine, & inæstimabili stellarũ multitudine mirificè est decoratum. Die, ac nocte non cessant hæ creaturæ laudare dominum, & velut de die in diem laudẽ effundunt, neque finis

finis est laudationis, & annuntiationis huius, ita vt quo diutius quis in illis contempletur, eo amplius gloriam Dei perspiciat. Inuisibilia enim Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta Rom. 1 conspiciuntur. Non sunt vllæ linguæ, neque populi, quibus non prædicet cælorum magnificentia Dei omnipotentiam: & quasi vocem suam, & prædicationẽ effudit super omnes gentes, sicque modo quodam in omnem terram, & in fines orbis terræ exiuit sonus iste annuntiationis, & prædicatio- D nis eorum. Sol quoque iste corporalis, in medio cælorum, quasi in tabernaculo suo inhabitat: & ipse tanquam sponsus procedit formosus in stola sua, quando de occasu reuertitur, mundo oriens, & illucescens in magnifico splendore. Currit quoque fortissime vt gigas, & motu velocissimo intra naturalis diei spatium rapitur per medium cæli, vt completum efficiat cursum suum, totum cæli ambitum intra breuissimum hoc temporis spatium perambulans, siue potius percurrens. Dum in summo cæli est, descendit in occasum: & iterum ab occasu reuertitur secundum vicissitudinem, ad cæli medium, atque supremum & pertingit calor eius super vniuersam creaturam. Quæ omnia sic breuiter indicata, si quis latius explicet, aut profundius contempletur, videbit quàm non malè possint hæc omnia etiam secũdum literam intelligi & exponi de cælis & sole corporalibus: id quod & in annotationibus ex Hebræo aliquanto fiet clarius, quantum ad versus aliquot magis principales. In his tamen annotationibus, noluimus propter vitandam cõfusionem nisi mysticam interpretationem prosequi, quæ ex intentione Apostoli est, & orthodoxorum patrum expositionibus magis conformis. Versu octauo, Lex Domini immaculata. Nota, quemadmodum præcepta Domini multiplici hic appellatione nominantur: videlicet lex, testimonium, iustitiæ, præcepta atque iudicia. Quorum nominum omnium atq; etiam plurium rationes latius explicatæ inue- nitri possunt Psal. 118. vbi harum appellationum est frequen- E tissimus vsus. Versu decimotertio, Ab alienis parce seruo tuo. Incertum est, an alienis masculini generis sit, vt intelligatur ab iis, qui à te alieni sunt: an generis neutri, vt accipiatur pro malis, vel peccatis alienis, hoc est, pro iis, quæ aliunde obueniunt, quemadmodum sunt cogitationes, & affectiones malæ, atq; inordinatæ, quæ vel ex diaboli frau-

dulentia vel ex carnis malitia sese ingerunt homini præter voluntatis consensum. Motus enim inordinati (siue iræ, siue gulæ, siue alterius peccati) quãuis ex suo genere mali sint, non sunt tamen nostra mala, vel nostra vitia, nisi ex voluntate nostra procedant, vel per voluntatem propriam ea acceptemus, oblatis consentiendo, aut in ipsis delectationem constituendo. Alioqui, si non consentimus, si mox vt sense-
Psalm.136 rimus ad petram allidimus, reclamamus, repugnamus, contraluctamur, non consensum præbemus, non delectatione immoramur: aliena sunt, non nostra, Dæmonis enim sunt, malæ carnis: nostra verò non sunt, quæ quantum possumus tota virtute abiicimus. Nullum enim vitium meum est, nisi quod voluntas mea facit esse meum. His autem alienis delictis frequenter virum etiam iustum contingit obrui, à quibus sibi postulat Deum parcere, vt scilicet non imputentur sibi ad punitionem, quibus pro sua fragilitate obluctatur: aut vt non sinantur aliquando ita excrescere, vt dominationem acquirant, & in consensum nimia pugna deiectum tandem pertrahant. Neutrum autem genus, valet vel ex Græco vel ex Hebræo discerni. Vtrobiq; enim similis quæ in Latino, est ambiguitas. Vnde ex Hebræo quidam vertunt, à superbis libera me, quod pro genere masculino videtur facere: alij, à superbis, vel temeritatibus, quod pro genere neutro,

Versu decimoquarto, Si mei non fuerint dominati. Idem in hoc versu vsuuenit, quod in præcedenti ostendimus: videlicet quòd incertũ est, an genere masculino debeat legi dominati sunt, vt referatur ad ipsos alienos: an genere neutro, dominata sunt, vt referatur ad ipsa aliena vitia, & peccata. In Græco enim, verbũ est: vnde fit, vt hinc decerni non possit de genere. Vtraq; autem lectio bonũ sensum habet. Secũdum genus masculinũ sensus est. manere hominem immaculatum, & mundum à delicto magno, & mortali, quo inter Deũ, & animi fiat diuisio, donec impij mala suggerẽtes nõ dominẽtur illi. cui mala suggerũt. Non enim coinquinatur homo per tentantiũ malas suggestiones, nisi per cõsensum tentãtibus se subiiciat, aut ab eis deuinci se patiatur, illósq; dominari ac prævalere sibi. Si verò genere neutro legamus, & sic clara est sentẽtia. Nõ enim maculat hominẽ, quòd malis motibus, & vitiosis cogitationibus, atq; affectiõibus obruitur, modò nõ patiatur suo cõsensu illis venire intra se dominium

minium. Quanquã autẽ vulgatiores codices Latini penè omnes habeãt genere masculino, Si mei nõ fuerint dominati: apud beatũ tamen Augustũ. inuenimus genere neutro, Si mei non fuerint dominata, qui etiam exponit vitia & peccata.

G

DECIMINONI PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVM istum plerique fidelium doctorum ad Christum referunt, vt sit oratio populi fidelis, Christo domino prospera omnia precantis. Quorum pietati, nullo modo obsistimus. Nobis tamen in Elucidatione placet magis ad regem temporalem, aut præsidentem temporaliter accommodari. Videtur enim oratio esse à Dauid composita, & sacerdotibus tradita, tanquam forma orationis simul atque benedictionis, pro salute, & prosperitate victoriæ contra inimicos ipsius: qua vterentur ad cantandum, & supplicandum Deo pro regis salute, potissimum eo tempore, quo contra hostes esset profecturus. Et quoniam beatus Paulus docet Ti- 1. Tim. 2
motheo scribens, primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, peculiariter autem pro regibus & omnibus, qui in sublimitate sunt constituti, vt & quietam, & tranquillam vitam agant subditi, si illi accipiant misericordiam, cúmque vix alius in vniuerso Psalmorum libro occurrat, qui tam commodè & apertè per omnia ad hoc propositum quadret, visum fuit nobis expediens, hunc Psalmum ita elucidando aptare, vt apta forma esse posit orandi pro rege, aut etiam alio quolibet, siue in temporalibus, siue in spiritualibus præsidente, vt ipsum proferant, siue sacerdotes siue alij ei subiecti, pro salute regis: potissimum, cùm huius Psalmi nullus penè sit vsus, si Christo applicetur. Nihil enim opus est nunc postulare patrem, vt filium suum exaudiat, vt illius holocaustum acceptet, vt illum saluet ab inimicis. Iam enim ista peracta sunt. Secundum nostram autem quam proposuimus intelligentiam, totus Psalmus rectè co-
H hæret, neque opus vllo argumenti contextu, cùm seipsam monstret connexio. Veruntamen & spiritualiter accommodari poterit hic Psalmus cuilibet fideli, pro quo volumus deprecationem facere, vt de hostibus spiritualibus obtineat pugnando victoriam. Et poterit Psalmus iste pro quolibet proferri cupiente regnum Dei (quod intra se est) custodire ab inimicis, populúmque subiectum (id est, vires omnes, actiones, cogitationes atque affectiones) Luc. 17
sub imperio iusto, tanquam rex bonus, continere. Hoc enim pacto, vnusquisque fidelis, qui cum vitijs & concupiscentijs pugnat,

cúmq; dæmonibus & mundo, rex nominatur. Et quatenus rex est vel esse cupit, eatenus pro eo Psalmus iste contra inimicos dirigi potest. Neq; difficile est habenti vel paululum spiritualis luminis, ea quæ de temporali rege dicuntur: ad huiusmodi spiritualiter regem transferre. Nunc tamen attendamus, quemadmodum pro regibus ac præsidentibus orare debeamus: attendentes quoq; affectum cordis, & desiderium orationi conformemus.

DECIMINONI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Exaudiat te dominus in die tribulationis:*
* *protegat te nomẽ dei Iacob.*
2 *Mittat tibi auxiliũ de sancto:*
* *et de Sion tueatur te.*
3 *Memor sit omnis sacrificij tui:*
* *et holocaustum tuum pingue fiat.*
4 *Tribuat tibi secundũ cor tuum:*
* *& omne consiliũ tuũ confirmet.*
5 *Lætabimur in salutari tuo:*
* *& in nomine dei nostri magnificabimur.*

EXAVDIAT te Dominus in tempore tribulationis, cùm insurrexerint aduersum te inimici tui, ad persequendum animam tuam, cùm clamaueris ad ipsum de tribulatione tua: *protegat te atq; defendat dominus Deus patrum nostrorum, Abraham, Isaac, & Iacob, ad inuocationem nominis sui sancti. 2 Mittat tibi desuper de cælo sancto suo A adiutorium, præbeátq; tibi auxilium supernum, de sublimi sanctuario suo * & de superna illa cælesti arce Sion, tibi adueniens in auxilium, tueatur te ab omni nocumento hostiũ tuorum. 3 Aspiciat Dominus ad omne sacrificium tuum, quod ei animo liberali, & corde deuoto frequentissime obtulisti, aut etiam offers, aut in futuro proponis offerre: & holocaustum tuum in conspectu eius pinguescat, & quasi pinguissimum fiat acceptum in oculis eius, in modum adipis pinguissimi, tam illud quod obtulisti, quàm quod offers etiam nunc, aut in posterum offerre decreueris. 4 Tribuat tibi dominus omnia iuxta desiderium, & votum cordis tui quæcunque salutaria postulas siue desideras: *& omne tuum consilium omne propositum cordis tui, quodcunque cogitaueris in corde tuo ad gloriam Dei atque propriam tuam subiectorúmque tuorum salutem, dominus ipse confirmet, & in effectum perducat. 5 Lætabimur nos (qui ex Dei ordinatione sub alis tuis protegimur) in salute, & saluatione tibi à Deo concessa contra inimicos tuos, ac deinde etiam in saluatione, quam nos per te, & ex te consequemur: quemadmodum lætari solent subditi, in saluatione, & victoria regis, & ipsi nimirum hac via protecti ab inimicis B suis: * & in nomine Dei nostri, quem speramus tibi protectorem, atque defensorem fore nos magnificabimur, atque exaltabimur super inimicos nostros, liberati de manibus eorum

eorum, imò de eis obtenta victoria, & reportato triumpho.
6 Adimpleat Dominus, & ad effectum plenum perducat omnes petitiones, & omnia desyderia cordis tui, quæcunque secundum Deum salutaria concupiscis tibi donando: *nunc fisi in Dei misericordia, & spei certitudine confirmati, quasi rem indubitatã firmiter teneremus acsi res iam perfecta foret: plenéq; confidimus, quòd saluum faciet Dominus te regem nostrum Christum suum, quem super nos vnxit, prępositq; regem populo suo. 7 Exaudiet te Dominus de cælo quod sanctificauit sibi in aulam, & sedem regni tui, vbi nihil omnino pollutum est, nihil coinquinatum, sed sunt omnia diuinæ consona voluntati: *salus autem dexteræ eius, victoria, atq; saluatio, quam faciet per dexteram suam, ipsa erit in fortitudinibus supernis Diuinæ potentiæ, inq; virtute superna, qua Deus tibi velut in multis potentibus exercitibus assistet. 8 Sperent alij, & confidant in apparatu bellico, in for G titudine prudentiáque humana, in curruum multitudine, & equorum fortitudine ac numero: *nos autem spem habebimus, non in huiusmodi, neq; in equis nostris, neq; in curribus nostris, aut in vlla nostra fortitudine siue prudentia, aut cuiuscunq; etiam auxilio: sed in Deo omnipotente, cuius nomen inuocabimus, quotiescunq; graue aliquid nobis immineb it, *& cuius nomen etiam inter præliandum conclamabimus, ab illo postulaturi salutem, atq; victoriam, qui eam habet in manu sua. 9 Ipsi quidem fidentes in humanis viribus, atq; in semetipsis spem habentes, comprehendentur, cõstringentur, concludentur, & quasi obuincientur, & cadent prostrati in prælio, non potentes in suo tanto apparatu obtinere quam sperabant victoriam: *nos autem in Domino spem habentes: fortissimo propugnatore nostro, nõ prosternemur neq; succumbemus, sed per victricem Dei nostri manum exaltabimur, & resurgemus ab humilitate nostra, sub qua pressi aliquãdo iacebamus sub inimicis nostris, & etiã ab illa, ad quam nos prosternere sperabant aduersarij nostri impetu virtutis suæ. 10 ô Domine, te precatur supplex populus tuus, vt regem quẽ vnxisti super nos, quem propugnatorem, & saluatorem dedisti nobis, saluum semper ab omni aduersitate custodias, & item omnes qui in sublimitate super populum tuum sunt constituti, vt tranquillam & quietã vitam agat populus tuus, in omni pietate: * & exaudi nos

6 *Impleat Dominus omnes petitiones tuas:*
* *nunc cognoui, quoniam saluũ fecit Dominus Christũ suum.*
7 *Exaudiet illũ de cælo sancto suo:*
* *in potentatibus salus dexteræ eius.*
8 *Hi in curribus & hi in equis:*
* *nos autem in nomine Dñi Dei nostri inuocabimus.*
9 *Ipsi obligati sunt, et ceciderunt:*
* *nos autem surreximus & erecti sumus.*
10 *Domine saluum fac regem:* * *& exaudi nos in die qua inuocaueri-*
mus te.

1.Tim.2 Domine salutaria ista bona à te humiliter deposcentes, in quocunq; die te ad protectionem ex corde inuocauerimus: vt ita tuæ exauditionis benignitate,& qui præsident, & qui subiiciuntur omnes serui tui, pariter in salutem tuam perducamur æternam, sine fine tecum illic pariter regnaturi ante conspectum tuum in secula seculorum.Amen.

VIGESIMI PSALMI
ARGVMENTVM.

PSALMVS iste conuenienter accipi posset vt forma gratiarum actionis pro regis victoria,quemadmodum mox præcedentem diximus esse formam orandi pro regis salute. Et ad eum sensum facilè est totum Psalmum exponere, si tantùm ea quæ Christo absq; mensura tribuimus & secundum æternitatem, regi temporali secundum temporalem gloriam, iuxta congruitatem adaptemus. Possunt item quæ in hoc Psalmo dicuntur, pro sanctorum gloriosa victoria,& salute post pugnam secura, Deo decantari. Hi enim omnes reges sunt, regnaturi cum Christo imperatore suo,qui illis dedit esse reges in secula seculorum. Et his facilè est applicare Psalmum,tantum ea quæ Christo attribuuntur secundum plenitudinem vt primogenito, his ad mensuram (quæ sit adoptione regibus factis) applicando. Verùm quia huius Psalmi omnia peculiariter & eximio modo ad Christum pertinere cognoscuntur,visum fuit nobis hunc Psalmum regi Messiæ, Christo domino, peculiariter aptare, sicq; totam Elucidationis seriem texere,vt gratiarum actio sit patri decantanda pro filij sui domini nostri magnifica exaltatione & inæstimabili gloria,ad quam illum post passionis vilitatem sublimauit. Et quidem vsq; ad Psalmi penè dimidium,hoc est,vsq; ad versum octauũ, gloria exaltati Messiæ exprimitur:post verò omnium aduersariorũ veritatis,qui Messiam hunc respuerunt,& in eo patrem Deum contempserunt,pœna atq; vindicta terribilis describitur. Nouissimus autem versus, in laudis proposito canticum terminat. Apoc.22

VIGESIMI PSALMI
ELVCIDATIO.

1 *Domine in virtute tua lætabitur rex:* * *& super salutare tuũ exultabit vehementer.*

DOMINE Deus,omnipotẽs pater,in virtute potentiæ tuæ lætabitur Christus rex noster,cùm per eam hostes suos deuicerit,optatúmque de hoste (ad quem debellandum venerat) triumphũ reportauerit:* & de salute atq; saluatiõe, quã illi in tua virtute facere dedisti pro populo suo, gaudio perma

permaximo gaudebit.Cum enim nihil ipse tam optauerit quàm salutem,ac redemptionem populi sui,constat gaudiũ illi fore perfectum,tunc,cum morte deuicta,& hoste humani generis debellato, perfectam populo suo redemptionem fuerit operatus. 2 Desiderium cordis, & votum pij affectus ipsius adimplesti ei, & desideratam populi sui salutem contulisti ei:*neq; denegasti ei petitionem voluntatis suæ, qua te orauit per os suum,& postulauit per labia sua:postulans à te dari sibi gentes in hæreditatem, & terminos terræ in possessionem. 3 Idcirco autem ipse in te lætabitur, & tu adimplesti desiderium eius, quoniam tu illum copiosè implesti non ad mensuram, dulcissimis benedictionibus omnium gratiarum spiritualium, faciens super eum requiescere spiritum sapientiæ,& intellectus,consilij,& fortitudinis, scientiæ,& pietatis,& timoris sancti tui: atque ob hoc,non potuisti non exaudire tam gratissimum puerum tuum, tibi supplicantem:*fecisti illum,hoste deuicto,regem super populum, quem dari sibi postulauerat, & diadema regni gloriosum,coronam immarcesibilem regni æterni imposuisti capiti eius, vt regnet super omnes sanctos in secula seculorum. 4 In diebus carnis suæ cum adhuc in pugna versaretur, preces supplicationésque obtulit tibi patri suo petens à morte saluus fieri, & in manus tuas commendans spiritum suum, petiit à te vitam æternam, non pro se tantum, sed & pro populo suo:& tu liberaliter dedisti ei,tam pro se, quàm pro omnibus seruis eius: *longitudinẽ scilicet dierum dedisti ei,id est,durationem æternam, & vitam sine fine,in omnia secula seculorum. 5 Gloria regni eius est magna valde,superans nimirum omnem gloriam principum terræ:cũ sit ipse regum terræ princeps, Rex Regũ & Dominus Dominantium,& duratione existens sempiterna:quã sanè gloriam ex tuo salutari,ex tua saluatione ipse habet,eo quòd à morte illum tua potentia mirabili saluare volueris,sicq; mirificè exaltare,dans illi nomen quod est super omne nomẽ: *pro passionibus quoq;,& laboribus,quibus fuit pro salute populi sui humiliatus,magnifica gloria & honore permaximo coronasti, decorasti, & exaltasti illum, ita vt in nomine eius omne flectatur genu. 6 Quoniam tu illum benedices benedictione æterna,imò benedictionis autorem cõstitues, ita vt in eo benedicantur omnes tribus terræ, ita vt ipse

2 *Desiderium cordis eius tribuisti ei:* * *et voluntate labiorũ eius non fraudasti eum.*

3 *Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis:* Psalmo 2. Ioannis 3 Esaiæ 11 * *posuisti in capite eius* coronã de lapide pretioso.

4 *Vitam petiit à te, & tribuisti ei:* * *longitudinem dierũ in seculũ & in seculũ seculi.* Hebræ.5 Apocal.9

5 *Magna est gloria eius in salutari tuo:* * *gloriã & magnũ decorẽ impones super eum.* Philip.2 Ibidem.

6 *Quoniã dabis eum in*

benedictionem,in seculum seculi.
**Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.*
Gene.22 & 26
Galat.3
7 Quoniã rex sperat in Domino:
*** & in misericordia altissimi nõ commouebitur.*
8 Inueniatur manus tua omnib⁹ inimicis tuis:
** dextera tua ſueniat omnes qui te oderunt.*
9 Pones eos vt clibanũ ignis in tempore vultus tui: * Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.*
Matthę.25

omnium verè benedicendorum ſit benedictio in ſempiternum: *lætitia illum inæſtimabili adimplebis,in gaudio ſælicitatis æternæ,per aſpectum vultus tui,per præſentiam Diuinitatis tuæ. 7 Quoniam quidem rex noſter Chriſtus ſperauit in Domino Deo patre ſuo,& illi ſuam cauſam omnem commiſit, inque illius manus omnia commendauit:*& in miſericordia altiſsimi cõfidens,non potuit conturbari,aut fruſtrari neq; etiam commouebitur,aut fruſtrabitur vnquã, ſed in ſempiternum ſecurus erit, tam quo ad ſe, quàm quo ad populum ſuum. 8 Qui verò ſe tibi aduerſarios, inobedientes,atq; inimicos exhibuerint,illi inuenient ſentiẽtq; manum tuam,& ſeueram experientur vltionem:diſtricta iuſtitię tuæ *dextera tua tanget, & comprehendet omnes qui tibi aduerſantur,vltionémq; exercebit in eos. 9 In ignem ſempiternum mittes eos,vbi igne vehementiſsimo,& inextinguibili ardebunt, quaſi caminus ignis vehementiſsimè calefactus,atq; inflammatus:idq; facies in tempore iræ tuę, quando tempus veniet oſtendendi ſeueritatem iuſti iudicij tui: * tu Domine in furore iſto iracundiæ,in illo tempore vltionis conturbabis,diſperdes,& confundes eos conturbatione maxima:& mox ad prolationem ſententiæ tuæ, accipiet eos ignis gehennæ,inq; eum incident,atq; mergentur, in ictu oculi,perpetuis,& intolerabilibus cruciatibus in eo affligendi. 10 Simul quoque perdes & ad nihilum rediges omnem fructum, quem in terra habere videbantur, ita vt damnati nullum vltra valeant fructum percipere ex iis quę poſſederant,quæq; reliquerant ſuper terram,neq; de omnibus operibus, quæ operati ſunt ſuper terram,de quibus iam erubeſcunt,& confunduntur,confuſione ſempiterna:*ſemẽ quoq; eorum & poſteros(quos prauis ſuis exemplis ipſi corruperunt,qui malitię parentum ſuorum fuerint imitatores) perdes periréq; facies de numero filiorum hominum viuentium,de numero bonorum ſegregabis eos,& inter mortuos collocabis. 11 Idcirco autem pœna huiuſcemodi vlciſceris in eos,quoniam mala,& peruerſa contra te,tuóſque ſeruos attentauerunt:*& ad ſuas malitias conceptas adimplendas,cõſilia, modos,& adinuentiones ſubtiliter excogitaue-

10 *Fructum eorum de terra perdes:* * & ſemen eorum à filiis hominum.*
11 *Quoniam declinauerunt in te mala:* *cogitauerunt conſilia quæ non potuerunt:*

runt: quæ tamen non potuerunt confirmare, & in effectum perducere,vincente nimirum tua potentia,atq; ſapientia omnem illorum malitiam. Cogitauerunt enim tui nominis gloriam annihilare,& tuos cultores opprimere inimici tui: quod,te impediente,neq; potuerunt vnquam neq; poterunt operis effectu complere. 12 Quoniã tu pones illos,faciéſq; eſſe tibi velut dorſum,impoſiturus ſuper eos onus importabile, & pondus damnationis æternæ, quod tuo iudicio portare debebunt: *in pœnis damnationis æternæ,quas tu illis ſeruas quaſi reliquias peccatorum ſuorum, quæ veluti fæces ſunt vini delitiarum, quod in hoc mundo potarunt: in his (inquam) tuis reliquiis, implebis vultum eorum, & his potabis eos,cum vultum ſuum exhibuerint tibi,cum venerit ante conſpectum tuum:his reliquis, his fæcibus, tu præparabis ac miro modo ad horrorem aptabis,atque diſpones facies eorum,confuſionem mortis,& damnationis(quæ illis ex operibus ſuis relicta eſt) veluti ſupereducturus ſuper faciem eorum. 13 Ita tu Domine rex noſter, & Dominus noſter,exaltaberis,& glorioſus apparebis,ac talem teipſum demonſtrabis in omnipotenti fortitudine tua: * nos verò populus tuus:& ſerui tui congratulantes tibi,laudibus præ-
C dicabimus, canticiſq; ac Pſalmis ad laudem aptatis efferemus fortiſsima opera virtutis, atq; omnipotentiæ tuæ quæ CHRISTO Ieſu regi noſtro eſt tecum ô ingenite pater,& cum ſpiritu ſancto communis,in ſecula ſeculorum. Amen.

runt ſtabilire.
12 Quoniã pones eos dorſum: * in reliquiis tuis præparabis vultũ eorum.*
13 Exaltare Domine in virtute tua: * cantabimus & Pſallemus virtutes tuas.*

ANNOTATIONES
in Pſalmum vigeſimum.

VERSV tertio, Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis. Si pro ſanctorũ gloria hunc Pſalmũ proferimus,manifeſtũ ſatis eſt,quomodo ipſi præueniantur à Deo benedictionibus dulcedinis,viſitatione, liberalitate, & multiformi gratia Dei,quibus ſuos electos miſericorditer Deus præuenit,vt dignã valeant,& bonã militiã militare,& fructũ dignum facere. Iuxta quod alio loco noſter canit Pſalmiſta,Miſericordia eius præueniet me. Quod autẽ dicitur Deus poſuiſſe in capite coronam de pretioſo lapide, non aliud eſt, niſi quòd reges ſunt in conſpectu eius: iuxta quod in Apocalypſi dicitur, Fecit nos regnũ. & ſacerdotes, Deo & patri ſuo. De regibus autẽ temporalibus intelligendo Pſalmum,prę uentio item in benedictionibus dulcedinis

Pſal.58

Apoca.5

intelligitur, liberalis donatio gratiarũ, quas in regẽ posuit Deus, vt apꝛus esset, atq; idoneus dominator super populum suum: & corona illa de lapide pretioso, temporalis regni dia dema accipietur. Et quæ sequuntur cætera facilè aptari possunt vtriq; intelligentiæ. Versu octauo, Inueniatur manus D tua omnibus inimicis tuis. Quæ hic sequuntur sub persona secunda, possunt referri vel ad patrem, ad quem factus est sermo in principio Psalmi, vt sit sensus, Tua manus, ô Deus pater inueniatur omnibus inimicis tuis, qui videlicet filio tuo resistẽdo aduersarios sese tibi exhibuerũt. Aut ad personam regis nostri Christi pertinere possunt, ad hunc sensum, Inueniatur manus tua, ô rex noster Christe, omnibus inimicis tuis, qui tuo se regno subdere nolunt, oblatã per te Euãgelij gratiã recusantes, & redẽptionis exhibitũ beneficium abiicientes. Neq; multũ refert, siue hoc siue illo modo sermo efferatur: quandoquidem iidem sunt Dei patris & regis
Ioan.15 Christi inimici, aduersarij iidem. Qui enim odit filiũ, & patrem odit, qui misit illũ. Et qui filio aduersatur, inimicũ se patri constituit. Commune item erit vltionis iudiciũ, patri
Ioan.5 & filio. Iudicabit enim pater, per filium, cui dedit potestatẽ
Actu.10 iudicium facere, quémque (iuxta Petri sermonem) iudicem constituit viuorum atq; mortuorum. Versu penultimo, In reliquiis tuis præparabis vultum eorũ. Reliquiæ illæ peccatorum, pœnæ sunt, quæ pro cõmissis peccatis eis apud iustũ
Rom.6 iudicem seruantur. Nam (Paulo testante) stipendia peccati, mors est: nihilq; aliud manet impios post mortem, ex omnibus quibus in hoc mundo inseruierunt vitiis, quàm cõfusio æterna, & damnatio perpetua. Quemadmodum enim vinũ, & cereuisia, & omne quod inebriat, aut in delitiis est: fæces habet: quæ tamen à bibentibus relinquuntur, neq; simul cũ potu hauriuntur, sic omnes huius mundi delitiæ quibus peccatores fruuntur, fæces quasdam habent gustus pessimi, & E intolerabilis: quæ modo quidẽ ab illis non gustantur, quàm sint amaræ, verùm iustus iudex, reliquias has, & fæces, illis reseruabit in tẽpus vltionis, atq; in diem iudicij adducet eas, ac tunc quidem illos gustare, imò velint nolint eporare cõ-
Apo.18 pellet, cùm (iuxta illud Apocalypsis) tantum illis dabitur de tormentis, quãtum prius in delitiis fuerant glorificati. Neminem verò turbet: quòd Deo loquens Psalmista dicat: reliquiæ tuę, quasi Dei sint istę reliquiæ, & non peccatorũ. Reliquiæ

quiæ enim Dei dicuntur, quatenus ipse eas seruabit peccatoribus, non autem quasi ipse eas sit gustaturus. Quemadmodum vindicta Dei dicitur, quam in impios proferet, non quam sentiet ipse. Peccatorum autem longè aliter esse dicitur, quatenus scilicet in eos exercebitur, & quatenus ipsi eam ferent in sese. Sic differenter reliquiæ istæ & Dei dicuntur, qui eas seruat impiis, & impiorum, qui gustabunt epotabúntque eas. Potest autem commodè admodum præsenti loco accommodari etiam illud, quod in Psalmo alio scribi- Psalm.74
tur, de calice Domini, cuius fex non est exinanita, de qua bibent omnes peccatores terræ.

VIGESIMI PRIMI PSALMI ARGVMENTVM.

HVNC *Psalmum, manifestissimum est ad Christi per-*
sonam spectare, ex Euangeliis sacris: in quibus, ipsius ver
F *sus plures ad Christum pertinere asserũtur, & in Chri-*
sti passione impleti. Nam principium Psalmi, à Christo in cruce
prolatum, scribit Matthæus, capite 27. sui Euangelij: vbi etiam Matth. 27
illud Respice in me, non adiicitur, quemadmodum neque hoc loco in Hebræis habetur codicibus. Illud quoque, Diuiserunt sibi
vestimenta mea, Ioannes capite 19. testatur, in Christi passio- Ioan.19
ne impletum. Rursum illud, Narrabo nomen tuum fratribus
meis, Paulus Apostolus in Epistola ad Hebræos ad Christum Hebr.2.
accommodat, docens quomodo nos Christus dignatus sit vocare
suos fratres. Et (vt summatim dicam) quisquis ea quæ sancti
Euangelistæ scripserunt de passione Dominica (Matthæus quidem, cap. 26. & 27. Marcus, cap. 15. & 16. Lucas, 22. &
23. Ioannes verò, 18. & 19.) contulerit cum iis quæ in hoc loco
dicuntur, apertissimè cognoscet, omnia hæc ad Christum optimè
quadrare, & videbit, quemadmodum clarissimo illuminationis
radio præuidens ante multa tempora Dauid quæ futura erant,
sic quasi præterita descripserit, atque ea quidem ita perfectè atque
distinctè, ac si præsens ipse omnia transacta oculis conspexisset.
Est ergo Psalmus iste oratio Christi in afflictione passionis po-
siti, quam ad patrem effundit: in quo primùm suam derelictio-
nem proponit, quasi cum querimonia, secundum eam infirmi-
tatem, secundum quam etiam calicem sibi auferri, in Euan- Matth.24
gelio legitur postulasse. Ad eandem enim partem (nempe in-
firmam & humanam, secundum sensualem affectum) viden-
tur illa petitio & ista querimonia pertinere: & indicat vtraque

carn

carnis infirmæ fragilitatem, quam se habere veram ac passibilem atq; passiones etiam exhorrescētem, Christus Dominus & illa petitione & hac querimonia nobis demonstrare volebat. Exaggerat autem querimoniā, eò quòd patres antiqui (qui non nisi serui erāt) clamātes ad patrem, frequenter exauditi fuerint, deq; manibus inimicorum liberati: cùm ipse, filius existens dilectus, in tantam derelictionem, patris permissione deuenerit. Moxq; incipit suæ passionis Matth. 3 & 17 *miseriam & magnitudinem enarrare, per omnia iuxta Euangelicæ narrationis historiam: atq; id quidē à versu septimo vsq; ad vigesimum. A quo deinde post enarratā passionis miseriam, patrē orat pro liberatione & resuscitatione sua, ne in morte vel in inferno permaneat, sed à mortuis redeat victor: idq; facit tribus versibus. Quæ verò deinc sequuntur, à versu vigesimotertio, ad Christi resurrectionem, & ad nouæ Ecclesiæ per Christi resurrectionē genitæ ædificationem pertinent, vsq; ad finē Psalmi. Et primùm quidē patri promittit filius clarificationem, & prædicationē ipsius in medio ecclesiæ. Deinc versu vigesimo quarto, subitò commutata persona, Christus qui hactenus ad patrem direxerat sermonem, nunc ad fideles Ecclesiæ filios exhortationē conuertit, monens eos pro suæ resurrectionis gloria gratias agere patri liberatori. Ac deinde, ēuersionem gentium ad Deum, & Ecclesiæ ædificationem, ac beneficia quæ in Ecclesia conferentur (tam de patre quàm de se ad patris dexteram exaltato quasi de tertia persona loquens) prædicit: atq; ita qui in querimonia incœperat, propter solitudinis (vt videbatur) derelictionem, in gaudio terminat, propter fidelium ex sua resurrectione conuersionem, & multiplicationem.*

VIGESIMI PRIMI PSALMI ELVCIDATIO.

1 Deus deus meus respice in me.
** quare me dereliquisti?*
** lōgè à salute mea verba delictorū meorum.*

DOMINATOR omnium Deus, qui meus etiā peculiariter es pater, & Deus secundū assumptæ carnis fragilitatem, aspice quæso nunc ad me, in quanta sim positus desolatione, in quāta pendeam miseria, omni destitutus solatio, omni prorsus auxilio humano priuatus: posteaquàm omnes noti atq; discipuli fugientes, me reliquerunt: * atque adeò etiā tu pater meus benignissime, quomodo sic me reliquisti, tuæ mihi diuinę liberationis subtrahens consolationem, perinde ac si purus essem homo, & nō etiam filius tuus, vnus tecum Deus & dominus: * ecce verba delictorum meorum, id est, opera peccatorum generis humani, populi mei, quæ tu

tu pater in me posuisti, & ego in meipso libens suscepi atq; portaui, quæ ego non secus atq; mea reputo, volens pro eis tanquam pro peccatis propriis ex tua voluntate satisfacere: hæc (inquam) peccatorum opera sunt, quæ longè me faciūt à salute mea, quæ nunc à me tuā saluationem elongāt, propter quę nunc tua me Deitas non liberat. Nam sic decretum est à te, & sic ego acceptaui, vt hanc desolationē ad mortem vsq; pro generis humani peccatis expiandis, debeam sustinere. 2 Quanquam autem id sciam, & secūdum spiritum ad id sim promptissimus: tamen, quantum ex parte carnis, quę infirma est, aspera horret, præ nimio pauore & horrore, tædio atq; miseria clamaui ad te, secūdum inferiorem hanc partem, postulās si possibile esset, auferri à me calicē quem præuidebat spiritus: clamaui (inquam) per diem, cùm horror ille futurę passionis partem inferiorem turbaret: verùm tu non exaudisti me in hac petitione, secundum inferioris partis appetitum postulantem: * atq; etiam cum nocte clamarem in horto positus, flexis genibus in terram prostratus atq; etiam in agonia grauissima constitutus: tu tamen non exaudisti, sic vt auferres à me calicem, quē ex tuo decreto, & ex meæ etiam voluntatis secundum spiritum acceptatione, eram bibiturus: * nequaquam tamen hoc ad insipientiam mihi debet imputari, nemo hoc debet in me arguere, quòd secūdum partis inferioris appetitum postulauerim id, in quo non est mihi facta exauditio: quoniam licet secundum inferioris partis infirmitatem (ad testimonium veræ humanitatis meæ) exhorruerim calicem, atque pro eius amotione fuerim deprecatus, tamen secundum spiritum in omnibus submisi, atque commendaui meipsum voluntati tuæ, dicens tibi, Nō mea, sed tua voluntas fiat. 3 Dum verò ego in his pendeo angustiis, dum in hac desolatione ago in terris, tu in excelso cælo sancto tuo habitas, ô mi suauissime pater, qui es laus populi tui fidelis, quem laudant ac prædicant serui tui, & in quo laudatur & gloriatur omnis populus tuus. Siquidem laudabilis est populus, cuius tu es dominus Deus eius: & in te, semper est ipsorū laudatio. 4 Patres nostri, fideles serui tui Patriarchæ atque Prophetæ, & cæteri iusti horum imitatores, ex quibus secundum carnem ego factus sum: ipsi spem suam omnem in te positam habuerunt: * & tu non dereliquisti sperantes in te, sed liberasti eos

2 Deus meus, clamabo per diē: & non exaudies: Matth. 26 Ibidem.
** & nocte,* Lucæ 22
** & nō ad insipientiam mihi.*
3 Tu autem insancto habitas laus Israēl. Lucæ 22 Psalm. 143
4 In te speraverūt patres nostri: Rom. 1. 9
** speraverunt, & liberasti eos.*

5 *Ad te clamauerũt et salui facti sunt: *in te sperauerunt & non sunt confusi.*
*6 Ego autẽ sum vermis, & nõ homo: *opprobriũ hominũ, & abiectio plebis.*
Esaiæ 53
Matth.27
Ibidem.
7 Oẽs videntes me deriserunt me:
Ioan.8
Matth.27
** loquuti sunt labijs, & mouerũt caput.*
Ioan.3 & 5
*8 Sperauit in domino eripiat eũ: *saluum faciat eũ, quoniã vult eũ.*
*9 Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre: *spes mea ab vberibus matris meæ:*

eos de manibus omnium inimicorũ, & saluos fecisti eos ab omni malo. 5 Clamantes ad te de necessitatibus & angustiis suis pro auxilio, tua diuina virtute ipsos protegente, & pro eis pugnante, salui facti sunt: * spem suam in te posuerunt, & non sunt frustrati spe sua, nec sunt cõfusi ab expectatione sua. 6 Cùm verò istis, qui tantum serui erãt, semper misericordiam tuam exhibueris, mihi tamen nunc in tanta hac derelictione posito, non præstatur à te liberatio. Ego enim non quasi homo, sed potius vt vermis pauperrimus & miserrimus appareo, cuius nemo miseretur, quantumuis indignissimis modis sim tractatus: quemadmodum super vermem nulla est misericordia: *sum factus hominum opprobrium & illusio, atque etiam infimæ vilissimæq; plebis despectio, vir dolorum & sciens infirmitates, quasi leprosus & despectus, de nouissimis virorum, cui non est species neque decor. 7 Omnes qui me viderunt, in hac pendentem miseria, transeuntes per viam, derisionis & illusionis signa exhibuerunt contra me: * loquuti sunt ore suo aduersum me conuitia, probra, blasphemias iacientes in me, absque vlla reuerentia: & in derisionis signum, mouerunt aduersum me capita sua, quasi congaudentes meæ miseriæ, & protestantes dignam factis me accepisse vindictam. 8 Loquati sunt aduersum me in tantis angustiis pendentem, in hunc modum, Ecce vbi nunc est Deus, quem se patrem habere gloriabatur, in quo sperare se dicebat, quem se glorificare, & à quo se missum prædicabat: veniat nunc illi in auxilium, & eripiat illum de manibus nostris: *si hic filius Dei est, descendat nunc de cruce: & si pater hũc filium suum agnoscit, descendere illum faciat de cruce, sicq; faciat saluum de manibus nostris: quandoquidem ipse asseruit, se à patre suo diligi & amari, & esse Deo in ipso, vt patri in filio beneplacitum. Atque ita, dum tu pater me nunc derelinquis, isti crucifixores mei arbitrantur falsa esse quæcunque de te prædicaui. 9 Ecce Domine pater tu es qui me sine humanæ virtutis operatione, tua diuina operatione, nasci fecisti secundum carnem, atq; modum, in verum hominem prodire, de vtero virginis matris meæ: *& quemadmodum generationis, patrẽ alium præter te, non habui autorẽ, sic tu etiam spes mea tota semper fuisti, in te semper cõfisus sum, etiam tunc cum fugerem vbera matris meæ: id est, à prima etiã infantia,

fantia, semper spem in te habui, tanquam in Deum & patrẽ meum: *in te omnem spem meam conieci, & veluti meipsum totum plenissima confidentia in te proieci, à prima in E fantia, à tempore egressus ex vtero. 10 A tempore quo egressus sum de vtero matris meæ, à prima ætate semper ego te agnoui & habui Deum meũ & patrem meũ, semper te colui, semper in te speraui: * ne ergo nunc derelinquas me pater vsquequaq;, quẽadmodum isti existimãt: propterea quòd temporalis liberationis auxilium non præstas, arbitrantes me prorsus à te derelictum: sed adesto mihi in auxilium sic vt in morte non permaneam, & tempore definito per te à mortuis resuscitet ad vitam, vtq; interim in his passionibus fortis perseuerem, pro generis humani salute. 11 Idcirco autem tuæ præsentiæ supplex deposco auxiliũ, quoniam tribulatio maxima ex omni parte mihi adiacet, & vndiquaque me premit, ex omni parte circundantibus me angustiis & malis: dum continuo, inimicorum sæuiente inuida malitia, accumulantur mihi cruciatus: * & in his omnibus doloribus, nemo est hominum qui mihi impendat quicquam auxilij: dum omnes à me discipuli atque noti fugerunt, & si qui etiam sint qui velint adiuuare, propter fortitudinem & rabiem inimicorum non valent. 12 Circundederunt me ad comprehendendum, illudendum, & affligendum milites delicati atque lasciui, ad modum vitulorum lasciuientium & saltantium præ petulantia, gaudentes in caprione, illusione & afflictione mea: *scribæ, pharisæi, & F seniores populi (qui veluti tauri erant implacabili odio & crudelitate erga me obdurati, pingues vtique & potentes de latiis & diuitiis) obsederunt me, & ita diligenter custodiri fecerunt atque ipsi etiam obseruauerunt, vt nullo modo secũdum humanam viam viderer posse eripi de manibus eorũ, donec me morti traderent 13 Ad deuorandum me aperuerũt os suũ, aduersum me, ad modum leonis rapere quærẽtis prædam, & rugitum emittentis ad perdendum suo terrore innoxia animalcula. Sic enim & ipsi ferocissimi aduersarij mei, contra me dilatauerunt os suum, & rugitum sæuæ accusationis cõtra me emiserunt, ante Pontium Pilatũ præsidem terribiliter me accusantes in multis, dicẽtes, me subuersorem gentis, turbatorẽ populi, potestatibus rebellantẽ, & Dei blasphematorem iuxta legem mortis reum; quẽ sanè

** in te proiectus sum ex vtero.*
*10 De ventre matris meæ Deus meus es tu: *ne discesseris à me.*
Psalm. 15
*11 Quoniã tribulatio proxima est: *& non est qui adiuuet*
Matth.26
*12 Circũdederũt me vituli multi: *tauri pingues obsederunt me.*
13 Aperuerũt sup me os suũ sicut leo rapiens & rugiens.
Luc. 23

nèrugitum iniqui clamoris, contra me emiserunt, vt me morti adiudicatum crudeliter interficerent. 14 Et ego præ
14 *Sicut aqua effusus sum: * & dispersa sũt omnia ossa mea.* pasionis enormitate, acerbitate pœnarum, & vexatione immensa, quibus me affecerunt, dilapsus sum quasi viribus omnibus destitutus, in modum aquæ effusæ, quæ consisten-
B tiam non habens mox diffluit & dilabitur,* & omnia ossa mea disipata sunt, dilapsa sunt, infirmata sunt, suáq; fortitudine & robore pristino destituta, ita vt nihil vltrà superesset in me virium. 15 Cor meum nimia pasionum angustia oppressum, factum est intra me, in medio corporis mei,
15 *Factum est cor meũ tanquam cera liquescens, in medio ventris mei.* in superioribus corporis, ad modum ceræ, quæ per ignis calorem dissoluitur, sicque suam perdens quam priùs habebat duritiem & continuitatem, diffluit resoluta. Sic enim & cor meum intra me continuo defectu resoluebatur, & defluebat tendens ad defectionem, præ pasionis ardore atque vehementia, nimia afflictione penè exesum atque consumptum.
16 Fortitudo mea omnis, omnisq; vigor qui intra me fuerat exhauritur, penitusq; absumitur & excoquitur, pasionis magnitudine: ad eum modum, quo ex vase fictili (quod humido priùs fictũ fuerat) per ignis actionem, omnis humor excoquitur & elicitur, donec perfecta sit soláque siccitas:
16 *Aruit tanquam testa virtus mea: * & lingua mea adhæsit faucibus meis: * & in puluerem mortis deduxisti me.* * adeò autem omnis humor & vigor defecit in me, vt lingua adhæreat faucibus meis, veluti conuisata nimia siccitate: quod solet fieri iis qui grauissima siti premuntur: * &
H vsq; ad puluerem mortis (in quem reuertuntur mortui) penè redire permisisti me, mox in mortem venturum: dùm mihi robur ab illis sic exhaustum non reparas. 17 Neq; verò
17 *Quoniã circundederunt me canes multi:* mirum, si tam grauẽ sustinuerim in mea pasione miseriam. Circundederunt enim me inimici mei, malitiosa inuidia ac implacabili iracundia, velut canes rabidi latratus suos sæuissimos contra me emittentes, & dentibus suis me crudelissimè laniantes, iidémq; numero non pauci: nimirum scri-
** concilium malignantium obsedit me.* bæ omnes, pharisæi, seniores populi, & omne cõcilium, atq; etiam vniuersus populus, quẽ illi contra me concitauerunt, vt vnà cum eis contra me clamarent, mortémq; meam de-
Matth. 27 poscerent: * cõgregatio peruersorum istorum qui malignè
18 *Foderunt manus meas & pedes meos,* & inuidiosè egerunt cõtra me, obsedit me, quasi per circuitum. & ita diligenter, vt euadere non valerem. 18 Acceptra tandem improbis suis rugitibus, latratibus, atque clamoribus importunis, sententia, vt ego crucifigerer, perfoderunt clauis

clauis manus meas & pedes meos, cruci me sic affigẽtes cru-
** dinumerauerunt oĩa ossa mea.* deliter:* & in cruce me extendentes, extensione terribili ita
A distenderunt tenerum corpus meum, vt dinumerari facilè possent ab astantibus omnia ossa mea, ossibus ipsis præ nimia illa distentione ita prominentibus, vt distincte videri facilè valerent. 19 Cùm verò hæc egissent, nihil permoti
19 *Ipsi verò cõsyderauerunt & inspexerunt me:* misericordia, imò magis gaudentes & gloriantes de perpetrata impietate, stabant ex aduerso & contuebantur exaltatum in ligno, pendentémque in altitudine patibuli, ac diligenter inspexerunt me, ad satiandum desyderium suum: &
Mat. 27 * diuiserũt sibi vestimẽta mea.* sibiinuicem me demonstrabant illudentes: * illi quoq; qui huius sceleris (meæ dico crucisixionis) extiterunt ministri,
Mat. 27 * & super vestem meã miserũt sortem.* accipientes vestimenta mea partiti sunt ea, facientes quatuor partes, vnicuique militi partem: * & super vestem meã, super tunicam inconsutilem quæ desuper erat contexta per totum, miserunt sortem, cuius esset, quis eam totam sibi acciperet, nolentes eam (eò quòd inconsutilis erat) scindere.
Ioan. 19 20 *Tu autẽ domine, ne elongaueris auxiliũ tuũ à me:* 20 Et illi quidem rabidissimi canes, & rugientes leones, hanc in me crudelitatem exercuerunt. Tu verò Deus pater meus, qui non relinquis me solum, qui semper mecum es: ne mihi nunc in tanta desolatione posito deneges auxilium
** ad defensionẽ meam conspice.* tuum, postquam ab omni humano & temporali destituor: * sed aspice ad defensionem & liberationem meam, vt me in morte non derelinquas, neque in inferno, neque in sepul-
B chro, quemadmodum isti opinantur: sed vt ad vitam post triduum quantocyus me resuscites. 21 Erue animam meam
Ioan. 8 21 *Erue à framea deus animãmeã:* à gladio diaboli, à potestate mortis, vt non tenear à morte neque ab inferno: * & de potestate canum istorum rabidorum, qua me morsibus suis insanis interficere existimabant,
** & de manu canis vnicam meã.* erue animam meam: quæ mihi, vt vnica, est meritò charissima. Nam carnem quidem in pasionem & mortem dare nõ formidaui, & in manus inimicorum corpus tua voluntate
22 *Salua me ex ore leonis: & à cornibus vnicornium humilitatẽ meam.* venire libenter permisi: animam tamen oro modis omnibus à morte saluari, neque in potestatem inimicorum meorum venire. 22 Salua me, per resuscitationem potentiæ tuæ, ex ore leonum istorum pesimorum, ne quod ipsi petebant obtineant, cùm me à morte saluaueris: * & à potestate maligna istorum (qui sunt veluti vnicornes, ad nocendum concessa sibi potestate atque autoritate terribiles) salua me humilem, pauperculum, & afflictum puerum tuum.

23 *Narrabo nomẽ tuũ fratribus meis: * in medio Ecclesiæ laudabo te.* Act.1

24 *Qui timetis dominũ, laudate eũ: * vniuersum semen Iacob glorificate eum.* Mat.28 Ioan.16

25 *Timeat eũ omne semen Israël: * quoniam non spreuit neque despexit deprecationem pauperis.*

26 *Nec auertit faciẽ suam à me: * & cũ clamarẽ ad eũ exaudiuit me.*

27 *Apud te laus mea in Ecclesia magna: * vota mea*

23 Ego verò à morte, quã illi mihi putabant inferre, resuscitatus, tui nominis gloriam annuntiabo & manifestabo fratribus meis, Apostolis atq; discipulis meis, quibus post passionem meã præbebo meipsum viuũ in multis argumentis, per quadraginta dies apparens eis, & loquens de regno Dei: C *atq; per hos ego te faciam in medio totius Ecclesiæ fidelium laudari & glorificari, missurus eos in mundum vniuersum vsq; ad vltimum terræ, vt omnes credentes, baptizatos in nomine Trinitatis, doceant seruare præcepta tua, & veritatem tuam, ad quã prædicandam tu me misisti in mũdum: atque ita tu pater Domine, in medio totius Ecclesiæ per hos fratres meos congregandæ, fies laudabilis, & glorificaberis ab omnibus fidelibus, 24 Vertitur sermo ad fideles Ecclesiæ, Vos fideles quicunq; creditis in Dominũ Deum vestrũ, illúmq; vt dignũ est reuereamini, vos (inquam) iustum est, dignum & cõgruum laudare eum, pro mirabili vestra redemptione, quã per me filiũ suũ ipse dignatus est operari: * quicunq; verũ estis semen Iacob, non carne tantũ, sed fide & veritate, quicunq; fidei Patriarcharũ imitatores estis, vos glorificare conuenit Deum patrẽ meum, qui liberationẽ patribus vestris repromissam fideliter per me filium suũ adimpleuit. 25 Honorate, colite, ac dignè reuereamini illum quicunq; reputari vultis in verũ & spirituale semẽ Israël: * vtiq; D enim laude est dignissimus, quoniã nõ abiecit neq; exaudire renuit deprecationẽ, qua ego in passionis humilitate infirmus, despectus, pauper, & contemptibilis ipsum fui deprecatus. 26 Neq; auertit à me vultum suũ, cùm deprecarer eum pro me atq; membris meis, quasi exaudire nollet postulantem, aut quasi malè gratam haberet postulationem meam: *imò clamantem me vultu placido respexit, benignis auribus audiuit & exaudiuit, de morte me ad vitã immortalem faciens resurgere: vnde & vobis quicunq; creditis, quicunq; mea membra estis, vita processit æterna, & simul omne bonum: propter quæ, à laudibus illius (qui vobis tanta tam dignanter præstitit) cessare nunquam debebitis. 27 Ad te, ô pater meus, tendit, & apud te est, atq; etiam de te, laus mea in Ecclesiæ meæ nouæ copiosa multitudine, in qua te vno animo concordes laudant fideles mei & membra mea: * laudes meas & pia cordis mei desyderia, quibus te semper desyderaui & optaui laudare, ego persoluam per membra mea, in*

F in Ecclesia quam tibi congregabo, in conspectu omnium fidelium timẽtium & colentium sanctum nomen tuum. Tu enim qui nunc in paruulo Iudææ loco paucos habes tui nominis cultores, post meam resurrectionem, laudaberis & honoraberis cultu præstantissimo in multitudine gentiũ, vbique per Ecclesiam sanctam. 28 Pauperes spiritu, humiles, & mites, quos ego congregauero in Ecclesiam meam, ipsi gustabunt & comedent cibũ, non panis neq; carnis, sed verbi Dei, cibum quoque corporis mei, quod eis in sacramento dabo absconditũ, quo cibo vtroq; copiosè reficientur (quantum opus erit) fideles & humiles serui mei: * & ipsi non ingrati de percepto pabulo, cum laude gratias agent nutritori suo Deo, ex toto corde illi placere atq; seruire desyderãtes: *& quemadmodum cibo corporali sustentantur & confirmantur homines in vita corporis, ita confirmabuntur corda & spiritus eorum in vita atq; augmento spirituali, vitámq; accipient & in ea confirmabuntur in sempiternũ: nunc quidem in vita gratiæ, & in futura patria, in vita gloriæ sempiterna. Viuit enim homo, in omni verbo quod procedit de ore Dei: suntq; verba Dei, spiritus & vita. Et item panẽ illũ F Eucharistiæ, panẽ vitæ qui de cælo descẽdit, quisquis mãducauerit, non morietur, sed viuet in æternũ. 29 In illo tempore, post meam resurrectionem prædicantibus Apostolis in vniuersis mundi partibus, quotquot fuerint ad vitam prædestinati recordabuntur Domini Dei sui, credentes in nomine eius, quem abiecerant, neglexerant, cõtempserãt, & prorsus ignorauerant patres eorum idololatræ, & cũ affectu ex toto corde ad ipsum conuertentur, vt auersi ab omni vanitate, conuertãtur ad seruiendum Deo viuo & vero, in iustitia & omnimoda sanctitate. 30 Et ex omnibus tribubus, omnibúsq; nationibus gentium alienigenarum, cõuersi ad fidem ab infidelitate sua, in vera humilitate & corde fideli procident ante conspectum tuum, adorabúntq; te Dominũ Deum suum. 31 Et verè ita dignum & iustum est, erítq; hoc mihi summum gaudium, cùm ista post meam resurrectionem impleri per Apostolicam prædicationem in Ecclesia mea conspexero, vt abnegata vanitate, ad cultum Dei fideles conuertantur. Tibi enim, ô mi pater qui es verus omnium G dominus, competit regnum, tuum est regnum, tibi competit regnare in populo, non autem idolis aut dæmonibus:*

reddã in cõspectu timẽtium eum.

28 *Edent pauperes, et saturabuntur: * & laudabũt dominum qui requirunt eũ: * viuẽt corda eorũ in seculum seculi.* Deut.8 Mat.4 Ioan.6 Ibidem.

29 *Reminiscẽtur & cõuertẽtur ad dominũ vniuersi fines terræ.* Ioël 2 Luc.1

30 *Et adorabũt in cõspectu eius, vniuersæ familiæ gentium.*

31 *Quoniã domini est regnum:*

*& ipse dominabitur gentium. Apoc.16

1.Par.29 32 Manducauerũt & adorauerũt omnes pingues terræ: *in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram.

33 Et anima mea illi viuet: * & semẽ meum seruiet ipsi. Rom.6

34 Annũtiabitur domino generatio ventura: *& annuntiabunt cæli iustitiã eius populo qui nascetur, quem fecit dominus. Roma.3 Ioan.3

*& tu es qui regnare debes atq; dominari in vniuersis gentibus, per totam Ecclesiam, non autem diabolus princeps tenebrarum, cui tantum competit tyrannis inferni. 32 Plurimi quoq; ex iis qui potentiores, nobiliores, sapientiores, ditiores ac præstantiores videntur super terram gustabunt & comedent etiam ipsi de pabulo prædicto, panem salutaris Euangelicæ doctrinæ, & sanctum panem corporis mei: & adorabunt Dominum Deum suum cum laude & gratiarum actione: * coram te incuruabunt se, & adorandi gratia procident ante conspectum tuum, omnes quicunque sese curuatis genibus posuerint super terram: hoc est, quicunque se in terram ad adorandum prosternent, quicunq; in terræ puluerem siue in pauimentum se dimittent, ad adorãdum, hoc facient non iam ante idola, sed in conspectu tuo: hoc est, penè omnes & plurimi valde tibi procident. 33 Et ego resuscitatus per te, morte deuicta, vita spiritali in gloria immortalitatis viuam coram te, ante conspectum tuum, atque ad gloriam tuam, mortem non visurus vltra in æternum: *& vniuersi filij mei, vniuersi fideles qui crediderunt in nomen tuum, doctrinámq; meam susceperint, te colent fideliter, tibique serui & obedientes erunt. 34 Generatio ventura, populus nouus fidelis Ecclesiæ, qui surget post meam resurrectionem euangelizabitur tibi Domino Deo suo, prædicationem & annuntiationem salutis accipiet per Apostolos, vt credat in Dominum Deum suum: * sicque per veritatis prædicationem quam tunc accipiet, populus ille fidelis factus ex infideli, annumerabitur tibi tanquam vero Domino suo, asscribetúrq; & recensebitur inter seruos tuos, quasi recenter subiectus dominationi tuæ: * annuntiabunt sancti Apostoli mei, viri planè cęlestes, populo illi nouo (qui adhuc est nasciturus, qui est per Apostolicam prædicationem in baptismate & fide generandus) iustitiam Dei, iustitiam veram quæ coram Deo iustificat, quæ est ex fide in patrẽ & filium eius: illi (inquam) populo, quem tu pater ab æterno prædestinasti & præordinasti facere in tempore suo, & quem item perficies aptabísq; tibi in tempore definito, regeneraturus illum tibi ex aqua & spiritu sancto, vt fiat tibi in populum electum & peculiarem, in Ecclesiam sanctam, in qua inhabites, & modò per dulcedinem tuæ gratiæ, & in futuro secũdum plenitudinem gloriæ tuæ sempiternæ. Amen.

ANN

ANNOTATIONES IN Psalmum vigesimumprimum.

A VERSV tertio, Tu autem in sancto habitas laus Israël. Nota, quòd laus Israël dicitur Deus dupliciter, vel quẽ laudat Israël, id est, omnis populus fidelis, omnis plebs Dei: vel in quo laudatur & glorificatur populus fidelis. Siquidem magna est fidelis populi gloria & laus magna, quòd Dominum habeat Deum suum in se habitantem, ad custodiam atq; protectionem: quemadmodum & summa erat idololatris ignominia, quòd simulacra muta haberent pro Diis suis. Vnde erat illud Moysi, Non enim est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. Deut.4

Versu sexto, Ego autem sum vermis & non homo. Aduerte differentiam inter occisionẽ vermis & alterius animalis perfectioris. Si enim animal perfectius, vt puta bos, vel ouis, vel equus, vel aliud quodlibet interficiatur aut moriatur, sunt qui cõpassione mouentur & doleant. Et si ob vsum humanum cogantur homines illa interficere, quemadmodum ea quæ in cibum veniunt, faciunt hoc tamen absque vlla ostensione crudelitatis, siue ictu vno graui, siue perfossione gutturis, iuxta quod conuenit, morte breuiori & faciliori ipsa interimentes. Erga autem vermes nequaquam vulgò hac vtũtur compassionis misericordia homines, quantumuis illa magna videatur inferri inflictio aut vexatio: sed absque vlla commiseratione frequenter in varias partes secantur, neque etiam naturaliter viscera sic commouẽtur intra homines, quomodo si eadem aliis perfectioribus animantibus cõtingerent. Nisi fortè quis Diuina pietate plenus, etiam in infimis & nouissimi gradus viuẽtibus

B nosset primam illam vitam, & omnis vitæ primarium fontem agnoscere & venerari. Causa autem quare magis super animalibus perfectioribus sit humanis visceribus naturalis commiseratio, quàm super vermibus imperfectioribus, videtur hinc esse, quòd illa sint humanę speciei aliqua ex parte (ratione perfectionis sensuum & membrorum) magis similia atq; vicina, quàm sint hęc infima & imperfectissima animalia. Cùm verò omne simile diligat sibi simile secũdum naturalem affectionem, amor autem commiserationem progignit, fit, vt vbi maior est similitudo, maior quoque sit amor & commiseratio. Ob hæc nimirum, Christus Dominus ver- Eccles.13

mem se nominat: quem Prophetę agnũ nominarunt, ouem, & vitulũ: nimirũ ipse se amplius humilians, quàm illi auſi fuerant. Propter enim nimiam crudelitatẽ quam in eũ exercuerant impij Iudæi, vix homini ſimilis videbatur. Propter
Eſaiæ 50 quod ab Eſaia prædictũ fuit, Vidimus eum quaſi leproſum, deſpectum, & quaſi nouiſſimum virorum, virum dolorum & virum ſcientem infirmitates. Nõ erat ſpecies ei, neq; decor. Et in humilitate iudicium eius ſublatum eſt, atq; alia plura: quæ omnia, palam vermis noſtri miſeriã atteſtantur. Et quoniam præ hac ſumma deſpectione, homini ſimilis nõ videbatur, vix quiſquã fuit qui ſuper eo moueretur miſeri-
Ioan. 19 cordia. Imò cùm iam à Pilato, portans ſpineam coronã, & flagellis per totum corpus crudeliſſimè vulneratus, exhiberetur, demonſtraretúrq; turbis, ad miſericordiã excitandã, adeò moti nõ ſunt perſequutores: vt etiã amplius iam mortem ſitirent, inualeſcentibúſq; vocibus abſq; omni miſericordia clamarent, Tolle, tolle, crucifige eum. Nonnulli ve- C
rò ſanctorũ patrum aliud inſuper myſterium intelligunt, in eo quòd Chriſtus ſe vermem & nõ hominem dixit: quoniã videlicet non vt cæteri homines eſt humano more conceptus, ex concubitu maris & fœminæ, ſed nouo miraculo, ex ſuperna operatione ſpiritus ſancti. Quẽadmodum enim vermis patrem non habet, cuius cum matre concubitu generetur, ſed in ligno vel in terra, ex putrefactione vel occulta virtute interna (quæ ex influxu venit corporis cœleſtis) cõcipitur & generatur: ita Chriſtus Dominus non ex virili ſemine, neq; ex commixtione, ſed ex influxu ſuperno & obumbratione ſpiritus ſancti conceptus fuit, in vtero virginis ſuperbenedictæ Mariæ, quaſi in medio ligni caſtiſſimi, & ab omni ſorde puriſſimi: aut quaſi in medio terræ pinguiſſimę, & per gratiam ſpiritus ſancti fœcundiſſimæ. Intra pinguẽ enim terram, ſolent libenter vermes progigni. Atq; huic re
ctè quadrabit, quod Dauid (qui perſonam Chriſti præfigura
2. Reg. 23 re ſolet) legimus 2. Reg. xxiij. cap. tenerrimum ligni vermiculum nuncupatum. Fuit inſuper Chriſtus Dominus ſecundum humanitatem tenerrimus, complexionis diſpoſitionẽ nobiliſſimam habens: quemadmodum in vermibus ſumma eſt teneritudo. Qua de re latius egimus in libris quos de conſyderatione rerũ naturalium conſcripſimus, libri noni capite vigeſimooctauo. His ergo rationibus, vel diuiſim, vel

ſim, vel potius in vnum ſimul coaſſumptis, Chriſtus Dominus vermem ſeſe nuncupaſſe intelligatur. Primum tamen
D Elucidationi reſpondet, & propoſito rectius quadrat, intelligentiam quoq; pleniorem facit. Verſu decimoquinto. Factum eſt cor meũ tanquã cera liqueſcens in medio ventris mei. Participiũ liqueſcens, poteſt indifferenter coniungi vel cum cera, vt ſit ſenſus, Cor meum factum eſt in medio ventris mei, tanquã cera liqueſcens: aut cum corde ad hunc ſenſum, Cor meum factũ eſt liqueſcens in medio ventris mei, tanquam cera. Quod autem ad ſententiã pertinet, nihil refert, ſic an ſic iungamus. Vulgatior eſt modus prior, quẽ in Elucidatione quoq; ſequuti ſumus. Per ventrem autem hoc loco intelligi oportet, non ſolum partẽ illam quæ ſolet eo nomine appellari, in quo cibi ſunt & ſtercora (In hoc ſiquidem ventre, non eſt cor, neq; in medio eius locũ habet, inter inteſtina plena ſtercoribus) ſed pro parte corporis ſuperiori vſq; ad collum accipi oportet ventrem: atq; in huius vẽtris medio, ſitum eſt cor hominis. Verſu vigeſimoquarto, Qui timetis Dominum laudate eum: Poſſet ab hoc loco reſiduũ Pſalmi accipi quaſi ipſius Prophetæ Dauid ſermo, loquẽtis in ſpiritu de gloria reſurrectionis Chriſti, déq; patris ex hoc clarificatione, de populorum conuerſione, Eccleſiæ ædificatione, & Apoſtolica prædicatione, ſacramentorũ viuificorũ inſtitutione, & aliis quæ in tẽpore gratiæ futura erant. Nos tamen in Elucidatione maluimus totum Pſalmũ à Chriſto pronuntiari, ea quæ de Deo dicit ad patrem referentes, atq; etiam ad ipſummet Chriſtũ, quatenus patri ſuo eſt coæqualis: ſicq;, cum ait, Conuertentur ad Dominũ, Laudabunt Do
minum, Domini eſt regnũ, &c. ſimul & de patre loquitur &
E etiam de ſeipſo ſub tertia perſona quaſi de alio. Verſu trigeſimoſecundo. In conſpectu eius cadent omnes qui deſcendunt in terram. Huius verſus poſterior pars videtur habere difficultatem. Fit tamen facilis eius intelligentia ſi ita legatur. Omnes qui deſcendũt in terram, id eſt, omnes qui ſe demittunt in terram, & proſternunt ad adorandũ, cadent ante conſpectum eius, id eſt, procident ante ipſum. Dictũ eſt autem, omnes, hyperbolice: quia plurimi in primitiua Eccleſia eõuertebantur, vel omnes præordinati & electi in Eccleſia, quemadmodũ apud Ioãnem, Et erunt omnes docibiles Dei. Ioan. 6
Verſu vltimo, Annuntiabitur Domino generatio ventura.

Quod dicitur annuntianda Domino generatio ventura, in Elucidatione indicauimus, duplicem recipere intelligentiam. Iuxta primam impropriè accipitur vox annuntiabitur, vt idem valeat quod prædicabitur impropriè item sumpta, vt tantundem valeat atque prædicationem & annuntiationem suscipiet de Deo. Et huic sententiæ illud quod mox sequitur concordat. Annuntiabunt cæli iustitiam eius populo qui nascetur. Estq; hæc particula secunda, expositio prioris: vt ista posterior pars, quæ per actiuum verbum enuntiatur, prioris per passiuum obscurius enuntiatæ tollat obscuritatem: id quod scripturis nō est infrequens. Populus enim fidelis (qui erat generatio ventura) annuntiatus, euangelizatus, siue prædicatus est (vt ita loquamur) Domino, id est, prædicationem, & annuntiationem suscepit de Domino, & ad credendum in Dominum: quia cæli, id est, Apostoli annuntiauerunt eidem populo iustitiam Dei. Non autem mirum videatur, si verbum illud annuntiabitur, dicamus impropriè hic accipi. Nam & in Euangelio verbum euāgelizari (quod secundum virtutem idem valet penè quod annuntiari) simi
F liter impropriè sumitur, cum dicit ad discipulos Ioannis sal-
Mat.11 uator. Pauperes euangelizantur, id est, pauperes bona &
Lucę 7 læta nuntia accipiunt, vel pauperibus bona Euangelica nuntiantur. Prædictæ expositioni fauet Chald. Paraph. quæ hoc loco sic habet, Semen Abrahæ seruiet coram eo, annuntiabit virtutem fortitudinis Dei generationi venturæ: vbi secundum actiuam significationem idem exprimitur, quod in iam dicta intelligentia dicitur per passiuum. Altera autem intelligentia quam innuit Elucidatio, erat accipiendo verbum annuntiari, quasi pro annumerari vel recenseri: vt sit sensus, Annumerabitur Domino generatio ventura, quēadmodum populus de nouo acquisitus annuntiatur, adscribitur, annumeratur regi, qui illum acquisiuit, recensetúrq; & velut refertur ad eum. Veluti cum rex quispiā copiosum mittit exercitum, vt alienigenas sibi gentes subdat, is qui exercitui præest, quoscunq; expugnat, Domino suo cuius negotium agit, annumerat, adscribit, atq; annuntiat. Ad eundem enim modum sancti Apostoli, qui à Christo ad orbem subiugandum missi fuerunt, ex omnibus finibus orbis terræ quoscunq; ad fidem Christi conuertendo salubriter expugnabant, eos Christo adnumerabant, adiungebant in populum

pulum, & veluti in numerum retulerunt ditionis ipsius: cuius, non suum agebant negotium, quemadmodum insignis 2.Cor.4
G quidam ex illis aiebat. Non enim nosipsos prædicamus, sed Dominum nostrum IESVM CHRISTVM. Cælis ergo annuntiantibus iustitiam Dei, annuntiata est Domino generatio noua, populus nouus adnumeratus est ei, & in numerum subditorum ipsi relatus, simúlque recensitus. Et secundum hanc sententiam verti potest ex Hebræo, Numerabitur Domino generatio quæ veniet.

VIGESIMI SECVNDI PSALMI ARGVMENTVM.

DVLCISSIMVS est hic Psalmus, fideli cuilibet electo atque spirituali homini, ad meditandum Dei & Christi præcipua beneficia, & pro eis gratias agendum valde accommodus. In ipso nanque multiplicia Dei beneficia commemorantur: quemadmodum videlicet Deus quasi pastor bonus, nihil eorū nobis deesse patitur quæ sunt ad salutem nostram vtilia, constituens nos in vberrimis Ecclesiæ pascuis, potans nos aquis sapientiæ salutaris, quæ à Spiritu sancto fluit in Ecclesia, et cuius participes fiunt fideles omnes in sancta Ecclesia: insuper corda nostra ad se benignè cōuertens, & per viam iustitiæ nos benignè deducens propter misericordiam suam. Deinde, etiam in summis periculis protectionis suæ beneficium nunquam nobis subtrahens, disciplinam insuper paternam vt filiis virga & baculo impendens, ad corroborādum nos contra hostium oppugnationes mensam parans, id est, sanctissimum suum corpus & sanguinem nobis donans in Ecclesia: neque sic solum exterius pascens, verumetiam interius oleo spiritualis gratiæ spiritum lætificans & fœcundans: mercedem quoque & retributionem glorioſam pretioſumq; calicem, fortiter agentibus proponens. Cuius denique indeficiens misericordia, nunquam nos deseret, omnibus diebus vitæ nostræ, donec nos adducat in mansionem quietis æternæ.

VIGESIMI SECVNDI PSALMI ELVCIDATIO.

DOMINVS Deus, qui diues est in misericordia, 1 *Dominus*
ipse quasi pater & pastor bonus me pascit ac *regit me &*
dirigit quēadmodū pastor suam ouiculā, ita *nihil mihi*
mei solicitam ac prouidam curam gerens: & *deerit:*
ob hoc confido, quòd non deficiam omni bo- Ephes.2
no, neq; quicquam vnquam mihi deerit in vlla gratia, quod Ioan.10

mihi sit ad salutem atque ad spiritalem vitam necessarium.

** in loco pascuæ ibi me collocauit.*

** Et primum quidem (vt ipsius saltem aliqua enumerē beneficia) constituit me, firmauit atq; habitare me fecit in optimis pascuis, in vnitate & corpore Ecclesiæ suę sanctæ: in qua veluti in pascuis pinguissimis atq; vberrimis, pascūtur atq; enutriuntur omnes fideles.*

2 Super aquam refectionis educauit me:

2 Enutriuit me secus decurrentis aquarū viuentiū, iuxta fontē aquæ viuæ, quæ est aqua sapientiæ salutaris fluens in pascuis Ecclesiæ, qua potantur omnes fideles in ea: atq; in hac cœlesti sapiētia crescere me fecit, &

** animam meam conuertit.*

augmentū sumere in spiritu: * cuius aquę tanta est dulcedo, tanta est refectio atq; refocillatio quæ præstat animæ bibēti ex ea, vt per suū gustū animā meam ac spiritū ab omni vanitate auersam cōuerterit, in purū ac solum verū ipsius Dei mei amorem. Gustato te enim spiritu, desipit omnis caro: & cœlestis illa sapiētia, omnia facit quę in mūdo sunt insipida.

3 Deduxit me super semitas iustitiæ.

3 Perduxit quoq; me pastor meus in viā iustitiæ, ponens me in via & obseruatione præceptorum suorum, atq; etiā duce & custodē mihi in hac via se præbens, à lapsu & trāsgressione me præseruando, vtq; ad implenda ipsius mandata essem

** propter nomen suū.*

validus me interius corroborando: * fecit autem hęc omnia mihi, non propter mea merita, non quòd ego dignus essem ex me tantis beneficiis ab eo affici, sed propter sui nominis gloriam: quoniam sic illi fuit placitum, voluitq; his modis suum nomen, suam gloriam, suam bonitatem in me demōstrare.

4 Nam & si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala:

4 Insuper & si contigerit me peruenire vsq; ad maxima pericula, itavt quasi proximus videar morti, iámq; me mors ipsa videatur operuisse, & velut obumbrasse atq; expadisse se supra me, non tamen conturbabor neq; desperatione aut diffidentia deiiciar, à timore imminentium aut prementium malorum. * quoniam te semper mecū habeo adiutorem, & defensorem meum, qui etiam de periculis maximis, imò & de morte potens es (si tibi placitum fuerit) me liberare, qui de me es amplius. quàm egomet de meipso sollicitus, quique in tribulationibus & periculis maximè & præsentissimè adesse soles.

** quoniam tu mecū es.*

5 Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.

5 Quod si quando aduersitas quælibet tua permissione, aut dispositione aduenerit, in eruditionem, & correptionem (siue virga ea fuerit, siue baculus, siue modica siue magna, siue ad tolerandum leuior siue grauior) vsque adeò non conturbabor super paterna disciplina tua, vt etiam magnam consolationem sim ex ea accepturus.

rus. Etit enim hoc mihi indicium, quòd nondum à cura tua me abieceris, quòd nondum adulterinū me habes & nothū, sed vt legitimum filium: potissimum, cum sciam, nullū esse filium quem non corripiat pater, & eos qui extra disciplinā sunt adulterinos esse, non filios legitimos.

6 Parasti in conspectu meo mēsam aduersus eos qui tribulāt me. Hebr.12

6 Et quoniam tribulantium atque persequentium magna est copia & multa crudelitas, partim carne interius sæuiente, partim mundo exterius, diabolis vtrinque: vt aduersus omnes istos, infractus & imperterritus stare queam, & non aliquando succūbere, mensam parasti in conspectu meo, cibum proponis salutarē in Ecclesia tua sancta fideliter pugnantibus, panem vitæ qui

C de cælo descendit, pretiosissimum corpus tuum & sanguinem: de qua mensa sumētes dignéque communicantes, accipimus fortitudinem, & confirmamur in spiritu, vt aduersum omnes nos tribulantes fortes & inuicti perstare valeamus.

Ioan.6

7 Impinguasti in oleo caput meum. Psalm. 103 Rom.5 1.Ioan.1 Ioan.14 & 16

7 Ad hæc, interna vnctione spiritus tui sancti vnxisti spiritum meū, oleo suauissimo spiritualis gratiæ tuæ mētem meam atque affectum (lætificando pariter atq; fœcundando) copiose perfudisti, quemadmodum oleum corporale faciē exhilarat & impinguat. Id enim facis, dum Charitatē tuam per spiritum sanctum diffundis in cordibus nostris, quantum ad effectum: quo ad mentem verò attinet, vnctio tua doces nos de omnibus, & omnem doces de credēdis atque agendis veritatem.

** & calix meus inebrians, quā præclarus est.* Esaiæ 64 1.Cor.2

* Super omnia verò pars calicis mei quam expecto, portio mea hæreditaria, & beatissima illa hæreditas atque retributio fœlicitatis æternæ, quæ me satiabit ac porsus inebriabit, quæ totum meum desiderium

D & appetitum sufficienter implebit, ô quàm est præclara, & quam pretiosa & inæstimabilis, super omnia quæ in mundo sunt aut valent cogitari: quam neque oculus videre potuit, neq; auris audire: imò nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus se diligentibus. Atq; in hunc calicem præclarissimum iam præparatum mihi & seruatum in cœlestibus, aspiciens, mentisque oculos ac cordis affectum spe certissima intentos tenens, omnes pro nihilo superabo aduersantium tribulationes atque tentationes.

8 Et misericordia tua subsequetur me: Sapien.7 Psalm. 120

8 Semper autem misericordia tua præsto mihi aderit, ac veluti subsequetur, ita vt mecum sit, & mecum laboret in omnibus, quocunque me vertero, custodiens introitum & exitum meum, custodiens animam meā ab omni malo, parata auxilium.

lium præbere in omni opere bono, ad quodcunq; voluero extendere manum meam: quemadmodum pastor diligens ouiculas suas subsequitur, neq; vnquam solas eas relinquit, donec in caulas induxerit, ne vsquam forte vel aberrent, vel in foueas cadant, vel luporum esca fiant: *atq; hoc tuæ solli citissimæ curæ atq; custodiæ beneficium, non vno tantum vel die vel anno impēdes mihi, verùm omnibus diebus quibus hic vixero super terram, donec vixero in hac militante Ecclesia, in hoc deserto, vbi omnia sunt periculis, foueis, laqueis, ac lupis plena. 9 Et ita quidem semper tua misericordia me subsequetur, vt in æternitate in domo tua tecum valeam inhabitare, vt nemo me in hac via à præparata illic mansione valeat impedire, aut à te vlla ratione separare, sed in æternum permanere & habitare valeam in conspectu tuo atque in domo tua: nunc quidem in Ecclesia hac militante, per gratiam tuam, in triumphante verò aduentura, secundum perfectam gloriam tuam, quæ sine fine perdurabit omnibus electis in secula seculorum. Amen.

omnibus diebus vitæ meæ.

9 Et vt inhabitem in domo Domini in longitudinem dierum.

ANNOTATIONES
in Psalmum vigesimumsecundum.

VERSV primo, Dominus regit me. Regere, in bonam partem accipitur. Est enim Græce ποιμαίνει, quod significat regere ad modum pastoris, siue pascere: quod verbum etiam supra Psalmo 2. haberi diximus in Græco, Reges eos in virga ferrea. Loquitur enim hic Psalmus de Deo quasi pastore, & plura ex iis quæ hoc loco dicuntur de Christo ergà Christianos, dicta videntur secundum similitudinē pastoris corporalis & ouium. Est enim pastoris officium, curare vt nihil desit ouibus quod sit ad earum bonam valitudinē necessarium: vt in loca pascuorum educat eas, vt in vias bonas & rectas deducat, à deuiis & suspectis locis custodiat, vt si in pericula incidāt, præsentia auxilij sui eas liberet, vt pedo suo (siquādo à via recta aberrare incipiant, aut à grege se segregent) eas redire cogat, deniq;, vt pro ouibus sollicitam curā gerat, & nunquam eas deserat, donec in quietis locum, in caulas, inducat. Hæc autem omnia in isto Psalmo facilè est considerare, quomodo Christo Domino (qui sese testatus est pastorem bonū) applicentur, interiectis nihilominus & aliis quib-

Ioan.10

quibusdam, quæ corporalibus ouibus non cōueniunt: quēadmodum de aquis refectionis, quibus oues non egent corporales: de conuersione animæ, de parata mēsa, de imaginatione capitis in oleo, & calice præclaro. Nobis enim rationalibus ouibus, ampliori atque etiam alia cura est opus, quàm oues corporales accipiāt à suis pastoribus. Versu quinto, Virga tua & baculus tuus. Nonnulli per baculum intelligūt sustentationē Dei, qua iustos sustētat. Cum enim Dominus electas oues suas virga percutit (hoc est, disciplina qualibet seu aduersitate corripit) baculo nihilominus eos sustentat, dando in aduersitate patientiam: ne vel in murmurationem vel in desperationē, vel in alia mala, per impatientiā cadant. Cūergo simul sunt virga & baculus, in hoc consolari debet electus. Virga autem si sola fuerit, defuitq; baculus, timendū est, ne reprobus fiat ille qui sine baculo virgā sentit. Alij, per baculum pastoralem siue pedum, intelligunt Dei internā directionem. Consolatio enim est electorum, cū exterius flagellante virga, interius directio Diuina in viam rectā reducit. Parum enim profuerit virga, si defuerit hic baculus. Hæc autem vbi simul adsunt, magna est eius qui ea experitur cōsolatio. Sensit virgam Pharao, sensit & Sennacherib: verùm quia baculus defuit, non eis sola virga attulit cōsolationē. Sensit & Dauid virgam, post dinumerationem populi: sensit item Nabuchodonosor, postquam eleuatū fuisset cor eius. Et his, quia simul adfuit baculus, interior Dei directio ad pœnitentiam, idcirco acceperunt consolationem, & per virgam pariter atque baculum senserunt emendationem. Nos autem in Elucidatione, tam per virgam, quàm per baculum indicauimus accipi correptionē disciplinæ: per virgam quidem mitiorem, per baculum verò duriorem. Quosdam enim virga tantum, alios etiam baculo corripit pastor bonus: & quosdam quidem leniori ac mitiori disciplina, alios verò duriori corripit, iuxta quod ipse nouit vnicuique ad salutem & meriti promotionem conuenire. Iusto autem quicquid tandem ex Domini manu euenerit, siue virga corripiatur siue baculo, consolatio esse debet, dum attendit dominum esse & patrem qui corripit: idque totum quod agitur ad suam sibi salutē proficere. Quasi virga percutiebatur Dauid, cum pro adulterij & homicidij peccato pueruli ex adulterio concepti vitam impetrare non potuit. Leuis enim satis

Exo.4.5 & 6
4.Reg.19
2.Reg.24
Dan.4
2.Reg.12

satis & mitis videbatur ista correptio, pro peccati magnitudine. Baculo verò cædebatur, cum post populi denumerationem, septuaginta millia hominum ex populo sibi charissimo, pro suo peccato percuti vidit pestilentia: item, cũ grauissimã sibi persequutionem à filio suo Absalon suscitari conspexit. In vtroque autem, suscipiens patienter Diuinã correptionem, emendatus & consolatus est. Quod autem per virgam dicamus intelligi correptionem mitiorem, per baculũ verò duriorem, ex communi consuetudine accipimus parentum, qui filios donec in ætate sunt minori virga corripiunt: quos iam grandiores factos, omissa virga, baculo corrigũt, si commeruerint. Est autem præter virgam & baculũ, etiam gladius Domini, quo corripit reprobos, qui de numero filiorum non sunt. Atque hic potius ad vltionem, quàm ad disciplinã spectat. Non enim ad patrem, sed ad iudicem spectat gladius. Gladius ergo Domini metuẽdus est, & semper præcauendum, ne veniat nobis. Cæterùm virga & baculus cum aduenerint, etiam in consolatione sunt habenda, atque inter præcipua Dei beneficia hominibus spiritalibus sunt æstimanda.

2. Para. 21

2. Reg. 16

Rom. 13

VIGESIMI TERTII PSALMI

ARGVMENTVM.

PSALMVS iste, in initio & in fine Christum Dominum respicit: in medio autem, eos qui dignos se Christo per iustitiam & vitam bonam exhibuerint. In principio itaque Christi Domini vniuersale super omnem terram dominium proponitur, propterea quòd ipse orbem terrarum fecerit & creauerit. Est enim iustum, rationabile atque necessarium, eundem esse orbis dominum qui creauit illum, atque omnes habitantes in eo. Versus autem tertio incipit describere, qui digni habendi sint vt admittantur in orbem illum venturum, in ciuitatem supernam: postea quàm constat, non omnes illic admittendos absque discrimine, quemadmodum in hoc orbe sine distinctione habitant boni & mali, & omnium secundum naturalẽ subiectionem (ratione creationis) æqualiter Deus est Dominus. Describit autem quales isti esse debeant, qui in illum venturum orbem, in montem sanctum sint admittendi, versibus quatuor, nimirum à tertio vsque ad septimum. A quo rursum, vsque ad finem, Christi gloriosum dominium proponit, non tam quod ratione creationis rerum habet, sed quod ratione peractæ victoriæ à patre accepit, iuxta illud, Data est mihi omnis potestas in cælo

in cælo & in terra. Considerans itaq; Propheta in extasi spiritus, Christum accepto hoc dominio cum gloria magnifica ascendentem, vnà cum multitudine illius beatæ captiuitatis, quam ascendens secum ducebat in altum (de quibus in præcedentibus statim prædixerat) tanquam præcurrens nuntius, angelos alloquitur, vt aperiant vtrinque Domino portas ciuitatis, secundum omnem altitudinem & latitudinem: causam simul adiungens, magnitudinem gloriæ & maiestatis eius, quem contemplabatur aduementem: sicq; dulcissimo exitu, in suauissima contemplatione ingressus Christi, Psalmum hunc terminat.

Matth. 28

Ephes. 4

Psalm. 67

VIGESIMITERTII PSALMI

ELVCIDATIO.

TERRA vniuersa cum omni sua plenitudine, cum omnibus quæ in ea sunt, & in ea sustentantur creaturis, Domini Dei est, qui creauit eam: * vniuersus (inquam) orbis terrarum, totius terræ globus, cum omnibus qui in eo vbicunque gentium, vbicunque locorum inhabitant. 2 Ipse enim est, qui orbem terræ creans stabiliuit, firmauit, constituit, solidè posuit, super elementum aquæ, super congregationes aquarum, quæ sunt maria: * & super vniuersitatem aquarum, super elementum totum aquæ, artificio magno & sapientia præparauit, stabiliuit, firmitérque collocauit eum, quasi globũ in medio aquæ. 3 An verò omnes qui nunc in hac terra inhabitant, absque discrimine boni atque mali, sic etiam in supernam mansionem sunt absque discretione admittendi? Quod si non omnes, qui ergo digni erũt assumi in montem illum excelsum, atque ad sublimitatem peruenire maiestatis Dei, ante conspectũ Diuinitatis? * aut qui digni reputabuntur, vt stent, permaneãt, atque vt ciues inhabitent in ciuitate illa superna, in mansione illa beata, quã ipse Dominus sanctificauit sibi in aulam regiam, & gloriosum palatiũ suũ? 4 Illi nimirũ, qui manibus fuerãt mundi, puri, & innoxij, qui nihil operati sunt iniquum, neq; contra Deum, neq; contra proximos, sed econtrario opera iustitiæ & virtutis sedulo sunt operati: qui (inquam) non solũ opere exteriori innocentes se exhibuerũt, verũetiam cor mundum & affectum syncerum gestauerunt, adeò vt non solum opere nihil noxiũ perpetrarint, verùm neq; desiderio quicquam tale concupierint: * qui animas suas non inuanum siue frustra

1 *Dñi est terra, & plenitudo eius: * orbis terrarũ, set vniuersi qui hãbitãt in eo.* Genes. 1

2 *Quia ipse sup maria fundauit eũ * & sup flumina præparauit eum.*

3 *Quis ascẽdet in mõtẽ dñi? * aut quis stabit i loco sancto eius?*

4 *Innocens manibus & mundo corde: * qui nõ accepit in*

*vanum animam suã: *nec iurauit in dolo pximo suo.*

*5 Hic accipiet benedictionẽ à domino: * & misericordiã à Deo salutari suo.*

*6 Hæc est gñatio quærentiũ eum: *quærentiũ faciem Dei Iacob.*

*7 Attollite portas principes vestras * & eleuamini portæ æternales: *& introibit rex gloriæ.*

8 Quis est iste rex gloriæ? dominus fortis, et potens, dominus potẽs in prælio.

stra à Deo acceperunt, sed ipsis bene vsi sunt, ad bonum cultum Dei, ipsarum vires omnes diuinis obsequiis dedicãdo, ad quem finem indubitatum est hominibus animã rationalem datum esse: * qui etiam non iurant in dolo, nõ peierant, & omnino non mendaciter neque dolosè agunt cum proximis suis: sed si quæ promiserunt aut iurauerunt, implẽt iustè atque fideliter: & quæcũq; agunt cum proximis, syncerit absq; fraude & dolo peragunt, in iustitia. 5 Hi sunt, qui in cælestibus benedictionẽ accipiẽt immortalitatis, & donum beatitudinis æternæ à Domino, cuius in hac vita voluntatẽ peregerũt: * & hi perfectam illam æternæ salutis misericordiam cõsequentur, à Deo omnipotente Saluatore suo: rigorem autem vltionis, quam illi sentient qui cõtraria fuerint operati, non experientur. 6 Hæc atq; huiusmodi qualem supra descripsimus, est generatio eorum qui timent Dominum: tales esse debent, qui de populo & numero timentium esse cupiũt, atque cum eis præmij æqualitate participes fieri. * hic est (inquã) populus & generatio eorũ, qui ex puro corde requirunt conspectum Dei veri, qui ambulant tanquã in conspectu Domini Dei sui, semper illi cupientes placere: & tales fieri oportet, qui de horũ numero haberi velint. Atque huiusmodi sunt, qui Dominum sunt in cælestia scandẽtem comitaturi in laudibus, vt hic ante cõspectum eius semper ambulauerũt in virtutibus. 7 Vos Prophetæ in spiritu exhortantis angelos, vt Christum Dominum cum victoria redeuntem suscipiant, Vos verò ô principes, ô sublimes angeli spiritus, attollite, eleuate, & in altum atq; latum aperite portas vestras, redeunti cum victoria magnifico Domino: * vos quoque portæ æternitate stabiles, ciuitatis supernæ, eleuamini altè, latéq; aperiamini: * ecce enim aduenit rex gloriosus Christus Dñs, peracta militia, regnum in ciuitate superna accepturus, omnibúsq; angelicis exercitibus præfe-rendus. Cui sanè, cũ innumera multitudine iustorũ omnium qui se in vita Deo dignos exhibuerunt aduenienti, cõuenit portas ciuitatis vestræ (in quam ingredietur, accepturus regnum) altè latéq; aperiri. 8 Quòd si cognoscere velitis quisnam iste sit rex gloriosus, cuius prædico aduentũ, & cui portas iubeo attolli atque eleuari: scitote, quoniam ipse est Christus Dominus, rex fortissimus & potentissimus, eãdem cum patre fortitudinem & coæqualem habens virtutẽ: ipse (inq

(inquam) qui potens & robustus est pugnator, qui potentia sua debelitato inimico generis humani glorioſè triũphauit deuicta morte, infernóque, & inferni principe diabolo superatis. 9 Iterum vos exhortor, ô principes excelsi, angelicæ potestates, vt portas ciuitatis vestræ latè aperiatis, venienti à victoria inq; propria redeunti Domino, cũm in numero iustorum comitatu, quos secum à captiuitate inferni potenter liberatos adducit, vestris ordinibus inserendos: * vos iterũ moneo, ô portæ æternæ, nunquam confringendæ, ciuitatis supernæ, quam nemo vnquam poterit expugnare, vos (inquam) iterum iubeo altè latéq; quãtum fieri potest aperiri, in tanta gloria & comitatu venienti Domino: * Introibit enim per vos Rex regum & Dominus dominantium, Rex glorioſus super omnes reges. Non debet autem qui in tanta maiestate & tanto cum comitatu aduenit, per angustum F ostiolum intromitti, sed portas necesse est illi in altum & latum prorsus aperiri. 10 Neque verò est quòd miremini, quisnam iste tantus sit, qui sic ascendit in gloria, qui venit tanto comitatu ingressurus in ciuitatem vestrã vt regnum accipiat: * ecce enim ipse est Dominus angelicarum virtutum, omniúmque vestrorum exercituum, & omnino omniũ vestrum ipse est Dominus, filius Dei patri æqualis: qui olim exiens ad patris implendam voluntatem in terras, nunc reuertitur, peractis omnibus, cum gloria: propter quod cum omni reuerentia & obsequio quo potestis, illi debetis obuij procedere, aduenientémque cum omni lætitia & iubilo suscipere, generis humani redemptorem, & angelicorum ordinum reparatorem, Dominum Iesum Christum, qui patri erat erítque coæqualis, vnà cum spiritu sancto in omnia secula seculorum. Amen.

*9 Attollite portas principes vestras: * & eleuamini portæ æternales: * & introibit rex gloriæ.* Apoc. 19

*10 Quis est iste rex gloriæ? * dominus virtutum ipse est rex gloriæ.* Ioã. 4 & 5.

ANNOTATIONES IN *Psalmum vigesimumtertium.*

VERSV primo, Domini est terra & plenitudo eius. Nota duplex esse Christi dominium: prius quidem rationẽ creatiõis. Est enim ipse creator omniũ, & idcirco omniũ etiã Dominus. Qui enim de nihilo fecit omnia, cælum, terram, & quę in eis sunt, quidni etiã dominus sit horũ omniũ? Hoc modo, vt irrationabiliũ omnium, ita etiam omniũ hominum Christus est Dominus, siue bonorũ siue malorũ. Ac de hoc dominio, in duobus primis versibus agitur. Alterum

est dominiũ quod sibi Christus veluti cõparauit, atq; per passionem promeruit, quòd post laboriosam militiã ac pugnã cũ diabolo, (victoria tandem per propriã mortem obtenta) veluti lucrifecit, iuxta quod ad Philippenses Apostolus scribit, Philip. 2 Christus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortem, mortem autẽ crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur. Quo dominio licet etiã omniũ dominetur, nempe cælestium terrestrium & infernorum, tamen peculiatim modo super sanctos & electos suos habebit dominiũ in regno cælesti: intra quod regnũ nõ includẽtur, & sub quo dominio nõ erunt nisi illi, qui nunc per innocentiam & iustitiã dignos se Deo seruos exhibuerint: quos etiã secum vehet in gloriam suam, regnaturus cum eis in perpetuum. De hoc autem secundo dominio fit sermo in reliqua parte Psalmi: maximè autem circa finem describitur illius dominij & imperij à Christo susceptio. Huius autẽ duplicis dominij cõsideratio facilè manifestabit Psalmi cõnexionẽ, quæ alioqui difficilè capitur. Versu sexto, Hæc est generatio quærẽtium eum. Generatio collectiuum nomen est hoc loco, idẽ ferè valens, quod populus, vel natio, vel etiã progenies. Et frequenter tum in Psalmis tum in Euãgeliis, in hãc significationem accipitur, veluti cũ Iudæis exprobrat Dominus, Generatio praua, incredula atq; peruersa. Et apud Paulum, In medio nationis prauæ atque peruersæ. Atque in alio Psalmo, Quadraginta annis offensus fui generationi illi: atq; etiam in fine præcedentis xxi. Annuntiabitur Domino generatio ventura. Versu septimo, Attollite portas principes vestras. Hic in spiritu Propheta monet angelicos ciues, aperire portas venienti Domino: eósq; velut interrogãtes de Domino, quisnam sit, introducit: ac responsionẽ subdit. Loquitur autẽ hic cùm portas iubet attolli & eleuari (quæ idẽ sonãt, id est, in altum & latũ aperiri) secundum consuetudinem & vsum hominum. Cùm enim ingressurus est in ciuitatẽ nobilis quispiam, aut rex magnum comitatum & apparatum secũ habens, præcurrunt nuntij, qui portas aperiri iubent, nõ tantùm iuxta cõsuetudinem vsq; ad dimidium, sed ad integrum, ita vt desuper omnibus repagulis & obicibus amotis, quantũ possibile est in omni sua latitudine pateãt, ad ingressum magnifici regis. Atq; hoc etiam vulgò in magnificis domibus cõspicimus, quæ cùm cõsuetudinariè non nisi angustum habeãt introitum, ingressuro tamen ipso domus Domino, aut alio quopiam magnæ æstimationis viro, tota patefit porta secũdum latitudinem, vt cõueniẽtior illi & honorificentior sit introitus: Iuxta hunc sanè modũ David in spiritu veluti præcurrens ante ascendentẽ, & in propria redeuntem Dominum, ad eos qui intus sunt principes cælestes clamitat, vt tollãt portas: illisq; abintus (vt ipse eos introducit) more humano interrogantibus, quisnam ille sit cui sic portas iubeat patefieri, respondet, adesse fortissimum victorem, & gloriæ regem, Christum Dominum.

A

VIGESIMIQVARTI PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVS iste, vt satis est intellectu facilis, ita est & vtilissimus. Est enim forma commodissima ad eleuandum spiritum in Deum: In qua primum ob fiduciam quam in Deũ habet homo fidelis, ab inimicis & confusione quam illi conantur adducere, petit diuinitus liberari: atq; vt id fiat, petit vias Dei sibi monstrari, inque eis diuino & superno dirigi ducatu. Et quo moueat efficacius, antiquas miserationes Dei commemorat, sibiq; delictæ iuuentutis & ignorantias dimitti, & misericorditer secum agi postulat: ne forte ob peccata pristina: si in districtione iustitiæ cum ipso agatur, in vllo detrimentũ sustineat. Post hæc, à versu nono, persona mutata, qui hactenus sub secunda ad ipsum Deum direxerat sermonem, nunc ad tertium se conuertit: declarans Dei erga seruos suos bonitatem & fidelitatem, & multã ipsi seruiẽtium vtilitatem, vsq; ad versum decimũseptimum, vbi iterum ad secundam personã, quã aliquantulum intermiserat reuertitur, suas tribulationes multas & increscentes Deo proponens, protectionémq; & liberationẽ postulans: non peculiariter tantùm suã, sed in conclusione Psalmi, generaliter totius populi fidelis, qui est Israel Dei.

VIGESIMIQVARTI PSALMI ELVCIDATIO.

B

AD TE ô Domine spiritum meũ leuaui, mentẽ atque voluntatem totam in te, fide recta, spe firma, & charitate pura, direxi: * tu es Deus meus in quo omnis mihi spes posita est, & in quo omnẽ meã cõstitui fiduciã: propter quod & postulo, vt non me permittas confundi ab expectatione

1 *Ad te do mine leuaui animã meã: * deus meus in te cõfido, nõ erubescã.* Psal. 118

2 Neq; irrideãt me inimici mei: * etenim vniuersi qui sustinent te non confundentur.

3 Cõfundantur omnes iniqua agẽtes superuacuè.

4 Vias tuas domine demonstra mihi: * & semitas tuas edoce me.

5 Dirige me in veritate tua, & doce me: * quia tu es Deus saluator meus: et te sustinui tota die.

6 Reminiscere miserationũ tuarũ domine: * et misericordiarũ tuarum quæ à seculo sunt.

7 Delicta iuuentutis meæ et ignorãtias meas

mea, sed voti atque desiderij mei fac me compotem, dando mihi quæ à te expectaui spiritualia omnia bona. 2 Neque permittas super meo lapsu gaudere aduersarios meos, qui quærunt mihi dominari, qui me conantur in peccati lapsum adducere, & in mortis foueam pertrahere: * quicunq; enim cum patientia te expectant, & sustinentes permanent in obseruatione præceptorum tuorum, non experientur confusionem, neq; frustrabuntur à desiderio suo. 3 Qui verò te non expectant, qui non permanent in obseruatione præceptorum tuorum, sed iniquè agunt superuacue, absque vlla vtilitate & ratione, imò contra rationem omnem, & ad maximum suum malum transgredientes præcepta tua, hi confusionem æternam inuenient in nouissimo, cum tuo iusto iudicio suæ iniquitatis pœnas luent. 4 Mihi verò Domine, qui in te confido, te expecto, tibique placere cupio, demonstra vias tuas, per quas ambulem coram te, vt placeam C tibi: * & doce me ambulare per semitas tuas, quas cõstituisti nobis, vt per eas recta ingrediar, non declinans ad dexteram vel ad sinistram: hoc est, mandata atque præcepta tua fac me intelligere & secũdum ea diligenter operari. 5 Fac me Domine ambulare in veritate iustitiæ tuæ, & esto mihi director atque doctor in via veritatis & iustitiæ tuæ: * quoniam tu es Deus autor salutis meæ, téque vt solum saluare me potentem in patientia sustinui iugiter, nulla fractus expectatione, nullo dissolutus tædio. 6 Recordare ô Domine miserationum tuarum antiquarum, quibus ab initio misereri semper solitus es petentibus misericordiã: * & miserationes tuas multas ac magnas, quas te feciſſe audiuimus cum patribus nostris, ex quo stetit præsens seculum, harum (inquam) miserationum tuarum antiquarum tu Domine reminiscere, vt sicut semper misereri es solitus, ita etiam nunc mihi pauperculo tibi humiliter supplicanti misericordiam benignus impendas. 7 Peccata adolescentiæ meæ, quibus te multipliciter offendi in temporibus præteritis, dum in me ferueret iuuenilis ardor, & vigeret vis concupiscentiæ: item & ea quæ quomodocunque per ignorantiam, D aut surreptionem commisi, quorum mihi numerus determinatus est incognitus, & quæ omnia sigillatim non valeo recogitare in amaritudine, tu Domine dimitte mihi misericorditer: proiice omnia post tergum tuum, & noli vltra memor

mor esse eorum, sic vt ea mihi imputes ad vltionem. 8 Secundum multam & magnam misericordiam tuam memẽto mei in bonum Domine, vt mecum agas secundum dulcedinem misericordiæ tuæ, in peccatorũ dimissione & collatione gratiæ tuæ: * idque peto non secundum rigorẽ seueræ iustitiæ tuæ, sed propter suauissimã & dulcissimam tuam misericordiam, qua promptus es & expositus omnibus, qui te humili corde requirunt. 9 Tu enim Domine dulcis es in misericordia, & rectus in iustitia: sic dulcis, vt etiam rectus: sic misericors, vt nihilominus iustus: tamen præcedit quodammodo & præcellit erga electos dulcedo misericordiæ, rectitudinem iustitiæ: atque ob hoc (quod dulcis simul sis ac rectus, iustus pariter atque misericors) * legem ponis peccatoribus in via vitæ huius, in via conuersationis suæ, per quam nimirũ auersi à peccatis, à viis suis malis, cognoscant viam rectam, quam ambulare debeant, quid agere, E quidve omittere, quid facere, quid declinare. 10 Homines humiles & mansuetos, qui se humiliant sub potenti manu tua, tu dirigis in iustitia, ambulare eos faciens per rectitudinem iustitiæ tuæ: * mites ac humiles tu doces ambulare vias tuas, obseruare præcepta tua. 11 In omnibus viis tuis, Domine, simul coniuncta sunt misericordia & veritas siue iustitia, ita vt in omnibus actionibus, atque dispositionibus quibus agis nobiscum simul hæc duo reluceant: sic in omnibus misericordem te exhibens, vt nihilominus inueniaris iustus: sic quoque ex altera parte iustus & verax in omnibus existens, vt nihilominus & misericors: * peculiariter verò ambo hæc manifestantur erga electos tuos, qui exquirũt & desiderant testamentũ tuũ, quod disposuisti nobis obseruandum, & qui requirunt præcepta tua ad opere implendũ ea. 12 Obsecro ergo te Domine, propter gloriam nominis tui, quoniã bonus es Dominus, quoniã es saluator misericors, vt propitius fias, & clemẽter indulgeas peccatis meis: * quæ cùm multa sint & magna, opus habẽt magna propitiatione & infinita misericordia tua: & id etiam vt postulo, te factu rum cõfido. 13 Quisquis ex hominibus timet, reueretur, ac- F dignè colit Dñm, huic lex à Deo statuta ac posita est in viis iustitiæ, quã elegit ad ambulandũ in ea, vt secũdum legẽ illã viuat in via recta, in iustitia quã sectari & operari concupiuit. Qui enim timẽt Dñm, legem Euãgelicam habẽt à Deo

ne memineris.

8 Secũdum misericordiã tuã memento mei tu, * ppter bonitatem tuã domine.

9 Dulcis et rectus dñs: * ppter hoc legem dabit delinquentibus in via.

10 Diriget mãsuetos in iudicio: * docebit mites vias suas.

1. Pet. 5

11 Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas: * requirẽtibus testa mẽtum eius & testimonia eius.

12 Propter nomen tuũ domine ppitiaberis pec cato meo, * multũ est enim.

13 Quis est homo qui timet Domi

nũ legẽ ſtatuit ei ĩ via quã elegit.
14 Anima eius ĩ bonis demorabit:
** & ſemen eius hæreditabit terrã.*
15 Firmamentum eſt dñs timentibus eum:
** et teſtamẽtum ipſius, vt manifeſtetur illis.*
1.Cor.8
Ioan.14
16 Oculi mei ſemper ad dominũ:
** quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos.*
17 Reſpice in me et miſerere mei:
** quia vnicus & pauper ſũ ego.*
18 Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt
** de neceſſitatibus meis erue me.*

conſtitutam, ſecundum quam ambulare debent, & ſeſe dirigere in omni via ſua. 14 Anima ſiue ſpiritus eorum in bonis Domini commorabitur, dum mente atque voluntate cæleſtibus ac ſupernis bonis inhærebunt, & delitiabuntur in eis, teſtimonium habentes bonæ conſcientiæ: & non ſolum ipſi ingrediẽtur in hæreditatem æternam, verumetiam imitatores eorum & filij ſecundum ſpiritum (quos ſiue verbo doctrinæ, ſiue exemplo bonæ conuerſationis genuerunt Deo) etiam ipſi hæreditate poſſidebunt terrã viuentium. 15 Dominus firmamentum eſt, atque ſtabilimentum omnibus ſeruis ſuis timentibus eum, ſuper quo firmati ſunt, ædificati, fundati, atque ſtabiliti, quaſi ſuper firmam petrã: cui innitentes, decipi aut fruſtrari non poſſunt: * & teſtamentum eſt ipſius Domini, promiſsióque firmiſsima quam diſpoſuit ſeruis ſuis, vt ſeſe manifeſtet illis. Qui enim diligit Dominum, cognoſcitur & diligetur ab eo: & (iuxta promiſſum) familiari dignatione manifeſtabit illi ſeipſum. 16 Oculi mei interiores ad Dominum ſunt & aſpiciunt omni tempore, quaſi ad eum in quo ſpes mea omnis recumbit: * ipſe enim eſt ſolus me ſaluare potens, qui me de laqueo peccati, & obligatione mortis liberabit, vel præſeruando ne incidam, aut certè (ſi per quacunque fragilitatem incidero) ex laquei nexu me extrahendo.* Euellet quoque pedes affectuum meorum à laqueo, vt non irretiantur laqueis terrenarum concupiſcentiarum, & nexibus peccatorum, ſed liberi in ipſo ſemper rectis greſsibus pergant. 17 Aſpice ad me benignis oculis tuæ miſericordiæ & miſericorditer age mecum: * quoniam tanquam orphanus & ſolitarius ego ſum, quaſi ab omnibus derelictus, neminem habens adiutorem præter te Domine, in quo ſpes mea omnis ſita eſt: & pauper ſum, multorum indiguus ſpiritualium donorum, quorum nihil ex memetipſo habeo: atque ob hoc opus eſt mihi modis omnibus, vt tuus me benignus aſpectus diligẽter cuſtodiat, & dies tua miſericordia meæ ſuppleat paupertatis inopiam. 18 En cordis mei angu- H
ſtiæ, afflictiones, atque tribulationes (quibus me grauiter affligunt aduerſarij mei, diabolus, mundus, & caro propria) vehementer multiplicatæ ſunt, & vehementer inſurgunt: dum illi tanto me fortius oppugnant, quanto ego tibi diligentius ſeruire laboro: * tu verò Domine (qui ſolus

potes, & in quo omnem habeo fiduciam) de anguſtiis iſtis quæ me vrgent libera me, vt non mihi impedimentum vllũ præſtent in ſeruitute tua, in obſeruatione præceptorum tuorum. 19 Aſpice Domine benigno miſericordiæ tuæ intuitu ad omnem afflictionem meam qua humilior & premor, & ad omnem laborẽ atq; moleſtiam qua grauor, dum tuis mandatis ſeruire contendo: * aſpiciénſq; humilitatem meã & laborem, tanto facilius benigniúſq; dimitte mihi omnia peccata mea, ſiue grandia, ſiue minora, quibuſcunq; vllo vnquam tempore te offendi: vt ſit mihi humilitas hæc omnis, & labor quẽ nunc pro tuo amore ſuſtíneo, veluti ad purgationem vitæ peioris anteactæ, atq; etiam in purgationem quotidianorum delictorum: quibus per ſingulos dies multi
A pliciter etiam nunc te offendere contingit. 20 Vide Domine ad inimicos meos, quemadmodum multiplicati ſunt, factiq; numero plurimi: * & ij ipſi, odio crudeli atq; implacabili præter omnem cauſam & rationem oderunt me. Neq; enim vnicus eſt inimicus volentibus in lege tua ambulare, ſed multi admodum: qui moleſtiis affligunt tibi ſeruire cupientes: neq; parum inimici ſunt quicunq; aduerſantur, ſed inimici ſunt irreconciliabiles & implacabiles, qui non prius ceſſant ab impugnatione & perſequutione, quã nos in ſuũ conſenſum, id eſt, in mortem pertraxerint. 21 Aduerſus ergo tam multorum, támq; crudelium inimicorum ſæuitiã, tu mihi eſto cuſtos atque defenſor: & libera me de manibus illorum, vt non mihi præualeant: * non me patiaris confundi vt illis ſubiiciar, quoniam in te Domine, non in propriis viribus, ſpem meam omnem conſtitui. Nequaquam autem tuum eſt derelinquere in te ſperantes. 22 Et quanquã perB uerſi ſe mihi hoſtes & inimicos exhibuerint, iuſti tamen & boni adiunxerunt ſe mihi, & ſancto fœdere ſociati ſunt mihi: adhæſiq; ego per amicitiam & charitatem innocẽtibus, declinato prauorum conſortio, * propterea quòd te ſuſtinui Domine, quòd te expectaui, quòd in te ſperaui, quòd tibi volui placere. 23 Libera ô Deus & ſalua fidelem populũ tuũ, qui te agnoſcit & debito colit famulatu, ex omnibus afflictionibus & anguſtiis, quibus in hoc mundo, in hac lachrimarum valle premimur, conforta, vt non ſuccumbamus: patientiam dona & perſeuerantiam, ne deficiamus, donec ſaluos nos facias in regnum tuum cæleſte. Amen.

19 Vide humilitatem meam, et laborem meũ:
** & dimitte vniuerſa delicta mea.*
20 Reſpice inimicos meos: quoniam multiplicati ſunt:
** & odio iniquo oderunt me.*
21 Cuſtodi animã meam, & erue me:
** non erubeſcam quoniam ſperaui in te.*
Pſalmo 9
22 Innocentes & recti adhæſerunt mihi:
** quia ſuſtinui te.*
23 Libera Deꝰ Iſraël ex omnibus tribulationibus ſuis.

ANNOTATIONES
in Psalmum vigesimumquartum.

VERSV sexto, Reminiscere miserationum tuarum Domine. Qui verè magnanimus es atq; munificus ex cõmemoratione priorum beneficiorum: adeò non commouetur ad continendum vlteriora, vt etiam extimuletur magis & inuitetur ad plura exhibenda, prioribus vel similia vel potiora. Atq; hoc modo sancti patres, Deum magnificentissimum, itémq; munificentissimum considerantes, hunc seruant morem, vt volentes Deum ad conferenda beneficia excitare, atq; efficaciter vt obtineant commouere, priora exhibita patribus proponant. Hoc ipsum nunc diligens orator hoc in loco obseruasse conspicitur, cum antiquas miserationes replicat, vt nouas impetret. Inter misericordias autem & miserationes, nulla videtur esse secundum rem aut C sensum diuersitas. Videntur enim quotiescunq; misericordiæ inueniuntur plurali numero, accipi debere pro miserationibus: quemadmodum cum dicitur in alio Psalmo, Vbi Psal.88
sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine? Et apud Paulum, 2.Cor.1
Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. Alioqui non misericordiæ multæ sunt Domini, sed vna est perfecta misericordia. Miserationes autem, non vna tantũ, sed plurimæ, nouæ & antiquæ. Miserationes enim eius, super o- Psal.144
mnia opera eius, vt habet alius Psalmus. Versu nono, Dulcis & rectus Dominus. Dulcedo diuinæ misericordiæ & iustitiæ rectitudo, causa sunt, cur legem ponat Deus peccatoribus in via huius vitæ, per quam à peccato volentes se auertere, & pœnitentiam agere, cognoscere valeant quomodo ad Deum debeant conuerti, & quid agere debeant ad placẽdum illi. Magnæ enim indubiè est misericordiæ, quòd nobis per legis Euangelicæ & illius quidem dulcissimæ & facillimæ traditionem, dignatus sit suam indicare voluntatẽ, quid à nobis exigat, quid velit fieri, quid postulet à nobis. Rectitudo quoq; iustitiæ eius, seruos rectitudine & iustitia sibi similes postulat: atq; ob hoc legem nobis iustitiæ constituit, secundum quam & ipsi iustificemur, sicut ipse iustus est. Et exigit hoc iustitiæ rectitudo, vt tales sint eius serui, qualis est ipse Dominus: iuxta illud Euangelicum. Estote Matt.5
vos perfecti, sicut pater vester cælestis perfectus est. Non ergo solum quia rectus, neq; solum quia dulcis est Dominus, sed

sed quia dulcis pariter & rectus, ob hoc legem dat iis qui in via sunt, cæcis peccatoribus, vt habeant quomodo pœnitentiam agant, & ad Deum se conuertant. Si enim dulcis tantũ esset Dominus, non etiam rectus, videretur non esse illi curę D vt iustitiæ vacarent serui eius, sicq; lege opus non esset. Et si tantùm rectus ac iustus esset, nõ etiam dulcis ac misericors, non illi curæ esset, iustè an iniustè nos ageremus. Habet enim ipsius iustitia modum, quo etiam in impiis nouit glorificare potentiam suam. Quoniam verò & dulcis est & rectus: ob hoc legem ponit: quã custodientes, secundum quam ambulantes, & iustitia ipsi assimilemur, & dulcedinem eius æterna remuneratione percipiamus. Versu vndecimo, Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas. Videtur viæ Dñi in hoc versu alia accipi significatione, quã in versu mox prę cedenti, cum dicitur, Deus docere mites vias suas. Viæ enim Domini in scripturis, dupliciter intelliguntur. Primum quidem præcepta & consilia Dei, quæ frequẽtissimè via nuncupantur, cum aliis in locis, tum præcipuè Psal. 118. propterea quòd per ea nos ambulare, & secundum ea viuere non declinando, Deus constituit & præcepit. Altera acceptione viæ Domini intelliguntur opera, dispositiones, aut consilia Dei, quibus agit omnia. Iuxta quam acceptionem apud Esaiam Esaiæ 55
ait Dominus, Non enim viæ meæ, viæ vestræ. Et quantum distant cæli à terra, sic distant viæ meę à viis vestris. Hoc est, Ezech.18
Non sunt actiones meæ & cogitationes quibus ago & dispono omnia, similes actionibus & cogitationibus vestris. Et alibi, Nõ esse æquã viam Domini blasphemant impij, id Iob 19
est, actiones Dei & cõsilia, cogitationes & dispositiones quibus agit, nõ esse æqua ac iusta, neq; eum iuste agere in operi E bus suis. Videtur autem in versu priori rectius cõpetere prima acceptio. Docet enim Deus mansuetos & humiles præcepta sua & testimonia, eos illuminando, & ad implendũ gratiam dando: iuxta illud, Declaratio sermonum tuorum illu- Psal.118
minat, & intellectum dat paruulis. In hoc autẽ 9 Versu cõuenientior videtur altera posterior significatio, iuxta quod in Elucidatione expressimus. Possent nihilominus etiã hic vię Domini intelligi præcepta eius. Sunt enim præcepta eius, per quæ nos ambulare præcipit, misericordia & veritas, id est, in misericordia & veritate siue æquitate dispositã: quẽad modum alibi opera manuum eius dicũtur esse veritas & iu-

Psal.110 dicium,id est,in veritate & iudicio facta,vera & iusta. Item & in priori versu non esset incommodus sensus, si iuxta secundam acceptionē daretur intelligentia. Docet enim Deus mites & humiles vias suas,consilia sua & opera facit eos intelligere,quæ superbi(propter tumorem cordis)capere non
1.Pet.5 valent. Superbis enim resistit, humilibus autē dat gratiam.

Notandum autem,cum subditur in hoc versu vndecimo, Requirentibus testamentum eius & testimonia eius, nō ita hoc accipiendum,quasi iuxta rei veritatem viæ Domini iis qui non requirūt nō sint misericordia & veritas. Verè enim etiam erga pessimum quemq;, & alienissimum à testamento Dei & præceptis eius, viæ Domini misericordia & veritas erunt. De veritate quidem nihil dubiū erit, quando promissa præuaricantibus pœna illa persoluetur,& iusta vindicta reuelabitur. Misericordia autem apparet, primum quidem præuia, dum illum priusquam ad vltionē adducit tam multiplici miseratione præuenit. Imò & in ipsa condemnationis sententia,non deerit prorsus misericordia,cum longè infrà condignam accipiet pœnam. Veruntamen quia omnis misericordia præuia malis exhibita,in illa vltima districtione & condēnationis sententia per iustitiā contra eos proferenda,videtur absorberi(dum nullā ex prioribus illis miserationibus vtilitatē tenebunt,imò etiā grauius ob eas accipient iudiciū)& quia pondus illud intolerabile iustæ sententiæ tantum erit,vt quod simul aderit misericordiæ non sentiatur: hinc quodammodo erga illos videbuntur viæ Domini carere misericordia,& videbitur hæc abesse,dum illa nimiū apertè atq; clarissimè superlucebit: quēadmodū Iacobi 2 bus dicit, iudiciū sine misericordia futurū illi qui non fecit misericordiā: cū tamē secūdū veritatē nullus omnino hominū sit,qui iudiciū prorsus absq; misericordia sit suscepturus.

VIGESIMIQVINTI
PSALMI ARGVMENTVM.

HOMINIS iusti & ad perfectionem innocentiæ sedulò conantis,hic Psalmus est: qui in testimonio bonæ conscientiæ sibi bene conscius,contra inimicos petit à Deo fieri iudicium,pro sua innocentia, quam etiam à Deo probari & tentari (ne fortè vlla subsit fictio,& vt gratiæ prioris mereatur augmentum) postulat. Enarrat autem particulatim suam iustitiam,quomodo veritatem dilexerit, iniquitatem autē detestatus fuerit; odio habens

habens iniquorum cœtus & conciliabula, innocentum societatem
G *diligens,quod in templo Deo sacro sit assiduus ad audiendum laudes Domini,in quibus oblectatur. Atque hæc quidem vsque ad versum nonum: vbi deinde,enarrata sua iustitia, postulat à Deo non simili cum impijs perditione puniri, posteaquàm ab illis vita sese & actibus differentem ante conspectum eius exhibuit. Constat autem hunc Psalmum non satis competere iis,qui adhuc in imperfectiori sunt gradu,qui nondum totis viribus ad innocentiæ perfectionem contendunt: neque adhuc validi satis videntur huiusmodi, ad huius Psalmi pronuntiationem. Nondum enim illi dicere valent, In innocentia mea ingressus sum, In Domino sperans non infirmabor, Proba me,&c. Et quod in fine subiungitur, Ego in innocētia mea ingressus sum: &, Pes meus stetit in directo. Quæ tamen in medio Psalmi sunt,ferè omnes qui non prorsus impij sunt, vtcunque possunt fidenter de se dicere. Imò & priora & nouissima (quæ secundum constantem pronuntiationem non nisi perfectis competunt) possunt nihilominus ab iis qui imperfectiores sunt, sed bonæ voluntatis,dici cum formidine,& diminutione, & quodam pudore,quasi agnoscentibus suum imperfectum, hoc ipsum autem quod in se aduertunt boni, Deo ferentibus acceptum. Sunt enim (vt non dubium est) innocentiæ atque iustitiæ gradus.*

VIGESIMIQVINTI
PSALMI ELVCIDATIO.

HOMINE Deus,qui iudicas iustè,& facis vindictam innocentum, te oro fieri mihi iudicem: tibi meam causam contra aduersarios cōmitto, vt pro me contra illos facias iudicium, qui sine causa me persequuntur: *ego enim(te teste,simul & testimonium perhibente mihi conscientia mea) sedulò conatus sum in iustitia ita cōuersari, vt nemini quātum ex me nocumentum inferrem,neminémq; offenderem eorū qui nunc me persequuntur: *& in te Domine sperans, ab innocentia mea non deficiā,non frangar,non dissoluar, non infirmabor à virtutis & innocentiæ proposito,sed stabilis & fortis perstare in te confido, quantumuis me vrgeant aduersarij. 2 Et ne forte mihiipsi falsò adblandiar, placet mihi Domine, vt secundum voluntatē tuam probes me ac tentes,quantum & sicut tibi expedire videbitur,ad eum modum quo in igne probantur & purgantur metalla, ne fortè aliud

1 *Iudica me, Domine.*

* *quoniam ego in innocētia mea ingressus sum.*
* *& in Domino sperās nō infirmabor.*
2 *Proba me Domine, et tenta me:*

aliud mihi de me videatur, quàm sit in veritate, quemadmodum metalla priusquam probentur sæpè id esse existimãtur, quod post conspiciuntur non fuisse, dum probantur: vtq; per hanc probationem purior fiam, quemadmodũ aurum verũ igne probatũ: * vre tu domine, & igne probationis tuæ examina cuncta mea intima, affectiones meas & intentionẽ cordis mei: ita vt ad purum excoquas omnẽ scoriam, & omnẽ vitiosam commixtionem absumas: quemadmodum per ignis examinationem & vstionem probatum & purificatũ efficitur aurum. 3 Est enim misericordia tua mihi semper ante oculos, in eam iugiter intendo, ad illam aspicio, propter quam etiam non dubito spem meam omnẽ in te cõiicere, & propter quam probari à te non formido, sperãs & sciẽs quoniam fidelis tu es qui non patieris me tentari supra id quod possum: * & veritas atque iustitia tua cõplacuit mihi, in ea mihi bene placuit, dilexi eam, & elegi ad custodiendũ eam, inq; ea ad finem vsque perseuerandum. 4 Ad hãc autem custodiendam veritatem, declinaui malorum cõsortia, recusans sedere in cõciliis iniquitatis, cõciliabulis hominũ peruersorum (qui vanitatem tractabãt) nolens præbere consensum: * & cum hominibus peruersis, cum operariis iniquitatis nolui habere commercium, nolui illis cõmorari, neque cum eis tanquam cõsentiens eorum malitiæ ingredi & egredi, aut cum eis non introibo in concilium, neq; consentiam malis eorum actibus. 5 Congregationes & cœtus eorũ qui mala cogitant & iniquitatem tractant, ego odiui & detestatus fui, ex affectu cordis mei: * & cum hominibus in quibus nõ est timor Dei, in quibus nõ est pietas, nolo cõfidere, nolo vllo pacto vel consentire, vel subscribere illis in malitia: sed quantum potero elongabo me & separabo ab illis, ne quo modo cõtingat me coinquinari ab illis. 6 Cũ hominibus autem Deum timẽtibus, qui in iustitia sese innocẽtes custodire studeant, cum his ego communicabo, illis adhærebo, cũ his familiariter agam, inter quos non solum nõ coinquinari, sed melior etiam possim fieri: * & in locis in quibus tuum nomen colitur, in quibus tu laudaris circũ altaria, in quibus tuo nomini offertur sacrificium laudis, ero assiduus, & tanquam circundans illis adhærebo. 7 Ad hoc (inquam) circũ altaria tua ero assiduus, in tabernaculo & tẽplo tuo nominí sanctificato, vt illic voces, laudantium atq; psallentium tibi audiam

vre renes meos & cor meum.

*3 Quoniã misericordia tua ante oculos meos est: * & cõplacui in veritate tua*

*4 Non sedi cum concilio vanitatis: * & cũ iniqua gerentibus non introibo.*

*5 Odiui ecclesiã malignantium: * & cũ impijs non sedebo.*

*6 Lauabo inter innocẽtes manus meas: * & circundabo altare tuũ domine.*

7 Vt audiã vocem laudis tuæ:

audiã ministrorũ tuorũ: quæ mihi oĩbus cantilenis & omnibus musicis sonis longè sunt gratiores: * vtq; cum psallentibus tibi etiam ipse pariter enarrem & eloquar pro mea viri G li omnia mirabilia tua, quantum potero ea pronũtiando ad gloriam tuam: idq; vel corde interius, vel etiã exterius oris sono, me pariter laudantibus ministris adiungendo, & quasi vnum ex psallentibus cõstituendo. 8 Dilexi domine affectu magno decorum & splendidissimũ templum tuũ, quod est tuo nomini dedicatum, in quo tu inhabitas vt in ornatissima domo tua: & huius sancti templi tui (in quo tu habitas & coleris) decorem, multò amplius quàm propriæ domus ornatum dilexi: * & locum in quo tu dignanter inter homines Deus inhabitas, secundum magnificentiam gloriæ tuæ, valde dilexi, adq; eius decorem & ornatum (quantũ in me fuit) promouendũ, diligẽter semper laboraui & laborabo. 9 Ne itaque domine Deus animam meam in perditionem venire sinas, in quam impij sunt peruenturi, qui innocentiã cõtemserunt, téq; & cultum tuum ignorauerunt: * & cum hominibus peccatoribus multis commaculatis fœdissimis peccatis, interfectoribus & oppressoribus innocentiũ, ne perire sinas vitam meam. 10 Quorũ manus plenæ sunt iniquitatibus & operibus pessimis, quæ patrarũt, & donec viuãt patrare sunt parati: * qui in dextris suis accipiunt munera, indifferenter ab omnibus, ad subuersionem iustitiæ: ita vt quasi plenæ sint muneribus manus eorum, pro quibus vẽdunt & subuertunt iustitiam. 11 Ego verò huiuscemodi nequaquã in prauitatibus suis consensi, neque assimilatus fui, neq; operatus similia, sed in iustitia innocenter conuersari sedulò conatus fui: * ac proinde, ne simili cũ illis pœna me inuoluas D vt perdas, sed ecõtrario libera me à perditione, & misericordiam tuam perfectam ostende mihi in vita æterna. 12 Ex munere enim gratiæ tuæ pedes mei steterũt in iustitia & in rectitudine, ambulauerúntq; in ea, & perseuerãt vsq; modo, perseueraturi quoq; (vt confido) in finem: * & ego pro gratiarum actione, laudem tibi & benedictionem reddam, in omnibus cõgregationibus sanctorum, in cõspectu omnium timentium te, donec me perducas ante conspectum vultus tui, vbi te sine fine collaudabo cum omnibus sanctis tuis, in secula seculorum, Amen.

** & enarrẽ vniuersa mirabilia tua.*

*8 Domine dilexi decorem domus tuæ: * & locum habitationis gloriæ tuæ.*

*9 Ne perdas cum impijs Deus animã meam: * & cũ viris sãguinũ vitam meã.*

*10 In quorũ manibus iniquitates sunt: * dextera eorũ repleta est muneribus.*

*11 Ego autẽ in innocentia mea ingressus sum: * redime me, & miserere mei.*

*12 Pes enim meus stetit in directo: * in ecclesijs benedicã te domine.*

ANNOT

ANNOTATIONES IN
Psalmum vigesimumquintum.

VERSV secundo, Proba me domine & tenta me. Notat homines iustitiam tenẽtes in triplici esse distinctione. Infimus enim gradus est, eorũ qui aduersa toleratu leuia patienter ferunt, vbi aduenerint: nondum tamẽ eò peruenerũt, vt grauiora ferre sint parati pro iustitia. Qui enim prorsus nulla ferre cum patientia sustinent, clarũ est eos (vt prorsus mundanos & carnales) extra iustitiam esse. Secundus est gradus, eorum qui non leuia tantum, verumetiam quãtumuis grauia, vbi aduenerint, sustinent patiẽter, potius quàm iustitiam & veritatem deserãt: verũtamen passiones & toleratu difficilia horrent, neque appetunt, malléntque absq; tribulatione prorsus vitam agere. Et ferunt quidem faciẽtes (quod dici solet) ex necessitate virtutẽ: nondum tamen eò peruenerunt, vt afflictionem vel ipsi vltroneam assumere, vel à Deo postulare velint. Tertius verò gradus est, eorum qui non solum ea quæ accidunt, quadam necessitate cogente, voluntarie tolerant, verumetiam in tribulationibus gaudere, eáſq; secundum dei voluntatem exoptare & concupiscere didicerunt. Tales legimus beatissimos Apostolos, qui ibant gaudentes à cõspectu concilij, quòd digni essent pro Christi nomine pati. qui docuerunt in tribulationibus gloriandum: & omne gaudium existimandũ, cum in tentationes varias incíderimus. Talem in Actibus Lucas describit Paulum, qui rogatus obnixè à fratribus ne Hierosolymam ascenderet, vbi tribulationes & vincula per omnes Ecclesias illi spiritus prædicebat, nequaquam cõsensit. Talis erat Ignatius, qui Romanos obtestabatur, ne suã passionẽ impediret, cupiens Christi frumẽtum dentibus moli bestiarum, & cum eis fœlicem depugnare pugnam. Talis quoq; erat Psalmista, qui dicebat, Proba me domine & tenta me, vre renes meos & cor meũ. Et tales nos esse conuenit, cum ista proferimus: cupientes videlicet, quantum ex Dei voluntate fuerit, & quantum ipse nobis expedire viderit modis illi placitis probari & vri: vt cum Augustino dicamus, Hic vre domine, hic seca, vt illic parcas. Versu septimo, Lauabo inter innocentes manus meas. Lotio ista manuum, potest intelligi ad literam, corporalis: & ita cum ait, se lauare inter innocentes manus suas, si gnifi

Act. 5
Rom. 5
Iac. 1

Act. 21

Ignatius ĩ epist. ad Rom.

gnificat suam se conuersationem cum innocẽtibus habere, illisq; familiarẽ se fieri, cum illis ad mẽsam accedere, illisq; conuiuere, assidere, & adhærere: quemadmodum ecõtrario peruersi cum peruersis lauãt manus, id est, cum peruersis conuiuunt, habitant, & cõuersantur. Solẽt enim pares sociari paribus. Aut lotio ista intelligi potest emundatio à peccato & macula. Qui enim manus lauat corporaliter, sordes abluit, & fit candidior. Ita quoque is qui inter innocentes & bonos habet conuersationem suã, illisq; assiduè conuiuit, illorum bona conuersatione, si in eius vita est vlla macula emundatur, & fit cõtinuo profectu (conuictorum exemplis allectus) mundior atque candidior. Impij ergo inter impios polluãt manus suas, eáſq; sordidiores indies reddant, proficiẽtes in peius. Iustus autẽ, in medio innocẽtum lauabit manus suas.

C Versu septimo, octauo & nono, Circundabo altare tuum domine. Quæ hic dicuntur de altari domini, de vocibus laudis, & de decore domus Dei, ad literã intelligi possunt commodissimè de altari atque domo materialibus, & laudibus cantorum voce factis, quomodo exponit Elucidatio. Vir enim iustus & verè in innocentia sua timens Deum, non solum in spiritu ipsum veneratur, verũetiam vniuersa quæ ad Deum propinquius spectãt, & velut è vicino ad ipsum attinent) quemadmodum sunt loca Deo dicata, & laudes sacræ quæ Deo exhibentur in templis, ornatúsq; templorũ honestus & decens) tametsi corporalia & externa, peculiari tamẽ reuerentia veneratur: quemadmodum econtrario illi in quibus vera non est pietas, nullam prædictis impendunt reuerẽtiam, sed aut negligunt, aut contemnunt plané & irridentPosset nihilominus mystice intelligi altare & Domus Dei & voces laudis, in spiritu. Siquidem altare nostrũ, Christus est: quem amoris affectu circundamus, dum inter innocẽtes manus lauamus. Illud altare circundantes, in cælestibus psallentium angelorum voces spiritu audimus, ipsíq; iam in cælis positi nostras laudes adiungimus: decorem quoque illius domus diligimus, cum mente ad cælorũ gaudia aspiramus. Aut ad Ecclesiam militantem hæc omnia referantur. Hoc enim modo decorem domus Dei diligunt omnes perfecti & iusti, dum pro Ecclesiæ bono statu zelant, & quantum in se est omnem deformitatem errorum, hæresum, atque vitiorum auferre laborant.

VIG

VIGESIMISEXTI PSALMI ARGVMENTVM.

Hoc Psalmo Dauid protectionis & auxilij diuini virtutem primum describit sex versibus, dicens, neque castra hostium fortissima se timere, vbi Deum habuerit adiutorem. Deinde vsque ad versum duodecimum, quomodo vnam petitionem postulans, diuinam protectionem & super inimicos victoriam sit consequutus, enarrat: & pro percepto beneficio, laudem & gratiarum actionem proponit. Post hæc verò vsque ad versum penultimum, vt nondum securus, domini misericordiam deprecatur, vt ab ea nunquam deseratur: sed contra inimicorum malitiam, diuina misericordia, in omnibus recta via dirigatur. At demum versibus duobus nouissimis, in domini fiducia seipsum stabilit atque confirmat, credens videre bona domini, & paratus expectare aduentum ipsius.

VIGESIMISEXTI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Dominus illuminatio mea & salus mea, *quem timebo.*

Exod.15

2 *Dominus protector vitæ meæ: *à quo trepidabo?*

3 *Dum appropriãt super me nocẽtes, vt edant carnes meas*

4 *Qui tribulant me inimici mei,*

DOMINVS est illuminator atque saluator meus, qui me in omnibus agendis illuminat, vt sciam quid & quomodo agere oporteat, & saluando protegit, vt sim in omnibus per eum securus: * & quis est, propter quem ego conturbabor, talem habens saluatorem? cum nemo prorsus neque hominum neque dæmonum inueniatur tam ad nocendum potens, quàm sit hic meus dominus ad saluandum. A 2 Dominus (cui nomen est omnipotens) ipse protector est vitæ meæ, & defensor animæ meæ, aduersum eos qui eam quærunt interficere, * & quis siue hominum siue dæmonum tam potens aut validus, à cuius timore ego conturbari debeam, aut qui mihi tam potenti defensore confirmato possit prævalere? 3 Cum appropinquauerint contra me nocere quærentes inimici mei, dum aduersus me insurrexerint ad oppugnandum animo crudeli, ad interficiendum tanquam comedere quærentes carnes meas, vt me interficiant ac deuorent. 4 Qui tribulant me & affligunt isti inimici mei, ipsi Deo me protegente defecerunt viribus, & frustrati sunt à proposito ac desiderio suo, non potentes implere malitiam quam contra me conceperant: & quantumuis conati fuerint, non potuerunt malitiæ suæ adhuc comp

complere propositum. 5 Etiamsi contra me congregentur inimici in multitudine maxima, castrametantes in circuitu meo, & me obsideant validissimè ex omni parte, circumcingántque in modum coronæ: * non timebit tamen, B neq; conturbabitur pro hoc spiritus meus, in cæleſti sperans auxilio. 6 Etiamsi aduersus me omnes hi in prælium consurgant, incipiántq; aperta oppugnatione me inuadere, non conturbabor, non deiiciar animo, sperans semper, nec sperare desinens in Deo illuminatore, saluatore & defensore meo, qui semper adest in opportunitatibus, & propé est iis qui tribulato sunt corde, inuocãtes eum in veritate. 7 Vnã rem, vnam petitionem præ omnibus & ante omnia postulaui à domino Deo meo, quam eandem etiam perseueranter exquiram & incessanter postulabo, ad hanc contendam donec perfectè obtineam, quam mihi denegari nullatenus patiar, & quam vnam si obtinuero, facilè parui pendam alia omnia quæ desiderari possunt: * hæc autem vna petitio est, vt inhabitare possim in sempiternũ in domo Domini, semperq; Dei domesticus permanere: ita, vt & nunc in gratia confirmatus, donec viuam in Ecclesia militante (quæ est domus Dei) tam numero, quàm merito permaneam, & post vitam corporis, in ciuitate ac mansione superna, in æternitate, inter domesticos tuos merear inueniri: sicque columna fiam in domo tua immobilis & firma, vt foras nunquam C proiiciar à conspectu tuo. 8 Vt experiri perciperéque merear iucundissimam voluptatem, & suauissimas domini delitias: & nunc quidem secundum præuiam degustationem supernæ dulcedinis, & ex parte aliqua, & plenius in futuro, secundum perfectam satietatem: * & vt peruenire merear ad templum sanctum ipsius in cæleſtes mãsiones, in quibus Deus inhabitat gloriosus, tanquam in templo sancto suo, vbi delitiis æternis perfruar cũ electis. Hanc enim vnicam petitionem si merear obtinere, pro nihilo reputo omnes aduersantium turmas, quæ ab illa petitione me, quantũuis conentur, non poterunt facere alienum. 9 Idcirco autẽ huic vni rei inhærens, in nullo timeo, neq; conturbor, neque illi mihi possunt prævalere, quoniam abscondit me dominus à facie inimicorum meorum, & quasi in tabernaculo occultauit me ipse per præsentiam auxilij sui, ita vt sub eius protectione quasi in tabernaculo & domo securus agam: * in die

P

ipsi infirmati sunt & ceciderunt.

5 *Si cõsistãt aduersũ me castra: *nõ timebit cor meum.*

6 *Si exurgat aduersum me prælium: in hoc ego sperabo.*

Psal.9

Psal.33

7 *Vnã petij à domino, hanc requiram: * vt inhabitẽ in domo domini omnibus diebus vitæ meæ.*

1.Tim.3

8 *Vt videã voluptatem domini: * et visitem templum eius.*

Psal.3

Psal.10

9 *Quoniam abscõdit me in tabernaculo suo: *in die malorũ protexit me, in abscondito tabernaculi sui.*

belli,in tempore quo me oppugnare vellent,in tempore periculorum,cùm ipſi mihi mala meditarẽtur,protexit me ab inimicis meis veluti in abſcondito tabernaculi ſui:ita mediligentiſsimè cuſtodiens,concludens,& conſeruãs,vt ex nulla parte ad me patere poſsit aditus aduerſariis meis:quomodo ea quæ habẽt homines chariſsima,& quæ nulla ratione auferri ſibi patiuntur, ſolent in abſconditis & occultiſsimis locis domus ſuæ abſcondere, ne furibus vllus ad ea pateat acceſſus. Sic enim dominus cùm pretioſam & chariſsimam habeat animam meam,quaſi in abſcondito ſui tabernaculi diligentiſsimè ſolicitiſsiméq; eam cuſtodit. 10 In firmamento ſuo atq; fortitudine qua me ſtabiliuit & ſuſtentauit, tanquam in fortitudine petræ,ipſe dedit mihi victoriam,& glorificauit ſuper inimicos meos:* & nunc, ex Dei beneficio,exaltatum eſt caput meum ſuper inimicos meos:nõdum ſuccubui,nondum deiectus ſum à ſtatu aut propoſito virtutis,in quo me Deus in celſitudine cõſtituit,ſed perſto adhuc victor & ſuperior omnibus inimicis meis. 11 Propter hoc in gratiarum actionẽ,circuiui per omnia mihi facta à Deo beneficia,mente ea reuoluendo,& per ſingula diligẽter recogitando:& quaſi ſacrificium gratiſsimum obtuli in tẽplo eius,ante cõſpectum eius hoſtiam laudis & gratiarũ actionis ex animo depromptæ,cum magno clamore & vociferatione, præ affectu gratitudinis:quemadmodum clamare ſolent,& vociferari homines, præ nimia lætitia:* neq; ceſſabo impoſterum à laude ipſius,ſed cantare eius nomini propono & Pſalmos dicere (vt eſt æquiſsimum) pro plurimis iiſdémq; maximis quę ab eo percepi beneficiis. 12 Tu verò domine me cùm gratiarum actione & laude te deprecãtem benignus aſpice,vocémq; orationis meæ qua ad te clamare non deſino clementer exaudi,vt tibi ſit accepta laus mea,& exaudita fiat deprecatio:*miſerere mei, miſericors Dñe,& exaudi deprecantẽ,vt vnam illam quã petij mihi non deneges. 13 Tibi teſtificatur domine & loquitur cor meũ, qui vides cordis mei intima,quod te deſiderẽ: facies quoq; mea item te exquiſiuit,ſemper ad te intẽta,ad te directa & eleuata,tanquam ad id quod omnium maximè deſidero:* tuã faciem ô domine Deus meus,ego toto corde & omnibus viribus requiram,tuam preſentiam,tuum benignum & gratioſum aſpectum quo aſpicis electos filios tuos, ego ſemper ex tota

10 *In petra exaltauit me:* & nũc exaltauit caput meũ ſuper inimicos meos.*

11 *Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hoſtiã vociferationis:* cantabo, & Pſalmũ dicam domino.*

12 *Exaudi domine vocẽ meã,qua clamaui ad te:* miſerere mei, & exaudi me.*

13 *Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea:* faciẽ tuã domine requiram.*

tota affectione exquirã,& præ omnibus deſiderabilibus cõ-
F cupiſcam & petam, donec mihi demonſtres eã, donec per- 14 *Ne auertas faciem tuam à me:* * *ne declines in ira à ſeruo tuo.*
ueniat facies mea ad contuendam faciem tuã,donec eò perueniã vt facie ad faciem te merear contueri. 14 Noli domine,noli auertere à me benignũ aſpectum tuũ, quem exquiro,ſed econtrario magis illum ad me miſericorditer conuerte:* ne iratus aliquando diſcedas vel paululum, à me pauperculo ſeruo tuo,qui ſine te neq; ſum aliquid,neq; poſſum aliquid:ſed in benignitate tua,mihi placabilis ſemper exiſtas,& ſemper mecũ permane in defenſionem,atq; auxilium meũ. 15 Eſto mihi auxiliator in oĩbus neceſsitatibus meis aduerſum omnes oppugnãtes me: neq; aliquando deſtituas me auxilio præſenciæ tuæ,* neq; deſpicias, derelinquas,aut abiicias me imperpetuũ,ô Deus,in quo tota mihi ſpes eſt poſita ſaluris. Si enim tu me dereliqueris vel ad momẽtum per ſubtractionẽ gratiæ aut protectionis tuæ,mox prevaluerint mihi in impetu aduerſarij mei:& tam facilè me ſine te proſternẽt,quã donec tu mecum eſſes,prævalere omnino nõ poterant. 16 Tu (inquam) domine ne me deſeras. Ecce enim parẽtes mei carnales,omnéſq; cognati & noti dereliquerũt me,non põtentes mihi ferre auxilium aut ſalutẽ dare,contra
G quam eſt in hominibus,à quo expectem cõtra eos auxilium: *tu ergo Domine,qui ſolus me adiuuare potes,ad quẽ ſolum ſunt oculi mei,aſſume me pauperem & orphanum,derelictũ ab omnibus in protectionẽ & curam tuam.Tu enim pater es pauperum orphanorum atq; derelictorum,& iudex ac defenſor eorum,qui humano ſunt deſtituti auxilio.Aſſume (inquam) me in filium pater,in diſcipulum præceptor, in ouiculam paſtor,in ſeruum dominus,in clientem patronus,vt tũs mihi vnus in omnibus ſufficiẽs,quæ ſunt meæ ſalu
ti neceſſaria. 17 Pone Domine mihi legẽ in via tua, firma eam in corde meo,dans mihi intelligentiam præceptorum tuorum,ſecundum quam ambulem coram te vt placeã tibi, & ad te merear exoptatiſsimũ terminũ peruenire:* & dirige me per ducatum ſancti ſpiritus tui in via recta, in obſeruatione perfecta præceptorũ tuorũ,vt ea non tranſgrediar, declinans ad dexteram vel ad ſiniſtrã:*idq; ego peto abs te,
H & tu mihi Domine impendas, propter inimicos meos,qui maximo ſtudio me conantur à via recta abducere,& morti

15 *Adiutor meus eſto,* *ne derelinquas me ne deſpicias me deus ſalutaris meus.*

16 *Quoniã pater meus & mater mea dereliquerũt me:* *Dominus autẽ aſſumpſit me.*

17 *Legem pone mihi domine in via tua,* * *& dirige me in ſemita recta:* * *propter inimicos meos.*

tradere: vt quantum illi folliciti sunt in malum meũ, tanto tu in bono me confirmes amplius: vt sic ipsi confundantur, & ego ab illorum malitia nullum accipiam nocumentum.

*18 Ne tradideris me in animas tribulantiũ me: quoniã insurrexerunt in me testes iniq: * & mẽtita est iniquitas sibi.*

18 Ne permittas domine me venire in potestatem aduersariorum meorum, qui tẽtationibus & persequutionibus suis affligunt spiritum meum, neq; permittas illos prævalere animæ meæ, aut super eam consequi dominium. * Ecce enim insurrexerũt aduersum me testes iniquitatis & iniustitię, qui malè de me loquuntur & falsa aduersum me pronuntiant atq; testantur, vt ad mortem me valeant perducere: * & iniquitas eorum confinxit sibi mẽdacia, ipsi sibi per iniquitatẽ confinxerunt falsa ac vana, quibus me innocẽtem ad mortis mala perducerent. 19 Quantũcunque autem illi mentiantur & fingant falsa ac vana, eáq; aduersum me proponant: ego tamen spero & confido visurum me bona sempiterna, quæ seruis suis dabit dominus Deus meus * non vtique in hac terra, quam mortales homines inhabitant, sed in terra illa cælestis patriæ, in terra absque mortis sensu æternaliter viuentium. Illic me spero bonis sempiternis perfruiturum, in perfecto gaudio. 20 In hac autem spe cõfortatus te moneo ac hortor, anima mea, vt cum aduersorum tolerantia & æternorum desiderio, expectes dominum Deum tuum, quasi parata semper occurrere illi: * expectans autem non otio torpeas, neque cesses ab operando bonum: sed fortiter operare opera Dei, prælia domini aduersum hostes præliando, & in operatione omnis boni dum tempus est non deficiendo: * confortetur in confidentia diuini auxilij & spe bonorum cælestium, cor tuum: confortare in spiritu, & roborare, sicque secura sustine dominum, & corde eum diligẽs, & expectans aduentum ipsius: donec aduenies, de tabernaculo militiæ huius te educat, in habitationem gloriæ suæ: in qua triumphabunt vniuersi, qui prælia domini in finem vsque fortiter fuerint præliati, in gloria & delitiis sempiternis. Amen.

*19 Credo videre bona domini: * in terra viuentium.*

*20 Expecta dñm. * viriliter age: Galat. 6 * & confortetur cor tuũ, & sustine dominũ.*

ANNOTATIONES IN *Psalmum vigesimumsextum.*

VERSV sexto. In hoc ego sperabo. Facilius est iuxta sententiam in Elucidatione expressam, vt pronomen hoc siue referat, siue demonstret id quod præcesit initio Psalmi, protectorem videlicet, illuminatorem & saluatorem, quasi dicat

dicat, In eodem hoc quem ab initio dixi illuminationem & salutem meam, & protectorem meum, semper ego sperabo, quantumuis illi insiliant & ferociant contra me. Posset tamen etiam hanc habere intelligentiam, Si exurgat aduersum me prælium, adeò non turbabor, adeò non deiiciar animo, vt etiam ex hoc sperem diuinæ gratiæ maiora mihi aduentura munera. Qui enim fortiter in præliis Domini rem gesserit, restiteritq; viriliter impugnantibus aduersis potestatibus, meretur ampliora à Domino accipere dona gratiarum. Et quemadmodum milites bellicosi non solùm nõ detractant pugnam, sed etiam gestiunt quodammodo, & velut anhelant ad pugnam, tum propter lucra & spolia, tum quòd suas vires gaudeant exercere, & duci suo suam fidelitatem cõmendare: ita spiritualis Domini bellator in Domini virtute confidens, nõ tantùm non debet fugere aut timere prælium, & tentationes Diaboli omnino exhorrescere, verumetiam quodammodo cum lætitia suscipere, & aggredi animo prompto, confidens ex hoc suo Domino probatior & acceptior fieri. Atque iuxta hanc sententiam legimus perfectiores quosdam ex patribus, vtpote magnum Antonium, & simplicem Franciscum, dæmonum exercitus etiam inuitasse, & velut prouocasse atque extimulasse ad pugnam. Versu septimo, Vnam petij à Domino. Vna est petitio, vna res est, quam quilibet iustus & petere debet & requirere: id est, sedulò postulare, & velut pro ea contendere, ita vt omnino nolit illa priuari. Hæc est, æterna & perpetua nostri spiritus humani cũ Deo coniunctio, & vnio beatitudinis æternæ. Multa quidẽ postulamus & varia, sed in hoc vno summatim includuntur omnia, quæcunq; ad salutem nostram postulare possumus. Cætera autem quæ ad hanc vnam non spectant, vt temporalia siue corporalia bona, possunt quidẽ vtcunq; ab hominibus peti & postulari, quatenus videntur fore cõmoda & conducibilia spiritui (vtpote necessaria corpori, & ad virtutis exercitia oportuna adiumẽta) verùm requiri ista non debent, id est, non omnino quis pro illis debet contendere vt à Deo accipiat, sed submittere magis huiusmodi petitiones diuinæ voluntati, vt si expedire non iudicet quod postulatur, non præstet. Versu octauo, Vt videam voluntatẽ Domini. Videtur hoc in loco facta deprauatio, vulgatæ lectionis, ex mutatione vnius literæ, nempe p, in, n: videtúrq;

pro voluntatem,legendum,voluptatem.Primùm enim,sensus magis quadrat propositō. Deinde,vtraq; lectio & Græca & Hebræa voluptatem habet, & nequaquam voluntatē. Nam ex Hebræo vertit beatus Hieronymus pulchritudinē domini. Alij amœnitatem,vel iucunditatē,vel dulcedinem interpretantur,quæ omnia voluptatem sonant.Habet similiter & Chaldęa Paraphrasis.Quin & beatus Augustinus in suo Psalterio,manifestè legit & clarissime exponit delectationem domini. Græca verò litera (ex qua immediatè nostri Psalterij versio facta est) habet τρυφην, quod manifestè sonat voluptatē. Cùm itaq; in vna litera apud Latinos stet mutatio (quæ facilè admodum fieri potest) & vtraq; cōsentiat originalis lectio,atq; ipsa etiam faueat sententia,satis probabile est factam esse mutationem. Nos tamen,licet in Elucidatione ita expresimus,ob hoc noluimus ex nostra autoritate publicam mutare lectionē,scientes non hoc esse nostri officij : satis esse putamus,si id admonuerimus quod videtur probabilius. Potest nihilominus,si voluntatem legamus,conueniens dari intelligentia,imò eadem penè cum altera lectione quæ habet voluptatem. Cùm enim datum nobis fuerit videre voluptatem domini,id est, frui voluptate & gaudio beatitudinis æternæ,tunc pariter & videbimus voluntatem domini,illam videlicet qua nos summè vult & cupidissimè optat fieri saluos:hanc tunc videbimus plenissimè impletam in nobis.Hæc est (inquit Christus dominus) Ioan.6 voluntas eius qui misit me,vt omnis qui credit in me, non pereat,sed habeat vitam æternam.Proinde,eadem ex vtraq; lectione sententia potest accipi. Versu vltimo,Expecta dominum viriliter age. In Elucidatione ita exposuimus hunc versum, vt sit exhortatio hominis, siue ad animam suam, Psal.114 iuxta quod in alio Psalmo dicit, Conuertere anima mea in requiem tuam,siue ad semetipsum se conuertentis, atq; ipsum ad patientiam & perseuerantiam exhortantis. Posset nihilominus accipi vt exhortatio generalis,quam Propheta postquam suam proposuit fiduciā, dicēs,Credo videre bona domini,etiam cæteros ad idem inuitādo,generaliter facit: tanquam si dicat.Ego confido visurum me bona domini in terra viuentium. Et tu quisquis es qui eadem cupis assequi, & à Deo similiter auxilium & salutem obtinere,expecta dominum,& viriliter age : spiritu confortare,& esto robustus, & ita securus expecta dominum.

VIG

VIGESIMI SEPTIMI PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVS iste,aptam præbet fidelibus orandi formam. In quo considerans fidelis pessimam quæ manet impios retributionem, ad Deum clamorem orationis dirigit, vehementer & multis verbis postulans, vt cum illis in retributionem non veniat,neque similem cum illis mereatur accipere sententiam qui dolosè agunt cum proximis suis,atque ob hoc iustam accipient secundum opera sua condemnationem. Atque hæc primis septem versibus. Hinc verò concepta in Deo fiducia,& interno testimonio cōfortatus,consurgit ad gratiarum actionem, Dominum suum protectorem & adiutorem,carne resplendescente & animo hilari,collaudare paratus:cui omnem victoriam & omnem salutem tam suam, quàm populi totius ascribit : nouissimo versu,pro vniuerso populo Dei fundens orationem, vt illum saluum facere & benedicere dignetur,atque in æternum exaltare.

VIGESIMI SEPTIMI PSALMI ELVCIDATIO.

AD te Domine leuabo vocem orationis meæ, & ex effectu magno te inuocabo, qui solus mihi potens es præstare quæ postulo : * tu vicissim Domine me clamante ne taceas,ne despicias te deprecantem, ne tanquam surdus, tanquam qui non audieris,à responsione sileas:sed ex aduerso loquere mihi verbum miserationis, & responde verbum exauditionis: * alioqui enim (si tu silere & tacere volueris, neq; responderis mihi) similis fiam iis qui degunt in inferno,& quasi vnus ero de numero illorum qui iam descenderunt in illum. Quos enim tu non exaudieris,quos tu responsione non fueris dignatus, hi iam inter mortuos deputati sunt,& quasi desperati atq; reprobi à conspectu tuo : quemadmodum qui iam in infernum descenderunt,quantūcunq; clament,responsionem abs te non merentur, sed quasi surdus non attendis clamorem illorum. 2 Ne ergo Domine mihi sic obsurdescas,sed exaudi benignus vocē deprecationis meæ,qua oro ante conspectū tuum:* cum ex affectu piæ deuotionis atq; ex desiderio impetrationis in oratione positus,eleuo manus meas,siue spirituales mentē atq; affectum: siue etiā corporales, versus cæleste tabernaculū tuū, in quo vt in tēplo sancto tuo inhabitas. 3 Ne me simul in eandem

1 *Ad te domine clamabo : * deus meus ne sileas à me,ne quando taceas à me, * & æstimi labor descendentibus in lacum.*

2 *Exaudi Dominevocē deprecationis meæ, dum oro ad te : * dū extollo manus meas ad templum sanctum tuum.*

3 *Ne simul tradas me cum peccatoribus;*

*& cũ operãtibus iniquitatem ne perdas me.

4 Qui loquuntur pacem cũ proximo suo: Matth.7 Lucæ 13 * mala autẽ in cordibus eorum.

5 Da illis secundũ opera eorũ: * et secundũ nequitiã adinuentionum ipsorum. Roma.6

6 Secundũ opera manuũ eorum tribue illis: * redde retributionẽ eorum ipsis. 1.Corin.3 Matthę.16 Matthę.25 Psalmo 35

7 Quoniã non intellexerunt opera Domini: *& in operamanuum eius: * destrues illos,

portionẽ tradas cum iis qui sese peccatis maculant, tuámq; sanctissimi voluntatẽ multipliciter transgrediuntur absq; pœnitentia: ne eadem me cum illis retributione præmies, neq; cum illis in eandem punitionẽ venire patiaris: * & ne me in eandem perditionẽ venire sinas, ad quã venturi sunt operarij iniquitatis, quos à te iubebis maledictos in ignem æternũ abire. 4 Qui duplici corde existentes, ore quidẽ & verbo simulant pacem & dilectionem cum proximis suis: *cum sint mala in cordibus eorum, & mala meditentur adversus proximos in cordibus suis, sicque longè diuersum est cordis desiderium atq; propositum, à sermone oris, & loquũtur in dolo proximis suis, quod tibi est abominabile. 5 Atq; iis quidem qui huiusmodi sunt, tu Deus, secundum ordinẽ iustitiæ tuæ, reddes præmia operibus talibus condigna: *& mercedem persolues conuenientem nequitiæ atq; prauitati astutarum cogitationum suarum, quas adinuenerunt & effinxerunt ad deceptionem proximorum, nimirum æternam mortem, quæ est peccati debitum stipendium. 6 Mercedem congruam dabis illis iuxta ordinem iustitiæ tuæ, secundum opera sua, quæ in vita egerunt: * retributionem congruam & præmium condignum, quod suis malis actibus iustè commeruerunt, persolues eis. Vnusquisque enim secundum suum laborem à te accipiet mercedem: & tu reddes vnicuique secundum opera sua, iis qui bona egerunt vitam æternam, illis vero qui mala, ignem æternum. 7 Idcirco autem præmio pessimo, morte æterna punies illos, quoniam noluerunt intelligere vt bene agerent, noluerunt intelligere opera altissimi, non cognouerunt opera tibi grata & placita, nec intenderunt eiusmodi operibus quibus tibi placere possent: * neque intelligere studuerunt opera manuum tuarum, quæ tu fecisti, facis, & facturus es in nouissimo: sed adeò fuerunt immersi terrenis rebus, & adinuentionibus suis malis adeò intenti, vt non conuerterent se ad cognoscendum te in mirabilibus operibus tuis, neque ad intelligendum quibus operibus tibi placere deberent: *atque ob hoc, quia te noluerunt dum tempus fuit cognoscere, te non studuerunt bene operando sibi placare, ob hoc in nouissimo die perdes eos sententia damnationis æternæ, & nõ saluabis eos: non videbunt salutem iustorum, nec coædificabuntur cum illis à te in ædificio ciuitatis tuæ. Sunt enim lapides

A lapides inutiles, & igni æterno sua prauitate præparati. 8 Ego vero testimonio tuo interno bene sentiens, & bene confidens, in horum numerum non venturam animã meã, benedico te Domine Deus meus, laudo & glorifico: * propterea quod exaudieris vocem orationis meæ, qua deprecatus sum, & iugiter deprecor faciem tuam, ne similem me fieri illis permittas, aut in eandem venire perditionem. 9 Tu Domine adiutor meus es & eris, atq; item protector, & à te erit semper adiutorium meum, atq; mea protectio: & in te Domine spem cõstitui, ex corde meo, ex pleno affectu bonæ voluntatis meæ, & ita accepi abs te auxilium. Qui enim tibi fidunt, sentiunt tuum adiutorium. 10 Adueniente autẽ adiutorio gratiæ tuæ in animam meam, non solum spiritus ipse interius inhabitans confortatus est, sed & caro exterior quasi particeps facta internæ visitationis & lætitiæ, nouum accepit vigorem, & quasi refloruit atq; reuiguit: depositóq; senectutis velut torpore, iterum cœpit reuirere & reiuuenescere, quasi noua accepta fortitudine, parata in omne opus bonum: quemadmodum is qui lassatus est itinere, famẽq; & siti exhaustus flaccesit in ambulatione, cũ panis & vini vel paululum degustauerit, noua assumpta fortitudine veluti reflorescit atq; reuirescit exterius, paratus iam ad pergendũ B viam quam cœperat alacritate pristina: & sic tuę gratiæ adiutorio confirmatus, paratus sum ex bona & prompta voluntate, ex corde læto & alacri, spiritu prompto & hilari, tibi confessionẽ laudis persoluere omnibus diebus vitæ meæ.

11 Tu Domine es fortitudo populi tui, in quo populus tuus valet quicquid valet, & sine quo nihil omnino potest: *& specialiter tu es protector atq; autor præcipuus omniũ salutationum quas fecit Christus tuus rex populi tui, quem super populum vnxisti & constituisti loco tui. Omnem enim salutem quam facio ego Dauid seruus tuus pro populo tuo, omnem victoriam quam consequor, non ascribo fortitudini populi mei, neq; mihiipsi quem super populum tuum cõstituisti: neq; nobis ipsis damus gloriam, sed tibi soli Domine Deus noster: quo protegente, defendente, & dante fortitudinem, hostes sunt in manibus nostris, & nos saluamur de manimus eorum. 12 Tibi ergo Domine vt in omnibus da C mus gloriam, ita quæso, vt populum tuum (qui tui nominis vnicus est cultor) semper tua cælesti propugnatione saluum

& non ædificabis eos.

*8 Benedictus Dominus: *quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ.*

9 Dominus adiutor me et protector meus: *& in ipso sperauit cor meũ & adiutus sum.*

*10 Et refloruit caro mea: * & ex voluntate mea confitebor ei.*

11 Dominus fortitudo plebis suæ: Ioan.15 *& protector saluationũ Christi sui est.*

12 Saluum fac populũ tuum Domine:

facias, ab omnibus tam visibilibus quàm inuisibilibus inimicis: *& populo huic quem tibi in hæreditatem speciale & in peculium ex omnibus gentibus elegisti, vt habitares in medio eius, cælestis tuæ benedictionis gratiam largiter infunde, vt ab inimicis sint re protegente securi, & tuo nomini (benedictione superna interius vitificati) semper sint permanéantque deuoti: *rege quoq; illos & pasce vt pastor bonus, & dirige eos in omnibus agendis, vt semper ambulent coram te in corde perfecto: & extolle atq; exalta illos super inimicos suos, vt nunquàm veniant in subiectionem malorum. *Exalta quoque illos & magnifica in sublimitate glori æ tuæ æternæ, in qua glorificas omnes electos tuos: vt sicut nunc tibi corde fideli famulantur, ita tecum post laborem operationis, sublimentur in requiem gloriæ tuæ sempiternæ, quam tu possides vnus & trinus ante omnia seculorum secula, Amen.

* *& benedic hæreditati tuæ:* Esaiæ 19

* *& rege eos, & extolle illos, vsq; in æternum.*

ANNOTATIONES
in Psalmum vigesimumseptimum.

VERSV primo, In vltima particula versus, Et assimilabor descẽdẽtibus in lacũ. Nota diligenter nouã acceptionem & significationẽ coniunctionis, &. Non enim hoc loco simpliciter (vt solet) accipitur, sed posita est quasi pro D alioqui. quemadmodum & in Psalmo 142. cum dicitur, Nõ auertas faciem tuam à me, & similis ero descendentibus in lacum. Est autem sententia & hic & illic similis, tanquam si diceret orans, Non auertas faciem tuam à me: Alioquì, si tu auertas: vel, nam si auertas, mox assimilabor descendẽtibus in lacum. Ita & hic, Ne taceas à me: alioqui enim, id est, si tu taceas à me, assimilabor descendentibus in lacũ. Quãuis autem hæc acceptio cõiunctionis &, rarò admodum occurrat, cogit tamẽ his in locis intelligentia, vt ad eum modum accipiatur cõiunctionalis illa enũtiatio: alioqui nulla haberetur recta sententia. Versu decimo, Et ex voluntate mea confitebor illi. Ex voluntate confiteri, est corde alacri & hilari laudare. Et iuxta eundem modum dicitur in Psalmo 53. Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonũ est. Idem enim illic est voluntariè, quod hic ex voluntate. Quia enim id quod inuitus fit: vel ex coactione, vel tantũ ex cõsuetudine, solet cũ torpore & pigritie fieri: contra verò, ardenter & hilariter, quod ex propria siue bona

Pſalm. 142

Pſalmo 53

bona volũtate, inde hæc videtur locutio proficiscì, vt ex voluntate vel voluntarie dicamur facere, quod hilariter & alacriter ex bono ac prompto corde volumus perficere. Versu penultimo, Protector saluationum Christi sui est. Intelligitur Dauid loqui de seipso, quasi sub alterius persona. Christus enim domini erat ipse, postquam in regem populi domini secundum electionem fuerat inunctus. Hoc enim nomine, frequenter inuenimus Saulem ab ipso honorificè nominatum. Non mittam (inquit) manum meam in Christum E domini, & aliàs frequenter. Significat ergo hoc verbo, omnẽ victoriam & salutem, quam ipse vt rex populi Israëlitici faceret, non ex se esse, neque ex populi cui præerat fortitudine, sed ex domini magis auxilio & protectione: Sed & si ad Dauid mysticum, ad Christum dominum patris filium, spiritualiter referamus intelligentiam, etiam sic verum est, Deum esse protectorem saluationũ Christi sui. Salus enim & victoria quam operatus est Christus dominus in generis humani redemptione, deo autore facta est: id est, ex virtute diuinitatis est profecta. Verùm prior intelligentia minus torta videtur, & quadrare aptius. Verso vltimo, Posset in verbis huius versiculi assignari iucunda petitionum diuersarum distinctio. Primum enim petitur saluatio populi, cum dicitur, Saluum fac populum tuum domine. Deinde, ipsius populi saluati benedictio: Tertium, vt à deo regantur: Quartum, vt extollantur exaltatione æterna. Primum enim est, vt à peccatis & mortis obligatione saluemur: deinde, vt à peccatis liberati benedictionem cælestium gratiarum consequamur: post hoc, vt Dei semper cura regamur & dirigamur, ne in dimissa peccata iterũ recidamus, aut collata bona perdamus: ac tandem post hæc omnia, vt ad exaltationẽ F gloriæ æternæ subleuemur.

1. Reg. 26

VIGESIMIOCTAVI PSALMI
ARGVMENTVM.

VIDETVR *Dauid cũ hũc Psalmũ caneret, fuisse singulari & peculiarissima quadã illuminatione edoctus, de cũctis ædificãdæ nouæ Ecclesiæ mysteriis: quæ hic ita luculẽter aperit, ac si completa iam ea vidisset, mira verborũ magnificẽtia. Estq; Psalmus iste exhortatio fideliũ ad laudẽ Christi domini, propter multiplicia & maxima beneficia, quæ ipse in mundũ aduẽniens, per veritatis doctrinam & Apostolicã prædicationẽ, electis exhib*

exhibuit. Monentur itaque afferre oblationem Domino, & sacrificare filios arietum, gloriam & honorẽ, & adorare in cælis regnantem, cuius vox (nempe prædicatio Euangelicæ veritatis, quam primum per seipsum, deinde & per Apostolos prædicauit) effusa est super omnes populos, quasi vox tormitrui super aquas multas, cum magna virtute & magnificentia, in ostensione signorum & prodigiorum mirabilium, ita vt etiam electissimi pluri mi, tanquam cedri Libani, fuerint hac prædicationis voce conuersi & humiliati atque confracti: per quam prædicationem, credentibus diuisa sunt spiritus sancti dona, concussum est desertum gentium, atque etiam populus Iudæorum, dum ex vtroque populo plurimi sunt conuersi: per quam insuper fideles quasi cerui sunt parati, & ad omnia alacres facti, condensa siue occulta sunt patefacta: per quam multitudo populorum, quasi aquæ inundantes in modum diluuij confluxerint in alueum Ecclesiæ, in cuius medio residet ipse Christus Dominus, idem qui ad patris dexteram, populo suo dans fortitudinem & benedictionem ad pacem æternam.

VIGESIMI OCTAVI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Afferte Domino filij Dei:* * *afferte Domino filios arietum.*

1.Cor.4

VOs ô fideles omnes, qui per Christum ex filiis iræ facti estis filij Dei, pro summo & multomaximo vobis impenso beneficio, in gratiarum actionem, afferte hostias, ad immolationem & sacrificium: * afferte (inquam) præstantissima & optima quæque quæ habetis, cuiusmodi sunt in sacrificiis corporalibus filij arietum: id est, oues & agni, quæ sunt in oblationibus & sacrificiis legalibus præ cæteris animalibus acceptiora. * Afferte iterum vosipsos, atque vos mutuo, qui estis filij arietum Patriarcharum & Apostolorum, qui vos in Christo, vt arietes oues genuerunt, suntq; vobis duces & antecessiores in fide Christi, & primi in gregibus fl

Roma.12 Ecclesiæ: vosipsos quidem afferte, vt hostiam viuentem, san-

2.Cor.6 ctam, Deo placentem, in omnibus exhibentes vos sicut Dei

Apoca.22 ministros: vos inuicem quoque afferte, curantes proximos

2 *Afferte Dño gloriã & honorẽ: afferte Domino gloriã nomini eius:* ad cultum & seruitutem Dei adducere, vt qui audit dicat, veni. 2 Afferte ad immolationem & sacrificium Christo Domino facienda, gloriam & honorem, quæ sunt illi gratissima sacrificia præ omnibus quæ postulat à nobis. Nihil enim tam nos illi debemus pto maximis suis ergà nos beneficiis, nihilque vicissim adeò à nobis ipse postulat,

quàm vt illi gloriã & honorẽ exhibeamus, & laudis hostias Heb.13 semper offeramus, vitulos labiorũ nostrorum confitentium nomini eius: * & si requiritis, quo pacto gloriam illi & hono Ioan.4 rem afferre debeatis, hic modus est præcipuus, vt puro corde * *adorate* ipsum in spiritu & veritate adoretis, residentem glorioſum *dominũ in* in aula sancta sua: latriam illi & cultum summum, soli sum *atrio sancto eius.* mo & primo enti omniũ dominatori debitum exhibete, resi denti & regnãti in amplissimo & angustissimo cælorũ habitaculo, vno eodémq; & penitus æquali honore cum patre Christum filium venerantes. 3 Si requiritis, beneficia quæ 3 *Vox domini super aquas:* sint & mirabilia ista, pro quibus adorare & gloriã dare exhortor, præcipua quædã breuibus cõmemorabo. Ecce enim vox domini effusa est super aquas multas, super omnes populos: qñ per semetipsum primùm, ac deinde per suos Apostolos prædicauit dominus Euangelicæ veritatis doctrinã, per vniuersum orbẽ, in oĩbus gẽtibus & populis: * Christus * *Deus maiestatis intonuit.* Dominus (qui erat in maiestate & æqualitate patris) ipse A quasi tonitrui vocem edidit in mundo, quæ apud omnes nationes, in omnibus finibus orbis terrarum, breuissimo temporis spatio audita est, quẽadmodum tonitrui sonus longè ac latè diffunditur per vniuersam regionẽ. * Tonitrui etiam * *dominus* vocem emisit, quia terribiliter insonuit, ita vt cõmouerẽtur *super aquas* corda infidelium ad pœnitentiam: & ab infidelitate ad fidẽ *multas.* potenter conuerteret plurimos, in omnibus finibus terræ: * Dominus (inquã) hoc pacto super populos multos. (Aquæ enim multæ, populi multi) fortiter intonuit, & vocem fortissimam emisit. Atq; hoc maximũ est beneficiũ, quo Ecclesia ex gentibus cõgregari ad fidem, & in ea ædificari cœpta fuit. 4 Vox autem ista Domini nõ fuit infirma & impotẽs, 4 *Vox domini in virtute:* Apoc.17 sed magnæ admodum virtutis, potẽs valde & efficax, ad ope * *vox domini in magnificentia.* randam conuersionem multorum populorum, ad penetrandum intima cordium: vox ista Domini in magnificẽtia apMarci 1 paruit, virtute signorum atq; prodigiorũ sequentium confirmata, & mirum in modum glorificata, factáq; hæc confirmatione nimium credibilis. 5 Vox illa Domini tantæ fuit 5 *Vox domini cõfringentis cedros:* virtutis, & tam magnifica, vt etiam cedros electas arbores * *& cõfringet dominus cedros libani.* B sufficeret cõfringere, id est, sublimes & potentes seculi à sua superbia conuertere, atq; sub fidei iugo humiliare: * & confregit Dominus per virtutem huius prædicationis suæ, etiã electissimas cedros, quales sunt quæ in Libano crescunt: id est,

est,magnos etiam & glorioſos tam potentia,quàm ſapiẽtia, aut nobilitate humana(qui ſunt tanquam cedri Libani)ab inſidelitate & ſuperba vanitate ſua auertit,atq; ad humilita

6 Et cõminuet eas tanquam vitulum libani:

tem fidei inflexit. 6 Neq; verò magna difficultate cõfregit & humiliauit ſublimes illas cedros, ſed mira facilitate, quemadmodum pinguem, delicatũ & tenerrimũ vitulum, (cuiuſmodi ſunt qui in libano paſcuntur)facilè eſt cõminue re,& agere quocunque quis voluerit. Fecit enim vox Euangelicæ prædicationis quaſi agnos mĩſuetiſsimos,& quaſi vitulos teneros,atq; ad omnia facilè agitabiles, eos qui prius tanquam cedri per altitudinem ſuperbiæ,& duritiem feritatis,inſuperabiles & intractabiles videbãtur:* & ipſe per quẽ hæc omnia fiunt,Chriſtus Dominus eſt,patri ſuo ſingulariter dilectus,quemadmodum filij vnicornium qui erga ſuos fœtus probantur dilectionem habere ſpecialem.Ita hic,ipſe cõ ciali dilectione admodũ fuit ſuo patri dilectus,& ipſi in ſuo filio fuit beneplacitum. 7 Ad vocem inſuper Euangelicæ prædicationis,diſpartitus eſt fidelibus ſpiritus ſanctus,qui eſt veluti flamma ignis,corda illuminãs,purgãs,& inflammãs eiúſq; dona velut diuiſa ſunt,ac tanquam interciſa diſtribuedo:dum alij quidem per ſpiritũ dabatur ſermo ſapiẽtiæ,alij ſermo ſcientiæ,&c.In quorũ donorum multiplicitate,quaſi interciſio videtur flammæ ignis,& diuiſio vnius ſpiritus,cũ hæc omnia operetur vnus atq; idem ſpiritus, diuidẽs ſingulis prout vult:* per vocem hanc concuſſus eſt populus gentium,qui erat omnino deſertũ,prorſus alienus à Deo:& per cuſſus eſt Apoſtolica prædicatione,quaſi malleo,vt ſalubriter conuerteretur ad pœnitentiam.Eſt enim verbum Domini,quaſi malleus conterens petram:* commouit quoq; vox iſta Apoſtolicæ prædicationis,non ſolum populum gentiũ (qui erat velut prorſus deſertum,ac perfecta ſolitudo,omnino à Deo derelicta)verũetiam populum Iudaicum,qui erat quidem deſertum,quatenus perfecto,vero,ac ſpirituali cultu deſtituebatur:ſed deſertũ cades erat,deſertum ſanctificationis,habens legem ſanctam,& ſancta qualiacunque ſacramenta:propter quæ non ſimpliciter,neque omnino(vt gentium populus)erat deſertum. Atque etiam hos cõmouit dominus,ſua voce,multos ex eis ad veritatem Euangelij inducendo,quotquot ad vitam præordinati fuerãt ex eis:& iterũ commouebit plures ex eis in fine temporũ,poſt Antichriſti perſeq

7 Vox domini, intercidẽtis flammã ignis:

**et dilectus quẽadmodũ filius vnicornium.*

Matth.3

Act.2

1.Cor.12

Ibidem.

**vox domini concutiẽtis deſertũ:*

Act.13

Hiere.23

** & cõmouebit dominus deſertũ cades.*

Act.13

perſequutionem. Cæteri verò qui conuerti noluerunt, ipſi cõmoti ſunt infœliciter odio & inuidia,cõtra prædicatores Euangelicos,& aduerſum illos inſurrexerunt, prohibentes illos(quantum in ſe fuerat)loqui in deſerto gentium,verbũ veritatis. 8 Vox Domini ipſa ſibi parauit fideles ſuos,qua ſi ceruos,alacres & promptos animo,ad currendũ velociſsimè per vniuerſum orbem,ad aſcendendum ſumma montiũ, faſtigia virtutum & culmen perfectionis Euangelicæ, atq; ad pugnandum cum ſerpente diabolo,eúmq; de cauernis in quibus latitat(de cordibus infideliũ)extrahendo:quæ omnia ſicut ceruis competunt corporaliter,ita fidelibus,quos Dei vox ſibi præparat,& ſuo miniſterio aptos facit,ſpiritualiter rectè conueniunt:* & reuelauit Dominus per vocẽ Apoſtoli ex prædicationis,occulta & abſcondita fidei Chriſtianæ & veritatis Euangelicæ myſteria,quæ ante multiplicitate figurarum,& inuoſucris ceremoniarũ erant velut tecta & occulta,quemadmodum ea quæ foliorum denſitate ſunt operta: *atque hoc peracto, patefactis fidei Chriſtianæ myſteriis, quæ ante fuerant occulta,fideles omnes in Eccleſia(qui huius veritatis reuelatæ facti fuerint participes)dabunt gloriã omnipotenti Domino,qui iſta in plenitudine temporis dignatus fuerit manifeſtare,quæ ſeculis præteritis non erant agnita. 9 Dominus,per vocem Euangelicæ prædicationis multitudinem copioſiſsimam populorum ex gentibus conuerſorum,tãquam aquam copioſam & in modũ diluuij inundantẽ,fecit inhabitare in hoc templo ſuo,in vnitate ſanctæ Eccleſiæ ciues ſanctorũ eos faciens,& Domeſticos Dei, ex hoſpitibus,& aduenis, quales prius fuerant:* & ipſe vt omnium dominator & ſuper omnia tenens imperiũ, vt rex regum & dominus dominantium,ſedebit,& regnabit ſine fine in ſecula ſeculorum in vtraque Eccleſia, tam militante,quàm triumphante:qui immobilis manens in ſua quiete, hæc omnia in temporis plenitudine operatus eſt pro nobis. 10 Ipſe quoque ſedens in maieſtate ſua,curam gerit populi ſui,dabitq; illi fortitudinẽ:qua & inimicis reſiſtere valeat, & ea quæ recta ac bona ſunt operari:* Dominus benedictionem multiplicem ſpiritualium omnium gratiarũ dabit populo ſuo,dans illi pacem,temporalem quidem, quantũ ipſi expedire videbitur:ſpiritualem verò atq; internam,nunc in gratia,poſt in gloria ſempiterna; cuius pacis & nos quoque

part

8 Vox domini præparãtis ceruos:

**& reuelabit cõdenſa:*

**& in templo eius oẽs dicẽt gloriã.*

Ephe.3

9 Dominꝰ diluuiũ inhabitare facit:

Ephe.2

**& ſedebit dominus rex in æternum.*

Apocal. 19

10 Dñs virtutem populo ſuo dabit:

** dominus benedicet populo ſuo in pace.*

participes facere digneris, Domine Deus noster, qui trinus & vnus viuis per æterna secula, Amen.

ANNOTATIONES IN *Psalmum vigesimumoctauum.*

ILLVD aduertendum est, per totum hunc Psalmum, frequenter eadem replicari: veluti cum in ipsius principio, verbum afferte tertio ponitur: & cum toties vox Domini, vox Domini, penè ad finem vsque, replicatur. Item versu tertio particulatim & quasi concisæ singulæ particulæ efferuntur, Vox Domini super aquas: &, Deus maiestatis intonuit: & iterum, Dominus super aquas multas: vbi partes incompletæ sunt. Iterúmq; versu quinto, confringentis cedros, vbi mox subditur, & confringet Dominus cedros libani. Hæc (inquam) omnia, sic vel replicata vel concise atque imperfectè prolata, ad magnificentiam faciunt sermonis, & vehementiam exhortationis, quæ in hoc Psalmo ad vniuersos dirigitur qui sunt in Ecclesia fideles. Versu tertio, Vox Domini super aquas. Vox illa Domini super aquas accipi posset vox paterna, quæ, cum in Iordane baptizaretur à Ioanne
Matth. 3 Christus Dominus, audita est, de eo testificans, ac dicēs, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Nos tamen in Elucidatione in totius Psalmi processu, per vocem Domini intelligimus prædicationem veritatis Euangelicæ: cui omnia quæ sequuntur aptissimè cōsonant: & magis hæc intelligentia videtur proposito conuenire, quàm illa altera de voce paterna. Versu quinto, septimo, & octauo. Cum per genitiuum dicitur, Vox Domini confringentis cedros, intercidentis flammam ignis, concutientis desertum, præparantis ceruos, viderentur orationes clariores, si genitiui illi mutarentur in nominatiuos, hoc modo. Vox Domini confringens cedros, intercidens flammā ignis, &c. Atq; ad hunc modū vertit omnia, casu nominatiuo, diuus Hieronymus ex Hebræo. Græca tamē lectio (quæ nostræ latinæ vulgatæ respōder, & ex qua ista trāslata est) habet casum genitiuum, quomodo & nos habemus. Et habet etiā ipsa cōuenientem, licet difficiliorem, intelligentiam. Dicitur enim vox Domini confringentis cedros, &c. Vox Domini qui per ipsam cōfregit cedros, per ipsam concussit desertum, per eā intercidit flammā ignis, per eā præparauit ceruos. Diuinitas enim, per vocem prædicationis operata est hæc omnia: & fuit vox ipsa

Hipsa exterior prædicationis, non nisi ministerialis causa: ipse autem Dominus, secundum Diuinitatis internam virtutem, causa erat principalis, quæ intimè operabatur hæc omnia. Neque tam dici potest vox hæc operata, quàm per vocem Dominus, qui emittebat eam.

VIGESIMINONI PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVS iste *spirituali viro rectissimè conuenit, & ea quæ intra se spiritualis percipit optimè explicat: neq; facilè poterit intelligi, nisi ab eo qui modum illum quo Deus agit cum seruis suis (nunc præsentem se exhibendo, nunc absentem se ab illis elongando) intelligit. Videtur autem Dauid cùm istum Psalmum componeret, ex magna & grauissima admodum tribulatione emersisse, quæ illius spiritum vehementer afflixerat, siue corporalis illa, siue spiritualis fuerit. Vnde à magna lætitia incipit, laudem Dei commemorans, pro præstita liberatione & abimmicis salvatione, pro exaudītione & quasi ab inferis reductione: considerānsque miram & non satis sibi laudabilem Dei misericordiam eandémque omnibus æquè expositam, generali exhortatione fideles omnes ad laudem Dei inuitat: propterea quòd ipse, tametsi nonnunquam ad tempus modicum videatur irasci, nostris culpis id exigentibus, semper tamen vitam nostram & bonum magis vult: & magis de eo gaudet ex sua voluntate, qui etiam facile lugentes in pœnitentia A consolatur, per misericordiam suam. Atque hæc vsque ad versum septimum. A quo deinceps id quod in se expertus didicit, confitetur: quomodo videlicet ipse in abundantia diuinæ consolationis constitutus proposuisset quidem nunquam à Deo dimoueri, sed auertente illo paululum conspectum præsentiæ suæ, senserit infirmitatem fragilitatis propriæ: ita vt præ nimia conturbatione cogeretur exclamare ad Dominum, & lacrymabilibus vocibus Dei misericordiam inuocare, donec tandem oratione exaudita rediens, & priorem illam abundantiam reducens, redderet ipsi lætitiam salutaris sui: ita vt per aduentum præsentiæ suæ, omni luctu & sacco depositis, pristinum illi redderet spiritus gaudium, propter quod pollicetur se Domino in omni gloria laudem æternam persoluturum.*

VIGESIMINONI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Exaltabo te domine, quoniã suscepisti me:* * *nec delectasti inimicos meos super me.*

2 *Domine Deus meus clamaui ad te:* * *& sanasti me.*

3 *Domine eduxisti ab inferno animam meã:* * *saluasti me à descendentibus in lacum.*

4 *Psallite domino sancti eius:* * *et confitemini memoriæ sanctitatis eius.*

5 *Quoniam ira in indignatione eius:* * *& vita in voluntate eius.* Ezech. 18 & 33.

6 *Ad vesperũ demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.*

MAGNIFICABO te Domine, & prædicabo celsitudinem gloriæ tuæ donec viuam, propterea quòd in defensionem & protectionem suscepisti me, perire non sinens animam meã: *neq; passus es supergaudere mihi inimicos meos, & de meo lapsu, aut mea perditione illos lætari noluisti. 2 Domine Deus meus, in tribulatione & periculis positus ex affectu cordis te deprecatus sum, auxilium à te petẽs, & defensionem postulans: * & tu me postulantem benignus exãudisti, & saluasti me atq; liberasti ab omnibus doloribus & periculis meis. 3 Erat iam in infernum descensura anima mea, & in proximo erat vt in peccatũ consentiens ream damnationis & inferni se faceret, aut certè iam in peccatum consenserat, iam inferno se addixerat per peccatum mortis: sed tu Domine ab inferno eam eduxisti atque saluam fecisti, vel eam præseruando à peccato ne inferni rea fieret, vel iam ream factam ex inferno extrahendo, per peccati dimissionem: * ita saluasti me à damnatis, qui in lacum descenderunt inferni, priusquam illuc descenderem, vbi nulla est redemptio benignè me liberando. 4 Propter hanc quam ego in memetipso expertus sum Dei misericordiam, hortor vos omnes quicunque in sanctitate & iustitia ambulatis coram Domino Deo vestro, vt mecum illum ad gratiarum actionem collaudetis: * confessionem date sanctitati ac bonitati eius, commemorando, & magnificando illam: sciẽtes, eandem hanc misericordiam quam mihi exhibuit æquè omnibus etiam vobis esse expositam, & æquè paratam (absq; personarum delectu) vniuersis. 5 Quamuis enim irascatur aliquando ad tempus, & iram suam erga nos nonnunquam ostendat, nimirum in indignatione sua: cùm videlicet nostris culpis vel peccatis id exigentibus, aduersus nos iustam habet indignationem zelus iustitiæ eius: * vita tamen nostra & omne bonum nostrũ est in voluntate & beneplacito eius. Nequaquam enim vult mortem etiam peccatorũ, neq; oblectatur in perditione aut punitione nostra, sed vult magis vt conuertatur peccator & viuat: & in vita nostra, atq; bono nostro, est ipsi beneplacitum. 6 Imò tam facilis est Dei iræ in misericordiam commutatio, vt nonnunquam qui ad*

*ad vesperam in fletu demorati fuerint, & pœnitentiam egerint, mox summo mane percipiant redditam sibi lætitiam salutaris sui: ita statim adest pœnitentibus ipsius misericordia, ita euestigio lugentes subsequitur consolatio, modo ex vero corde doleant atq; lugeant commissa sua, quibus contra se eius indignationem prouocauerunt. 7 Et ego cùm essem aliquando in abundantia consolationis internæ constitutus, cùm essem in latitudine deuotionis spiritalis positus corde interius per Diuinæ visitationis præsentiam dilatato, dicebã intra memetipsum, & ita proposui: * iam amodo non mouebor à Domino Deo meo vsq; in æternũ, amodo illi adhærere volo vinculo indissolubili: ex nũc me nemo poterit separare, vel paululum à Domino Deo meo, nulla res me poterit posthac ab illo diuellere. 8 Ego quidem ita dicebam: & verè, donec in illa abundantia positus essem, ita quoq; existimabam. Verùm subsequens experientia hoc me docuit, non esse in hominis potestate absque te propositum cordis sui perficere, neq; sine te illud posse hominẽ pro voto in effectum deducere: & hoc cognoui, quòd tu Domine solus esses, qui decori spirituali & ornatui gratiæ tuæ, qui intra me est, præstas virtutem in bona & benigna voluntate tua: qui ornatũ omnem & pulchritudinem quæ est in anima mea, ex tua gratia corroboras, & tua virtute, donec placitũ est tibi, custodis, vt in me permaneat, & ego in illo persistã. 9 Vbi verò auerteris faciem tuã à me, & vel paululum absconderis quasi me relinquens: siquando tuæ præsentiæ consolatione destituor, statim cõturbatur intra in me anima mea, quasi quæ periclitetur de omni ornatu quem intra se abs te continet, & vehementi angitur solicitudine: sciens, tum me in magno periculo positum, & facillimè à te posse decidere. 10 Sed quid faciã cùm me ita derelictũ sensero, cũ te percepero auertisse faciem tuam? Non cessabo Domine lacrymis fletus, & precibus ad te clamare, réq; totis affectibus intentissime deprecari, cũ amaris singultibus, donec exorẽ, & obtineam ad me reditum præsentiæ tuæ, donec reddatur mihi lætitia salutaris tui. 11 Flens quoq; & plorans clamabo in hunc modum. Quæ tibi erit vtilitas, piissime Deus, ex vita mea: quis tibi honor, quæ tibi gloria, ex eo quòd viuere me feci sti super terram: quid etiã mihi profuerit vita mea, si in corruptionẽ mortis æternæ descendero: si à te derelictus,*

7 *Ego autẽ dixi in abundãtia meã:* * *nõ mouebor in æternum.*

8 *Domine in voluntate tua, præstitisti decori meo virtutem.*

9 *Auertisti faciẽ tuã à me: & factus sum cõturbatus.*

10 *Ad te domine clamabo, & ad Deũ meum deprecabor.*

11 *Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?*

descendam in sepulchrũ inferni,cũ damnatis in corruptione sempiterna? Nunquid ad hoc me creasti,Deus optime,vt in corruptionẽ mortis venirem,& non magis ad hoc vt vita fruerer coram te,& laude sempiterna glorificarẽ faciẽ tuã? At hoc quomodo faciam,quomodo exequar,ad quod creasti me:si me permittas derelictum,in putrefactionem peccatorum deuenire? 12 Nunquid impij (qui sunt tanquã puluis,quem proiicit ventus à facie terræ) aut nũquid ij qui in puluere dormiunt,qui sine spe glorioſæ resurrectionis ad vitam,in terræ puluerem resoluuntur,sempérq; vt puluis aridi & vigore Diuinæ gratię destituti permanebunt:nunquid hi (inquam ego)dabunt tibi confessionẽ laudis,gratã & placitam? * aut nunquid ipsi annuntiabunt & prædicabunt cum laude & gratiarũ actione,veritatẽ & iustitiã tuam? Imò per hos blasphemabitur potius quàm laudabitur veritas tua. Noli ergo permittere Domine,vt in numerũ horũ aliquãdo deueniam, neq; illis assimiler (quod certè facilè fier,si diutius à me auertas faciem tuam) sed quantocyus ad me conuerte benignũ aspectũ tuũ,vt nõ illi assimiler arido puluerique redeátq; mihi decor ille & ornatus quem tu præstitisti mihi, in beneplacito tuo. 13 Cùm verò ita orarem, audiuit Dominus orationem meam,& misericordia motus est ad exaudiendum deprecationẽ meam: * factúsq; est mihi ipse Domi nus,respectu misericordię suæ & auxilio gratiæ,adiutor,defensor & liberator. 14 Commutasti tu Domine luctũ meũ, in gaudium:& mœrorẽ pœnitentiæ quo affligebar pro peccatis meis,atq; etiã propter pericula in quibus me cõstitutã videbã per tuã absentiam,conuertisti in lætitiã spiritualem, quæ mihi reddita est te redeunte,iterúmq; me dulci tua cõsolatione visitante: * abiicere me iussisti habitũ lugubrem, ad me lætificãdum rediẽs:& saccũ pœnitẽtię quo operiebar, velut cõcidisti,atq; rupisti,nolens me vltra lugere,iubéns: me à luctu cessare in aduẽtu tuo:sed magis gaudere,epulari & iucundari in spiritu me voluisti,cùm iam mecum esses tu sponsus animæ meæ:& mira, noua,atq; insolita lætitia me abundè lætificasti,in aduẽtu tuo. 15 Idq; fecisti,dulcissime domine Deus meus,vt ego tibi iam laudem canam in omni gloria mea,in omni ornatu meo, & in omni virtute mea, omni deposita tristitia:& nequaquã vltra doloribus stimuler,aut in tristitia agam: * & ita sanè Domine Deus meus, omni

12 *Nũquid confitebitur tibi pulus: * aut annũtiabit veritatẽ tuam?*

13 *Audiuit dominus, et misertus est mei: * dominus factus est adiutor meus.*

14 *Conuertisti plãctũ meũ in gaudium mihi: * concidisti saccũ meũ, & circũdedisti me lætitia.*

15 *Vt cantet tibi gloria mea, & non cõpungar: * domine deus meus, in æternum confitebor tibi.*

omni nunc abiecta tristitia,omni timore foras per charitatem misso,concepta spe salutis meæ,& damnationis timore repulso,ex toto cordis affectu volo æterna tibi confessione laudem persoluere,& nunc quidem in vita corporis quantum patietur humana fragilitas,& perfectius in futura vita in æternitate seculorum,Amen.

ANNOTATIONES IN *Psalmum vigesimumnonum.*

NON ignoramus,hunc Psalmum quosdam fidelium doctorum,Christo Domino totum accommodare: qui à patre susceptus fuit atq; custoditus,ne vel à morte,vel ab inferno teneretur,qui à plaga mortis temporalis in sua resuscitatione à patre fuit sanatus,& ab inferis reductus:cui pater velut ad momẽtum,ad tẽpus modicũ,ob culpam generis humani (quam in se susceperat) visus fuit irasci: voluit tamen ad vitã eum resurgere,& ab horrore mortis ad resuscitationis lætitiã redire. Sed & cætera quæ sequũtur,nõ ita difficile fuerit ad Christum applicare,in passione humiliatũ,atq; in resurrectione glorificatum. Quam intelligẽtiam,in aliorũ Commentariis promptum est requirentibus inuenire. Neq; nos illam damnamus:aut abiicimus,tametsi in hoc Psalmo quædam sint quæ intelligentiã huiusmodi non nisi coactius ferre posse videantur. Ea autem quã in Elucidatione latius expressimus, nobis visa est considerantibus singulas huius Psalmi partes,aptius quadrare. Versu quinto, Quoniã ira in indignatione eius. Notãdum pro huius versus intelligẽtia,quod cũ Deus erga suos nonnunquam ostendit irã, hoc profectò non in voluntate,neq; ex beneplacito ipsius est,qui A omnes cupit viuere,& saluos fieri: sed ex indignatione est, 1.Tim.2
quam contra nos nosipsi peccatis nostris prouocamus: atq; ob hoc,quantumuis irascatur ad indignationẽ à nobis prouocatus,mox tamen vbi nos per pœnitẽtiam placauerimus indignationẽ eius,cessabit ira quæ nõ est in voluntate eius, redibitq; nobis vita & salus,quę in eius beneplacito est:quę res, indubiè maxima est materia magnificè laudandi tam piissimũ Dominum. Versu vndecimo,Quæ vtilitas in sanguine meo. In sanguine dicitur vita animalium cõseruari: & sanguine deficiente,deficit animalium vita. Atq; ob hoc, cum dicitur,Quæ vtilitas in sanguine meo,idem est,ac si dicatur,Quæ vtilitas in vita mea? hoc est,quorsum profuerit

me vixisse, si in corruptionem mortis, & in damnationem perpetuam inferni, descendam? Ad hoc enim nos ipsi creauimus, vt bene viuendo in hoc seculo, ad vitam æternam (quæ Deus est) peruenire mereamur, ibique illius perpetuò frui conspectibus: ad quem finem, qui sua culpa non peruenerint, certè nulla erit in sanguine eorum vtilitas, nihil illis proderit vixisse, dum in corruptionem proiici meruerunt. Vnde de suo traditore loquens Saluator, dicebat: Bonum erat ei, si natus nō fuisset homo ille. Applicando autē hunc versum Christo erit ista sententia. Quæ erit vtilitas, ô pater cœlestis, in effusione sanguinis mei, quid proderit fusum esse meum sanguinem, si ego in corruptionem permittor venire, vt anima apud inferos permaneat captiua, corpus putrefiat in sepulchro? Nihil videtur profutura mei sanguinis effusio, nisi à mortuis ego resurgens, omnibus meis fidelibus (quos per sanguinem meum redemero) vias vitæ demōstrem, & ianuas aperiam regni tui. Versu decimoquarto, Conuertisti planctum meum in gaudium mihi. Versus iste, qui de planctu in gaudium conuerso loquitur, respondet illi promisso Euangelico, quo lugentibus Diuina promittitur consolatio, tametsi præcipua in futuro seculo, nonnulla tamen etiam in præsenti tempore. Atq; hoc idem est, quod in posteriori parte versiculi dicitur, de concisione sacci & circundatione lætitiæ. Saccus enim, lugentibus conuenit. Vnde Mardocheum, in libro Hester legimus, sacco indutum plorasse ante portam regiam, & Niniuitas in sacco & cinere legimus egisse pœnitentiam. Per hoc ergo quod dicitur saccus cōcisus, significatur, tristitiam & luctum pœnitentiæ ex Diuina præsentia ablatum, lætitiæ verò indumentū esse redditum. Ad Christum autem accommodando intelligentiā, concisus est in resurrectione saccus mortalitatis, quando à corpore ablata est mortalitas, corruptibilitas, grossities, obscuritas, & multiplex infirmitas: circūdatus autem est & indutus vestimēto lætitiæ, recipiens corpus glorificatum, agilimum, splendidissimū, immortale, & prorsus impassibile.

Matt. 26

Matt. 5

Hest. 4

Ionæ 3

TRIGESIMI PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVS iste, hominis est plenam in Deo spem habentis: qui, sua spe firmissima initio Psalmi decem versibus proposita deinde suam miseriam magnam & multiplicem quam ab aduer-

ab aduersariorum prauitate sustinet, sequentibus octo versibus, lamentabiliter describit, vsq; ad versum decimum octauum, vbi rursum in Deum sese conuertens, suam liberationem & aduersariorū confusionem postulat, versu vigesimo ad æternæ fœlicitatis contemplandam dulcedinem (quasi extra se raptus) transcendens, Dominúmque collaudans pro mirifica misericordia. Et quia donec in hoc mundo sumus semper gaudia sunt miscenda tristibus, & in die bonorum (iuxta sapientis verbum) immemores non oportet esse malorum, idcirco versu vigesimooctauo, animi sui desolatorium quendā excessum (in quo fuisse se aliquando recordatur) cōmemorat, à quo tamen diuina miseratione statim se fatetur liberatum. Nouissimis autem duobus versibus ad fidelem Dei seruitutem, & dilectionem, vniuersalē ponit exhortationē, cupiens, eius quā ipse expertū se nouit Dei benignitatis & misericordiæ, fideles omnes fieri participes.

Eccles. 11

TRIGESIMI PSALMI ELVCIDATIO.

IN TE Domine Deus meus spem meam omnem constitui, non me patiaris ab expectatione mea vnquam confundi, neque inimicos frustrari desiderio meum: * sed propter iustitiam, veritatem, & fidelitatem tuam libera me. 2 Inclina ad me aurem tuam: * accelera vt eruas me. 3 Esto mihi in Deum protectorē, & in domū refugij, vt saluum me facias. 4 Quoniā fortitudo mea & refugium meum es tu:

1 *In te Domine speraui non confundar in æternum:* * *in iustitia tua libera me.* 2 *Inclina ad me aurem tuam:* * *accelera vt eruas me.* 3 *Esto mihi in Deum protectorē, & in domū refugij, vt saluum me facias.* 4 *Quoniā fortitudo mea & refugium meum es tu:*

Universidad de Deusto Biblioteca

* *& propter nomen tuum deduces me, et enutries me.*

spero inimicorũ rabiem effugere: *& hoc de te optimè confido, quod propter tui nominis gloriam eris mihi ductor & enutritor, qui me per periculosissima huius mundi itinera deduces, vt absq; nocumento insidiantiũ in via, pertranseã, atq; ad optatum æternæ vitæ terminu pertingã: quiq; me in hoc deserto vastæ solitudinis, vbi multi fame pereunt, educabis & enutries, ita vt nihil mihi desit in vlla gratia spirituali: pascéq; & enutries me pane verbi tui, & in pabulo internæ gratiæ tuæ: in quo etiã pane duplici educabis me, donec

1.Corin.1

*5 Educes me de laqueo quem absconderũt mihi: *quoniam tu es protector meus.*

euadam in virum perfectũ. 5 Educes quoq; me & liberabis ab insidiis omnibus istis quas ponunt mihi callidissimè, & occultant inimici mei, mihi eas notas faciendo, & ne in eas incidam, aut eis illaqueer diligenter præseruando: *tu enim Domine fieri voluisti protector meus, propter quod me non patieris in laqueos inimicorum incidere: præcipue cum tu omnes illorum quantũuis callidissimas fraudes, quas contra me moliuntur, plenissimè habeas cognitas, & facillimũ sit tibi illas mihi patefacere, aut certè etiam nesciente salvare,

6 In manus tuas commẽdo spiritum meum:

vt illorũ machinationes tua potentia atq; sapientia pro me dissoluas. 6 Et ego Domine optime, tibi fidens, & corde integro omnẽ sollicitudinẽ in te proiiciens, quem scio mei sollicitissimam gerere curam, cõmendo, & cõmitto tibi id etiam quod pretiosissimum habeo, nempè spiritum meum, illúmq; tibi protegendum custodiendum & saluandũ committo, vt tu de illo & cum illo agas per omnia, iuxta beneplacitũ sanctissimæ volũtatis tuæ: multo vero magis corpus hoc, & corporis omnia (quæ æstimationis minoris sunt) tibi

* *redemisti me Domine Deus veritatis.*

etiã cõmitto: *tu enim Domine, qui es Deus verax, Deus fidelis, fallere neminẽ potens, primáq; & summa veritas, redemisti me hactenus de morte & miseriis plurimis, neq; hactenus tibi fidens sum cõfusus, etiã in grauissimis periculis: atq; ita eadẽ fiducia volo & pro futuro tẽpore omnia mea tibi in manus dare, atq; in tuæ dispositionis arbitrio spiritũ meũ, & mea omnia audacter constituere, vt in omnibus nó

7 Odisti obseruantes vanitates, supervacuè. Ecclesia.1

mea, sed sanctissima tua voluntas fiat. 7 Habes tu quidem Domine odio, & displicent tibi omnes qui inhærent vanitatibus, qui vanissimæ idololatriæ, aut ambitioni, aut voluptatibus carnis, aut cæteris peccatorum vanitatibus sese dedunt, & illis inhiant atq; inseruiũt: qui has (inquã) vanitates supervacuè, absq; vtilitate & fructu, absq; omni vero cõmodo, con-

G do, contra omnem rationem turpiter obseruant ac diligũt, tu meritò odisti & despicies neq; saluos facies eos qui perseuerant in huiusmodi. *Odisti quoq; eos qui ad vana hominum auxilia attendunt, qui in rebus caducis spẽ constituunt (quæ omnia vanitas sunt) qui hæc obseruant frustrà, cum vere non possint ista salutẽ dare, nisi tu solus Domine Deus.

8 Ego autẽ in Domino sperauí:

8 Ego vero nequaquam obseruaui vanitates, non inhæsi iniquitatibus, neq; attendi vanis illorum auxiliis qui saluare non possunt, sed spem meam omnem in te collocaui, qui es Dominus Deus meus, & tibi tota fiducia inhæsi, qui solus potens es ex tua voluntate saluũ me facere ab omnibus inimicis meis: * magnificè gaudebo, & quasi exultabo præ lætitia in dulcissima misericordia tua, quam me neq; raro, neq; tenuiter expertum recordor atq; profiteor in gaudio, spe transitem & in posterum quæ occurrerint, per eandẽ, mala superare. 9 Quoniam tu Domine benigne aspexisti humilitatẽ & afflictionẽ, qua me premebãt aduersarij mei: *saluam fecisti, misericordia motus, animã meam, de angustiis & necessitatibus quibus vrgebant me aduersarij. Est enim hoc tibi proprium, miserorũ aspicere & subleuare miserias.

* *exultabo & latabor in misericordia tua.*

*9 Quoniam respexisti humilitatẽ meam: * saluasti de necessitatibus animã eã.*

H 10 Neq; concludi me aut constringi passus es in manibus inimicorum, non me passus es victum & captiuum venire in potestatem hostibus meis, neq; permisisti tentari me supra id quod possem, sicq; adeò coangustari vt nõ possem effugere manus tentatorũ: sed fecisti cum tentatione prouentum, vt possem sustinere, vt possem exitũ habere, & effugere potestatem persequentium: *statuisti pedes meos in locò admodum lato & amplo, eduxisti me in latitudinem, extra omnem anxietatem animi, & periculorũ angustiam, eduxisti me in libertatem animi & cordis latitudinẽ, vt securè possem currere dilatato corde, latam viam mandatorum tuorũ.

10 Nec cõclusisti me in manibus inimici:

1.Cor.10

* *statuisti in loco spatioso pedes meos.*

Psalmo 17

11 Miserere mei Domine, quoniam tribulor:

Psalmo118

11 Miserere semper mei Domine, vt hactenus non defuisti mihi, misericordia tua, quoniam vehementer affligunt & persequuntur me inimici mei: *& tam graui támq; diuturna ac longa persequutione adeò me nõnunquã fatigant, vt præindignatione cõturbentur quæcunq; intra me sunt, sensus mei exterius, interius anima, atq; etiam interiora corporis mei præcordia & cor, quæ sunt in medio ventris mei, in

* *conturbatus est ira oculus meus, anima mea & venter meus.*

A parte corporis superiori. 12 Neq; mirũ, si ita conturbabor. Ecce enim cõtinuò decursu deficit, & ad finẽ tendit vita ista

12 Quoniã defecit idolo revita mea:

quã viuo,in dolore nimio,ſpiritu triſti mihi continuò exi-
cante oſsium vigorem:* & anni vitæ meæ iſtius corporalis
tranſeũt & abſcedunt in gemitibus,ſletibus,& ſuſpiriis,quę
mihi extorquẽt moleſtiſsimi atq; implacabiles hoſtes mei,
non dantes dolori requiem. 13 Robur corporis mei immi-
nutum eſt,& decreuit paulatim in humilitate iſta nimiæ af-
flictionis meæ, & veluti emarceſsit omnis vigor qui intra
me eſt:* & oſſa mea(quæ latent interius)deſtituta ſunt viri-
bus,quaſi medullis intrinſecus conſumptis,vt ſolet grauiter
& diu afflictis accidere. 14 Propter omnes aduerſarios
meos, qui & numero tanto & tanta ferocitate aduerſus me
inſurgunt,& tam grauiter me perſequuntur, factus ſum vi-
cinis meis in opprobrium & confuſionem , ita vt ex me cõ-
fuſionem ſuſtineant,qui mihi propinquos aut vicinos fuiſſe
ſe dixerint: * & terror factus ſum cognatis & notis meis,qui
buſcum aliquando vixi familiariter : dum metuunt ipſi, ne
propter me aliquam ab inimicis meis ſuſtinere contingat ſi
moleſtiam:atque ob hoc,non audent mihi vllum obſequium
impendere, aut vllam monſtrare humanitatem. 15 Etiam
ex vicinis & notis meis,qui me fortè conſpiciebant,qui me
alicubi reperiebant,foras aufugerunt & abſceſſerunt à me,
vel non volentes,vel non audentes verbo aut facto commu
nicare mihi ne fortè ex me vllum periculum incurrerent,
aut vlla infamia ex meo conſortio notarentur: *ſicque fa-
ctum eſt (dum nemo mihi audet præſtare humanitatem) vt
obliuioni datus ſim à corde,etiam iis qui vicini prius & fa-
miliares fuerant,tanquam ſi planè eſſem mortuus,vt nemo
de me ac mea conſolatione quicquam vltra cogitaret, ſed
prorſus à corde deductus ſim in perfectam obliuionem,
quemadmodum à corde penitus obliuioni dari ſoleũt mor-
tui: ſicque viuens etiamnum, eram mortuus omnibus ami-
cis & notis meis. 16 Aeſtimatus ſum tanquam vas inutile,
quod non niſi oneri eſt, dum nulli vltra deſeruit vſui, & lo-
cum tantum occupat, ſic & ego videbar iam prorſus inuti-
lis & abiectus,& quocunq; veniebam quaſi oneri eram om-
nibus , omnes me pellebant, nemo meum volebat conſor-
tium:*audiui etiam(præter omnem afflictionem corpora-
lem & anguſtiam perſequutionis) vituperia multorum cir-
cunquaq; cõtra me loquẽtium,& exprobationes: quibus de
me diuerſis diuerſa,quiſq; pro ſuo erga me affectu,loquebã-

& anni mei in gemitibus.
Prouer. 17 13 *Infirmata eſt in paupertate virtus mea:*
& oſſa mea conturbata ſunt.
14 *Super omnes inimicos meos, factus ſum opprobriũ vicinis meis valde:*
& timor notis meis.
15 *Qui videbant me, foras fugerunt à me:*
obliuioni datus ſum tãquã mortuꝰ à corde.
16 *Factus ſum tãquã vas perditum:& quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.*

tur, vt fieri ſolet de iis quos publica aut principis poteſtas
perſequitur, & ad mortem quærit. 17 In conueniendo
ipſos aduerſum me,hoc eſt,tunc cum conuenirent in conci
lium,vel in exercitum pariter contra me vno animo, vno
deſiderio, vnáque voluntate nocendi, tractauerunt pariter
& concilium fecerunt,quomodo raperent animam meam,
quomodo vitam à me auferrẽt, quomodo me morti trade-
rent. 18 Ego autem in tantis perſequutionibus, in tam
multiplici miſeria poſitus,quid agerem ? Hoc habui conſi-
lium,vt mihiipſi diffidens, qui me imparem ſciebam tantæ
aduerſariorum potentiæ & ferocitati)in te omnem fiduciã
conicerem:ac proinde ad te direxi clamorẽ orationis meæ
ſupplici voce clamans,& dicens, Ecce Domine tu es Deus
meus,cui ſeruio,cui ex toto corde etiam in deſperatiſsimis
rebus cõfido:*ſortes meæ ecce in tuis manibus poſitæ ſunt,
omnis fortuna mea (ita vt humano more loquar) omnis
mea ſpes in te vno ſita eſt,in manibus tuis, in diſpoſitione
ſanctiſsimæ tuæ voluntatis: tibi omnem meam fortunam
& ſalutem committo:tu fac quod bonum ac rectum vide-
tur in oculis tuis. 19 Eripe me Domine de poteſtate ad-
uerſariorum meorum, & ab illis qui me ad mortem perſe-
quuntur,tu me tua protectione facias ſaluum , vt mihi non
præualeant,vt quod moliuntur non perficiant,vt fruſtrẽtur
cõtra me omnes machinationes eorum. 20 Lucere fac
ſuper me ſeruũ tuum irradiationẽ vultus tui,cõuerte ad me
benignum aſpectum facici tuæ,& quaſi te adueniente ſplen
deat ſuper me fulgor præſentiæ tuæ:quomodo ſol adueniẽs
ſuper terram,præſentia aſpectus ſui refulget ſuper eam:*ſal
uum me fac ab omnibus inimicis propter miſericordiã tuã,
quæ ſemper patet miſeriis,eſtq; poſcẽtibus ſemper opẽ ferre
parata:* neq; permittas piiſsime Domine cõfundi me ſeruũ
tuũ,vt in ſubiectionẽ nõ veniã hoſtibus meis:quoniã te ego
aduocaui in auxiliũ meum,qui non ſoles te inuocãtes relin-
quere cõfuſos. 21 Impij illi & iniqui perſequutores,q ſine
cauſa mihi machinati ſunt mortẽ,hi ex vltione iuſtitiæ tuæ
accipiãt confuſionẽ,& tẽporalẽ modo,vt irrita fiant eorum
contra me cõſilia,& in futuro vltionis die æternã,ex terribi
li ſententia tua:& proiiciantur à facie tua,in damnationem
inferni:* obſtruantur ita per ſententiam tuam labia eorum
qui doloſè & iniquè loquuti ſunt,& egerũt,cõtra proximos:
ſicq;

17 *In eo dũ conuenirent ſimul aduerſum me:accipere animã meam conciliati ſunt.*
18 *Ego autẽ in te ſperaui Domine:dixi Deus meus es tu:* in manibꝰ tuis ſortes meæ.*
19 *Eripe me de manu inimicorum meorum:& à perſequentibus me.*
20 *Illuſtra faciẽ tuam ſuper ſeruũ tuum:* ſaluum me fac in miſericordia tua:*
Domine non confundar,quoniã inuocaui te.
21 *Erubeſcant impij & deducantur in infernum:* muta fiant labia doloſa.*

sicq; muti fiant in damnationē protrusi,& æterna cōfusione perfusi, vt non vltra valeant suam in quenquam innocentē exercere malitiam. 22 Illi(inquam)cōfundantur qui labiis suis loquuntur iniqua,falsa,calumnias & deceptiones,cōtra proximos suos, contra iustos & innoxios, vt eos morti tradant: *id q; in superbia & inani tumore,quasi semper ipsi victuri sint,quasi supra se superiorem alium non habeant iudicem,quasi nō sit qui de operibus eorum rationem possit exigere,aut cui sint rationē reddituri:*& in magna item abusione atq; contemptu,proximos suos ad eandem Dei imaginem creatos(ipsis quantum ex naturę conditione,nihilo inferiores imò secundum iustitiam multò meliores) contemnentes, & quasi pro nihilo æstimantes.* Potestate etiam & diuitiis,quæ abs te illis concessæ sunt,pessimè abutentes,ad innocentum oppressionem,quibus ad illorum defensionem vti debuissent. 23 Verūtamen, vt his omissis quæ animum aggrauant,respirem aliquantulum in spe bonorū cælestium (quæ aduersus omnia occurrentia mala sufficiens est consolatio)in primis considerandа occurrit illa immensa & infinita iucunditas cælestis dulcedinis tuæ:*quā præparasti ab æterno,& dare disposuisti diligētibus te,electis tuis,tametsi nunc in hoc tempore abscondita sit,neque nunc eam deprehominibus in hoc mortali corpore constitutis plenè experiri:seruas autem eam,& differs in tēpore suo manifestandā, quando à spe electi tui ad fruitionē & possessionē transibūt. 24 Operatus es eam,& velut perfecisti, eámq; perfectā habes apud te,pro illis qui in te sperauerunt electis tuis:*perfecisti(inquam)reddendam & manifestandam,palam omnibus angelis & electis tuis,in conspectu filiorum hominum, sanctorum tuorum. 25 Illic eos absorptos in te, & iam rotos in te transformatos,abscondes & occultabis quasi in tutissima custodia recluſos,in aspectu vultus tui, in præsentia Diuinitatis tuæ: dum te illis facie ad faciem præbebis contuendum:* Ita (inquam) abscondes eos,vt nulla hominum conturbatio ad illos possit accedere,nullum ad illos malum possit introire, nullum flagellum ad tabernaculū illud appropinquare: sed erunt eis absq; vlla conturbatione omnia salua, læta, & prospera. 26 Illic quoq; protectione tua, in tabernaculo (in quo tecū inhabitabunt) securos facies eos, & tutos reddes à contradictione linguarū: quibus donec in hoc

22 *Qui loquuntur aduersus iustū iniquitatē:*

* *in superbia.*

* *& abusione.*

23 *Quā magna multitudo dulcedinis tuæ domine:* quā abscondisti timētibus te.*

24 *Perfecisti eis q̄ sperant in te:*

* *in conspectu filiorū hominum.*

25 *Abscōdes eos in abscondito faciei tuæ:*

* *à conturbatione hominum.*

Psalmo 90

26 *Proteges eos in tabernaculo tuo à cōtradictione linguarum.*

hoc mundo viuimus,vexamur & tribulamur,ita vt illic nullam vltra contradictionem, siue calumniæ,siue deceptionis, siue malæ suasionis,sint audituri,quam in hoc mūdo passim (velimus,nolimus)ferre oportet. 27 Benedictus per omnia & laudatus sit Dominus Deus meus, qui erga me mirabilē ostendit misericordiam suā,mirè misericorditer agens mecum:*in Ecclesia sua sancta,siue militante,siue triumphante:quarum vtraque est quasi ciuitas fortissima atq; optimè munita,ciuitas inexpugnabilis,cum habeat vtraq; in medio sui fortissimū custodem omnipotētem Dominum.In Ecclesia quidem militāte mirificauit mihi misericordiā suam,in qui tanta mihi cōfert beneficia gratiarum suarū. In triumphante verò,dum in ea mihi præparauit,& iam veluti custodit præparata,quæ nec oculus vidit,nec auris audiuit,& quę nunquā in cor hominis ascēderunt. 28 Et quāquam nunc ita exultem & lætер in spiritu,in consideratione ventorum bonorū,memini tamē in tali aliquādo me statu fuisse addictum in talem extasim,in talem stuporis excessum,vt mihi viderer proiectus ac reprobatus à conspectu præsentiæ tuæ, quasi de numero electorū non essem:ad quem excessum stuporis,me perducebat,quòd considerarem me tam grauibus afflīgi malis,& interius ita aridū cordis deuotione,vt prorsus videreris iam me abiecisse,atq; omnino mei existimare oblitus. 29 Tu verò cū me videres ita animo deiectū, ita humiliatum corde,& contribulatum spiritu,ne forte diutius abs te derelictus corruerem in desperationē,statim vbi ad te clamaui,supplici prece misericordiam postulans,exaudita oratione mea,quantocyus adfuisti,per subuentionē & consolationē misericordiæ tuæ. 30 Concludens tandem, hortor vos omnes quicūq; fideles estis serui Domini, & illi in sanctitate placere vultis,vt toto corde diligatis Dominū Deum vestrum:*Dominus enim veritatē & iustitiam requirit in seruis suis,volens eos in veritate,id est,in sanctitate & iustitia,ante cōspectum suū fideliter cōuersari,sicuti ipse est fidelis & verax:iis autem qui superbè egerint, contemnentes aut transgredientes sanctissima & æquissima præcepta sua,ipse copiosè reddet pro sua iniquitate cōdigna præmia. 31 Propter hæc,vel qui diligitis Dominū,electi eius,qui in ipso speratis,confortamini & estote robusti,ad fortiter operandum opera Domini,vt veritas quam requiret Dominus inuen

27 *Benedictus dominus,quoniā mirificauit misericordiam suam mihi:* in ciuitate munita.*

28 *Ego autem dixi in excessu meo tis meæ,proiectus sum à facie oculorū tuorū.*

29 *Idèo exaudisti vocē orationis meæ,dū clamarē ad te.*

Esa.74

1.Cor.2

30 *Diligite dominum omnes sancti eius:*

* *quoniā veritatē requiret dominꝰ:*

Lucæ 1

* *& retribuet abūdāter facientibus superbiam.*

31 *Viriliter agite,& cō-*

fortetur cor vestrum, omnes qui speratis in domino.

inueniatur in vobis, atq; ita serui digni inueniamini in aduentu ipsius, cui est honor & gloria in secula seculorũ, Amen.

ANNOTATIONES IN Psalmum trigesimum.

VERS V tertio, Esto mihi in Deum protectorẽ & in domum refugij. Duo simul postulat vir fidelis à Deo: primum quidem, vt Deum habeat protectorẽ. Deinde, vt eundem habeat in domũ siue locũ refugij. In his enim duobus firma custodia est: cũ quis & locum habet bene munitum, in quo se valeat cõcludere, & protectorem habet atque propugnatorem, qui ab impugnantium insultibus ipsum valeat defendere. His verò duabus partibus satis accõmode respondent particulæ duæ versiculi sequentis. Nam quod dicitur, fortitudo mea, ad protectionẽ refertur: quod verò refugium dicitur, ad domum spectat refugij, pro quo alia trãslatio habet, locũ munitum. Vesu sexto, In manus tuas commendo spiritũ meum. Ex Euangeliis didicimus Christum in crucis arbore pendentem versiculum hunc protulisse, cũ emitteret spiritũ. Propter quod non incongruè totus hic psalmus Christo domino à plerisque sanctorum doctorum solet applicari: potissimũ cum cætera omnia, quæcunq; in hoc psalmo dicuntur, conuenienter admodum ad idem propositum valeant accommodari, id quod attendenti cuilibet facilè patebit fieri manifestum. Nos tamẽ ita temperauimus Elucidationem, vt Psalmus totus, & personæ Dauid, & Christo Domino, & fideli cuilibet in simili necessitate atq; derelictione posito, liberè valeat applicari. Quantum verò ad huius versiculi intelligentiam attinet, notandum, quod (secũdum communem loquendi consuetudinem) in manus commẽdare dicimus, duplici ratione. Primum quidem committere in potestate, & in arbitrio constituere, vt is cui res commendatur agat in ea & de ea prout ei visum fuerit: quemadmodum in manibus habere, vulgato more dicimur, illud quod habemus in potestate. Idq; ob hoc, quoniam quod in manibus tenemus, cum illo agimus pro libito. Dicimur etiã illud commendare in manus, quod alicui in custodiam & protectionem committimus: quemadmodum fideles homines, commẽdare debẽt suas animas in manus Dei: & subditus omnis, i manus regis sui sese commendat. Iuxta hanc verò duplicẽ con-

Lucæ 23

fiderationem, versiculus hic & plenissimæ resignationis indiciũ exprimit & superni auxilij expectationem. Cum enim in manus potẽtioris rem aliquam cõmendamus siue cõmittimus, partim quidem in illius potestate plena resignatione eam constituimus, partim verò illius auxiliũ expectamus & imploramus, velut agnoscẽtes propria virtute non sufficere nos ipsos ad tantæ rei custodiam. Quanquam autem expresse in hoc verbo solum fiat de spiritu mentio, oportet tamẽ sub eo, quòd præstantissimum est, alia quoq; inferiora comprehendi, corpus videlicet & omnia quæ ad corpus attinent. Quemadmodum enim spiritum patri cõmendauit Christus moriens, ita commendauit & corpus: vt quemadmodum ille non teneretur in inferno, sic neq; hoc in sepulchro: sed patris operatione, die tertia simul redirent, in corporis nouam cõpositionem. Idem dicendum, si ad personã Dauid, aut alium quemlibet fidelem Psalmi intelligentia accommodetur. Ad perfectam enim iustitiam pertinet corpus, animam, spiritũ, & omnino omnia quæcunq; habuerit homo, in manus Dei commendare, inq; illius potestate plena resignatione constituere, & eius fidei seruanda cõmittere. Si enim, quod omniũ est maximum, eum (nempe spiritum nostrum) Deo commendamus, multo magis ea quæ sunt inferiora. Sed & illud aduertendum est, quod secundum vsitatam consuetudinem, libenter solent homines si pretiosum aliquid habeãt cui metuunt, talibus cõmendare custodibus, quos potentes satis & sapientes norunt, vt possint & sciant depositũ custodire: & simul etiam bonos sibiq; benignos & amicos, vt cõmissum diligẽter seruare velint, sollicitéq; curare. Nemo enim sanæ mentis, rem pretiosam quam diligit, tali cõmẽdat homini, qui vel nõ est potens seruare, vel nõ satis sapiens est aut prudens vt sciat, aut deniq; etiam si prudens sit & potẽs, non est tamen bono erga committẽtem animo, neq; bene amicus, vt velit adhibere curam & operã, pro rei custodia. Cũ enim tali homini res cõmittitur, stultus est qui sic malè cõmendat, quod seruatum cupit. Atq; ita sanè omnium hominum stultissimi sunt, qui suas animas cõmendant in manus hominũ, sesq; & sua omnia filiis hominum (in quibus non est salus) cõmittunt. Neque enim potentes sunt, neque sapientes, vt vel corporis aut etiam fortunæ bona cuiquam custodiãt: quanto minus vt ea quæ spiritus? Deinde, etiamsi potentes essent

Psalm. 145

aut

aut vſqueadeò prudẽtes,vt hoc poſſent ac ſcirent quod certum eſt eos nec poſſe nec ſcire:cõſtat tamẽ,aut paucíſſimos, aut omnino nullos inueniri tam benigno affectu,tã amico animo,tã ſtabili cordis bonitate,quibus tuto poſsimus noſtra pretioſiſsima quæ habemus, cõmittere. Cum videamus eos etiã quos natura arctiſsimo vinculo colligauit,inuicem ſibi fraudem facere,nec ſatis tuto fidere:fratres videlicet fratribus,parentes filiis,quódq; amplius eſt, etiam coniugibus cõiuges. Rectè proinde maledictum pronuntiauit Propheta,

Hiere.17 Hominem illum,qui carnem ponit brachiũ ſuũ:hoc eſt,qui ſe in manus hominis ſua cõmendat.At verò per contrariũ,quis in manus Dei ſe ſuáq; cõmendat, is demũ ſibi optimè conſulit. Neq; enim fruſtrari poterit eiuſmodi: cũ ſit Deus ſua omnipotẽtia potentiſsimus ſeruare quæcunq; illi commiſerimus,etiã ſi pretioſiſsima & maxima omnino fuerint

2.Tim.1 quemadmodum de illo Paulus teſtatur,dicens,Scio cui credidi,& certus ſum,quia potens eſt depoſitũ meum ſeruare. Eſt item ſapientiſsimus,vt periculũ nobis eſſe non debeat, ne per vllam fraudis circũuentionem perdere nos cõringat quæ illi cõmiſerimus. Eſt deniq; perfectè & ſtabiliſsimè bonus,affectu in nos optimo,benigniſsimo,ſuauiſsimo,amiciſsimo,& verè patrono:vt metuẽdum nobis nõ ſit,quin quicquid illi cõmendauerimus,ſit ex animo & ex bona voluntate diligentiſsimè ſeruaturus,& noſtra omnia quæcunq; in eius manus obtulerimus,ſit pro ſui nominis gloria & noſtro ſempiterno ſalutis commodo diſpoſiturus. Rectè ergo Chriſti exemplũ imitãtes,tam in vita,quàm in morte dicamus Deo ſalutari noſtro,In manus tuas cõmendo ſpiritũ meũ. Reſiduum autẽ huius verſiculi dimidiũ,quod ſubſequitur.Redemiſti me Domine Deus veritatis,poteſt ad liberationem à periculis præteritis referri. Facit enim experientia fidelitatis in præteritis tẽporibus,vt ſecurè & in poſterũ ſi lamus. Atq; ita ex beneficio liberationis præteritæ,quam aliquando,imò frequẽter admodum experti ſumus,rectè fiduciã cõcipimus,vt ſecuri cõmittamus Deo etiã in venturis omnia noſtra. Si verò redẽptionẽ illam peculiariter intelligamus, qua totũ genus humanũ redemptũ fuit à morte & faucibus diaboli,dulciſsima eſt.& omnino ſuauiſsima huius ſermonis cõnexio. Tanquã ſi dicat fidelis Dño,Quid ni ego commendem in manus tuas ſpiritũ meum? Cur tibi illud etiam quod

quod pretioſiſsimum habeo, dubitem aut verear committere? qui genus humanum vniuerſum,atque in eo meipſum miſerè perditum, tam mirabili conſilio & tam magnifico pretio redemiſti. Quomodo enim non commendatos illos benigniſsime ſuſcipies,fideliſsiméque defendes,quos adhuc inimicos tantis laboribus placuit redimere? Verùm hæc latius diximus,latiúſq; adhuc meditãda deuotis mẽtibus relinquimus. Abyſſum enim inexhauſtæ dulcedinis cõtinet iam tractatus verſiculus,quã nullis ſermonibus explicare ſufficimus. Verſu decimoquarto,decimoquinto,& decimoſexto. Super omnes inimicos meos,&c. Legimus hæc in perſona Dauid omnia bene impleta:aduerſus quem tanta perſequutione Saul egit,vt nemo quicquã auderet cũ eo habere commercij. Nam & Ionatham filium propriũ carnis ſuæ, fæuiſſima obiurgatione pro amore & ſtudio erga Dauid confudit,voluitq; percutere lancea:& Achimelech pontificem qui illi panes dederat & gladium,totius negotij ignarus, cum oĩbus ſacerdotibus cauſa illius,interfecit: ſimúlq; & paruulos,& mulieres,& omnem ciuitatem eorum percuſsit in ore gladij. Ceilam quoq; cum omni virtute Iſrael voluit oppugnare,propterea quòd in eam ingreſſus fuiſſet Dauid. Non iniuria igitur refugiebant omnes conſortiũ eius,ſuæ ſaluti metuentes, Conſequenter quoq; de obliuione illud clarum eſt,quod ſi qui amico animo fuerãt erga Dauid (quales non dubium eſt plures extitiſſe) qui eius vicem dolerent,tamen ob longam ac diutinam abſentiam,quaſi mortuũ ac deſperatæ ſalutis (videbant enim Saulis iram implacabilem, & ſpem nullam de reditu Dauid) ab illorũ memoria excidiſſe: quẽadmodum facile obliuiſci ſolemus eorũ quæ diutius abſunt ab oculis,etiam ſi fuerint aliquando chariſsima. Porrò de vituperatione multorum in circuitu,docet Nabal illius, iuxta nomen ſuũ ſtulti,ſtulta & blaſphema reſponſio. Et veriſimile eſt,nõ hunc ſolum fuiſſe,qui ita indignè contra Dauid fuerit loquutus. Rurſus in Chriſtum Dominũ hæc aptè conueniunt,aduerſus quem à principibus populi & ſacerdotibus legimus ſæpius data edicta publica,vt ſi quis eũ confiteretur,extra ſynagogã fieret. Et ſi quis noſſet vbinã eſſet, indicaret,vt apprehenderet eum: De Lazaro quoq; legimus quòd eũ cogitabãt interficere, propterea quòd à Chriſto reſuſcitatus Chriſti gloriam magnificabat. Cæcus natus extra

1.Reg.20
1.Reg.22
1.Reg.23
1.Reg.25
Ioan.6
Ioan.12
Ibidem 12
Ioan.9

synagogam cũ probro eiectus fuit, non nisi quia expertũ sanationis beneficiũ confitebatur, suúmq; curatorem nolebat
Ioan.7 blasphemare. Nicodemus quoq;, ob hoc tantùm quod legis processum pro Christo requirebat, dicens, nõ esse consuetudinem legis quẽquam iudicare donec auditus fuerit, & causa examinata acri obiurgatione & ironia valde amara, in concilio publico fuit redargutus. Obliuioni quoque datus
Ioan.7 fuit, quãdo propter edictum principum nemo de illo palam
Ibidem 11 quicquã in bonum loqui audebat, quando ad declinandam H persequutionis rabiem in desertis agebat, quãdo à manè ad vesperam vsq; prædicationis laboribus fatigato, nemo cibũ vel hospitium præbere, ob principum metũ, audebat. Cæterùm, vituperationem multorum per circuitum, satis indicant illæ tumultuantis vulgi voces, malus est, & seducit turIoan.7 bas. Nos scimus, quia homo peccator est, homo vini potaIoan.9 tor, amicus publicanorũ, &c. Versu decimoseptimo, In eo
Matt.11 dum cõuenirẽt simul, &c. Clarior esset oratio, si ita versum
Luc.7 haberetur, In conueniendo illos simul aduersum me, quemadmodum alibi dicitur, In conuertendo Dominus captiuitatem Sion. Vel simpliciter, Cùm conuenirent simul aduersum me. Atq; ad hunc sensum accipi oportet propositũ sermonem. Versu decimooctauo, In manibus tuis sortes meæ, Ex cõmuni loquendi cõsuetudine sumptus hic sermo indicat, nos nostráq; omnia, omnémq; de nobis & nostris dispositionẽ, in Dei voluntate pendere. Omnia enim siue aduersa, siue prospera, siue læta, siue tristia, in illius prouidissima dispositione & benignissima voluntate posita sunt. Potéstq; subintelligi indifferẽter verbũ vel indicatiui modi, vel imperatiui. Atq; hoc posteriori modo, erit verbũ resignationis: tanquam si dicat anima fidelis, In manibus tuis sint sortes meæ, tibi me meáq; omnia commendo, vt sic mihi cedat in omnibus, sicq; agatur mecũ, quomodo tu mihi cuncta euenire. & quomodo tu de me fieri volueris: quẽadmodum inter homines qui sortes tenet in manibus iaciendas, in eius iactu est vel lucrũ vel damnũ, vel prosperitas vel aduersitas, A eius ad quem sortes attinẽt. Si enim iactus illius cadat fœliciter, habebit lucrum & gaudiũ: sin aliter, damnum atque dolorem. Versu vigesimotertio, Quàm magna multitudo dulcedinis. Quod dicitur magna multitudo dulcedinis, magnam habet emphasim, ad exprimendum vtcunq;, immensam & ineffabilem æternæ fœlicitatis dulcedinem. Alioqui

sufficiebat alterum, dicẽdo, magna dulcedo, vel multa dulcedo. In altera autem parte, cùm dicitur, quam absconditi timentibus te, absconsio illa sic accipitur, quomodo in Epistola Petri priore dicitur de hæreditate æterna, quod conseruatur in cælis. Et in Canonica Ioãnis, Filioli, nõdum apparuit quid erimus. Et iuxta Prophetã, Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit, quę præparauit Deus diligẽtibus se. Quod enim præparatũ est nondum tamen manifestatum, proculdubio rectè absconditũ dici potest, & debet. Et sic præparare atque perficere, vt tamen lateat adhuc occultum, hoc in loco videtur esse abscondere. Longè autẽ alio modo accipitur absconsio, quum Dei gloriam dicimus absconditam impiis. Sic enim illis est abscondita, nõ quòd seruetur aliquãdo manifestanda, sed quia prorsus nunquam sit illis manifestanda. Versu vigesimooctauo, Ego autem dixi in excessu mentis meæ. Excessus aliquis in bonum legitur, qualis est ille de quo alio in loco dicitur: Ego dixi in ex- Psal.115
cessu meo, omnis homo mendax. Et rursum. Ibi Beniamin Psal.67
adolescentulus, in mentis excessu. Hoc autẽ in loco videtur excessus iste referri, non quidem planè ad vitium, sed potius ad stuporem qui ex admiratione nimia solet accidere, iuxta
B quod in Elucidatione monstrat intelligẽtia. Vnde in trãslatiõe beati Hieronymi ex Hebræo habetur, In stupore meo. Psalterium verò Romanũ habet, In pauore. Alij (de quorum numero sunt Ioannes Reuchlinus & Felix) putant rectius vertendum, In præcipitatione vel festinatione: id est, dum subitò conturbatus stuperem, videlicet non bene considerata ex altera parte tua misericordia.

TRIGESIMIPRIMI PSALMI ARGVMENTVM.

IN numero pœnitentialium Psalmorum, secundum hic locum ex antiqua consuetudine obtinere dignoscitur: estq; pœnitentibus & ad Deum sese conuertentibus, valde accommodus. Videtur autem illi maximè competere, qui postquam in peccato aliquo diutius perstitit, ipsumq; vel excusando, vel (quod frequentius est) dissimulando, tacuit, agnoscéreq; & emendare neglexit, tandem conscientiæ stimulo compunctus, & diuina qualibet vltione tandem compulsus (vexatione dante intellectum) agnoscit iam & confitetur apertè, quod prius dissimulauerat peccatum, ac veniam

& remißionem quantocyus accipit. Ac de his quidem, vsque ad versum septimum, satis manifestum est fieri sermonẽ. Dehinc verò dicitur, quemadmodum omnes sanctitatem sectari & tenere cupientes, pro peccatorum remißione iugiter debeant in hoc tempore orare: ne fortè si illa negligantur, excrescant in modum aquarum diluuij, sícque ab eis obrupti & oppressi in profundum damnationis C mergantur, quomodo impijs solet contingere. A quo periculo, sanè maximo, quoniam solus potens est saluare Deus, in illum transitus versu nono, vt in suum refugium, & ab omnibus circundantibus malis securum munimentum: In versibus autem duobus sequẽtibus, id est: decimo & vndecimo, Deus ipse veluti acceptans pœnitẽtiam & confessionem pœnitentis, responsionem bonam reddit, promittens quærentibus viam iustitiæ præstare intellectum & instructionem, suámq; superintentionem prouidam & solicitam curam: simul generali exhortatione, homines à vitæ carnalis & sensualis illecebris auocans atque dehortans. Versu autem duodecimo, Propheta in spiritu quasi diuinam exhortationem adimpleri exoptans, dominum orat, vt ad peccatorum conuersionem eorum qui pœnitere dissimulant, neque freno neque chamo parcat: hoc est, vt per aduersa eiusmodi cogat & compellat. Postremò, describens diuersam sortem iustorum atque peccatorum, exultans in eleuatione spiritus, iustos omnes generali exhortatione ad lætandum & gloriandum in domino exhortatur, sícque (vt pœnitentialibus Psalmis mos est) qui à tristitibus cœpit, terminatur in lætitia.

TRIGESIMIPRIMI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Beati, quorum remissæ sunt iniquitates: * & quorũ tecta sunt peccata.*

2 *Beatus vir, cui non imputauit dñs peccatum: * nec est ĩ spiritu eius dolus.*

ILLI verè beati sunt (nunc quidem certa spe, post futuri in perfecta fruitione) quibus Deus per suam misericordiam omnia peccata dimittit, indulgentiámq; & veniam cõcessit omnium peccatorum, quibus illum offenderant, & quibus rei tenebantur ad perditionem mortis æternæ: * illi (inquam) quorum peccata per remissionẽ plenariam ita sunt tecta & operta, vt ea Deus vltra non aspiciat, nõ reçordetur amplius, súntq; veluti post tergum proiecta, & per obliuionem deleta. 2 Beati sunt homines illi, quibus Deus ita perfectam cõcessit peccatorũ omniũ remissionẽ, vt nullum omnino peccatũ in eis ipse agnoscat: * illi (inquam) qui nõ solùm exterius nullum habent apparens crimen, sed neque latentis

latentis prauitatis quicquã habent in corde absconditum. Nam qui exteriorẽ tantùm iustitiæ apparentiã custodiũt, ita vt illis homines (ea quæ foris patent solùm vidẽtes) nullum queant imputare peccatum, hi verè beati non sunt (tametsi falsò sibi id persuadeãt) eò quòd in corde interius lateant in spiritu, quæ illis Deus cordiũ inspector, imputat in peccatũ. 3 Ego verò quoniam tacui, dissimulans agnoscere & confiteri peccatũ meum, quo onusta erat conscientia, consenuerunt & aruerunt ossa mea, omnes vires defecerunt, robur omne abscessit, & omnis vigor spiritus, qui in me erat absumptus est, quemadmodum cùm homo ad ossa vsq; consumitur: * tametsi iugiter per omnem diem, absque cessatione, ad dominum clamarem, poscẽs auxiliũ. Donec enim tacemus, donec dissimulamus, donec excusare volumus, donec apertè nolumus confiteri domino, quæ latent intrinsecus in abscõdito cordis nostri, nõ est Deo exaudibilis nostra oratio, quãtumuis clamemus voce, quantumuis ore & exteriori gestu Deũ postulauerimus. 4 Veruntamen tu Domine, qui de salute mea semper es solicitus, vt me ad pœnitentiam peccatiq; agnitionem & confessionem perduceres, aggrauasti su per me manum tuam, graues mihi afflictiones ex tua ordinatione, siue internas, siue externas, immittẽdo: * & ego in afflictione huiusmodi positus, agnoscẽs vltricem manũ tuã, conuersus sum, de peccato pœnitẽtiam agens, ad te dominũ Deum meum, à quo per peccatũ fuerã auersus: dum remorsus ille malæ conscientiæ, ad modum spinæ cõtinuò pungit mentem, ac veluti infigitur ad pungẽdum: quomodo infigitur carnem spina rubi, vt eam diuexet ac laceret. 5 Itaque velut compulsus hac tortura atq; carnificina malæ conscientiæ, & tali cõpunctus stimulo, agnoui, quia tu Domine esses qui me requirebas ad pœnitẽtiam: sicq; meũ peccatũ, quod vsq; tunc vel excusando vel dissimulando tacueram, per agnitionem & confessionem ipsum tibi manifestaui: * & iniustitiã quam aduersum te cõmiseram non vltra celaui, neq; reticui, sed palam eam ante conspectum tuum proposui, & accusaui. 6 Mox verò vbi peccatum agnoui, tanta fuit erga me tua pientissima misericordia, vt statim ad propositũ cordis mei, cùm iam proposuissem in corde meo peccatum confiteri, ac memetipsum accusare, tu statim adesses, dimittens mihi impietatem peccati mei, tanquam si stes expectãs

1. Reg. 6

3 *Quoniam tacui inuetera uerũ tossæ mea: * dum clamarẽ tota die.*

4 *Quoniã die ac nocte grauata est sup me manus tua: * conuersa sum in ærumna mea, dum cõfigitur spina.*

5 *Delictum meũ cognitum tibi feci: * & iniustitiam meã nõ abscõdi.*

6 *Dixi, cõfitebor aduersum me iniustitiam meam domino: et tu remisisti impietatẽ peccati mei.*

Esa. 30

ad miserendum mei. 7 Pro hac autem impietate peccati quemadmodum mihi fuit necessarium pœnitere & remissionẽ postulare,ita necesse est omnẽ eum qui se sanctificare voluerit in hoc mundo, frequenter orationem facere,ad te Domine,cui soli peccant homines:* donec ad exorandum est tempus opportunum,donec in hoc tempore acceptabili, in hoc die salutis exaudibilis est oratio. Quisquis enim in hoc mundo viuit,nõ sine quotidianis degit offensis,pro quibus per singulos dies (donec tẽpus est miserendi) in recollectione mẽtis positus,lacrymas & orationem fundere debet, remissionémq; petere,qui in sanctitate & iustitia tibi Domine cupit placere. Si quis enim dixerit,quia peccatum nõ habet pro quo oret,seipsum seducit,& veritas in eo nõ est. Atq; etiam si propriam quis impietatem non habeat, pro cuius remissione debeat orare,habet nihilominus peccata proximorũ,quæ tanquam propria quilibet verè sanctus debet in oratione deflere, próque eis remissionem abs te postulare. 8 Qui tamẽ sanctus est,dum ita per quotidianã orationem sese continuò purgare studet,& sanctificari adhuc, per hanc continuã bonam exercitationem seruabitur,vt nunquã pondere peccatorũ prorsus valeat obrui atq; demergi in profundum:ita vt etiamsi inundãtes tentationes in modum copiosarum aquarum magni diluuij excreuerint,nõ sint ad illum appropinquaturæ,sic vt illum obruere valeant, aut prorsus in perditionem demergere. Qui enim à quotidianis delictis sese cõtinuò emẽdare satagunt, hi nõ facile vel grauissimis tentationibus prorsus succumbunt quẽadmodum econtrario,qui minima negligũt agnoscere & cõfiteri,ac quotidiana delicta tacẽt,& ante cõspectum tuum Domine Deus cõfiteri dissimulant,paruipẽdunt,& emẽdare nõ laborãt, propter peccandi consuetudinem & prauam habitudinem,cum graues tentationes illis aduenerint,facile etiã peccatis mortis obruuntur: imò etiam leuibus tentationibus facile succumbunt. 9 Tu es,ô Dñe,ad quem cõfugio in omni tribulatione, quæcunq; me circũdederit & apprehenderit: tu es meum tutissimum refugium,ad quem semper in aduersis omnibus habeo recursum,nihil dubitãs de tuæ misericordiæ fidelitate: modo ego fideliter tibi confitear iniquitatem meam:* tu Domine qui es meum gaudiũ, in quo exulto & glorior in spiritu meo,libera me ab inimicis meis, q me ab omni

*7 Pro hac orabit ad te omnis sanctus,*in tẽpore opportuno.*
Psal.50
Esaiæ 49
2.Cor.6
1.Ioan.1
8 Verũtamen in diluuio aquarũ multarum, ad eum non approximabunt.
*9 Tu es refugiũ meũ à tribulatiõe quæ circũdedit me: * exultatio mea, erue me à circũdãtibus me.*

omni parte & plurimi & ad decipiendum solicitissimi circũcingunt. 10 Responsio diuina. Non quidem hoc tibi ego polliceor,ab omni tribulatione & malo sic te liberare postulantẽ,vt nihil omnino mali persentias:sed hoc dabo, quod tibi ad salutem satis erit. Dabo tibi ego ipse intelligentiam præceptorum meorum,atq; eorum quæ tibi erunt ad placẽdum mihi necessaria,& docebo te(siue vnctione mea interna,siue etiam doctrina exteriore) in via ista iustitiæ, quã tu ambulare proponis,& in lege mea,secundum quã tibi viuẽdum erit,si mihi placere velis:* ponam etiam super te & firmiter ponam benignum aspectũ meũ, neq; illum à te amouebo,donec perstare volueris in hoc proposito iustitiæ tuæ: habebóq; semper ad te pium aspectum, vt sim tibi quasi custos,protector,& prouisor,in omnibus,ne quicquã tibi possit aduersum cõtingere:quemadmodum solet bonus pastor super gregem firmatos habere oculos,& pater super filiũ dilectum. 11 Propterea,ô filij hominum,cum ego tam parato sim erga vos animo ad benefaciendũ,ne vestro vitio, via veritatis relicta, similes efficiamini irrationalibus animantibus,ne vestro honore contempto in quo creati estis, vosipsos comparetis iumentis insipientibus,equis atque mulis, in quibus nullus est intellectus quo ducantur,nulla rationis regula qua dirigãtur:quæ solo agitati affectu sensuali,quocunq; ille pertraxerit,pergunt:sed intelligite magis dignitatem conditionis vestræ,& tanquam rationales creaturæ,rãtione ac spiritu nõ carne viuere curate,secundum ducatum rãtionis,illuminationísq; & eruditionis meę. 12 Vox Propheræ. Quia verò multi iam suæ dignitatis obliti iumentis assimilati,ad vocẽ exhortationis tuæ obsurdescunt, nec audiũt te Domine dulciter monentẽ,suauitérq; vocantẽ,obsecro te Domine,vt eiusmodi qui ad te conuerti dissimulant, neq; dulcibus tuis exhortationibus & pollicitationibus ad pœnitentiã cõmouentur,vt eiusmodi (inquã) vel aduersitatum pressuris ad te cogas, ac veluti per vim cõpellas reuerti,ad eum modũ quo equi & muli solẽt frenis & chamis cõstringi & cogi ad faciendũ opera hominũ, quæcũq; ipsi voluerint,ad quæ alioqui induci non possunt. 13 O si cognoscerẽt qui Deo approximare nolunt quãto iuxtà veritatem sit melius homini iusto,quàm peccatoribus. Nam homines quidem peccatores,tametsi florere videantur in hoc seculo,

10 Intellectũ tibi dabo,et instruam te in viã hac qua gradieris:
** firmabo super te oculos meos.*
11 Nolite fieri sicut equus & mulus:q bus non est intellectus.
12 In chamo & freno maxillas eorum constringe, quĩ nõ approximant ad te.
13 Multa flagella peccatoris:

multa tamen expectant flagella & tormenta varia, eáque æterna, quibus cruciabuntur in seculo futuro: atque etiam modo ex mala conscientia, veluti perpetuum sustinent flagellum, pugionem ac stimulum: & in omnibus obuenientibus necessitatibus atq; aduersis multum torqueri illos videmus, dum consolationē interiorem diuinam nesciunt, propter quod etiam minima recula facilè commouentur, & vehementer affliguntur: * qui autem Domino seruiunt, & norunt sperare in eo, atque in eo consolationem accipere, hos misericordia ex omni parte circumcinget, & in futuro quidem seculo perfecta atq; plenissima, & in præsenti nihilominus sufficienter admodum, quantum præsentis vitæ conditio patitur. 14 Proinde vos, ô serui Dei excelsi, quicunq; in sanctitate & iustitia Deo vestro seruire laboratis, lætari meritò debetis in eo, & perfecta lætitia exultare: & vos quicunque estis recti corde, mundi spiritu, in rectitudine iustitię & mandatorum Dei ambulantes omnia deuia, omnia tortuosa malorum fugientes, vos (inquā) decet iure in Domino magnificè gaudere, in misericordia eius qua circūdabimini, & à peccatorū flagellis saluabimini in vitā sempiternā, Amē.

** sperātem autē in Domino misericordia circundabit.*

*14 Lætamini in Domino & exultate iusti: * & gloriamini omnes recti corde.*

ANNOTATIONES
in Psalmum trigesimumprimum.

VERSV primo, Quorū tecta sunt peccata. Nota quòd peccata dupliciter dici possunt tecta siue abscondita. Quorundam enim peccata, bene & feliciter tecta sunt & operta: quemadmodum de Charitate dicit sanctus Petrus, quòd multitudinem peccatorum ipsa operiat. Et ista quidē verè tecta sunt atq; operta, eò quòd à facie Dei sunt abscondita: qui ea non videt vltrà ad imputationem & punitionē, sed (ob veniam & indulgentiam) est eorum oblitus: quomodo per Prophetā pollicetur, iis qui se à via mala auerterint, quòd omnium iniquitatum præteritarum non recordabitur amplius. Et in Cantico, Ezechias confitetur, Deum post tergum proiecisse omnia peccata sua. Iuxta autē hunc modum peccata dimissa dicuntur tecta, quia ea quæ tecta sunt & operta, non videntur. Quorūdam verò peccata tecta quidem sunt & occulta hominibus, quorum oculos per exteriorem sanctitatis simulationem fascinant & decipiunt: Deum autem (qui scrutatur renes & corda) non latet interior turpitudo: atque ideò verè tecta non sunt. Et hi sanè qui sic tecta habent

1. Petr. 4

Ezech. 18

Esaiæ 38

habent sua peccata, ab hominibus quidem beati dicuntur, sed apud Deum maledicti potius inueniuntur: in quorum hypocrisin, sacra Euangelia ex ore Domini multiplex admodúmve detonant & defulminant. Sunt etiam nonnulli, qui propter cordis cæcitatem sic tecta habent peccata, vt etiam ipsos lateant factores. Nec hi quidem sub beatitudine inueniuntur, cuius hic Psalmus meminit: quoniam non bene tecta habeant peccata sua. Rursùm & alij sunt, qui non ignorant quidem peccatum suum, tamen ob complacentiā vel dissimulant quasi ignorent, vel etiam excusare conātur excusationes in peccatis. Hi, tametsi quantum in ipsis est conentur ea tegere, & operire excusationis velamine, aut operculo dissimulationis velamine, aut operculo dissimulationis, non possunt tamen efficere, vt ante Deum verè tecta habeant, qui nullis excusationibus vanis potest decipi: atq; ob hoc, ne ipsi quidem huius beatitudinis valēt esse participes. Versu tertio, Quoniam tacui inueteraurūt ossa mea. Quæ hic atq; in sequentibus dicuntur, non sunt de solis peccatis mortalibus intelligenda, quibus omnimoda inimicitia interDeum & animam hominis constituitur, verumetiam ex aliqua parte de leuioribus, quæ venialia vocamus. Oportet enim eos qui sanctè viuere volunt, & fideliter Deo in finem vsq; seruire, nihil dissimulare neq; grande, neque paruum, quicquid in se vitiosum deprehenderint: sed pro sua virili conari debent, vt etiam ea quæ parua admodum reputātur obseruent, nec committant: commissa deplorent vt dimittantur: dimissa autem, emendare satagant ne recidant in eadē. Nam qui minima negligit, facilè sibi cōtinuò malitiæ profectu (vt est malum omni bitumine viscosius) & plura & maiora agglomerabit. Et id quidem satis apertè docet experiētia, eos qui diuinæ seruituti serio atque fideliter intendunt. Nam si quando vllum peccatum, tametsi leuius, in eis cœperit residere & mansionem facere, cœperintq; ad illud assuescere, negligereq; ipsum, & velut dissimulare aut etiam excusare, sibi persuadentes parum esse si in vno illo (maximè cum mortiferum non sit) offendant paululū, modo alia præcipua & maiora custodiant: si quando (inquam) ista seruis Dei incipiant insidere animo, statim sentient se veluti flaccescere in solitis Dei obsequiis, & à priore ardore atq; spiritus robore deficere, efficientúrque velut languidi spiritu, &

Psal. 140

incipient clamare ad Dominum pro recuperanda fortitu- F
dine solita,& deuotionis gratia: verùm non sentient pro vo
to respondentem, donec in proposito perstiterint sui peccati.
Et vix in principio morbi agnoscere valent aut magis vo-
lunt causam morbi sui, donec tandem aggrauata super ipsos
manu Domini,& conscientię stimulo compulsi, agnoscant,
confiteantur,& emẽdare cupiant peccatum suum: quod vbi
primum animo concepetint, mox adest Dei consolatio. Si
verò pergant in cœpto errore,& pungentem conscientiam,
monentémq; Deum omnino recusent audire, periculum est,
ne continuo fluxu ad alia diffluentes, prorsus dilabantur ca-
dántq; resoluti in nihilum: ac tepescente in eis continuo ar-
dore, tandem euomantur ab ore Domini. Quapropter seruis
Apoc.3 Dei valde abhorrenda est, etiam in iis quæ parua æstiman-
tur, dissimulatio & excusatio. Et diligenter insequendũ est
hoc in loco pœnitentis nostri propositum exemplum, vt mi
nima quoq; non taceamus, neque dissimulemus quicquam
eorum in quibus offendimus: quin potius si peccauerimus
(vt non potest absq; offensis transigi hæc vita miserabilis) ad
eum statim pœnitentes & confitentes confugiamus, quem
apud patrem habemus aduocatum Iesum iustum: qui fide-
1.Ioan. lis est, vt dimittat nobis peccata nostra, si confiteamur (in-
1.& 2 quam) non ore tantum, sed ex animo, cum desiderio & pro-
posito stabili vitæ melioris. Prolixè nos quidem ista deduxi
mus: prolixius tamen & exactius te quisquis es, Christiane
lector, hæc ipsa meditari ac ruminare optamus,& in Domi-
no pro tua ipsius salute exoramus. Versu septimo, Pro hac G
orabit ad te omnis sanctus. Pronomen, hac, relatiuè accipi-
tur: refertúrq; non ad vocẽ, sed ad rem intellectam, de qua
facta est mentio in versu mox prẽcedenti. Pro hac, id est, pro
dimissione peccati. Quamuis posset etiam accipi vt referat
iniquitatẽ, sicq; relatio erit ad nomen, eritq; sententia, Pro
hac, id est, iniquitate, orabit omnis sanctus: videlicet vt di-
mittatur. Et est in vtroq; prorsus eadem sentẽtia. Quod au-
tem dicitur, in tempore opportuno, intelligendũ est de op-
portunitate ad exauditionẽ & impetrationẽ postulationis,
quod est tempus vitæ præsentis. Nam post hoc tempus, fu-
stra erit omnis oratio, cũ nulla erit exauditio. Atq; hanc in-
telligentiam, apertè indicat Felicis ex Hebræo translatio,
quæ habet, In tempore inueniendi, hoc est, donec tẽpus est
inue-

inueniẽdi & impetrandi remissionẽ peccati. Neq; dissonat,
quod vertit beatus Hieronymus, tempus inueniens: Iuxta
hanc autem expositionem, apertum est, idem hic dici tem-
pus opportunum, quod Apostolus ex Esaiæ testimonio vo- 2.Cor.6
cat tempus acceptabile, diémq; salutis. Posset nihilominus
& aliter ista tẽporis opportunitas intelligi, ad tẽpus discus-
sionis & recollectionis, cum ad cor ingredientes qui se san-
ctificare studeant serui Dei, ad examen omnia cogitata, dicta
& facta reuocantes, si quid inuenerint, quod Deo existiment
displicere, mox per pœnitentiam deflent: ne si peccatũ quod
agnoscitur, per pœnitentiã non deleatur, suo pondere (iuxta
Gregorij sententiam) mox ad aliud pertrahat. Ad quem sen
sum non incongruè accipi potest quod vertit Hieronymus,
tempus inueniens: quasi dicat, Omnis sanctus tempus inue-
niens, id est, cum tempus commodum inuenerit, orabit pro
peccati remissione. Eandémq; habet intelligentiam, si ver-
teretur ex Hebræo, In tẽpore inueniendo, id est, quod inuen
tum fuerit commodum ad orationem. Versu decimo, Par-
ticula illa, In via hac qua gradieris, in medio duorũ posita,
potest vel cum præcedenti vel cum sequenti coniungi. Re-
ctius tamen cum præcedenti, ad illum sensum quem in Elu
cidatione expressimus. Cui apertè etiã consonat versio bea-
H ti Hieronymi ex Hebræo, quę sic habet, Docebo te,& mon-
strabo tibi viam per quam ambules. Cæterùm, quod in alte-
ra parte dicitur, Firmabo super te oculos meos, iuxta com-
munẽ loquendi consuetudinẽ dicitur: quomodo ponere di-
cimur oculos super eos quos benigno fauore amplectimur,
& pro quibus sollicitudinẽ bonã gerere volumus. Et est hic
loquendi modus scripturis sanctis nõ infrequẽs: quẽadmodũ
in alio Psalmo dicitur, Oculi Domini in pauperẽ respiciunt. Psal.10
Et alibi, Oculi Domini super metuẽtes eum,& aliis plerisq;
in locis. Plus autẽ est, super aliquẽ firmare oculos, quam sim- Psal.32
pliciter ponere. Contingit enim eos qui super quẽpiam ocu
los ponunt, rursum oculos auertere, & id quidem frequen-
ter absque omni ratione iusta: quod vt Deus excludat, ait se
non simpliciter positurum oculos super seruos suos, sed etiã
firmaturum, id est, stabiliter firmitérque positurum, ita vt Roma.11
nunquã absq; illorum culpa sit eos auersurus, ab illis super Num.23
quos semel posuerit. Sine pœnitẽtia enim (vt ait Apostolus) Malac.3
sunt dona Dei: neque temerè mutari nouit, vt homo.

TRIG

TRIGESIMISECVNDI PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVS iste exhortatorius est ad laudem Dei, ex consideratione multiplicis ipsius perfectionis. Et principio quidē versibus tribus primis, iusti ad laudem Dei inuitantur: mox verò deinde, laudis materia proponitur, ex rectitudine in verbis, fide in operibus, ex iustitia & misericordia qua plena est vniuersa terra, ex potentibus operibus creationis rerum omnium, quæ solo verbo creauit, ex præpotenti consilio sapientiæ eius, cui nulla potestas potest obsistere, quique etiam principum & populorum consilia facit irrita, ex omni scientia deinde, & omnium humanarum rerum inspectione & cognitione. Atque hæc quidem, vsque ad versum decimumsextum. Hic verò iterum replicans de potentia fortitudine Dei, proponit, quemadmodum non sit in vlla alia re salus constituenda nisi in sola Dei misericordia, quæ quos voluerit potens est à morte & omni malo seruare, in æterna satietate. Ob quod, in persona iustorum omnium loquens Propheta, dicit se dominum sustinere adiutorem & protectorem suum, atque in ipso lætari velle & sperare: postulans in conclusione, sperata misericordia non frustrari, eámq; iuxta expectationem suam experiri.

TRIGESIMISECVNDI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Exultate iusti in domino:* **rectos decet collaudatio.* Eccle.15

GAVDETE & exultate in Domino Deo vestro omnes qui sectamini iustitiā & diligitis æquitatem, syncera sanctáque & immaculata lætitia: *eos enim qui recto sunt corde, bene vti oportet cum Deo compositi, huiusmodi, (inquam) decet laudare dominum. Nam & iure possunt & meritò debēt. Possunt qui dem, eò quòd in ore ipsorum sit laus Dei speciosa, quemadmodum econtrario non est speciosa laus in ore peccatoris. Debent verò, quia quanto amplius Dei bonitatem cognouerunt, eiúsque beneficia sunt experti, eò magis debent prædicare laudabilem dominum.

2 *Cōfitemini domino in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi.*

2 Date illi confessionem & laudem, ex corde hilari, in lætitiæ euidens testimonium etiam instrumenta adhibentes musica, citharas & psalteria decem tensa chordis: atque huiusmodi Psalmos illi canite, in iubilo cordis pariter & vocis.

3 *Cătate ei cătícum nouum:* **bene psallite ei in vociferatione.*

3 Cantate ei canticum nouitatis in nouo & insolito gaudio, quemadmodum noua cantica solent peculiari iucunditate decantari, & gaudio maiori quàm vetera & trita carmina: *psallite & canite illi sollicitè, diligenter, ac sapiēter in iubilo & exaltatione vocis, in protestationem magni gaudij, ita vt vox animo per omnia respondeat. 4 Laudis autem ratio & canticorum materia sit vobis ista, quoniā rectum est omne verbum quodcunq; egressum fuerit ex ore domini, plenum veritate & fidelitate, iustitia & æquitate: estq; fidelis ipse & verax in omnibus verbis suis, sicut in præceptis æquissimus, ita in promissis fidelissimus: *& omnia opera eius quæ ipse facit fidelia sunt, in veritate & æquitate dispositā, nihil omnino vel in fraude vel in dolo vel in instabilitate agens. * Et sic agit ipse nobiscum in omnibus operibus suis, vt de eis fide nemo debeat aut possit meritò dubitare, sed quilibet illi securè possit absque metu fidere.

4 *Quia rectū est verbū domini:* Psal.110 **& omnia opera eius in fide.*

5 *Diligit misericordiam & iudiciū:* **misericordia domini plena est terra.*

5 Diligit ipse misericordiam & iustitiam, duo hæc pariter coniuncta: & in seipso, & in seruis suis. In seipso quidem, dum in omnibus operibus suis semper duo hæc pariter iuncta vult adesse: ita in omnibus seruans iustitiam, vt nusquam prorsus absit misericordia, atque iterum econuerso sic in omnibus tenens misericordiam, vt nusquam absit iustitia. In seruis autem suis hæc diligit, dum in eis ista pariter requirit, & in quibus hæc inuenit, eos habet acceptos: *quanquam autem & iustitiam & misericordiam simul diligit, peculiarius tamen relucet in operibus ipsius misericordia, qua plena est vniuersa terra, quæ in omnibus creaturis orbis terrarum clarius effulget, & erga omnes homines (vbicunque tandem locorum habitantes) sese monstrat apertius. 6 Per verbum domini cælorum orbes conditi sunt in principio, quando dixit Deus, & facti sunt ab initio. Pater enim, per suum filium coæternum (qui est verbum, virtus & sapientia ipsius) creauit omnes cælorum orbes: *& omnis eorum virtus atque perfectio, in spiritu sancto illis donata est atq; infusa, qui est spiritus à patre spirante procedens, atque item à filio, quemadmodum spiritus & flatus corporalis ab ore spirantis procedere conspicitur. Hic siquidem spiritus, amor est, bonitas, atq; suauitas, in quo omnia virtutem atq; perfectionem suam accipiūt, sicut per filium creata sunt omnia.

6 *Verbo domini cæli firmati sunt:* Psal.118 **& spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Gene.1 1.Cor.1 Ioan.15. 16

7 Qui aquas maris quæ sub cælo sunt congregauit in vnū locum, vt appareret arida: sinisq; terminis & limitibus cōclusit, & concluſas tenet, quemadmodum aqua in vtre aut vase concluditur & continetur: *qui profunditates immensas in

7 *Cōgregās sicut in vtre aquas maris:* **ponens in thesauris abyssos.* Gene.1

loc

locis occultis cõstituit,vbi tanquam in thesauris habet conclusas aquas,ventos,& alia in maxima abundantia,quæ educit quoties voluerit:quemadmodum in tempore generalis diluuij rupti fuerunt omnes fontes abyssi magnæ ex māda g to Dei:& ad Ionæ susceptionem,de abyssis maris cætus prodiit:& alias frequenter,de profunditatibus aquarũ cæte grã dia apparere facit,& de abyssis terræ dracones terribiles,nõ nunquam quoque & ventorum magnã vim educit,ad ostensionem terroris sui. 8 Timeant proinde magnificũ in operibus suis dominũ omnes inhabitatores terræ,eúmq; digno reuereantur honore:& cõmoueantur à facie eius omnes qui habitant super terram:atque ex consideratione magnorum mirabiliũ eius quæ ipse facit solus,paueant omnes,& sancto timore cõmoueantur ad reuerentiam illius. 9 Ipse nanq; est,qui solo verbo creauit omnia,sola iussione volũtatis sue ex nihilo produxit vniuersa. Nullum enim laborẽ in rerum creatione exhibuit, neque exterius operari aliquid debuit neque temporis mora indiguit vt creationem faceret,quomodo necesse est homines artifices suis operibus(quæ fecundum artem operantur)plurimum & laboris & sollicitudinis & temporis insumere,nonnunquam & aliorũ complurium vti ministerio siue auxilio.Ipse enim absque labore & sollicitudine,absq; temporis mora,absq; omni adiutorio, absq; præiacente materia,solo verbo suo potẽtissimo,& iussione efficacissima, de nihilo creauit omnia. 10 Ipse est in cuius dispositione & voluntate cuncta sunt posita,in cuius manu est dissipare consilia hominum,eáq; ad nihilum redigere,& à suo effectu impedire,quoties ipsi fuerit placitum:*cogitationes populorum quas proposuerint animôq; conceperint, ipse tanquam inutiles reiicit,prohibétq; impleri,cum voluerit:nec potest populorũ multitudo,vnius Dei potentiæ contrauenire,vt aduersus ipsius voluntatem vllam suarum cogitationum in effectum perducant:*sic neque principum vniuersa potestas prævalere potest virtuti dei, vt contra ipsius voluntatem sui cordis possint proposita atq; decreta perficere:sed dissipat ea,infringit, & euacuat regũ dominus,quotiescunque & quomodocunque voluerit. Neque quicquam ipsorũ valet potẽtia,nisi quantum magnus dominus sua voluntate permiserit. 11 Consilium autem atque propositum dei & definita voluntas eius,nulla aliena potẽtia,nullo con-

Gene.7
Ionæ 2

8 *Timeat dominũ omnis terra:* ab eo autem cõmoueantur oẽs inhabitãtes orbem.*
Psal.71

9 *Quoniam ipse dixit,et facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.*

10 *Dominus dissipat consilia gentium.*
* *reprobat autem cogitationes populorum:*
*& *reprobat consilia principum.*

11 *Consiliũ autem domini in æternum manet:*

filio impediri potest,sed impletur absq; vllo impedimento, & permanet in æternum:*voluntates,consilia atq; decreta eius quæ cogitauit,& definita voluntate voluit operari, in omnibus generationibus impleta sunt ab initio, & perficiẽtur vsque in seculum. Neq; enim vnquam aut fuit,aut erit, aut esse potest vlla potestas, quæ possit resistere voluntati dei,aut eam à suo effectu prohibere.Siquidem nõ est sapientia,non est prudentia, non est consilium contra dominum. 12 Proinde,populus ille verè beatus est,qui hunc potentissimũ dominũ habet Deũ suum:vt ipse deus,sit eorũ deus,& ipsi sint populus eius:*verè beatus est populus ille, quẽ dominus tantus & tam omnipotens,per electionem suæ bonæ volũtatis elegerit sibi in hæreditatem,quem sibi adoptauerit in peculium & in possessionẽ æternam,vt habitet in medio eorũ,eósq; possideat & custodiat in sempiternũ. 13 Neque tamẽ populi illius tantum ipse est Deus & dominus,sed etiam vniuersorũ.De cælorum enim altitudine eminus prospicit,attendens & considerans,quid agatur in terris. Neq; enim circa cardines cæli tantum perambulat,neq; solũ quæ aguntur in cælestibus,sed etiam quæ in terris geruntur,considerat:nimirum vt cæli,ita & terræ dominus:*prospiciens autem de cælo,specialiter considerat & attendit filios hominum.Nã cum omnes creaturas quæ in terra sunt noscat & consideret,speciali tamẽ modo filios hominum contemplatur,quibus æterna præmia(cæteris in corruptione abituris) proposuit. 14 De habitaculo cælesti,quod sibi ipse præparauit in mansionem & aulã regiam,attendit ad omnes qui habitant in terra,siue bonos siue malos.Ad illos quidem,vt eorum bonos conatus ac pia studia adiuuet,& in quibus imperfecta fuerint sua gratia perficiat,ac post beata fœlicitate remuneret.Ad hos verò,vt eos à viis suis malis auocet ad pœnitentiam:& si quidem conuerti voluerint, auxilietur pœnitentibus:sin autem in obstinatione sua obdurati permãserint,digna eos vltione in mortem æternã proiiciat. 15 Ipse est pater spirituum vniuersæ carnis,qui miro artificio secũdum infinitam sapiẽtiam suam creauit singulorũ hominũ singulas animas ac spiritus:singulisq; vitam omnem & motũ,& quicquid est in ipsis vitale,miro artificio indidit, estq; vitæ autor & dominus:*& quoniã sic & intimè omnia fecit, & occultissimas quoq; potentias ac vires tam corporis quàm

* *cogitationes cordis eius in gñatione & generationẽ.*
Heſt.13
Esa.47
Prouer.21
Apoca.21

12 *Beatæ gẽs,cuius est dominꝰ eius:*
* *populus quem elegit in hæreditatem sibi.*
Deut.14
Psalm.134

13 *De cælo respexit dominus:*
**vidit oẽs filios hominũ.*
Iob 12

14 *De præparato habitaculo suo respexit super omnes q habitãt terram.*
Iob 12

15 *Qui finxit sigillatim corda eorum:* *& *qui intelli-*

git omnia opera eorũ.
16 *Non salvatur rex per multam virtutem:* Psalm.94 & 99

quàm animæ in homine constituit, nihil mirũ si ipse singula cognoscat hominũ opera: neq; solum exteriora, verũetiam cogitationes & affectiones, & quæcũq; sunt homini intima. Imo hoc ipsum ratio monstrat, vt multo melius, multóq; exactius & intimius ipse cognita habeat nostra omnia, quàm habeamus nosipsi: qui dodi dem ipse fecit nos & intima nostra, nõ autẽ ipsi nos. Quis autẽ melius & intimius cognitũ habere possit opus quodlibet, artifice qui fecit illud? 16 Dũ verò respicit dominus super filios hominũ, non attendit ad temporalem potestatem vel potentiam, siue ad corporis robur. Non enim reges salutem consequi poterunt corã Deo, per multitudinem exercitus & roboris sui. Primum quidem

** & gigas nõ saluabitur in multitudine virtutis suæ,* 2. Macha. 5 2. Reg. 14

non spirituale: quia ad hanc salutẽ, eiusmodi corporalia per se nihil adiuuant. Deinde, neq; corporalem in bellis & præliis, vbi dominus per suam potẽtiam voluerit obsistere: quoniam in manu domini est victoria, & cui vult donat eã. Neque est illi differentia, in multis vel paucis salutem dare: *pe gigantes quidẽ, in omni robore suo & magna corporis fortitudine saluari poterunt, ante faciem domini: cui nõ est differentia inter immanem gigantem & pusillum nanũ. Hæc enim (nempe potestas magna & corporis robur) nos Deo non cõmendant. 17 Illi quoq; qui in equis cõfidunt, decipiũt seipsos in ista vana fiducia equorum, qui saluare nõ possunt de manu Dei: quoniã non minus facile est Deo, cum voluerit, siue equitem, siue peditem prosternere: *in omni abũdantia tia suæ fortitudinis non saluabitur de manu domini, neque

17 *Fallax equus ad salutem.* * *in abundantia autẽ virtutis suæ non saluabitur.*
18 *Ecce oculi domini super metuentes eum.* Exod. 15 * *& in eis qui sperant super misericordia eius.*
19 *Vt eruat à morte animas eorum:* **et alat eos in fame.*

equus ipse, neque sessor illius. Nam vno ictu vtrosque prosternit, quemadmodum olim, equum & assensorem proiecit in mare. 18 Vis autẽ audire, vnde vera salus tibi prouenias? Ecce oculi domini (id est, benignus atque misericors eius respectus) aspiciunt ad seruos eius, qui timent eum atque obediũt ei: *& in bonum aperti sunt & attẽti, erga eos qui spem habent in misericordia dei, eámq; inuocant, & in ea saluari confidunt. 19 Ad hoc autem oculi domini aspiciunt super metuentes eum, vt ipse eos qui eiusmodi sunt, per potẽtiam & virtutis suæ, & propter misericordiam suam, saluet à morte æterna, in regnum suum cæleste: *& vt in tẽpore famis & in tempore egestatis, eos pascat suo cælesti pabulo: hic qui dem in præsenti tempore (dum nihil deesse eis patitur, quod ad veram vitam spiritus sit necessarium) pascens eos copiosè atq;

atq; reficiens, cùm impij fame siue defectu verbi Dei, & spiritualium bonorum egestate, cõsumantur & pereant. In futuro quoq; seculo, cùm fame æterna affligentur impij, epulabuntur iusti & satiabuntur pane vitæ æternæ in aspectu vultus Dei: inebriabũtúrq; ab vbertate domus eius. Nã impiis esurientibus, serui Dei comedẽt: & illis siti cruciatis, hi in ebrietate sua gaudebunt. 20 Quoniam itaque solus est dominus à quo vera salus sit speranda, volumus in spiritu sustinere & præstolari dominum, atq; ab eo solo salutem expectare: * ipse enim est auxiliator atque defensor noster, ipse est saluator animarum nostrarum: quo nos adiuuante sua gratia, & ab hostibus protegente, salui erimus ab omni malo, & cõsequemur vniuersa bona. 21 Et quidem in hac spe & expectatione lætabitur in ipso spiritus noster, nihil metuens, nihil de promisso solicitus: * & in nomine eius, quod est sanctum & admirabile, spem nostram omnem collocauimus: ad eius inuocationem sperantes omnia semper bona consequi & ab omnibus malis liberari. 22 Nunc itaque, piissime domine, qui tam magnificus cõprobaris in omnibus operibus tuis, tam misericors erga omnes seruos tuos, fac experiamur in nobis sanctam hanc quam prædicamus, quam psalmo laudamus, misericordiam tuam: * sicuti semper in te sperauimus, vt non confundamur ab expectatione nostra: sed per beneficiũ misericordiæ tuæ, ab omnibus malis liberemur, & in bona introducamur sempiterna, Amen.

Psal. 16 Psal. 35 Esa. 65
20 *Anima nostra sustinet Dñm:* * *quoniam adiutor & protector noster est.*
21 *Quia in eo lætabitur cor nostrum:* * *& in nomine eius sancto speramus.*
22 *Fiat misericordia tua domine super nos:* * *quẽadmodũ speramus in te.*

ANNOTATIONES IN *Psalmum trigesimumsecundum.*

VERSV primo, Rectos decet laudatio Dei. Impios autem non decet laudare Deum, donec in sua impietate secundum voluntatem persistunt. Omnis enim qui laudat Deum, quasi præsens assistere debet Deo quẽ laudat, & cum eo velut colloqui. Non est autem decens, vt is qui sordibus peccatorum est inquinatus, Deo assistat, illiúsq; maiestati se obiiciat ante oculos. Vnde & in alio loco scriptum est: Peccatori dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentũ meum per ostuũ? Tu verò odisti disciplinã, & proiecisti sermones meos retrorsum, &c. Quapropter, si is qui peccator est, cupiat vnà cũ iustis laudare Dominum, curet primũ illis se similem reddere, per pœnitentiam abluens

Psal. 49

immunditiam peccatorum:atq; ita demum,speciosam laudem Deo proferet in ore suo. Versu vndecimo, Consilium autem Domini in æternum manet. Cõsilium & cogitatio si secũdum proprietatem significationis accipiantur,nõ competunt Deo. Non enim est in Deo cõsilium neq; cogitatio: quæ sunt ex imperfectione,& includũt ratiocinationis quẽdam discursum. Tunc enim cõsulit homo,quãdo varia perpendit,& simul confert,sicq; deliberat,vt eligat quod visum fuerit melius. Et tunc cogitat,cùm multa mẽte volvit,& varia coagitat,vnde etiam nomen accipit cogitatio. Pro cuius intellectu sciẽdum est,cogitationem & cõsilium dupliciter accipi. Primò,vt cogitatio sit ille discursus,quo per diuersa discurrentes multa coagitamus:& consilium,sit ipsa deliberatio qua plura eligibilia simul conferimus. Secũdò,accipimus minus propriè cogitationem, pro conclusione quæ per ratiocinationis discursum tandem acquiritur, & post illam coagitationem in mente relinquitur. Consilium verò, pro electione illa quæ terminat deliberationis collationẽ,& est velut cõclusio prioris cõsilij. Cùm ergo in Deũ ista non cõpetant,neq; discurrere ratiocinando,neque consulere deliberando,qui omnia simplicissima intelligẽria contuetur,& simplici volutione eligit:patet,neq; cogitationem neq; cõsilium in Deo inueniri,secũdum eum modum quo in hominibus ponuntur. Cùm autem Deo in scripturis attribuũtur, ferè secundo modo accipiuntur,imperfecto tamen secluso. Accipitúrq; cogitatio,pro definitione & iudicio mẽtis eius, quam sine discursu habet ratiocinationis. Consilium autẽ, pro definita voluntate & proposito voluntatis eius,quod in eo est absq; omni deliberatione,& collatiõe vnius ad aliud. Atq; hæc sunt consilia,& hæ sunt cogitationes domini,quæ manent in æternum. Versu duodecimo, Beata gens cuius dominus Deus eius. Non talis est in hoc versu cõstructio dictionum,qualis esse videtur prima facie secũdum positionis ordinem:sed intelligere oportet nominatiuum,dominus,vt supposítum verbi est:alterum autem nominatiuum,Deus,vt à posteriori parte rectum,à verbo substãtiuo,ad hunc modũ, Beata gens, cuius dominus est Deus eius. Quemadmodum enim maledicti sunt,quorũ idola & dæmonia sunt dij eorũ, ita beati asseruntur à Propheta,quorũ dominus est Deus eorũ. Sed & pronominis illius posterioris additio,diligenter notan

notanda est:quòd non sit quantum ad emphasim & plenitudinem sententiæ superfluum,tametsi latinitatis & grammaticæ ratio non vsqueadeò constet. Si enim omitteretur illud pronomen nouissimũ,diceretúrq; tantùm,Beata gens cuius dominus est Deus,sentẽtia haberet,beatam esse gentẽ illam quæ dominum habet Deum. Cùm verò additur,eius,sentẽtia est,beatam esse gentem illam quæ dominum habet Deũ suum. Quãquam autem in vtroq; horum secundum rem eadem sententia indicetur,maiorem tamen emphasim habet illa posterior eloquutio,cum sua sententia:atq; ob hoc magis oblectat pios animos, tametsi forsitan minus sit grata linguis disertis,& delicatis auribus. Sancta enim scriptura G mentium non aurium delitias spectat.

TRIGESIMITERTII PSALMI ARGVMENTVM.

PROPHETA in hoc Psalmo corde & ore Deum laudare proponens,inuitat ad idem vniuersitatem iustorum,eam in spiritu alloquens,tam quò ad absentes quàm præsentes:quibus domini proponit benignitatem,in exaudiendo orationes sanctorum suorum,pro laudis materia & incitamento gratiarum actionũ: peculiariter verò suæ exauditionis exemplum proponens,atque ex illo cæteros exhortando inuitans: vt gustent & videant quòd suauis sit dominus,vtq; illum timeant,qui suos seruos (seculi diuitibus penuriam patientibus) omnibus verè bonis abundare facit. Atque hæc quidem decem primis versibus: Post hoc verò, ad instructionem sese conuertens, in quo iustitia & timor Dei consistant,docet:& de domini erga iustos benigno respectu, specialique custodia, protectione,& prouisione,impiorúmque ex aduerso pumitione, pluribus versibus latè disserit, eadémque subinde replicans, præter spiritus plenitudinem. Atque hæc ad finem vsque Psalmi perdurant.

TRIGESIMITERTII PSALMI ELVCIDATIO.

BENEDICERE ego volo & ex bona volũtate laudare Dominum Deum, omnibus diebus quibus viuã, pro tam immẽsis suis,quæ in me collocauit,beneficiis:* nũquam deficiet laus eius ab ore meo,sed erit ipsa mihi vt in corde, ita & in ore,perpetua. 2 In domino magnificè lætabitur, atq; gloriabitur cũ laude anima mea,& spiritus meus:* qui

1 *Benedicã Dominũ in omni tẽpore:* semper laus eius in ore meo.*

2 *In domino laudabitur anima mea:* audiant mansueti,et lætentur.*

mites sunt & humiles corde,in mansuetudine domino seruiẽtes,cupio vt meã hanc audiant cognoscántq; lætitiam,vt pariter & ipsi mecum lætentur. 3 Magnificate, prædicate, & laudibus ac Psalmis vnà mecũ celebrate omni laude dignissimum omnipotentẽ Dominum,quicunq; fideli estis & mansueto corde: * & exaltemus atq; glorificemus eum pariter,vos mecũ,& ego vobiscum,vno studio,eodem animo, eodémq; conatu & feruore:vt quia ex memetipso nequaquã sufficio dignam vllam magnificentiæ & benificentiæ illius gratiarum actionem persoluere,saltem vestro auxilio,& cõmuni charitatis studio,fiat illi laus nostra acceptior. 4 Ecce ego primum quid ipse sim expertus, proponam,quo vos ad collaudandum reddam alacriores. Cum magno cordis affectu ego requisiui Dominum in oratione mea,& ipse me exaudiuit orantem: * & ex omnibus tribulationibus meis vndecũq; mihi obuenientibus,ex omnibus necessitatibus & angustiis,ipse me sua consolatione & protectione liberauit. 5 Et quoniã ita in memetipso Dei beneficia largiter sum expertus,sciẽs nõ esse personarũ acceptorem Deum: idcirco etiã vos,quicunq; estis fideli & mãsueto corde ac bonæ voluntatis,vrgente me summa charitate,fidenter exhortor,vt accedatis cum fiducia ad thronum gratiæ eius. Accedentes enim illuminabimini à respectu vultus eius,quem super vos faciet illucescere qui fideli corde ad eũ accesseritis: * & non eritis cõfusi,neq; repulsam patiemini,sed benignè donabit vobis petitiones cordis vestri,honorabitq; faciẽ vestram in benignitate sua. 6 Quis verò hoc posit iure metuere, & accedens ad Dominũ confusus recedat? Ecce enim hũc pauperculum & vilissimũ hominũ (meipsum dico,qui pauper sum,egenus,& modicus,& ex memetipso nil nisi nihil) clamantẽ & orantẽ nequaquã despexit,neq; cõfudit aut abiecit ad se accedentẽ:sed exaudiuit benignè,& ex omnibus angustiis atq; necessitatibus liberauit. Cur ergo quisquã metuat accedere,aut cõfundi timeat? 7 Per circuitum timentium Dñm,Angelus illius ad eorũ auxiliũ & protectionẽ deputatus atq; destinatus,sese immittit,sesèq; diffundit,& velut castrametatur per circuitum eorũ,ne possint ad illis nocẽdum accedere aduersarij. * Immittit etiã Angelus Domini terrorem & timorem,per circuitum seruorũ Dei, in aduersarios qui vndequaq; illos obsederint: * & ipse pro illis pugnans defen-

3 *Magnificate dominũ mecum:* * *& exaltemus nomen eius in idipsum.*

4 *Exquisiui dominũ* * *et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.*

5. *Accedite ad eũ et illuminamini:* * *& facies vestræ non cõfundẽtur.*

6 *Iste pauper clamauit,& dominus exaudiuit eũ:& ex omnibus tribulatiõibus eius saluauit eum.*

7 *Immittit angelus domini in circuitu timentium eum.* * *& eripiet eos.*

defendet eos ab omni malo, & ex omnibus periculis faciet saluos. Sunt enim angeli Dei administratorij spiritus,in ministerium missi,propter timentes Dominum,qui hæreditatem accipient salutis æternæ: & hoc habent de iustis à Deo mandatum, vt custodiant eos in omnibus viis ipsorum. 8 Laborate,gustate,& intima experientia sentite: discitéq; & cognoscite,quòd benignus,dulcis sit & suauis Dominus, omnibus qui requirunt illum: nequaquam amarus, durus, austerus,morosus, crudelis aut difficilis; cuiusmodi ferè inter homines esse solent,qui vlla potentia siue autoritate præeminent: * verè beatus est vir ille,& securus est de bona salute,quisquis spem suam & fiduciam in eo constituit,illiq; ex toto corde suam animam & seipsum in benefactis commẽdat. 9 Reuereamini,timete,diligite, & honorate Dominũ Deum omnes serui eius,qui creditis in eum:eiúsq; mandata obseruate diligenter: * quoniam iis qui sic eum filiali affectu timent ac reuerentur, nullus rei est defectus, nulla egestas,nihilq; illis deesse patitur Deus; quod ad salutem sit eis necessarium,sed sunt diuites per illum in omni bono, ita vt nihil illis desit in vlla gratia & bono spirituali. In corporalibus verò bonis,tametsi videantur egere, habent tamen omnia & abundant: cùm per internam consolationem hæc omnia nihil faciunt,& de defectu magis quàm abundantia gloriari sciunt. 10 Diuites seculi qui in diuitiis transitoriis huius mundi spem suam constituunt, & in illis omne adhibẽt studiũ,ipsi verè egeni sunt,pauperes & inopes,esuriémq; & defectum magnum patientes:qui spiritualium bonorum (quę sola verè bona sunt)omnino nihil vel paululum admodum habent, eò quòd nimium intenti caducis, transitoriis & proinde falsis bonis, negligant ea quæ sola sunt verè bona: * qui autem ex bono corde seruiunt Domino, & illi desiderant placere, hi non deficient, non patientur egestatem & defectum in vllo verè bono,sed abundantiam consequẽtur omnium per Deum. 11 O fratres mei & filioli(sic enim per amoris teneritudinem,mihi nunc placet omnes vos seruos Dei & præsentes & futuros tali nuncupatione compellare)accedite huc ad me,qui vos rem vtilissimam cupio monere: & auribus tam cordis quàm corporis susципite doctrinam meam: * docebo enim vos timorem Dei, qui est veræ sapientiæ initium, & sine quo nemo potest iustificari, ac

Hebr.1 Psal.90

8 *Gustate & videte, quoniã suauis est dominus:* * *beatus vir qui sperat in eo.*

9 *Timete dominũ oẽs sancti eius:* * *quoniã nõ est inopia timẽtibus eũ.*

1.Pet.4 1.Cor.1 Phili.2

10 *Diuites egerũt & esurierunt:* * *inquirẽtes autẽ dominum nõ minuẽtur omni bono.*

11 *Venite filij audite me.* * *timorẽ domini docebo vos.*

Psal.110 Eccle.1

12 *Quis est homo, qui vult vitã?*

proinde ante omnia maximè vobis est necessarius. 12 Quis igitur hominum es, qui veram cupis possidere vitam, eam quæ secundum Deum est, quam nulla mors subsequetur, vitam animæ & spiritus, nunc quidem in gratia, post verò in gloria, sempiternam: * quisquis dies bonos cupis experiri, dies illos æternitatis beatos in gloria, dies interminabiles, dies sine noctibus, dies qui nunquã occident, dies gaudij perpetui & fœlicitatis æternæ: quisquis (inquam) es tu qui ista desideras, erunt tibi quæ subsequuntur diligenter

* *diligit dies videre bonos?*

13 *Prohibe linguã tuã à malo:* Iacob.1 Mat.12

attendenda, & obseruanda diligẽtius. 13 Primum quidem linguam tuam cõpescere stude, ne egrediatur per eam quod malum est, ne vllum vel noxium vel mendax verbum, vel etiam vanum & otiosum proferas. Nam qui se existimat religiosum esse, & non refrenat linguam suam, huius proculdubio vana est religio: quandoquidem de omni verbo otioso quod loquuti fuerint homines, reddituri sunt rationem in iudicio domini: * potissimum autem os tuum custo

* *& labia tua, ne loquãtur dolum.* Prou.21

dias, ne quicquam loquatur noxium, aut fraudulentum, aut dolosum aduersus proximos suos. Qui enim dolos loquuntur, Deo sunt abominabiles. Qui autem custodit os suum, seruat animam suam. 14 Hoc autem iacto fundamento à linguæ custodia, sine quo facillimè corruet quicquid ædificatum fuerit, sollicitum te deinde exhibeas, in fugiendo malum & prosequẽdo bonum: ita vt ab omni vitio abhorreas, & quicquid malum esse didiceris, ac proinde Deo ingratũ, id tanquam venenum pestiferum, præsentissimũ toxicũ fugias: operibus autem virtutis & bonitatis diligẽter insistas, & quicquid bonum esse ac proinde Deo gratum didiceris, id fideliter & solicitè implere festines: * ad hæc, diligenter per-

14 *Diuerte à malo, & fac bonum:*

* *inquire pacẽ, et persequere eã.* Rom.12 Mat.5 Psal.75 2.Cor.13

quire pacem, & sectare eam solicitè, quæcunq; ad pacem faciunt libenter amplectens: pacem (inquam) primum quidem cum Deo, vt nihil in te patiaris inhabitare quod inter te & ipsum ponat iustam diffidij causam: deinde, & cum temetipso, & secundum spiritum & rationis iudicium turbulentas omnes & seditiosas tam cogitationes, quàm affectiones, studeas in pacem & concordiam componere: postremò & cũ proximis, vt quãtum fieri potest, & quantum in te est, cum omnibus hominibus pacẽ habeas: neque solum habeas ipse, verũetiam in aliis pacem semper studeas componere. Beati enim pacifici, quoniam filij Dei vocabũtur. Et in paco est

est locus eius, qui est Deus pacis. 15 Nihil verò pigere te debet huius laboris: neq; tibi hoc virtutis studium esse debet molestum. Oculi nanque Domini, id est, benignus & paternus respectus illius, aspiciunt ad eos qui student iustitiæ, & curam ipse gerit de illis, vt eos in suis conatibus consoletur, adiuuet, atq; confirmet: * & auditum benignum facilémq; præbet illorum precibus, paratus semper ad exaudiendum illos, quicquid in oratione petierint, vt propter hoc nemo debeat à virtutis studio deficere, sciens, liberum sibi in omni difficultate ad Dominum patere accessum & securum re-

15 *Oculi Domini super iustos:*

* *& aures eius in preces eorum.*

G fugium. 16 Ex aduerso autem, super eos qui student impietatibus, est vultus iracundiæ & indignationis Dei, & toruus aspectus eius, etiam illorum opera, sed non in ipsorum bonum, considerans, nimirum, vt operarios iniquitatis iusto suo iudicio in perditionem mittat, pro suarum iniquitatum demeritis, sicq; eos de terra viuentium disperdat, & prorsus auferat memoriam eorum, tam de terra ista corporaliter viuentium, vnde per mortem auferentur, quàm de terra illa æternaliter viuentium, vbi nulla erit memoria damnatorũ qui proiecti sunt à facie Dei. 17 Et quoniam (vt diximus) oculi Domini super iustos sunt, & aures ad preces eorum, hinc fit, vt quotiescunque iusti ad Dominum clamauerint, ipse mox sit ad exauditionem paratus, vt quodcunq; postulauerint, ipse eis (iuxta quod proficuum & salutare nouerit) concedat: * & ex omnibus tribulationibus, angustiis, & necessitatibus, in quibus fuerint, ipse eos benignè liberabit, secundum beneplacitum suum: nonnunquam quidem etiã temporali liberatione, semper autem spirituali & eterna: ita sanctos interius in præsenti cõsolãdo, vt in tribulationibus

16 *Vultus autem Domini super facientes mala:* * *vt perdat de terra memoriam eorum.*

17 *Clamauerũt iusti, & Dominus exaudiuit eos:* * *& ex omnibus tribulationib⁹ eorum liberauit eos.*

H non deficiant: tandem verò, ex omnibus malis in fœlicitatem æternam eosdem recipiendo. 18 Propè est Dominus, per suæ misericordiæ præsentiam, iis qui sunt propter tribulationum & tentationum magnitudinem, animo anxio, ac velut confracto atq; contrito: quemadmodũ permittit nõnunquam Deus etiam iustis contingere, ad suum exercitiũ & meriti augmentum, vt tentationum vel magnitudine, vel multitudine, vel longanimis ac continua duratione, veluti in anxietatem animi veniant, cupientes omnimodis seruare iustitiã, & tamẽ propter tẽtationũ vehemẽtiã metuentes, ne fortè eã cõtingat relinquere: atq; his propè adest Dñs, bonã

18 *Iuxtà est Dominus his qui tribulato sunt corde.*

voluntatẽ aſpiciens: quo eos ſuſtẽret, & nequaquam collabi in deſperationem, aut confringi per tentationem patietur:

*& humiles ſpiritu ſaluabit.

*& eos qui ſunt pauperes ſpiritu, & corde humili, humiliter Deo ſuas animas commendantes, ipſe humilium ſaluator iuciet ſaluos ab omni malo, in regnum ſuum cæleſte. 19 Multæ quidem numero, ac variæ admodum vndiquaque obueniunt tribulationes iuſtis: & neceſſe eſt omnes qui pie volũt viuere, multiplicem pati perſequutionem, Deo ſic diſponente ad illorum coronam: partim quidẽ à mundi hominibus, partim à carnis vel prauitatibus vel neceſsitatibus, partim ab inimicis dæmonibus: *verumetiam ſi millecuplo plura forent ac grauiora, Dominus vnus eſt, qui de omnibus eos liberat, & per varias tribulationes (quaſi aurum in fornace) probatos, ad gloriam regni illos perducit. 20 Et licet videantur iuſti apud homines nonnunquam malè tractari ſecundum corpus, à malis, & vſque ad oſſa in illos nonnunquam contingat deſæuiri: illud tamen ſciendum eſt, quod Dominus omnia oſſa iuſtorum numerata habet, neque vnum ex illis perire ſinet in nihilum, quod non illis diligenter cuſtodiet, & in ſuo tempore cum magna gloria reſtituet in reſurrectione: quemadmodum iuſtorum omnes capilli numerati ſunt, & capillus de capite illorum perire non poteſt. 21 At verò mors peccatorum, verè peſsima eſt, & maximè metuenda: tamilla ſecũda qua anima morte æterna perditur, quàm etiam prior mors corporis: quæ tametſi nõnunquam mitior videatur morte violenta iuſtorum, eſt tamen ſecundum verum iudicium terribiliſsima, quoniam per ipſam ad mortẽ tranſitur æternam, & damnationem cruciatus perpetui: cũ econtrariò iuſti per mortem temporalem pertingant ad æterna gaudia: & omnes qui iuſtos oderunt, atque in eos machinantur mala tanquam oſores iuſtitiæ, peccatores ſeſe cõprobant, & damnationis reos, quam etiam non euadent. 22 Dominus autem ſaluabit animas eorum qui ſibi quærũt in ſanctitate & iuſtitia placere: nec patietur quantum ad animam, quicquam illis ab hoſtibus accidere aduerſi: *& qui in eo ſpem ſuam iactatam & bene firmatam habuerint, non cadent in peccatum tale, quo prorſus à Deo ſeparentur. Sollicitè enim curabunt, ne peccatũ vllum tale admittant: & ſi fortè contigerit incidere, ſollicitius curabũt, ne in peccato permaneãt, ſed reſurgẽt quãtocyus in ſpe miſericordię Dei.

ANNO

*& de omnibus his liberabit eos Dominus.

Sapienti. 3

19 Multæ tribulationes iuſtorũ: 2. Timo. 3

20 Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum: vnũ ex his nõ cõteretur.

21 Mors peccatorum peſsima.

*& qui oderunt iuſtum delinquent,

2 Redimet Dominus animas ſeruorum ſuorum.

*& non delinquent omnes q ſperant in eo.

ANNOTATIONES
in Pſalmum trigeſimumtertium.

VERSV ſecundo, In Domino laudabitur anima mea. Nota, verbum laudari in ſacris literis ſolitum vſurpari nonnunquàm, pro gloriari. Eſt enim hoc in loco, acſi dicas, In Domino gloriabitur anima mea: quemadmodum alibi, Lætabitur iuſtus in Domino, & laudabuntur in eo omnes recti corde, id eſt, gloriabuntur. Non enim videtur hic Dauid loqui velle de laude vel laudatione ſuæ animæ paſſiuè accipiendo, qua videlicet anima ipſius laudaretur: cum hoc in loco potiſsimum de laudatione Dei attendat facere ſermonem. Videtur ergo iſtud verbum laudabitur, & in hoc loco, & in aliis ſimilibus, quanquàm voce paſsiuam habeat terminationem, magis tamen actiuam vel neutram habere ſignificationem, quemadmodum glorior, aut lætor: & ſignificat cum laude lætari, quod penè idem eſt cum gloriari. Verſu quinto, Facies veſtræ non confundentur. Ex more ſcripturarum dicimus confundi faciem eorum quibus denegatur petitio, Vnde 3. Reg. 2 loquens pro Adonia in Salomonem mater ipſius Bethſabææ, dicebat, Petitionem vnam paruulã ego deprecor à te, Ne confundas faciem meam. Verſu ſexto, Iſte pauper clamauit. Iſtę pauper cum ait, videtur eſſe demonſtratio ſuiipſius, cum alium neminem exprimat, neque certam aliam perſonam deſignet. Nam ita ferè loqui ſolemus, quoties de nobis abiectius loquimur. Veluti ſi dicã, Miſerere Deus huic pauperculo peccatori demonſtrando meipſum qui loquor. Sed & alias ſeſe pauperem & inopem atq; contemptum nominat Pſalmiſta, veluti Pſalmo 118. Adoleſcentulus ſum ego, & contemptus. Et alibi. Ego verò mendicus ſum & pauper. Verſu octauo, Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus. Suauis hic non intelligitur, vt ad guſtum referatur, vt ſignificet dulcedinem. Nam Græcè eſt χρηστὸς, id eſt, bonus ſiue benignus: opponitúrq; fero, aut immiti, aut difficili. Et ita etiam vertit beatus Hieronymus ex Hebræo: quoniam bonus eſt Dominus. Ad eundem modum accipi etiam debet hæc eadem vox, Pſalmo 144. cum dicitur. Suauis Dominus vniuerſis. &c. Verſu nono & decimo, Non eſt inopia timentibus eum. Notandum, illud quod hic dicitur de timentibus Dominum, nihil eis poſſe deeſſe, principalius intelligi de bonis ſpiritualibus, iis quæ ad ſalutem

Pſal. 63

Pſal. 118

Pſal. 39

Pſal. 144

homini fuerit necessaria. Nam horum nō sinit Deus seruos D
1.Timo.6 suos pati defectum, quin (vt ait Paulus) præstet illis abundè omnia. Habet tamen minus principaliter etiam de bonis temporalibus veritatem. Sancti enim viri, qui propter internas diuitias transitoria ista pro nihilo pendunt, neq; ea requirunt, nisi quatenus ad vitam corporis transigendam & satisfaciendā naturali necessitati illis opus habuerint paucissimis, & iis quidem vilissimis contenti, facilè habent & adipiscuntur quod cupiunt, id est, victum & vestitum: quemadmodum ex illis quidam egregius ait, Habentes alimenta
Ibidem. & quibus tegamur, his contenti simus. Et alibi, cum paucula quædam in necessitates quotidianas ex donatione fidelium
Philip.4 recepisset, Habeo (inquit) omnia, & abundo. Imò verò alio
2.Cor.6 rursum in loco, nihil habens gloriatur nihilominus omnia se possidere. Tam facit opulentos, ea quæ secundum Deum est spiritus vera paupertas. Sed & vetus illud misericordiæ &
Tob.4 omnis pietatis exemplum Sanctus Tobias, filium suum erudiens, dicebat, Noli timere fili mi, Pauperem quidem vitam gerimus: sed habebimus multa bona, si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene. Sed & si contingat Sanctos Dei interdum vix etiam necessaria inuenire naturali sustentationi, ne hoc quidem admodū grauatè ferunt, qui in Deo firmati sunt. Vnde ille ditissimus omnium possessor, quem suprà commemorauimus, didicisse se confitetur quomodo contentus esse etiam in minimis
Philip.4 possit. Ego (inquit) didici, in quibus sum sufficiens esse. Scio E & humiliari, scio & abundare. Vbiq; & in omnibus instructus sum, & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia (inquit) possum, in eo qui me confortat. At verò huius seculi diuites, qui præter falsas istas temporarias, alias nō nouerunt veras & æternas diuitias, ac proinde spem omnē in illis ponunt, & cor totum ad illas adiiciunt, dum sine modo eas experunt, nullum suæ cupiditati constituentes terminum: fit, vt post multum laborē, post plurima pericula, quantumuis magnos aceruos congregauerint, nunquam tamen expleri valeat illorū inordinata cupiditas: neq; eò deuenire aliquando possunt, vt eorū quæ desiderant sat habere se dicant. Quam interminam & insatiabilē diuitum cupiditatē, Seuerinus Boëtius eximius ille Christianorū Philosophus, imò Philosophicè magis Theologꝰ, in libro de Philosophicæ consō

solatu pulcherrimè depingit & exprimit, metro secundo libri secundi. Quod carmen totum, quoniam lectu & attentione est dignissimum, paritérque nostro proposito valde accommodum, idcirco huic loco duximus inserendum. Sic ergo apud illum canit sacra Philosophia,

Si quantas rapidis flatibus incitus,
Pontus versat arenas:
Aut quot stelliferis ædita noctibus
Cælo sydera fulgent:
F Tantas fundat opes, nec retrahit manum
Pleno copia cornu:
Humanum miseras haud ideò genus
Cessat flere querelas.
Quamuis vota libens excipiat Deus,
Multi prodigus auri,
Et claris auidos ornet honoribus:
Nil iam parta videntur.
Sed quæsita vorans sæua rapacitas,
Alios pandit hiatus.
Quæ iam præcipitem frena cupidinem
Certo fine retentent?
Largis cum potius muneribus fluens
Sitis ardescit habendi.
Nunquam diues agit, qui trepidus gemens,
Sese credit egentem.

G Cum itaque sancti Dei homines minimis pauciſsimisq; plenissimè contenti, abundent etiam in tenuissima substantia, hi verò etiam in amplissimis possessionibus semper adhuc egeant, semper eis desit aliquid, ad quod aspirent, imò quo amplius conquirunt, eò & pluribus & maioribus indies indigeant: constat iuxta veritatem (etiam quo ad res temporarias) his esurientibus & defectum patientibus in suis diuitiis, illos in sua tenuitate, vel etiam penuria abundare. Quis autem dubitet, eum qui eget pauperiorem esse secundum veritatem eo qui abundat? Relinquitur itaque, tam de spiritualibus, quàm de temporalibus bonis, verum esse propositum Prophetæ sermonem.

TRI

TRIGESIMIQVARTI PSALMI

ARGVMENTVM.

PSALMVS hic viro iusto competit, qui ab aduersarijs persequutionem grauem patitur, cum sit ipse innocens, & illis nullam habeant causam hunc persequendi. In quo, Deo more humano loquens, quasi viro opugnatori, ipsum aduocat in suum vltorem, defensorem, & saluatorem: confusionem imprecans ex aduerso suis persequutoribus, quos ait sibi mortis tetendisse laqueos quos secundum conformitatem ordinationis Diuinæ iustitiæ vel precatur vt veniant, vel prædicit venturos, super autores suos. Ipse verò in Deo suo lætari promittit, eiq; vt pauperem liberatori confessioni laudum persoluere. Atque hæc quidem, vsque ad versum decimumtertium. Hic verò iterum reuertitur ad commemorãdum peruersitatem aduersariorum, & suam ex aduerso humilitatem atque charitatem, qua se pro illorum peccatis pœnitentiam egisse atq; humiliter supplicasse profitetur: qua etiam erga illos vt amicos & fratres sese studuit exhibere, ac pro eorum malis cum luctu dolere: cum illi econtrario non solum non doleant super malis eius, verumetiam studio, & consilio mala multa aduersus eum excogitent, præ nimia indignatione & obdurata inuidia: ita vt cũ ille eis quasi amicis placere fraterno affectu studeat, hi econtrario hostili animo dentibus frendeant in illum. Atque hæc, vsq; ad versum vigesimum. Dehinc, tribus versibus subsequentibus liberationem postulat à Deo, pro exauditione, gratiarum actionem & laudis confessionem promittens. Mox verò versu vigesimoquarto, & vigesimoquinto, aduersariorum duplicitatem & malitiam replicat, vt ad exaudiendum facilius flectat quem orat. Nam versibus sequentibus, magno affectu à Deo postulat, sibi quidem liberationem & salutem, illis verò confusionem pro meritis dignam, vt exultent quibus grata est innocentia, atq; iustitia, & ipse per linguam suam liberatori persolvet confessionem sempiternam. Illud autem in hoc Psalmo aduertendum est, quod & in pluribus alijs, posse videlicet eum pene indifferenter referri vel ad personam Christi Domini, vel ad personã Dauid, vel ad vnum quẽlibet ex iustis, qui sunt in tribulatione & persequutione ab aduersarijs constituti. Nos autẽ in Elucidatione ita omnia tẽperabimus, vt cuilibet etiã iusto aptari facilè possit, ad Dominũ secundũ hãc formã clamare volenti, aut gratias agere. Siquidem in hoc Psalmo permixtim, nũc Diuini auxilij imploratio, nũc pro exauditione gratiarum actio proponitur. In annotationibus autem distinctius quædam vel Christo applicabuntur, vel Dauidi.

TRIG

TRIGESIMIQVARTI PSALMI

ELVCIDATIO.

A FAC pro me Dñe iudicium, aduersus eos qui mihi quærunt nocumenta inferre: eósq; propter suam iniquitatem, secundum iustitiam tuam condemna, vt quod quærunt adimplere non valeant, *pugna pro me, aduersus illos qui me suis persequutionibus & tentationibus impugnant. 2 Quasi vir pugnator exhibe te mihi, & in pugnam mihi te præpara, quomodo facere solẽt homines qui ad pugnam sese accingentes arma arripiunt, quibus hostem feriant, & scutum quo se ab hostium ictibus defendant: *sic (inquam) paratus ad prælium, adueni mihi in adiutorium, contra aduersarios meos: qui vt me sunt longè potentiores, ita tua potentia multò sunt inferiores. 3 Insuper (vt humano more amplius tibi loquar Domine Deus meus) euagina, & velut extra vaginam effunde gladium vltionis tuæ, quem donec dissimulas, donec differs facere iudicium, quasi conclusum intra vaginam seruare videris: & conclude atque obsidionem pone per circuitum contra eos qui persequũtur me, vt non valeant tuum iudicium & tuas manus effugere: *mihi verò interius in spiritu loquens testificare de salute, quod eam tu mihi sis certo præstaturus, quod videlicet non sim hostium impugnationibus deuincendus, sed tua protectione semper securus ac saluus sim futurus. 4 Illi autem qui animam meam quærẽbant diripere, qui perdere laborabãt vitam meam, & ad mortem me pertrahere, confusionem ac cipiant, & erubescentia atque pudore impleantur cum se viderint suo proposito per tuam protectionem fraudatos. 5 Cogantur tua protectione retrorsum reuerti, id est, à cœpto cordis sui proposito desistere, impediti nimirum obstaculo potentiæ & voluntatis tuæ: & confundantur, perficere non valentes conceptum desiderium omnes qui cogitabant contra me mala, qui consilia faciebant, & in corde versabant, quomodo mihi mala irrogarent. 6 Fiant huiusmodi, te dissipante eorum conatus, quasi puluis terræ aridus ante conspectum venti: vt quemadmodum ob venti impetum nullam habet puluis soliditatem neque continuitatem, sed rapitur atque dispergitur à vento quocunque ille proiecerit, ita tu per vim potentiæ tuæ dissipes & dispergas eos,

1 *Iudica domine nocentes me:*
* *expugna impugnãtes me:*
2 *Apprehẽde arma & exurge ẽ ad iutoriũ meũ*
3 *Effunde frameam & conclude ad uersus eos q̃ persequũtur me:* **dic animæ meæ, salus tua ego sum.*
4 *Confundãtur & reuereãtur, quærentes animã meam.*
5 *Auertantur retrorsum & cõfundantur, cogitãtes mihi mala.*
6 *Fiant tanquã puluis ante faciem*

*uenti: * & angelus domini coartans eos.*

*7 Fiant viæ illorum tenebræ & lubricũ: * & angelus domini persequens eos.*

*8 Quoniam gratis abscõderunt mihi interitũ laquei sui: * superuacuè exphrauerunt animã meã.*

9 Veniat illi laqueus quẽ ignorat: & captio quã abscõdit apprehẽdat eũ, & in laqueũ cadat in ipsum.

*10 Anima autem mea exultabit in domino: * & delectabitur sup salutari suo.*

11 Omnia ossa mea dicẽt: dñe, quis similis tibi?

eos, vt non valeant quod desiderant: *& angelus tuus, Domine, ad auxilium mihi destinatus, sit coartans, persequens, impellens atque ad fugam compellens eos, vt cogantur cœpta relinquere, & proposita nequeant perficere. 7 Viæ illorum fiant obscuræ & tenebricosæ, vt non videant quò vadant: fiant etiam lubricæ, vt non valeant commodè per eas ambulare, vel effugere: * & sit angelus tuus Domine persequens eos, eósque in fugam compellens, ad faciendum pro me vindictam & iudicium. 8 Sine causa nanque & præter meum omne meritum, in abscondito posuerunt mihi laqueum perditionis, & insidias mortis, per quas me quærebãt in perditionem conclu lere, & morte illaqueare: * sine causa & absque meo omni demerito opprobrio affecerunt animam meam, loquutique sunt mala contra eam. 9 Veniat illis (quicunq; tandem fuerint qui mihi sine causa mala quærunt) laqueus insperatus, & malum inexpectatũ, quod ipsi mihi meditabantur * aut laqueus damnationis æternæ (qui est laqueus incxtricabilis) quam modo ignorãt quam nunc non attendunt, qui mala meditantur cõtra proximos suos: * & rete illud siue laqueus ille ad captionem meam ab illis paratus, quem illi in occulto posuerant ad me illaqueandum, comprehendat eos, ita vt ipsimet qui aliis insidias posuerant, incidant in laqueum, in laqueum (inquam) ipsum eundem quem innocentibus aliis parauerant. Ita enim habet vltio Diuinæ iustitiæ, vt eos qui proximis suis machinantur mala, & mortem meditantur damnationis æternæ indissolubilibus nexibus inuoluat. 10 Anima autem mea Diuino iudicio liberata, vel de liberatione secura, magnificè gaudebit in Dño Deo saluatore suo: & iucundabitur de salute sua, quã illi Diuina præstitit benignitas, aut in saluatore suo qui sibi salutẽ præstitit, & ab inimicis liberationẽ. 11 Tanta autem erit exultatio animæ meæ, vt ex omnibus viribus te collaudet, ita vt omnes vires quæ in ea & ab ea sunt (quæ sunt veluti ossa in corpore) tanquam gestientes confessionem laudis persoluere, dicant tibi & confiteantur, quod nemo sit alius similis tibi, sic omnimodis magnus, sic potens, sic sapiens, sic bonus ad saluãdum humiles. 12 Tu es enim qui liberas eos quibus deest humanum auxiliũ, de*

12 Eripiens inopem de manu fortiorum eius.

poten

potentia & violenta manu potentum seculi, qui ipsis sunt dignitate, & autoritate potẽtiores: * qui liberas egenos & pauperes supplices tuos, tibiq; deuotos, à violẽtia iniquorum, qui eos per vim quærunt opprimere. 13 Volo autem ego ad laudẽ tuã, meæ oppressionis & persequutionis exponere grauitatem. Ecce consurgentes aduersum me falsi testes, obiiciebant mihi & proponebãt quasi reo, ea de quibus mihi secũdum veritatem minimè erã conscius, & à quibus me conscientia & veritas nouit alienissimum: de illis me accusabant, quæ ego nunquam me vel dixisse vel fecisse cognoueram. 14 Pro bonis quæ ego illis impenderam & impendere non desinebam, reddebãt mihi mala, afflictiones & persequutiones grauissimas, quas ab illis sustinui: * & sterilitatem animæ meæ, ita vt quasi sterilem facerent animam meam, cui præ nimia molestia nihil agere libebat eorũ quæ vellet: quemadmodum accidere solet iis qui nimis premuntur molestiis, vt quasi steriles & semimortui videantur, dum eis nihil agere libet, vel licet eorum quæ vellent. 15 Ego verò, cum illi sic mihi multis modis essent molesti, non me conuerti ad reddendum malum pro malo, aut vt pro meipso vindictam facerem: sed magis ad pœnitentiæ lamẽta, & ad humilitatis insignia, vt sic humiliatus & pœnitens tibi commendarem causam animæ meæ, simul & pro illis te deprecarer: itaque, ego ad humilitatis & pœnitẽtiæ protestationẽ, operiebam meipsum cilicio vel sacco quæ sunt operimenta apta pœnitentibus. 16 Humiliabam quoque & affligebã coram te animam meam in ieiunio, quod ipsum etiã pœnitentibus & sese humiliantibus conuenit: sicú; in hac humilitate tã pro meis quàm pro illorum peccatis orabam: * & oratio mea quã pro illis effudi, licet in illis propter impedimẽtum obstinati cordis eorum nõ proficeret, non frustra tamẽ effusa fuit: quia ad me reuertebatur, & ad memetipsum ac meos redibat copiosè fructus ipsius. 17 Tanquam ad amicos & amicitia singulari velut proximos, imò tanquã erga fratres meos, sic placidè, mansuetè, & benignè in omni gratia cõuersabar ad illos, quantũ in me erat cũ illis pacem & charitatem quærens & tenens, sicú; meam erga illos conuersationem instituẽs, vt laborarem eis tanquam amicis & fratribus meis complacere: si quo modo potuissent emolliri, & ne quo modo ego illis causam præstarem mali odii: * & pro*

illor

** egenũ & pauperem à diripientibus eum.*

13 Surgẽtes testes iniqui quæ ignorabam interrogabant me.

*14 Retribuebãt mihi mala pro bonis: * sterilitatẽ animæ meæ.*

15 Ego autẽ cũ mihi molesti essent, induebar cilicio.

*16 Humiliabam in ieiunio animam meam: * & oratio mea in sinu meo conuertetur.*

*17 Quasi proximum, & quasi fratrem nostrũ sic complacebam: * quasi lugens & cõtristatus, sic humiliabar.*

illorum obstinatione atque consummata malitia sic humiliabar & affligebar, quemadmodum solent qui luctū habēt & degūt in tristitia. Quia enim charitas faciebat aliena mala quasi propria reputari, nō poterā nō contristari & lugere super istorū insanabili peruersitate. 18 Ipsi verò e contrario in malis meis cōtra me gaudebant, quum mihi mali aliquid vidissent accidere, imò conuenerunt ipsi pariter aduersum me vt tractarent quo modo mihi mala inferrent: *sicq; per illorum conciliabula iniqua, accumulata sunt super me mala plurima, cum ego ignorarem causam tantorum malorū, & nullius omnino rei mihi conscius essem, ob quam ita cōtra me impiè & crudeliter agerent. 19 Dissipati sunt atq; in diuersa suis cogitationibus distracti, quærētes varia concilia & modos diuersos, quibus me affligerēt: & in his omnibus non sunt compuncti corde, neque vlla miseratione commoti super innocentia mea, sed absq; omni misericordia & compunctione pergebant nouam cōtra me excogitare malitiam* multis & variis modis vexauerūt me, irrisionibus q; & illusionibus variis contumeliam magnam & multiplicē intulerunt mihi: insuper & fremuerunt contra me, frenduerúntq; dentibus suis, præindignatione nimia, veluti dolētes quòd non possent omnem suam malitiam & crudelitatem sufficienter effundere, veluti maiora ac plura adhuc irrogare cupiētes. 20 Tu verò domine Deus, cui cōmendaui causam meam, in quo tota mihi spes reposita est, respice tādem oculo misericordiæ tuæ ad me seruum tuum, & mea hæc omnia mala, quæ sine causa patior ab iniquis: *& animam meamquæ nunc tantis affligitur malis, in libertatem cōstitue, & eripe à peruersitate illorum* ab illis (inquam) persequutoribus meis, in modum leonum ferocissimis, animam meam (quæ vt vnica est mihi charissima) restitue in libertatem, & salua, vt ab illis non rapiatur in mortē. 21 Pro gratiarum actione ego tibi confessionis laudem persoluam, in multitudine magna & copiosa fideliū atque sanctorum tuorum, in conspectu omnis Ecclesiæ sanctæ tuæ: *in populo multo & magno valde ego laudabo te: & coram omnibus fidelibus tuis, quorum futurus est maximus numerus, laudē tibi pro gratiarum actione reddam, cum me ex illorum manibus saluaueris à morte, & in vitam reduxeris. 22 Non patiaris tu Domine neque permittas fieri, vt gaudeant super me,

18 *Et aduersum me lætati sunt, & conuenerūt: *cōgregata sunt super me flagella & ignorani.*

19 *Dissipati sunt nec cōpuncti: *tentauerūt me, subsannauerunt me subsannatione, frenduerunt super me dētibus suis.*

20 *Domine quādo respicies: *restitue animam meam à malignitate eorum: *à leonibus vnicā meam.*

21 *Confitebor tibi in Ecclesia magna: *in populo graui laudabo te.*

22 *Non supergaudeāt mihi qui aduersantur

mo, & de casu atque perditione mea exultent impij illi, qui contra omnem iustitiam & æquitatem innocētem me persequuntur & tribulant: * qui sine causa (cùm ego illis mihi nū bonū ostenderim) me prosequūtur odio, & nihilominus secundum exteriorum signorum iudicium inimicitias dissimulant, & simulant fingúntq; amicitiā, oculis mihi & nutibus (vt solent amici amicis) annuētes. 23 Nam mihi quidem ore pacem monstrabant, & velut amici loquebantur cum pace & reuerētia, ne prauas eorum machinationes aduerterem: * verùm intrinsecus in iracundia terrena & pessima inuidia (quam ipsi ex terrenis affectionibus contra me conceperant) dum mihi loquerentur dolos, & malitias pessimas contra me voluebant in cordibus suis, excogitantes quomodo me in mortem & cōfusionem pertraherent. 24 Et cùm ego in malum aliquod venissem, aut aduersi aliquid mihi contigisset, aperiebant illi in latitudine os suum contra me, ad exprobrandum & illudendum mihi: * resolutaq; in cachinnum, ad se inuicem contra me dixerūt in magna lætitia, euge euge, iam tandem viderant oculi nostri quod tamdiu desiderauimus, iam oculis nostris vidimus impiessum vel ex parte aliqua cordis nostri desiderium: sic inuicem se ad congratulationem de meis malis excitantes, & meæ miseriæ insultantes. 25 Non te ista latent Domine, qui vides & nosti omnia: ac proinde oro, vt motus misericordia non dissimules, neque cesses auxiliari mihi: * Domine Deus ne elonges teipsum à me, per subtractionem auxilij & defensionis tuæ. Nam si tu vel paululum abscesseris, facillimè illi dominabuntur mihi. 26 Exurge Domine, & quasi de somno excitatus euigila, sísque attentus ad faciendum & exequendum pro me iudicium, contra illos persequutores meos: * tu (inquam) qui es Dominus meus & Deus meus, exurge & intende ad discernendam & iudicandam causam meam, quam tibi commendaui, neque vltrà differas iudicium. Tempus est enim, vt illorum malitia confundatur, & serui tui patientia remunerationem accipiat. 27 Fac pro me iudicium, & causam meam iudica contra aduersarios meos, secundum iustitiam & æquitatem tuam: cuius est, innocentes liberare, & condemnare noxios: * non permittas, vt illi de me lætētur, neque patiaris illos sui voti compotes fieri. 28 Non finas eò rem meam deuenire, vt

*mihiiniquè: *aduerunt me gratis, & annuunt oculis.*

23 *Quoniā mihi quidē pacificè loquebantur, *& in iracūdia terræ loquētes dolos cogitabant.*

24 *Et dilatauerūt sup me os suū: * dixerunt euge euge, viderūt oculi nostri.*

25 *Vidisti domine ne sileas: * dñe ne discedas à me.*

26 *Exurge & intēde in dicio meo: *deus meus et dñs meus in causam meam.*

27 *Fudica me secūdum iustitiā tuā dñe Deus meus: * & nō supergaudeant mihi.*

28 *Non di-

*cant in cordibus suis, euge euge, animæ nostræ: * nec dicant deuorabimus eũ.*

29 Erubescant & reuereãtur simul q̃ gratulãtur malis meis.

30 Induantur cõfusione & reuerentia, qui maligna loquuntur super me.

*31 Exultẽt & lætentur qui volũt iustitiã meã: * & dicant semper magnificẽ dominus, qui volunt pacẽ serui eius.*

*32 Et lingua mea meditabitur iustitiã tuam: *, tota die laudẽ tuã.*

gaudentes de mea perditione, dicãt intra se lætitia & exultatio sit animæ nostræ: non sinas (inquam) ita illos sese lætificare, de meo interitu: quod certè facerent, si sui propositi effectu potiri possent: * neque eò rem deuenire patiaris, vt verè dicere possint. Iam prorsus deuorabimus & absorbebimus eum, iam illum in mortem & perditionem præcipitabimus. 29 Quin potius confusio & erubescentia illis veniat pariter omnibus, quicunque gratulantur & gaudent de malis meis, aut concupiscunt meam perditionem. 30 Confusione & erubescentia inuoluantur, & velut operiantur, quicunq; contra me in malum magna & superba loquuti sunt, quicunq; in superbia aduersum me præsumptuosè egerunt. Confundantur (inquam) videntes tuo auxilio omnia ipsorum cõtra me consilia esse irrita, & per te malum quod mihi fuerant machinati esse à me depulsum, & in ipsos potius autores retortum. 31 Illi verò quibus beneplacitum est in iustitia mea, & qui amant innocentiam meam, eámq; illæsam cupiunt & saluam ab iniustis persequutoribus, fac tu Domine, vt exultent & lætentur, congaudentes saluti meæ: * & illi qui desiderant & optant pacem atq; salutem meam, cùm te viderint secundum iustitiam tuam liberasse meam innocentiam, laudem tibi reddentes dicant semper, glorificetur Dominus, & benedicant nomini sancto tuo, propter misericordiam mihi exhibitam. 32 Sed & lingua mea de gratiarum actione sollicita, ex corde meditabundo eloquetur, & laudabit admirabilem iustitiam tuam: * & laudem tuam iugiter omni tempore personare cõnabitur, neque deficiet laus tua de ore meo in æternum. Amen.

ANNOTATIONES IN *Psalmum trigesimumquartum.*

VERSV primo, secundo, & tertio, Iudica Domine nocentes me. Clarum est in his versibus, ex spiritus abundantia, & velut fidenti ac libera familiaritate ad Deum humano more dirigi sermonem: id quod & in aliis pluribus locis, maximè in Psalmis, subinde solet occurrere. Consonat autem hæc descriptio bellica, satis cum eo quod in Cantico Moysi dicitur: Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius. Viri enim pugnatoris est, cùm prælium

Exod. 15

fuerit ineundum, ad inuasionem hostium arma apprehendere, ad propriam verò protectionem, clipeum assumere, gladium euaginare, & hostem circumcingere, sicque eum expugnare atq; deuincere. Quod autem in secunda parte tertij versus dicitur, Dic animæ meæ, salus tua ego sum, illi vtcunque consentit, quod in alio Psalmo ait: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam. Et alibi, Auditui meo dabis gaudium & lætitiam. Rursum alio in loco, Auditam fac mihi manè misericordiam tuam. Tunc enim dicit animæ nostræ Deus, Salus tua ego sum, cùm eam interius consolando, & timorem hostium repellendo, de liberatione & salute securam reddit, & de victoria facit bene sperantem. Ac tunc sanè loquitur Dominus pacem in nobis, tunc datur auditui nostro interiori gaudium, tunc audita fit nobis Dei misericordia.

Psal. 84
Psal. 50
Psal. 142
Psal. 34

Versu quinto, Auertantur retrorsum & confundantur. Auerti retrorsum dicuntur ex communi loquendi consuetudine, qui impediuntur quoquo modo ab impletione operis quod proposuerant aut cœperant. Orat ergo vir iustus, vt ij qui aduersus se mala excogitant, auertantur retrorsum: id est, vt progredi non possint, neque perficere quod vel cogitarant vel cœperant. Hanc autem auersionem vel prohibitionem in malis (qui Deo cedere nesciunt) euestigio subsequitur confusio & erubescentia: eò quòd in effectum suas cogitationes perducere sint prohibiti. Nam in vis bonis, etiam si in re qualibet prohiberi eos Diuina dispositione contingat (quemadmodum in Apostolicis Actibus Paulo factum legimus, cùm in Bithyniam proficisci proponens, prohiberetur à spiritu Iesu) nõ subsequitur tamen confusio neq; deturbatio. Norunt enim Diuinæ dispensationi cedere, & subiectam illi semper suam voluntatem tenentes, non confunduntur, cùm illa aliud disposuerit: sed gaudent magis, sua voluntate frustrata, superiorem illam quæ omnibus est præponenda, impleri. Versu septimo, Fiant viæ illorum tenebræ. Tria simul mala coniungit, quæ deuictis & fugientibus de prælio (sic enim iam initio Psalmi loqui cœpit Propheta more pugnantium) valde sunt incõmoda. Primum enim incommodum est, si viam habeant tenebrosam, vt non videant quò fugiant. Facilè enim tunc, vel in foueas, vel in alia loca periculosa incidunt, aut hostibus etiam

Act. 16

nescientes fiunt obuij. Quod si etiam lubrica est via, geminum malum est. Si verò & persequutor velox subsequatur, qui vrgeat fugientem, & talis persequutor qui agilitate & fortitudine superat fugientem (cuiusmodi est Angelus Domini, comparatione ad humanam virtutem) vix effugibile malum est. Videntur autem ista potissimum ad corporalem confusionem & fugam referri, tametsi valeant & secundum spiritualem sententiam mystice intelligi. Versu nono. Veniat illi laqueus quem ignorat. Notandum, quòd hæc simul cum præcedentibus quæ per modum imprecandi ponuntur, rectè in Christi persequutoribus impleta videntur. Pugnauit enim pro ipso aduocatus omnipotens pater eius, & saluum fecit à morte, die tertia ad vitam eum resuscitando. Illi verò confusi sunt & impediti ab impletione cogitationum suarum, quibus Christum cogitabant morti tradere, & eius gloriam (etiam post resurrectionem cognitam) obscurare: facti sunt quasi puluis, dispersi in omnes partes mundi, ex vltione Dei, quæ per Angelos administratur: in tenebris ambulant, & lubrica est via eorum (qua secundum legis literam currunt) nihil habens solidum, in quo pedem valeat figere: & Diuina vltio vsque ad tempus constitutum consummationis seculi, quasi subsequitur & coangustat illos, denique laqueos mortis & damnationis quem Christo tenderant, apprehendit eos, dum iam propter incredulitatem captiui tenentur, & temporali & diabolica captiuitate, post hoc seculum infœlicius æternæ mortis vinculis illaqueandi. Ipse verò Christus Dominus, & in se, & in membris suis delectatur in Domino, & plenæ laudis ei reddit confessionem. Sed & quæ sequuntur de iniquis testibus, Christo apertissimè ex Euangelica historia conueniunt, & quod mala ei pro bonis impij retribuebant. Personæ quoq; 1.Reg.24
Dauid hæc omnia non incommodè applicari, facile videt, quisquis historiam libri Regum memoria retinet. Neque enim semel pro illo Deus aut Angelus eius pugnasse legitur, hostésque in fugam vertisse, per vias tenebrosas, & pluuia ac grandine lubricas factas, persequente eos ad hæc Angelo Domini nouis terroribus. Et laqueum mortis, quem innocenti Dauidi tanto studio tetenderat Saul iniquus, quomodo idem ipse tandem susceperit, inque eodem perierit, manifestè docet præfata historia. Quæ verò de iniquis testibus

stibus dicuntur, intelligi possunt de his qui apud Saulem falsò accusabant Dauid, in iis in quibus reuera erat innocuus. Fuisse enim eiusmodi aliquot, qui apud Saulem falsò detrahebant Dauidi, ipsius verba satis dilucidè monstrant quæ post Saulem egressum è spelunca, abscissa chlamydis ipsius ora, clamauit dicens. Quare audis verba hominum loquentium, Dauid quærit malum aduersum te? Versu decimotertio, quæ ignorabam interrogabant me. Attende nonam acceptionem verbi interrogare, quod hic ponitur pro obiicere. Alioqui, testes non proprie interrogant quærendo, sed asserunt potius testificando. Dicuntur autem testes hic interrogare, forsitan propterea quòd sicut is qui interrogat responsionem expectat ab eo quem interrogat, ita testes dum suam accusationem proponunt, velut responsionẽ expectant eius aduersus quem obiiciunt, vt vel cõsentiat, vel abneget accusatus. Vnde cũ de saluatore nostro falsi testes dixissent, Hunc audiuimus dicentem, &c. statim adiunxit princeps sa- Matth. 26
cerdotum. Nihil respondes ad ea quæ isti testificãtur aduer- Marc. 14
sum te? Versu decimoquarto, Retribuebãt mihi mala pro Matth. 26
bonis. Cum Psalmus iste Christo Domino accõmodabitur, sterilitas hæc animæ referri commodè poterit ad illum statum in quo erat, cùm imminente iam passione pauere inci- Lucæ 22
peret & tædere, cõtristari & mœstus esse: cùm factus in agonia, sanguinis guttas sudaret. Aut intelligatur sterilitas ista animæ, cessatio ipsius ab opere ad quod missus fuerat. Constat enim frequenter lud eos sua ingratitudine (dum mala pro bonis nimis ingratè & improbè redderent) Christum ab opere prædicationis & sanationis cessare fecisse, ita vt aliquãdo lateret, cedendum putans malitiæ, & illorum insaniæ locum dare volens. Ac tũc velut sterilis videbatur anima & vita eius, cùm tamen secũdum veritatem nullo vnquã momento apud patrẽ esset nobis sterilis, tametsi foris videretur sterilis, cùm nihil exterioris operis ageret. Versu decimoquinto, Induebar cilicio. Quæ hic dicuntur de cilicio & de ieiunio, non certò videntur ad literam in scriptura vsquã vel de Christo vel de Dauid legi: quòd videlicet in persequutione inimicorũ ista fecerint. Vnde possumus per istã simplicem intelligere humiliationem & afflictionẽ, qua & Christus Dominus, & Dauid ipse pro inimicis sese afflixerunt: id quod de vtroq; est ex scripturis satis manifestum. Versu

decimosexto, Et oratio mea in sinu meo conuertetur. Oratio dicitur in sinum orantis conuerti, quando pro aliis effusa & velut foras emissa, in propriam vtilitatem redit eius à quo fusa est. Ex communi autem loquendi consuetudine, hic sermo accipitur. Quod enim in sinu habemus, nondum periisse dignoscitur. Et quod in sinum nobis reuertitur, non dum perit fructus eius. In sinu enim seruabitur. Atque per hunc modum econtrario dicimus, in ventum vel in aërem B abire orationem illorum, qui nec sibi nec aliis fructum orando faciunt: quemadmodum sunt superborum & impiorum inacceptabiles preces. Quæ enim in ventum effunduntur, pereunt. Versu decimoseptimo, Quasi proximum & quasi fratrem nostrum sic complacebam, ac deinceps, manifestum ex Euangelica historia, Christo hæc omnia competere. Mansuetissima enim & amicabilissima eius erga omnes conuersatio fuit: & tamen sæuissima fuit rabies persequutorum eius, tam in cruciatibus & flagellis, quàm in irrisionibus & opprobriis. Sed & versus vigesimussecundus manifestè indicat, hunc Psalmum de Christo potissimum intel
Ioan.15 ligi. Nam apud Ioannem legimus Christum sibiipsi huius scripturæ partem applicasse, cùm post enarratam Iudæorum feritatem concluserit, dicens, Sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, Quia odio habuerunt me gratis. Versus quoque mox sequentes, Christo optimè quadrant. Pacificè enim Iudæi loquebantur Christo, vocantes eum magistrum, præceptorem, & à Deo missum, vt ex diuersis Euangelij locis claresci: & cætera item quæ sequuntur, ex Euangelica lectione apertè Christo videntur conuenire. Versu vigesimoprimo, In populo graui laudabo te. Populus grauis non significat grauitatem morum, quam maturitatem possumus nuncupare, vt sit sensus, In populo maturo laudabo te. Tametsi enim hæc sententia habeat veritatem (siquidem in maturis & bene compositis laudatur Deus, non in iis qui leues sunt & incompositis moribus) non videtur tamen ista hoc in loco esse scripturæ huius intelligentia. Significat autem grauitas ista potius copiosam multitudinem. Nam & vulgo sic loquimur, multitudinem, vel magnitudinem admodum copiosam volentes significare. Veluti cùm dicimus, Rex cum exercitu graui inuasit hostes. C Congregat imperator aduersum Turcas grauem exercitum.

tum. Sic primi libri Machabæorum primo capite de Antio- 1.Mac. 1
cho dicitur, quod ingressus est Aegyptum in multitudine graui, id est, in magna exercitus multitudine: & Esaiæ xxi. Esaiæ 21
capite, dicitur, à facie grauis prælij, pro prælio grandi & magno. Vnde ex Hebræo quidam vertunt, In populo multo. Beatus verò Hieronymus, In populo forti: quod ad eandem potest sententiam reduci. Populus autem iste multus, est fidelium populus, qui ex Dei gratia mirum in modum auctus est & excreuit per vniuersum orbem: in quo sanè populo, per vniuersam Ecclesiam, laudat filius patrem, vt hoc in loco pollicetur. Versu vigesimotertio. In iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant. Iracundia terræ dicitur mala iracundia, qualis erat iracundia persequutorum Christi. Exarserunt enim & indignati sunt contra eum, non secundum Deum, neque propter Deum (tametsi falsò illud suæ impietati prætexerent) sed secundum carnem & terrenas affectiones: quoniã videlicet veritatem prædicabat. & cœlestia annuntiabat, vitia autem illorum arguebat in quibus perstare eligebant. Sed & in illo solenni suo consilio, quod aduersus Christum pontifices collegerant, quid aiunt: quam proponunt indignationis causam? Si dimittimus eum sic (inquiunt) omnes credent in eum, & venient Ioan.11
Romani, & tollent nostrum locum, & gentem. Videlicet manifestum est, iracundiam hanc non nisi terrenam fuisse,
D qua loquentes dolos aduersus illum cogitabant. Versu vigesimoquarto. Dilatauerunt super me os suum. Dilatare os solent, qui irrident & exprobrant aliis, aut qui contra aliquem gloriantur. Vnde Anna Samuelis mater, in Cantico 1.Reg.2
suo dicebat, Dilatatum est os meum super inimicos meos, &c. nimirum significare volens, iam se gloriari posse contra suam æmulam, & habere iam quod illi respondeat, quæ ante ipsam crebris exprobrationibus solita fuerat affligere. Particula autem euge euge, partim quidem exprobrantis & insultantis esse videtur, quatenus contra ipsum dirigitur super quo profertur: partim verò exhortantis ad gaudium, quatenus sibiinuicem loquuntur, qui pariter gloriantur aduersus alium. Et similem ferè vim habet cum dicitur, vah vah, quod Beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, pro euge euge. In Hebræo habetur heach heach: quod est adnerbium gaudendi atque etiam illudendi.

TRIGESIMIQVINTI

PSALMI ARGVMENTVM.

IN profunda meditatione rerum duarum diuersissimarum, id est, humanæ prauitatis & Diuinæ bonitatis constitutus Propheta, hunc sequentem Psalmum cõposuit. In quo primis quatuor versibus hominum in malitia obstinatorum depingit peruersitatem, qui Dei timore abiecto, dolosè agunt coram Deo, tam verbis quàm operibus, ad omnem impietatem faciles semperque parati. Mox vero in quinto & sexto versibus, quasi ab extremo in extremum aliud subito transiens, saltu magno, ad Diuinæ bonitatis & omnimodæ perfectionis considerationem transilit: misericordiæ eius in cœlis altitudinem, veritatis ac fidei plenitudinem, iustitiæ firmitatem, & iudiciorum inexhaustam profunditatem considerans. Ac deinde specialius magnificentiam misericordiæ eius prosequitur, per quam etiam infimos & vilissimos peccatores à sua salute Deus non repellit: sub cuius alis sperant omnes fideles, de cuius dulcedine reficiuntur atque potantur electi, tanquam de fontali origine vitæ & omnis boni. Quam etiam misericordiam, simul cum vera Dei iustitia prætendi & exhiberi fidelibus postulat, suam meditationem concludens: & ne impedimentum vllum aut obstaculũ inueniat operatio Diuinæ misericordiæ, malum superbiæ deprecatur, per quod cecidisse meminit omnes operatores iniquitatis. Facit autem hanc contemplationem admodum iucundam & delectabilẽ illa rerum diuersissimarum comparatio, (oppositа enim sibi inuicem iuxta posita, magis eluescunt) dum primum profunditatem malitiæ hominum obstinatorum considerat, mox verò ex opposito Dei omnimodam & sublimissimam perfectionem contemplatur: à qua deinde, ordinato progressu, descendit ad considerationem beatitudinis & fœlicitatis bonorum, qui sperant in illa.

TRIGESIMIQVINTI

PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Dixit iniustus, vt delinquat ī semetipso:* *non est timor Dei ante oculos eī.* 2 *Quoniam dolosè egit ī cõspectu eī:*

DIXERVNT homines impij in cordibus suis intra semetipsos, & propositum fecerunt, vt absq; remorsu malè agant: sicque ex electione & proposito malæ voluntatis, præeligunt F iniquitatem virtuti: *non habent Deum præ oculis, neq; timorem eius: atq; ita sine freno, sine retinaculo sese liberè dedunt omnibus iniquitatibus, quas cogitauerint in cordibus suis. 2 Non habere autem illos timorem Dei ante oculos, hinc euidens, quoniam dolosè nequiter & duplici

plici corde agunt in conspectu Dei, quasi existiment se posse latere Deum, vel quasi non sit ipse iniquitatũ iudex & vltor futurus: * & ita (inquam) dolosè & nequiter agunt, vt inueniatur iniquitas eorum odibilis, detestabilis & abominabilis Deo, fiántq; ipsi propter suam dolosam malitiã Deo prorsus odibiles & abominabiles, & reprobi à conspectũ ipsius. Qui enim ex infirmitate qualibet peccant, sic tamen vt non prorsus timorem Dei abiiciant, neq; dolosè agunt in cõspectu Dei, in impœnitentia absq; remorsu perseuerando, quasi ipsum latere possint aut eius manus effugere, sed post commissum peccatum ad cor reuertuntur, horum iniquitas non omnino inuenitur ante Deum ad odium: neq; ipsi Deo per hoc prorsus odibiles fiunt, & reprobi, quemadmodũ illi prio G res. 3 Verba oris impiorum illorum quæ loquuntur, plena sunt malitiæ & fraudis: malitiæ quidem contra Deum, fraudis contra proximum. Ex abundantia enim cordis (quod in proposito malitiæ firmatũ est & obduratum) os illorũ similia loquitur: * neglexerunt, imò contempserunt & recusauerunt intelligere veritatẽ, & ea cognoscere quæ ad vitã bene agendam essent necessaria, à veritate auditum & intelligentiam auertentes, dicentes Deo, Recede à nobis, scientiã viarum tuarum nolumus. 4 Iniquitatem meditantur in cubilibus, in penetralibus cordis sui: atq; etiã in cõclauibus suis, cum fuerint solitarij, nihil aliud reuoluũt quàm quomodo suas iniquitates valeãt perficere: * assistũt iuxtà omnes vias malas, prompti eas perambulare, ad mala quælibet operanda faciles atq; parati: * nullam horrescunt impietatẽ prompti ad exercendam quamlibet malitiam, vbi primũ sese obtulerit occasio. 5 Verũ his in sua peruersitate relictis, ad te potentissime Domine Deus transeo contemplandũ. Ac primum quidẽ offert sese mihi immensa tua misericordia, quæ tanto mihi est admirabilior, quanto illorũ est impietas profundior, quã tu ita benignè sustines, ita toleras patiẽter. Re- H lucet autem eadẽ hæc misericordia tua, potissimũ in cœlo & beatis incolis eius: * veritas autẽ & fides tua totã replet terram, estq; altissima & excelsa, quasi vsq; ad nubes: quoniam tu veritatẽ & fidem seruas altissimã atq; certissimã, omnibus inhabitãtibus terrã, omnibus verax existes, & fidelis in omnibus verbis tuis. 6 Iustitia tua per quã vnicuiq; reddis secundũ opera, & per quã iudicas omnia, ipsa est alta nimis

* *vt inueniatur iniquitas eius, ad odium.*

3 *Verba oris eius, iniquitas & dolus:* Matth. 12 Lucæ 6

* *noluit intelligere vt beneageret.* 2. Timo. 4 Iob 21

4 *Iniquitatem meditatus est in cubili suo:*

* *astitit omni viæ nõ bonæ:* * *malitiam autẽ non odiuit.*

5 *Domine in cælo misericordia tua:*

* *& veritas tua vsq; ad nubes.* Psal. 144

6 *Iustitia tua, sicut mõtes Dei:*

firmáq; ſtabiliſsima & immobilis,ad modũ montiũ Dei, id eſt altiſsimorũ & immobiliũ,quã nemo poterit à rectitudine ſua in alterã partẽ deflectere: * iudicia autẽ tua,quibus omnia diſpẽſas,gubernas,& diiudicas,profunda ſunt& imperueſtigabilia,quæ nullus valeat humanus intellectus perſcrutãdo inuenire:quẽadmodũ abyſſus immẽſa,cuius profunditas cognoſci nõ poteſt. 7 Tu Domine ſecundũ occulta tua cõſilia atq; iudicia ſaluos facere decreuiſti,nõ ſolũ homines præcipuos,qui ſecundũ legẽ tuam vel ſcriptam,vel naturalẽ rationabiliter vt homines viuũt,te colẽtes, & tibi operibus bonis ſecundũ rationẽ & legẽ præſcriptã ſeruientes, verumetiam infimos & deſpectiſsimos hominũ,qui iumenta potius quã homines appellari meruerũt,aſsimilati per vitã irrationabilem iumẽtis irrationalibus,ſimilésq; facti equis & mulis,in quibus nõ eſt intellectus:cuiuſmodi populus gẽtiũ erat idololatrarũ,& peccatorũ omniũ carnaliũ,quorũ bonã partẽ à ſuis vitiis & irrationali vita conuerſam tu ſaluabis: *& in hoc mirabili opere miſericordiæ tuæ,ô bone Deus, quõ & quãtũ magnificaſti atq; glorificaſti ſanctã miſericordiã tuã.Nã quod etiã nos infimos & ſordidiſsimos peccatores dignatus es vocare & ſuſcipere ad gratiã atq; ſalutẽ, eſt hoc profectò maximæ & inæſtimabilis miſericordiæ certum iudiciũ. 8 Atq; ob hanc tuã præclarã miſericordiã,filij hominũ de ſua ſalute ſolliciti,& tibi ſeruire cupientes, ſpẽ ſuã cõſtituẽt in protectione tua,ſubq; alas miſericordiæ tuę velut ad tutiſsimũ refugiũ confugient,vt ſub eis foueantur in profectu ſpiritualiũ virtutum, & protegantur ab aduerſitate perſequentiũ. Nuſquã enim niſi ſub his tuis alis, tutũ eſt electis refugiũ. 9 Sub his autẽ alis tuæ miſericordię habitãtes,copioſè paſcẽtur atq; reficiẽtur de vbertate de abũdãtia, de pinguedine domus tuæ:*& tu Domine potabis eos atq; reficies de limpidiſsimo illo torrẽte iucũditatis tuæ: in hac quidẽ præſenti vita de pinguedine & torrẽte gratiæ ſpiritus ſancti,qua in Eccleſia ſancta reficiũtur, cõſolãtur & abundẽ implentur animæ fideliũ tuorũ:in futura autẽ patria, de illa abundantiſsima plenitudine omnis boni, qua ſatiantur oẽs beati,cũ apparuerit illis gloria tua. 10 Nã apud te ſiue tecũ, eſt fontalis origo omnis vitę:éſq; ipſe tu fontalis vena à qua omnis vita effluit, & à qua inceſſanter & indefícienter vita profluit atq; emanat in oẽs in quos volueris:atq; ob hoc,potens

iudicia tuæ abyſſus multa.

7 Homines & iumenta ſaluabis domine:

** quemadmodũ multiplicaſti miſericordiam tuã Deus.*

Pſalmo 48

Pſalmo 31

8 Filij autẽ hominum ſi tegmine alarum tuarũ ſperabunt.

9 Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ:

**& torrente voluptatis tuæ potabis eos.*

Pſalmo 16

10 Quoniã apud te eſt fons vitæ:

tens es voluptatem vitæ æternæ communicare filiis hominum:adhærentibus tibi,qui es vena aquarũ viuentiũ:*& in lumine tuo quod in nobis tu infundis,datur nobis videre & cognoſcere teipſum,qui es lumen increatum,infinitũ,& immenſum.Nam & nunc in via,quod te vtcũq; cognoſcimus per ſpeciẽ ex beneficio eſt tui luminis,ſiue naturalis,ſiue fidei,quod tu vtrunq; infundis in nobis.In patria autẽ,cum te facie ad faciẽ cõtuebimur,erit in nobis refulgentia gloriæ & claritatis tuæ,quã in nobis recipiemus tanquã in ſpeculo, qũ ad imaginẽ tuam transformabimur,à claritate vultus tui. 11 Oro autẽ te Domine,concludens meditationem hãc meam,vt miſericordiã tuam extẽdas ad illos omnes qui in te credunt,qui te per fidem cognoſcunt & ſciũt:*& iuſtitiam tuam exhibe ac prætende iis qui ſunt ſynceræ & bonæ voluntatis,è quorum numero me quoq; ex tua gratia vnum eſſe cõfido. 12 Ne autẽ vllum mihi miſericordiæ atq; iuſtitiæ tuæ eueniat impedimentũ,obſecro Domine,vt nõ patiaris in mẽtis elationẽ me incidere,& ſuperbiã in me venire,qua per præceps ferar in malũ,& dimouear à rectitudine ſtatus mei:* neq; permittas,vt peccatorũ potẽtia atq; poteſtas(ſiue diaboli,qui peccat ab initio,ſiue hominũ malorũ, qui imitantur illũ & ſunt ex parte illius)ſuis tentationibus & perſequutionibus,extra veritatis viã me pertrahant in deuia iniquitatis,& à ſoliditate virtutis dimouear in inſtabilitem peccati. 13 Neq; verò ſine cauſa eſt quod mihi metuo. Illic enim(id eſt:in ſuperbia & per ſuperbiam)ceciderunt omnes operarij iniquitatis:primum quidem ſpiritus magni qui per ſuperbiã corruerũt à ſublimitate cõditionis ſuæ, in infima baratri:deinde & omnes qui peccauerũt in hominibus,quoniã initiũ omnis peccati ſuperbia eſt.& per illã apoſtatare ſiue auerti à Deo:* per illam expulſi ſunt & eiecti à ſuis ſedibus(quæ illis præparatæ fuerant , ſi in ſuperbiã non fuiſſent elati)& non potuerũt perſtare in ea gloria in qua cõditi fuerãt ab initio,poſtquã veniſſet illis pes iſte ſuperbię: qui ſi illis nõ veniſſet,nunquam expulſi fuiſſent,ſed perſtitiſſent vſq; in hodiernum diem,& in ſeculum ſeculi.Atq; hãc ob cauſam,cupiens ego in perpetuum ſentire miſericordiã tuam,atq; in tua iuſtitia ſemper perſtare,meritò hoc à te omnipotẽte inſtãtia poſtulo,vt ab illo pede ſuperbię peſsimo,& peccatorum manibus,me cuſtodias in ſempiternum,Amen.

**& in lumine tuo videbimus lumẽ.* Hiere.17

1.Cor.13

2.Cor.3

*11 Prætende miſericordiam tuã ſciẽtibus te:*et iuſtitiã tuã his qui rẽcto ſunt corde.*

12 Non veniat mihi pes ſuperbiæ:& manus peccatoris nõ moueat me.*

Ioan.8

Ioan.3

13 Ibi cecidẽrũt, qui operantur iniquitatem:

Eccle.10

** expulſi ſunt,nec potuerunt ſtare.*

ANNO

ANNOTATIONES
in Psalmum trigesimumquintum.

VERSV primo, Dixit iniustus vt delinquat in semetipso. Iuxta sententiam in Elucidatione explanatam particula, in semetipso, copulari debet cum verbo primo loco posito, ad hunc modum, Dixit injustus in semetipso, vt delinquat. Videntur autem hoc enuntiandi modo significari illi qui peccant ex proposito cordis, ex peruersa & obstinata malitia. Nam qui ex infirmitate aut fragilitate peccant (quod est humanum) hi in semetipsis in spiritu, priusquam peccent, dicunt vt bene agant, id est, proponunt bene agere, tametsi obueniente tentatione, iuxta propositum non agant. Atque hi sanè, cum vt homines peccent, non penitus statim reprobantur à Deo, sed per pœnitentiam redeuntes post peccatum, recipiuntur & saluantur ab eo. Atque huiusmodi ex infirmitate, vel etiam ex ignorantia peccantes iumenta illa commodè intelligi possunt, de quibus fit mentio in versu septimo. Vt enim priorum illorum, propter obstinationem, insanabile peccatum est, & idcirco sub odio Dei sunt & reprobi: ita horum econtrario propter infirmitatem sanabile malum, neq; reprobi sunt à conspectu Domini, qui non solos agnoscit innocentes, verumetiam suscipit & saluat peccatores pœnitentes. Versu tertio, Cum dicitur, Verba oris impij, iniquitas & dolus, similis modus loquendi est, quo alibi de Deo dicitur, quòd opus eius sit confessio & magnificentia, id est, magnificum & confessione dignum. Et alio in loco, mandata eius dicuntur veritas & æquitas, id est, vera & æqua. Ita sanè & hoc in loco, verba impiorum dicuntur iniquitas & dolus, quoniam iniqua sunt & dolosa siue fraudulenta, impietate nimirum & fraudulentia plena. In secunda autem parte versus, verbum noluit, accipiatur non vt dicat meram negationem, quasi non voluit, sed potius contrarietatem, pro recusauit & voluntatem auertit. Nam obstinati illi in impietate sua (de quibus manifestum est hoc loco fieri sermonem) non solum non volunt intelligere quæ bona sunt, verumetiam recusant intelligere, & planè sua prava voluntate auertunt intellectum. Versu quinto, Domine in cælo misericordia tua. Ne discriminatim & diuisim rigas huius versus partes intelligas, quasi solum in cælo sit Dei misericordia, & veritas solum vsq; ad nubes. Nam & in cælo est veritas, & est in terris vsque ad nubes misericordia. Illo tamen distincto loquendi modo vti voluit Propheta, propterea quòd in cælo specialius relucet Dei misericordia, & vbique fidem & veritatem ipse custodit omnibus vbicunq; locorum fuerint, absque personarum acceptione: quemadmodum in Apostolicis actibus ait Petrus, In veritate (inquit) comperi, quia non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente, qui timet Deum & operatur iustitiã, acceptus est illi. Potest etiam per hanc distinctionem sermonis accipi tantũ superexcellentia Diuinæ misericordiæ, secũdum manifestationẽ & apparentiã: eò quòd multò maior appareat erga nos Dei misericordia, quã iustitia. Vnde in alio Psalmo dicitur, Miserationes eius super omnia opera eius. Et Iacobus Apostolus, in sua Canonica Epistola, Superexaltat (inquit) misericordia iudiciũ. Hanc autem præcellentiam misericordiæ cõuenienter accipimus, in eo quòd dicitur, misericordiã esse etiã in cælo, id est, pertingere vsq; in cælum, iustitiam autẽ vsq; ad nubes. Manifestum est enim, nubes sub cælis esse inferiores. Secundum veritatem tamen, & vsq; in cælum pertingit iustitia, & illic est: oportétq; eam æqualem esse cum misericordia, cum vtraque infinita sit, & æquè immensurabilis: cũ sint iustitia & misericordia Dei, vnus & idem ipse infinitus Deus & incõmensurabilis. Versu septimo, Homines & iumenta saluabis Domine. In Elucidatione spiritualiter quæ sint iumenta exposuimus. Non enim incongruum est neq; nouum in scripturis, vocari res illorũ nominibus quibus assimilantur secũdum aliquam proprietatẽ: quãdo & Christus, propter mansuetudinem & tolerantiam passionis, ouis vel agnus: propter fortitudinem atque victoriam, leo: propter firmitatem, petra inuenitur appellatus. Ita nihil incõueniẽs, si homines honorem sibi à Deo datum non intelligentes, ac seipsos iumentis insipientibus assimilantes, iumenta etiam appellentur. Quòd autem etiã iumenta huiusmodi velit saluare Dei misericordia, apertissimè testatur ipsa vox filij, dicentis in Euangelio, Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Quid enim hoc est aliud: quàm, Non solũ homines, verũetiam iumenta veni saluare? Nã publicani & peccatores (de quibus loquebatur Dominus) indubiè ex his iumẽtis erãt. Verùm hinc nemo ansam sumat erroris, nemo aliter quàm oportet ea quæ hic dicũtur de saluatione iumẽtorum

Psal.110 Psal.118 E F G

Act.10

Psalm.144 Iaco.2

Esa.53 Apoc.5 Ibidem. 1.Cor.10 Esa.8

Matth.9

torum intelligat: quasi dicere velit Propheta, æquè omnes à Deo salutem cõsequuturos, siue bonos siue malos: & tã esse vniuersalem Dei misericordiam, vt neminem sit repulsura
Matth.23 à salute æterna, in damnationẽ. Manifestè enim hoc aduersatur Euangelicæ doctrinæ, quæ bonos in vitã æternam docet ituros in die iudicij, malos verò in æternũ ignem. Non
Ioan.5 ergo illa est sententia Prophetæ, quòd vniuersaliter omnes etiam irrationabiliter & malè viuentes sit Deus in salutem æternã admissurus eos qui in morte & in die iudicij iumenta inuenti fuerint: sed hoc tantum vult sermo Propheticus, quòd multos peccatores in suis peccatis sordidos, à peccatis in hac vita saluos facit Deus & mundat: sicq; qui erant iumenta, homines facit, atq; in salutem æternam perducit. Possent tamẽ iumẽta ista intelligi corporaliter, irrationales bestiæ ac tunc verbum, saluabis, nõ debet accipi, vt solet in scripturis, pro saluatione iustorum, vel à peccatis, vel in vitam æternam. sed referri ad nutritionẽ, & sustentationẽ in sua essentia. Est enim tam magna Dei misericordia, vt non solũ hominibus quæ ad vitam sunt necessaria subministret, verùm etiam irrationalibus bestiis, & infimis animalibus: iuxta illud alterius Psalmi, Omnia à te expectant, vt des illis escam
Psalm.144 in tẽpore opportuno. Et iterum, Qui dat escam omni carni.
Psal.103 Verùm prior intelligentia magis videtur esse ex mente Psal-
Psalm.135 mographi. Versu eodem, Quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus. Istud legi potest diuisim, secundum sententiam à priori parte: vt sit admiratio quædam ex consideratione magnæ misericordiæ Dei. Et hãc sententiam in Elucidatione sequuti sumus. Cui etiã cõsentit beati Hieronymi ex Hebræo translatio, quæ sic habet, Quã pretiosa est misericordia tua, domine. Ad quem modum cõcorditer vertunt etiam cæteri ex Hebræo interpretes. Posset tamen iuxta nostram lectionem legi coniunctim cum priore parte, ad hunc sensum, Homines & iumenta saluabis dñe, secundum quod, vel iuxta quod multiplicasti seu magnificasti misericordiã tuam: hoc est, secũdum multitudinẽ, vel potius secundum magnitudinem aut magnificentiam misericordiæ tuæ. Versu nono. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Illud mirandum de libertate sanctarum scripturarum, quòd illis etiam vocabulis quæ apud homines vitiũ sonant & fœditatem, in rebus sacratissimis vtitur. Veluti cũ hîc inebriari

ri dicuntur sancti ab vbertate domus Dei, & cũ alibi satian- Psal.16
dum se dicit Propheta, apparente gloria domini. Manifestũ autem est, in huiusmodi sermonibus omnem crassitiẽ semoueri debere, nihilq; crassum, corporale, aut fœdum oportere intelligere. Inebriatio enim hoc in loco, sicut & illic satietas, nõ aliud quàm plenitudinẽ & perfectam abundantiam significat: quẽadmodum apud homines pleni sunt cibo aut potu absq; defectu, qui satiati sunt aut inebriati. Potest verò ista vbertas domus Dei, vel ad Ecclesiam militantem, vel ad triumphantem referri, quemadmodum & sequens particula de torrente voluptatis: quamuis magis videatur de Ecclesia triumphante sermo haberi. Quod autem torrẽs voluptatis dicitur quo potãtur sancti, satis illi cõsonat quod apud Ioan
nẽ de aqua spiritualis gratiæ dicitur, Omnis qui biberit ex Ioan.4
aqua hac, fiet in eo fons aquæ viuæ saliẽtis in vitam æternã. Non enim est aqua hæc stagnalis, sed impetu perpetuo illuc
reuertit vnde egreditur: iuxta illud, Ad locum vnde exeunt
flumina, reuertuntur. Quemadmodum enim aqua spiritua- Eccle.1
lis gratiæ à throno procedit omnipotentis, ita ad eundẽ magno impetu redire semper festinat, secum rapiens cor humanum, & cogitationes atque affectus illius: quemadmodum fluxus aquarum torrentis secum rapit folia, arenam, lapillos, atque alia quælibet, quæ forsitan fuerint immixta. Sed & in
Canticis de his aquis dicitur, quòd impetu fluũt de Libano: Cant.4
quod sanè ad torrentem spectat. Et quoniã nõ dedignantur sacræ literæ in rebus tam maximis, tam vilissimis vti vocabulis, illã æternæ beatitudinis sufficientiã ebrietatis & satietatis appellationibus significãtes, age & nos aliquantulum illam qualis & quanta sit futura, ex horũ consuetudine cõsideremus. & quãto seruis Dei sua sit ebrietas & satietas futura suauior, quàm huius seculi ebriosis aut voratoribus, paululum degustemus, siue potius delibemus. Primum quidem, illud sibi in magnã fœlicitatis partẽ reputant voratores & ebriosi huius seculi, si plurimum valeãt ingurgitare: & cum ingurgitauerint plurima, si nõ inde grauamen aut nocumẽtum persentiant: optarẽntq;, si fieri posset, perpetuò ingurgitare: & nunquã cibum ori abesse, potúmq; nunquam deesse gatturi, si capacitas ventris ita permitteret. Hinc & esuriem vehementer amant & sitim. Imò si fortè hæc non adsint pro voto, mille modis sibi procurãt vorandi aut potandi appetitum:

tum:nõ certè vt esuriant aut sitiant,sed vt cibum ori,aut potum gutturi cum delectatione immittere valeant. Dolent quoque & conqueruntur,non maiorem sibi ad edendum & bibendum esse appetitum. Deinde & illud eorum fœlicitatem perficit:si tam sint abundantes,vt quantũcunque ingurgitent,sciant nũquam sese defectum passuros. Alioqui non admodũ magnam adferret voluptatem hodie inebriari:aut satiari,cras verò penuriam pati. Est autem his considerationibus sanctorum in patria admodum beata futura satietas atque ebrietas. Semper enim mensæ illi beatissimæ in æternitate assidebunt,nunquam imperpetuum recedent à cõuiuio illo delitiosissimo,ad quod semel hi fuerint admissi,cõuiuio opulentissimo,vbi omniũ rerũ indeficiẽs est copia,vbi nihil non erit eorum quæ desiderari possunt,& tantum erit quantum desiderari potest: vbi perpetuò comedentes mel dulcissimum,& vinum electissimũ mulsumq;amabilissimũ perpetuò bibentes,nullum vnquam grauamen sustinebunt, nullam sentient aut repletionis aut tædij aut nauseæ molestiam. Neque metus nobis esse poterit,ne deficiat aliquãdo in quo reficiamur,mel videlicet ab ore,aut vinũ à gutture. Erit enim illic omnis boni indeficientia. At verò seculi voratores ac ebriosi,nõ perpetuò inducere possunt vel cibũ vel potum:sed cessare aliquando eos oportet à sua delectatione eámq; intermittere. Neque enim perpetuò comedere valẽt, vel perpetuò potare. Et quidem cum multum biberint, infirmãtur,& magno dolore nonnunquam torquẽtur:subinde etiam cum amaritudine euomere compulsi,quæ cũ modica delectatione fuerãt ingurgitata:& cũ in conuiuio aut cõpotatione ad diẽ sederint,fatigati cogũtur recedere, & somno sese dare:rationéq; ita destituuntur,& eius vsu priuantur,vt neq; proximos sibi,neq; etiã seipsos cognoscant: cum beati illi semper comedẽtes,sempérq; bibentes,absq; omni intermissione,nullo inde vel minimo incõmodo afficiantur: ita vt post mille annorũ millia,tã recẽs & tam plena sit illis futura suæ ebrietatis atque satietatis voluptas, quàm primo ipso momento,quo ad ea perfruendum fuerant admissi. Et licet semper ebrij, sempérq; saturi sint futuri,nunquã tamẽ impedientur à perfecta cognitione,imò visione aperta Dei, & rerum omniũ in eo contemplatione. Deniq; illud expẽde, quàm beatũ se putaret ebriosus quispiam,si illi liceret iuxta vas

vas maximum & indeficiens optimo liquore plenum perpetuò adiacere,absq; nocumento,sempérq; ex vasis plenitudine in guttur suum liquor optimus copiosè influeret, ipse verò nullum inde grauamen,nullam molestiam,nullam torquentem sentiret repletionem. Talis profectò erit beatorum ebrietas,& infinito quàm cogitari possit admirabilior. Hæc de sanctorum beata fœlicitate,ex vilissima secularium ebrietate,nos quidem prolixius forsitan quàm necesse erat deduximus. Te tamen quicunque huic annotationi lector obtigeris,putamus rectè facturum,si in istis ruminandis etiam longius diutiúsq; demoreris: vt vel ex parte aliqua,quãtum ex humanis rebus possunt capi cælestia, discas, quæ te maneant in futuro beata præmia. Versu decimo, Quoniam apud te est fons vitæ. Apud Deum esse fontem vitæ, idem est ac si dicatur,ipse est fons vitæ: quemadmodum & alibi, Apud dominum est misericordia,cùm ipse sit misericordia. Psal.129
Quod autem de lumine dicitur, In lumine tuo videbimus lumen:præter eam quæ in Elucidatione ponitur intelligentiam,potest etiam ita accipi,vt sit sensus,Teipsum,in teipso videbimus te,qui lumen es,videbimus in tuo lumine: in teipso,qui es lumen,aut in tua illuminatione. Te enim nos illuminante,ad tui cognitionem perfectam, tunc te videbimus. Sed & altiori adhuc contemplatione, ad patrem & filium distinctè ista referre possumus. Est enim filius lumen, est lumen & pater. Et quia de lumine quod est pater,procedit lumen quod est filius (nimirum lumen de lumine) idcirco hac ratione filius dici potest lumen patris. In tuo ergo consubstantiali lumine te videbimus, ô pater ingenite, ô lumen beatissimum, in tuo coæterno filio te videbimus, æternum patrem luminum. Nemo enim nouit te patrẽ,nisi Matth.11
tuus filius,& cui voluerit ille reuelare. Insuper & splendor Luc.10
est gloriæ,imago quoq;,figura,& character substantiæ tuæ. Hebr.1
Manifestum est autem, in imagine illud videri cuius est imago:potissimũ in tali imagine, quòd eandem habet cum eo,cuius est imago,substantiam.

TRIGESIMI SEXTI PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVS iste (vt alij nonnulli) secundum Alphabeti Hebraici literas contextus est,hac ratione,vt quælibet litera geminos complectatur versus:ita vt primus versus,Noli

æmulari, incipiat à litera Aleph: tertius, Spera in domino, à Beth: quintus, Reuela domino, à Daleth, atq; ita deinceps. Tractat autem totus ferè hic Psalmus discretionem malorum (qui plerunq; florent temporaliter, sed condemnabuntur æternaliter) & bonorum, qui nunc quidem despecti sunt plerunq; & egentes in hoc tempore, sed in venturo seculo æternæ fœlicitatis sunt hæreditate ditandi. Estque Psalmus vehementer consolatorius iustis, & impijs terribilis: quem quisquis legit, & sic legit vt intelligat, mirum, si temporalem prosperitatem, non dico, non appetat, non dico, pro nihiloducat, sed etiam si non abhorreat quodammodo & abominetur: huius verò temporis egestatem, paupertatem, & patientiam, mirum, si non solùm si non ferat, sed etiam si non desideret potius, & gaudenter amplexari quærat. Tanta ferè per vniuersum hunc Psalmum dicuntur, & iterum iterúmque replicantur de commutatione admirabili temporalis fœlicitatis in æternam miseriam, & temporalis miseriæ in æternam fœlicitatem. Súntque hæc eò magis terribilia, quòd per omnia eis subscribat, eáque confirmet Euangelicus sermo. Quid enim aliud sibi vult, quod saluator noster tonat in Euangelijs, Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestrã. Væ vobis qui saturati estis, quoniam esurietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Væ cùm benedixerint vobis omnes homines, &c. Iterum quid aliud sibi vult Euangelica parabola pauperis Lazari & diuitis epulonis? Quid sibi vult illa Abrahæ ad diuitem sermo, Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. Denique & illud quod Esaias multò ante prædixerat, Ecce serui mei comedent, & vos esurietis. Ecce serui mei bibent, & vos sitietis. Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini. Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis. nunquid aliam spectat sententiam, quàm eam quam totus hic Psalmus clamat, & iterum iterúmq; ingeminat? Proinde attentè admodum hic Psalmus legendus est, ijs potissimum ad consolationem, qui temporali egestate affliguntur: sed & illis ad salutarem timorem non minus intimè legendus atque intelligendus est, qui sibi vident seculi pompas, omnium rerum abundantiam, & temporalis omnes prosperitates vndiquaque affluere. Quoniam autem totus penè Psalmus continuato nexu super his atq; huiusmodi contextus est, speciali alio vel argumento vel epitomate mihi videtur non indigere. Nam attento seipsam clarè satis monstrabit consequutio ver-

Luc.6
Luc.16
Ibidem.
Esaiæ 65

versuum. Proinde, pro argumento hæc à nobis dicta sint satis. Tu verò nunc Prophetæ attende beatis sermonibus, vt consolationem spiritus aut salutarem cordis timorem, vitæq; institutionem inde percipias.

TRIGESIMI SEXTI PSALMI ELVCIDATIO.

NOLI, quisquis iustitiam diligis, æmulationem tuam apponere ad malignantes, neque zelum tuum apponas ad operarios iniquitatis: noli indignari, noli conturbari, si in hoc mundo eos videas temporali prosperitate, & omnium rerum bono successu florentes, noli illis inuidere temporalem suam fœlicitatem, neque commoueris intra temetipsum, vt illos imitari aliquando velis, dicens cum impiis in corde tuo: Ex quo cœpi seruire domino, apprehenderũt me multa mala: volo proinde similis fieri peccatoribus, vt possim cum illis & ipse temporalibus frui prosperitatibus. Sed neq; indignatione moueris, vel contra ipsos impios florentes, vel contra dominum ita res humanas dispensantem. Ne (inquam) hisce modis æmulatione aut zelo in illorum prosperitatibus commoueris. 2 Verè enim non nisi vanitas est illa apparens eorum fœlicitas, neque vllam habet stabilem durationem: sed quemadmodum gramen virens non diu suum virorem obtinet, breui exiccandum: ita & ipsi qui nunc virere & florere conspiciuntur, secundum seculum mundi huius, breui & citius quàm quis credat, suo priuabuntur virore: * & quemadmodum herbæ latis foliis pulchrè virentes ad tempus aliquantulum, breui intereunt, dum aut abscinduntur, aut flaccescunt & arescunt folis defectu, ita illi breui decident ab omni ornatu suo, in quo nunc gloriantur. Quomodo enim exardescente Sole exarescit gramen, & decidit flos eius, ita & diues marcescit in itineribus suis. 3 Tu verò qui iustitiam diligis, noli ad illorum attendere temporalem fœlicitatem, neque assimilari cupias illis: sed studiosus esto, vt in domino Deo totam spem tuam constituas, inque eum sollicitudinem tuam omnem proiicias: sperans autem in domino, studiosè operare opera illius, & quæ bona cognoueris, ea perficere sedulò contendas: * sic autem in Domino sperans,

1 *Noli æmulari in malignãtibus: neque zelaueris facientes iniquitatem.*
2 *Quoniã tanquã fœnũ velociter arescent:*
** & quemadmodũ olera herbarũ cito decidẽt.*
3 *Spera in domino: & fac bonitatem.* Iaco.1
1.Petr.5
** & inhabita terrã, et pascerisẽ di uitijs eius.*

& bonis operibus intentus, inhabita cum fiducia (vt peregrinus tamen & aduena) super terram istam, in qua te domi A
Psal.38 nus posuit, vsq; ad tempus translationis tuæ, donec illi erit placitum peregrinandi tibi tempus concedere: & copiosè sustentaberis ex fœcunditate eius & abundantia fructuũ, quos
Matt.6 ad sufficientiam producit omnibus mortalibus. Qui enim volucres cæli pascit, ipse etiam te indubiè pascet seruiẽtem & fidentem sibi: licet forsitan non ita delicatè, vt impij illi florentes in seculo inebriantur, satiantur, & delitiantur in voluptatibus suis. 4 Sit tibi studium delectari in domino Deo tuo, ipse sit tuum gaudium, ipse tuæ delitiæ: vt nunquã in vlla re, nisi in eo, & secundum eum delecteris, & ipse sit omnis tui gaudij oblectationisq; principium, & regula: * & si autem fideliter hoc obseruaueris, quæcunq; petieris in nomine ipsius, quæ tibi verè fuerint salutaria atque vtilia, dabuntur tibi ab eo, qui omnibus in fide firma nihil hæsitãdo petentibus præbet affluenter, & non improperat. 5 Manifestas fac domino vias tuas, & coram illo aperi consilia tua omnia, & actiones tuas illi propone atq; commẽda, tanquã optimo, fidelissimo & securissimo consiliario: & ab eo peter, vt vias tuas dirigat atq; consilia tua: nihilq; illum celes omnium cõsiliorum tuorum, quin os eius semper interroges, auxiliúmq; implores: quod cùm feceris, esto securus, & fideter spera in illum: * ipse enim pro te, rerum sibi cõmissarum curam solicitam geret, & ipse perficiet atq; adimplebit pro te, quæ tuipse per te nunquam proprio consilio vel propriæ prudentiæ innixus potuisses expectare. Est enim ipse nobis infinito & potentior, vt valeat, & sapientior vt sciat, & melior vt velit perficere quæcunq; nobis sunt ad salutem necessaria: & (quod super omnia est) cum tanta potentia & sapientia, nostri etiam est quàm simus nosinetipsi multò amãtior: & pro iis quæ nobis salutaria sunt, ipse nobis est multò solicitior. 6 Si verò teipsum ita illi toto corde commendaueris, ipse suæ gratiæ cooperatione exurgere & effulgere faciet iustitiam tuam: id est, omnis virtutis in te perfectionẽ, quasi lumen præclarum: * & iudicium tuum, id est, rectitudinem & æquitatem tuam faciet exoriri & effulgere, quasi lumen meridiei clarissimum: ita vt non solùm tuipse totus ab eo illumineris, verumetiam vt luceat lumen perfectionis tuæ coram hominibus, vt videant bona opera iustitiæ tuæ

*4 Delectare in domino: * & dabit tibi petitiones cordis tui.*
Ioan.16
Iaco.1
5 Revela domino viam tuã, & spera in eo:
Tob.4
** & ipse faciet.*
*6 Et educet quasi lumẽ iustitiã tuã: * & iudiciũ tuũ tanquã meridiem.*
Matth.5

tuæ, & glorificent patrem qui in cælis est: valeántque & ipsi aliqua ex parte ambulare in lumine tuo, exemplum imitantes tuæ iustitiæ, quomodo in lumine meridiano tutò solent homines ambulare: * tu verò subde teipsum domino, sub potenti manu eius te humilians, patientérq; ferẽs quicquid ille immiserit, & quicquid de te disposuerit, nihil remurmurans: in humilitate hac tua instanter eum orans, vt tecum faciat iuxta sanctissimam voluntatem suam in omnibus, vtq; te in bono confirmet atque promoueat. 7 Iterum dico ac moneo, quisquis iustitiam diligis, ne æmulationem tuam apponas ad homines impios, qui prosperantur in viis suis malis, in viis huius seculi, aduersum homines, qui per opera iniustitiæ subleuantur ad florem & gloriam huius mundi. 8 Caue indigneris aut conturberis super fœlicitate tẽporaD li illorum, & noli contra illos sic de causa exacerbari animo aut inuidentia stimulari: * noli ad illos sic tuam æmulationem apponere, vt respectu & intuitu temporariæ huius & momentaneæ prosperitatis teipsum illis velis assimilari ad malefaciendum, quo per fas & nefas (vt illi faciunt) tibi comparare possis similia. * Neque ita etiam contra illorum fœlicitatem indigneris, vt propter hoc tu malè agas, aut Deum offendas: quemadmodum nonnulli faciunt, qui cùm bonos vident affligi & penuriam pati, malos autem abundare & florere, Deum quasi rerum humanarum nõ bonum dispensatorem, blasphemant. 9 Noli (inquam) ita conturbari ad malè agendum, quoniam omnes malè agẽtes, in perditionem sempiternam cõdemnabuntur: * illi autem qui in humilitate & patientia dominũ expectant, illius iudicia nõ discernentes, in omnibus bene contenti quæcũq; ille disposuerit, illi toto corde fidentes, ipsi sunt qui hæreditate possidebunt terrã viuẽtium, eámq; inhabitabunt in sempiternum, in qua reges etiam sunt futuri. 10 Vis autem cognoscere, cuiusmodi sit flos ille prosperitatis impiorum? Ecce paululum sustine, expecta tẽpus modicũ, & videbis ante oculos tuos, quomodo per mortẽ deperdet peccator omnia, ita vt qui prius in impietate sua florere videbatur in maxima F gloria, per mortẽ velociter, & admodum citò ad nõ esse deueniat: * adeò vt si quæsieris locum eius, vbinam sit qui antè paululum tam glorioſus extiterat, nõ queas vlrà illũ inuenire, quoniã morte absumptus est. 11 Qui verò mites sunt,

** subditus esto domino, & ora eum.*
2.Pet.5
7 Noli æmulari in eo q̃ prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias.
*8 Desine ab ira, & derelinque furorẽ: * noli æmulari vt maligneris.*
*9 Quoniam q̃ malignãtur, exterminabũtur: * sustinẽtes autẽ dominum, ipsi hæreditabunt terram.*
Apoc.22
*10 Et adhuc pusillũ & non erit peccator: * et quæres locũ eius, & nõ inuenies.*
11 Mãsueti autẽ hæreditabũt terrã,

& humiles corde, in patientia & benefactis Deo cõmendantes animas suas, ipsi sunt qui hæreditate possidebũt terram: & hanc quidem corporeã, donec placitum erit altissimo, in ea habitãdo, & ex ea quantũ sat erit accipiẽdo: pòst verò, terram illam æternaliter viuentiũ, quã expectãt omnes animæ iustæ: * & veram accipient delectationem in abundantia pacis, in requie & tranquillitate animarũ suarum: quam inueniunt, quicũq; mites sunt, & humiles corde. Iusti enim & in hac vita pacẽ habẽt cordis, & plus veræ delectationis, quàm habere possunt impij in omni prosperitate sua: cùm nõ possit pax esse impiis, neq; proinde vera vlla ac solida delectatio. 12 Laborãt quidem impij modis omnibus, vt noceant iustis, & attẽtè obseruãt illos: vt occasionem captãtes, & ansam aliquã inuenire desiderãtes, ad inferẽdum eis nocumẽtum: * & præ nimia ira, indignatione, atq; inuidia, etiã dentibus stridebũt cõtra eos, vel in signũ consummatæ aduersus illos indignationis, vel præ cupiditate nocendi, eò quòd pro voto & desiderio suo nõ satis valeant nocere. 13 Dominus vero, qui de cælo prospicit super filios hominũ, ipse miseros illos frustra molientes in perniciem animæ suæ, pro nihilo ducit, & tanquã irridet vanos conatus eorũ: videns illos tam multum male cupere iustis, & tam minimũ posse: * prospicit enim Dominus, quòd vẽtura sit dies vltionis aduersum illos, qui nunc proximis suis cogitãt malum: quãdo in eos omnis hæc iniqua cogitatio & machinatio retorquebitur, illi autẽ aduersus quos frustra machinati fuerãt, absque omni nocumento apparebunt. 14 Parauerunt se quidem impij ad oppressionẽ iustorum, omni vi & virtute qua potuerunt, arma sumẽtes ad eam rem accõmoda, gladios videlicet euaginantes, & arcus intẽdentes, tanquã mox ferire parati: & omnem armorũ suorũ virtutem aduersus iustos apparauerũt. 15 Ad hoc vt humiles spiritu, & sanctos Dei, mundo despectos (qui omnis auxilij humani ope destituti in solo Deo habẽt fiduciam) deciperẽt, & in mortẽ cautè præcipitarent, prius etiam quàm ipsi percipiãt. Nam qui gladiũ euaginatum tenet, facile simplicem etiã ignorãtem & inaduertentẽ perimet: * & vt crudeliter per malitiã trucident atq; perimant innocentes, quibus nulla est in corde iniquitas. 16 Verùm ex diuinæ iustitiæ dispositiõe eueniet in vltionẽ impietatis eorũ, vt mors illa quã innocẽtibus parauerant, ad ipsosmet voluatur impi

& delectabunt in multitudine pacis.

Matth. 11
Esaiæ 57

12 *Obseruabit peccator iustum: * et stridebit super eũ dentibus suis.*

Psal. 13

23 *Dominus autẽ irridebit eũ: * quoniam prospicit, quòd veniet dies eius.*

14 *Gladiũ euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum.*

15 *Vt decipiant pauperem & inopẽ: * vt trucidẽt rectos corde.*

16 *Gladius eorum intret in corda ipsorum,*

impios, qui aliis eam fuerant meditati: imò hoc ipso quòd in alios gladiũ parant, & mortẽ meditantur, seipsos crudeliter in anima perimunt, prius quàm reipsa vllũ intulerint iustis nocumentũ: * & arcus eorum, hoc est, omnis eorũ virtus & potestas qua bonis nocere cogitauerant, diuinæ iustitiæ dispositione, non habebit fortitudinem: euacuabitúrq; praua eorũ machinatio, & Deo impediente ad effectum nõ pertinget. 17 Illud autẽ certissimũ ac verissimũ verbũ est, ac iustis in mediocritate vel etiã tenuitate rerũ temporaliũ viuentibus admodũ consolatorium, longè melius esse, salubriúsq;, ac beatius homini iusto, modicũ illud quod ei obtigerit cum iustitia, quantũcunq; tandem tenuissimũ vel minimũ fuerit, quàm sint peccatoribus multæ ac magnę ipsorum diuitiæ & amplæ possessiones cum iniquitate coaceruatæ, aut in peccato possessæ. Longè nanq; quietius & melius vir iustus sua mediocritate cõtentus viuit, quàm peccatores in abundantia diuitiarũ suarũ. Et multò præstat, paupertatem nunc vel mediocrẽ vitã degere in iustitia, cũ spe futuri regni, quã nunc in iniquitate diuitẽ, in expectatione æterni supplicij. 18 Tametsi enim nunc videntur ad tẽpus terribiles in potentia diuitiarũ suarũ impij: futurũ est tamẽ breui, vt fortitudo eorum omnis conteratur & consumatur: neq; quod valere modo videntur, valebunt in perpetuũ: * iustos aũt Dominus corroborat, cõfortat, & cõfirmat in omni bono, vt nunquã à spirituali sua fortitudine deficiant. 19 Nouit Dominus, & quasi descriptũ habet in scientia prædestinationis suæ numerũ dierũ vitę hominũ bonorũ, qui nunc cõuersantur sine macula: & vniuscuiusq; eorũ dies, quibus victurus est super terrã, oẽs apud Dñm numerati sunt: neq; cõstitutũ à Deo tẽpus vitæ ipsorũ, vlla humana potẽtia poterit anteuertere: atq; ob hoc, qui in Dño sperãt, metuere nõ debẽt impiorũ potẽtiã: * hereditas quoq; illa vẽtura vitę ęternę in terra viuẽtiũ, perdurabit illis in sempiternũ, nũquã ab eis auferẽda, vbi semel ad eã possidẽdã fuerint admissi. Atq; ob hoc cõturbari nõ debẽt, si tẽporaria prosperitate permittat Deus florere impios, ipsis nũc in hoc tẽpore egẽtibus. Seruãtur eñ ad meliora gaudia, vt illi ad pessima supplicia. 20 In diæ iræ, calamitatis, & miseriæ, in tẽpore quãdo malè erit omnibus operariis iniquitatis, nõ malè sentiẽt cũ impiis, neq; participes erunt confusionis illorũ: * & in tẽpore illo quãdo

17 *Melius est modicũ iusto, super diuitias peccatorum multas.*

18 *Quoniã brachia peccatorũ conterentur: * confirmat autẽ iustos Dominus.*

19 *Nouit Dominus dies immaculatorum: * & hæreditas eorũ in æternũ erit.*

Matth. 25
Sopho. 1

20 *Nõ confundẽtur in tempore malo: * & in diebus famis saturabũtur.*

Esaiæ 65 fame æterna cruciabuntur impij, comedent, & satiabuntur
satietate perpetua sancti. Quapropter æquo animo ferre debent iusti, si in aliquãto honore & qualibuscũq; deliciis nũc
florere permittãtur impij, ipsi verò despectiores nũc sint, eslu-
Lucæ 17 riémq; & egestatẽ patiantur. Vult enim hoc diuinæ iustitiæ
prouida ac iustissima dispensatio, vt ij qui nunc in vita sua
bona recipiunt, in venturo seculo recipiant mala: ecõtrario
quia peccatores peribunt. autẽ qui nunc mala, illic bona: * peccatores enim pro modico flore & breui gaudio, in perditionẽ æternã condẽnabuntur. 21 Ita quidem iusti amici & serui Dei honorabuntur &
21 Inimici verò Domini mox vt honorificati fuerint & exaltati, deficiẽtes quẽadmodũ fumus deficiẽt. glorificabuntur in diebus æternitatis. At verò exaduerso impij, inimici Domini, & serui Diaboli, nõ perstabũt in gloria
sua: sed mox vbi honoribus ac diuitiis exaltati fuerint, post
paululum subitò deficient, quemadmodũ fumus subitò euanescit & auolat: neq; relinquent vel vllum suæ gloriæ vestigium, cum prorsus in cinerem redigentur & puluerem, &
omnis ornatus auferetur ab eis. 22 Et vt etiam, quantum
ad huius vitæ tempus aliquã faciamus comparationẽ, illud
ante oculos quotidie cernimus, homines iustos in sua mediocritate multò magis esse liberales, & sibi atq; etiam aliis
sufficientes ad bene faciendum, quàm sint impij homines in
omni abundantia sua. Vidimus enim nõnunquã peccatores
etiã ea quæ mutuo accipiunt ab aliis, nolle reddere aut per-
soluere, propter malitiã & auaritiã, etiãsi plurimũ abundẽt,
Tobi. 4 & sine incõmodo id possint: sicq; auare non solum sua non
communicant, sed aliena insuper per rapinam occupant, frequenter etiam mercedes operariorum suorum, & deposita
iustus autem miseretur, & tribuet. pupillorũ detinentes: * iustus verò non solum alienum non
retinet, verũetiam de eo quod habet, misericorditer impartitur iis quos viderit pati egestatẽ, iuxta conditionẽ facultatis suæ. Est enim vt potuerit, misericors. Et quidẽ si abundanter illi fuerit, tribuit abundanter: si verò exiguũ, & hoc C
ipsum libenter impartiri studet. Sed etsi à quopiam ministerij, obsequij, aut cõmodi quicquam acceperit, pro sua facultate retributionem aliquam facere satagit. Vsq; adeò ditior
est iusti mediocritas, quàm impij abundantia: & sufficien-
23 Quia benedicentes ei hæreditabunt terrã: tius est modicũ iusto, quã impio sua plurima. 23 Et quidẽ
benedicentes Dominũ serui ipsius, qui illũ cordis affectu &
ore simul & opere benedicunt atq; glorificant, hæreditate
possidebunt terrã: de hac crassa ac tẽporali, ad æternã facturi
transi

transitum, vnde nunquam expellentur: * impij verò qui affectus sui impietate, oris blasphemia, & cõuersationis fœditate maledicunt Dominum, ipsi mittentur in perditionẽ & in-
teritum sempiternũ. 24 Gressus viri iusti apud Dominum
diriguntur, & ab eo in via recta bene instituuntur, vt nõ am
bulet per deuia, neq; declinet ad dexteram vel ad sinistram:
* & viam eius bonam, per quam ambulat, habebit beneplacitam, cõplacebitq; sibi in via eius. Nouit enim Dominus,
D & amat viam hominum iustorũ. 25 Si quando contigerit
vt ex humana fragilitate ad casum declinet, prẽseruatus erit
ne collidatur siue cõfringatur, vt nõ omnino cadat ad mor-
tem: atq; etiãsi iam cecidisse contigerit, nõ erit tamen ei ad
mortem & læsionem irrecuperabilem, sed quantocyus resti-
tuetur in statum pristinum: * Dominus enim illũ præseruat
ad modũ eius qui manum supponit: vel ei qui iam casurus,
erat, vt casum impediat: vel ei qui iam ciderat, vt ipsum à
casu eleuet. Sic enim per manum suã benignã, per suã poten
tiam benignissimã, iustos Dominus, cũ in discrimen lapsus
veniunt, sustentat gratia sua, ne cadant: atq; etiã si cecidisse
contigerit, ex humana fragilitate vel superueniente abun-
dantia malitiæ, rursum gratia sua erigit iacẽtes per pœnitẽtiã. 26 Neq; in spiritualibus solũ prouidet suis Deus, verũ-
etiã in corporeis necessitatibus ad sufficientiã: id quod ego
per experientiã longã manifestè didici. Fui enim ego puer
aliquãdo, & adolescens ac iuuenis, ac nũc in ætate prouecta
viuo senex: & nõ vidi ego toto hoc tempore vitæ meæ virũ
iustum, quem Deus destituisset omnibus vitę necessariis: cui
E non tantũ ipse subministraret de cibis corporeis, quantum
erat ad vitam sustentandã necessarium: * neq; filios iustorũ
vidi prorsus deficientes nutrimento, sicq; alimenta requirẽtes, vt inuenire non possent quæ vitæ sustentandæ sufficerent. 27 Imò verò iugiter ad omnem occasionẽ, vbi poterunt, & quantũ poterũt, viri iusti aliorũ quoq; miseriis & in-
digentiis student succurrere, nunc sua misericorditer egenti
bus impartiendo, nunc iis qui egestatẽ patiũtur mutuũ dan-
do absq; fœnore, nihil inde sperando: * & semen ipsorũ, filij
ac filiæ qui iustitiæ & misericordiæ paternæ fuerint imita-
tores, benedicẽtur à Dño in benedictionibus gratię sanctę.
28 Tu quisquis diligis iustitiã, nihil metuas, neq; cõturberis
de vlla re, neq; metuas quicquã: tantũ fuge malitiã, & secta-

**maledicẽtes autem ei dispẽribunt.*
24 *Apud Dominum gressus hominis diriget ur:* Psalmo 1
** & viam eius volet.*
25 *Cum ceciderit, non collidetur:*
** quia Dominus supponit manũ suam.*
26 *Iunior fui, etenim senui: & nõ vidi iustum derelictum:*
**nec semen eius quærẽs panem.*
27 *Tota die miseretur et commodat:* Lucæ 6
** & semen illius in benedictione erit.*
28 *Declina à malo, & fac bonum:*

*& inhabita in seculũ seculi.

29 Quia Dominus amat iudicium: * & non derelinquet sanctos suos: in æternum cõseruabuntur.

30 Iniusti punientur: * & semen impiorum peribit.

Apoca. 22

31 Iusti autem hæreditabunt terram: * & inhabitabunt in seculum seculi super eam.

Colos. 1

32 Os iusti meditabitur sapientiam:

Matth. 12

Lucæ 6

* & lingua eius loquetur iudicium.

re bonitatẽ: * atq; securus inhabitabis apud Dominũ in domo eius in æternũ: primũ hic quidem super terrã, donec illi erit placitũ: deinde in seculo vẽturo, in terra viuẽtiũ. 29 Diligit enim Dominus per rectitudinem iustitiæ: & omnes qui secundũ iustitiã & æquitatẽ conuersantur, cũ iudicio mala declinãtes, & faciẽtes bona, ipse gratos habet & acceptabiles: * eósq; qui ita sibi seruierint, ipse nõ derelinquet in finẽ, P tametiũ ad tẽpus nõnunquã videatur illos relinquere: imò in sempiternũ custodiet, conseruabit, & saluabit eos ab omni malo, in regno pacis suæ. 30 Homines impij pœnas luẽt de sua impietate in æternis cruciatibus: * filij quoq; & filię eorũ, qui imitatores sese præstiterint paternæ iniustitiæ, simili perditione interibunt cum illis. 31 Iusti verò cũ semine suo (quẽadmodũ sæpè iam diximus) hæreditate possidebũt terram: * & inhabitabũt super eã in ęternitate. Erũt enim reges in terra viuẽtiũ, & cũ suo rege (cui in hac vita seruierũt) dominabũtur super eã in secula. 32 Vir iustus meditatur cũ sollicitudine, vt loquatur verba sapiẽtiæ per os suũ: curabitq; vt sermo quẽ profert, semper in gratia sit sale cõditus, vt prosit audiẽtibus: * & per linguã suã ipse loquetur quod rectũ ac iustũ est: cũ ecõtrario impius meditetur insipiẽtiã & iniquitatẽ, quæ nihil valẽt proficere audiẽtibus. 33 Neq; verò in G ore solũ & lingua vir iustus quę recta sunt & iusta loquitur, sed intus etiã in medio cordis legẽ Dei sui semper portat abscõditã: & ita quicquid foris per linguã eloquitur, de bono thesauro qui intus est profert: * & qm̃ sic in corde semper legẽ Dei gestat, ita fiet, vt nõ valeat supplãtari, prosterni, & ad casum inclinari in gressibus suis. Qui enim legẽ Dei in corde iugiter gestant abscõditã, illiq; attendũt, & cũ illa cõfabulantur interius, non facilè possunt in lapsum præcipitari: neq; facilè vlla inimici vel violẽtia vel fraudulẽtia possunt à recto dimoueri: quẽadmodũ ecõtrario impij (qui legẽ Dei in corde nõ portãt, sed impia sua desideria reuoluunt) in oẽs vias malas & omnia peccata sunt faciles. 34 Cõsiderant & obseruant impij iustos, propter irã & inuidiã occasionẽ quærentes & opportunitatẽ, vt eis noceant: * imò siquando offeratur opportunitas, conantur etiã morte afficere innoxios.

33 *Lex Dei eius in corde ipsius: * & non supplantabuntur gressus eius.*

34 *Considerat peccator iustum: * & quærit mortificare eum.*

35 Domi

35 Dominus tamẽ (cui cura est de iustis in se sperantibus) nõ permittet illis potestatem contra seruos suos faciendi quæ H cogitauerint aut voluerint, sed per auxiliũ suũ saluos faciet eos: * & cum iudicabitur aduersus illos impios, cum à Deo proferetur contra illos iudicium vltionis, non eandem condemnationis sententiam accipient iusti, neque pariter cum illis hos damnabit Deus, sed aliam longè sententiam profe- ret erga eos, pacis & beatitudinis æternæ. 36 Sustine tu Dominum, quisquis iustitiam diligis in humilitate & patiẽtia, totum te illius voluntati submittens & cõmittens, quicquid ex illius voluntate tibi acciderit, patiẽti ac grato animo suscipiens, nihilq; obmurmurãs, & viam mandatorũ Dei diligenter obserua: * si ita nũc te humiliaueris sub potenti manu eius, indubiè magnificabit, glorificabit, & exaltabit te in die visitationis & retributionis: ita vt accipias terram viuẽtium in possessionẽ hæreditariam & sempiternã in qua victurus sis pariter & regnaturus imperpetuum. Omnis enim qui se nũc humiliat, exaltabitur: * & si fortè id creditu difficile videatur, propterea quòd florere cõspiciantur impij, despectis iustis in humilitate & patiẽtia sua: expecta paululũ, & crede interim, donec post modicũ oculis tuis videas, cum A in perditionem missi fuerint iniqui. 37 Vidi ego nonnunquam in hoc seculo, supra modũ magnificatos & glorioſos in honoribus, diuitiis, fortitudine, & potestate magna, ad quam altitudinẽ per iniquitatem conscenderant: * vidi (inquam) illos non solum re, sed etiam corde vehemẽter eleuatos, & superbos extento collo in magna pompa gradientes, ad modũ cedrorũ Libani, quæ & proceræ sunt, & altissimæ staturæ, pulchríq; viroris. 38 Transiui ego, mecũ admirans huiusce modi magnitudinẽ & celsitudinẽ: & post paululum vbi transissem, mox disparebat omnis illa pompa & celsitudo, quæ prius visa fuerat: neq; iam apparebant vsquam loco rum, qui antè paululũ ita magnificos sese exhibuerant triũphatores: * quæsiui eos, & consideraui diligenter, quidnam actum esset de eis, aut vbi remansissent illi tam floridi, tam glorioſi: & nemo commõstrare potuit, sed prorsus vt fumus euanuerant cum omni gloria sua, quasi non fuissent: iámq; in perditionẽ fuerant abiecti, vnde nunquam sunt imperpetuum redituri. 39 Tu itaque horum fœlicitate sic transitoria nihil cõmotus, cura semper quo ad potes, vt innocens sis imma

35 *Domin autem non derelinquet eum in manibus eius:*

* *nec damnabit eum, cum iudicabitur illi.*

36 *Expecta Dominum, custodi viam eius:*

1. Pet. 5

Lucæ 14

*& exaltabit te, vt hæreditate capias terram:

* *cum perierint peccatores, videbis.*

37 *Vidi impium superexaltatum:*

* & eleuatum sicut cedros libani.

38 *Et transiui, & ecce non erat:*

* *quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.*

39 *Custodi innocentiã,*

& vide æquitatem.

* quoniam sūt reliquiæ homini pacifico.

40 Iniusti autem dispe ribunt:
*simul reliquiæ impiorum interibunt:

41 Salus autem iustorū à domino:
* & protector eorū in tempore tribulationis.

42 Et adiuuabit eos dominus, & liberabit eos, & eruet à peccatoribꝰ: & saluabit eos, quia speraverunt in eo.

Lucæ 12
Matth. 10

immaculatus ante dominū Deū tuū, & attēde ad iustitiæ rectitudinē, vt in ea permaneas, eā i omnibus cogitationibus, affectionibus, sermonibus, & operibus sollicitè custodiēs, ne vnquā cōtra illam agas: * hominibus enim pacificis, qui nūc ita per iustitiā pacē sectantur, erūt reliquiæ pretiosæ: & nouissima eorum erunt optima atq; fœliciſsima, tametsi nunc modica admodum videantur prosperitate gaudere, sed magis aduersis affligi. 40 Impij autem post modicū floré, & momentaneum quod delectat, pariter omnes in perditionē mittentur, proiicientúrq; in ignis æterni cruciatū, nec apparebunt in numero aut præmio sanctorum: * neq; illis tales erunt post mortē reliquiæ quales sunt iustis, neque erunt nouissima horum illis similia: omnes enim impiorū reliquiæ simul cum ipsis interibūt: id est, ex omni prosperitate qua in hoc mundo freti sunt, nihil eis erit post hanc vitā reliquum, nisi mors tātum & interitus sempiternus: sicq; eorū reliquiæ disperibunt, quia nullæ erunt, quemadmodū iustorum seruabuntur reliquiæ, quoniam pretiosæ sunt futuræ. 41 Salus verò iustorū à domino Deo est, qui eos secundū suā voluntatem saluos facit, & temporaliter, quādo & quantum voluerit de manibus impiorū, & vniuersaliter, à damnatione mortis æternæ: * & ipse est defensor atque propugnator illorum, quoties tribulatio aliqua & persequutio eis obuenerit: quo protegente, & sua gratia assistente, seruātur ab omni malo. 42. Ipse eos adiuuabit auxilio suæ protectionis, & per gratiā suā eos pro suo placito liberabit, eripiétq; eos de manu peccatorū, & saluos eos faciet: quoniā spem suā omnē in ipso fidēti corde collocauerūt, ac proinde (quoniā fidelis est) commissos sibi nequaquā patietur in perditionē abire. Quanquā enim sanctorū suorū corpora & facultates & huiusmodi permittat Deus nonnunquam in potestatem venire impiis, vt ea diripiant, & interficiant pro suo placito: animā tamē non illis concedit posse occidere, quę est hominis pars præcipua: quā ipse suscipit in sinum suū, cum iustorū occiduntur corpora: sed neq; corpus illis annihilare datū est, quod suis seruis iterum restituet in die retributionis in gloria cælesti, Amē.

ANNOTATIONES IN *Psalmum trigesimumsextum.*

VERSV primo. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris, &c. In Græco (vnde Psalterium nostri vsus transl

translatum est) in priori parte habetur μὴ παραζήλου quod significat, Ne ad zelum, ad indignationē, ad iracundiā prouoceris, vel ne irriteris. Nam παραζηλόω: significat ad zelum prouocare, siue irritare, siue excitare: quod vocabulum Paulus Apostolus in Epistola ad Romanos, aliquoties vsurpat, primum quidem cap. x. allegans illud ex cātico Moysi, Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, &c. Deinde, cap. x i. cum ait, Honorificabo ministeriū meū, si quo modo tandē ad æmulandū prouocem carnē meam. In vtroque enim horum locorū, supradictum vocabulum in Græcis habetur. Et quia zelus plura significat, hinc fit, vt vtraq; huius versiculi pars multiplicē simul includat intelligentiā. Significat enim zelus feruorem iræ vel indignationis vel inuidię, vel ardentem affectum ad rem aliquam: quemadmodū cum Apostolus ait, Aemulor enim vos Dei æmulatione: siue ad aliquem diligendum, siue etiam ad imitandum & assimilandum: quæ omnia proposito huic accōmoda, breuiter in Elucidatione attacta per seipsum occasione data sapiens ac prudēs lector plenius poterit intelligere. Nos, breuitatis causa, singula persequi omittimus. Versu tertio, Spera in domino, & fac bonitatē, & inhabita terrā, & pasceris in diuitiis eius. Frequenter admodū in hoc Psalmo mētio fit de terra à sanctis hæreditāda atq; inhabitāda, atq; etiā in regnum eis subigēda, cum econtrario dicantur impij eam nō possessuri hæreditatē, neq; inhabitaturi, multò minus super eā regnaturi. Quibus pulchrè admodum respondet, quod à domino in promissione beatitudinū dicitur, Beati mites, quoniā ipsi possidebunt terrā. Nos in Elucidatione vbiq; terram hanc, partim ad istam corpoream retulimus, in qua sancti, quādiu placitū est altissimo, in pace cordis viuunt, contenti præsentibus, hoc est victu & tegumētis. Quia enim sciunt dñi esse terrā, & vniuersam eius plenitudinē, eam quasi terrā domini & patris sui fidenter inhabitant: & de iis quæ illa protulerit (quæ hîc vocātur diuitię eius) quasi de promptuario & cellario domini & patris sui viuunt cum fiducia. Præcipuè tamē ad illam beatissimā terram viuentium refertur intelligentia, de qua alibi dicit Propheta, Credo videre bona domini in terra viuentiū, Præter hæc tamē. cōmodè admodū etiam de terra cordis proprij intelligi possunt hæc omnia, quē admodū & venerandus pater Augustinus, supra adductū illud dom

Heb. 13
1. Tim. 6
Psalm. 23
Psalm. 26
Deut. 23
Rom. 10
Rom. 11
2. Cor. 11

domini verbũ expoſuiſſe inuenitur. Vnicuique enim hominis Deus cor ſuum dedit, expurgatione vitiorũ & inſertione virtutũ diligenter & fideliter excolẽdum: ſicq; ſingulos hominũ veluti colonos & agricolas in huiuſmodi agro cõſtituit. Atq; hanc quidem terrã, & hunc agrum cordis, omnes mali æquè atq; boni dono acceperũt à Deo qui finxit ſigillatim corda filiorũ hominum. Verùm eſt mirabilis quædã
Pſalm.32 hac in re diſtãtia inter bonos & malos. Boni enim cupiẽtes ex ſibi data terra fructũ bonũ accipere, habitationẽ ſibi in ea conſtituunt, & ad ſeipſos ſeſe conuertunt, vt in illo agro laborent aſsiduè: quæcunq; pullulare conſpexerint mala zizania, ſollicitè euellendo: quæcunq; verò bona & ſalutaria nouerint virtutũ ſemina, in eo ſeminando. Atq; in hoc ſanè negotio totam vitã ſuper terram iſtam trãſigũt. Nunquam enim ab hac terra colenda ceſſare cõuenit fideles operarios virtutis. Sicq; ad modũ coloni, hæreditatem ſuam corporalem incolẽtis, inhabitant boni omnes terram cordis ſui, do-
1.Cor.3 nec viuant ſuper terram. Deus verò qui ſingulorũ attendit opera, & vnicuiq; reddit ſecũdum ſuum laborem, eos quos ſic diligenter conſpexerit, non deſertam reliquiſſe ſuã terram, ſed inhabitaſſe eã, & fideliter excoluiſſe: ipſe de labore agriculturæ huius trãsferet in terram viuentiũ, vbi tũ illos de pinguedine & fructibus terræ ſuæ abſq; labore in æternum iubebit refici, ſatiari, & inebriari: hoc eſt, de dulcedine æternæ fœlicitatis, & plenitudine gaudij ſempiterni, quod in corde ipſorũ erit propiorum remuneratione laborũ. Cõtra verò, impij datam ſibi terrã nolunt inhabitare, nolũt ad cor conuerti, nolũt intra ſe habitare: ſed per diuerſa deſideria ſeculi huius, per cõcupiſcentias & auaritias foras ſemper euagantur, & ſe intra ſe continere recuſant, atq; ita deſertam relinquunt, & proinde incultam terram ſuam, quã ad excolendam à ſuo cõditore acceperant. Ex quo deinde conſequitur, vt fructum nullum dignũ inde recipiant. Cũ ergo dominus agri illius viderit colonos iſtos peſsimos infideliter excoluiſſe, imò penitus incultã reliquiſſe terrã, quã illis tradiderat atq; locauerat, putas quid faciet agricolis iſtis?
Matth. 21 Iuſto ſuo iudicio pro negligentia & infidelitate eos cõdemnabit, ſimúlq; cum eis terram iam ſpinis & vepribus plenã, nulliſq; bonis onuſtam ſegetibus proiiciet in perditionẽ & combuſtionem camini ignis. Ita fiet, vt hanc terram nõ ſint hæred

hæreditate poſſeſſuri impij, quæ ſimul cum illis in perditionem æternam mittenda veniet. His vero aptè admodum & manifeſtè nimium conſentiunt, quæ cap. 6. Epiſtolæ ad He- Hebr.6
bræos, de terra fructificante ac benedictionẽ accipiẽte, & de terra ſterili maledictioni obnoxia, ſcribit beatus Apoſtolus in hæc verba, Terra enim ſæpe venientẽ ſuper ſe bibens imbrem, & germinans herbã opportunã illis à quibus colitur, accipit benedictionẽ à Deo: proferẽs autem ſpinas ac tribulos, reproba eſt & maledicto proxima, cuius cõſummatio in combuſtionem. Verſu octauo, Deſine ab ira, & derelinque furorem: noli æmulari vt malignẽris. Secũda pars duplicem (vt in Elucidatione monſtratur) recipit intelligentiã. Prior eſt, Noli ſic illorũ proſperitatẽ cõſiderans ad æmulationem prouocari, vt malignari proponas, ſeu malè agere, illiſq; aſsimilari in impietate, quo ſimiliter vt illi floreas. Et tales ſanè nonnullos conſpicimus infirmiores, qui cũ vident ſe, donec in iuſtitia & innocentia permanẽt, pauperes & deſpectos haberi, & ab aliis calumniam & oppreſsionẽ perpeti: iniquos autem conſpiciunt florere & abũdare omnibus, eſſéq; honorabiles, & omnibus acceptos, incipiunt dicere ſibi in cogitationibus ſuis, Vt video, nihil proficiam, donec in hac ſimplicitate perſeuerauero: ſed, vt ſum, ita permanebo pauper &
H cõtemptus omnibus. Ibo ergo, & faciam iniuſtiam, fraudabo proximos, mẽtiar, furabor, opprimam quotquot potero, vt ipſe hactenus oppreſsionẽ ſuſtinui: peierabo, ſi lucrũ occurrat: fidẽ violabo, adulabor magnatibus, iniuſta lucra ſectabor, & abſq; diſcretione quicquid mihi vel pauxillum lucri adferre quiuerit, aut vllum adducere fauorẽ, exercebo libere. Atq; his rationibus experiar, an nõ etiam ego, vt cæteri, ad diuitias & honores valeam pertingere, atque ex hac paupertate & deſpectione emergere. Iſti ſanè ſic æmulantur in miſeriis miſeri, vt malignentur, atq; à iuſtitia excidant. Poſterior autem intelligentia eſt, Noli ſic ad æmulationem ad iracundiam, ad indignationem, aut ad ſtimulantem inuidiã prouocari, vt malè agas: idq; vel Deũ blaſphemãdo, qui ita diſpenſat humanarum rerum ſtatum, vel etiam contra illos nimium & irrationabile atq; iniuſtum odium gerendo in pectore, quemadmodum nonnulli inueniũtur rebus pauperes, qui propter hãc inæqualitatem vſqueadeò magnũ erga diuites odium concipiunt, vt gaudeant ſi quid illis mali eue

nerit

nerit,doleāt verò illis rem bene cedere,& obsunt in quibus
possunt:& si opere non possunt,certè corde nocere concupi-
scunt.Hi verò non sunt ex māsuetis illis,qui terram inhabi
tabunt.Sunt enim animo diuites & immites, tametsi rebus
foris appareāt pauperes,& gestibus quādam prætendāt mā-
suetudinem.Prior autē intelligentia versui mox subsequēti
aptius quadrare videtur. Versu decimotertio, Dominus
autem irridebit eū.Quòd dicitur dominus irridere impios
proximis mala meditantes,vt more humano dictum accipi
oporteat:quemadmodum si rex videat quēpiam ex ministris
suis infimis,callidas insidias excogitare,& iniquas machina
tiones struere suorū magnatū alicui, quē ipse vnicè diligat A
& præ cæteris habeat familiarē,atq; præcipuè charū, rideat,
ille impias machinationes iniqui insidiatoris,differēs tamē
& dissimulās,donec dies opportunus adueniat,quo innocē
tē à malitia liberet,ipsum verò impiū dignas iubeat pœnas
luere.Sic enim & nūc dominus cum electis suis agit. Rider
enim peruersorū malitiā,quæ quantum potest nocet,& mul
tum quidem se nocere putat bonis,cum reuera parū admo-
dum sit,quod aduersum hos illi valent. Sed veniet, quando
dominus qui nūc dissimulat,pro suis faciet aduersum illorū
prauam voluntatē vindictam:pro horum autem innocētia,
salutem.In secunda autē parte,pronomen eius ancipitē ha-
bens relationem,duplicem efficit intelligentiam:ita tamē,
vt ambæ in vnam coincidant.Potest enim relatiuū eius,re-
ferri ad dominum:vt sit sensus.Prospicit dominus venturū
esse diem suum,hoc est,diē iudicij, quo ipse adducet omnia
in iudicium,& quo de impietatibus iniquorum exquiret vin
dictam.Diem autē iudicij vocari diem domini etiā in Apo-
stolo didicimus,qui Thessalonicensibus scribens in prima
1.Thes.5 Epistola,Dies domini(inquit)sicut fur ī nocte,ita veniet.Et
Ioël.2 apud Prophetā,Donec veniat dies domini magnus & horri
bilis.Aut referri potest relatiuū eius,ad impium,hoc modo,
Dominus irridebit impium,quoniam prospicit venturū esse
diem ipsius,nempe impij:id est,diem quo ipsius malæ impie
tates,quas nunc meditatur,omnes palàm fient, & iustā suo
autori adducent condemnationem.Sic enim & vulgò loqui B
solent homines,Heri dies nostra erat,cras forsitā vestra erit:
cū significare voluerint,idipsum miseriæ vel īfortunij quod
ipsi sustinuerunt priores,proximis suis adhuc esse vēturum.

Atq

Atq; hanc posteriorem intelligentiam sequuta est Elucida-
tio. Versu decimoseptimo, Melius est modicum iusto.
Tametsi quod hīc dicitur,modicum iustis melius esse,quàm
diuitias peccatorum multas,præcipuè intelligatur de boni-
tate & vtilitate spirituali: habet tamen etiam veritatem de
vtilitate & bonitate temporali. Nam & tēporaliter melius
plerunq; est iusto ex sua mediocritate,cùm sua sorte cōten-
tus viuit,in secura mente,quæ (iuxta sapientis verbum, est
quasi iuge conuiuium, perpetuam habens oblectationem) Prou.15
cùm impij cupiditate sua insatiabiles, etiā maxima abun-
dantia nō valeāt suos animos quietos reddere,sed perpetua
torquentur amplius habēdi solicitudine. De hac autem re
plenius diximus in annotationibus Psalmi xxxiii. Versu
vigesimosexto,Iunior fui, etenim senui,&c. Miretur forsi-
tan quispiam, quonam pacto ita fidenter Dauid hoc au-
deat asserere,quod vsque ad senectutem iustum non viderit
derelictum,aut semen eius quærens panem.Certè nos pluri-
mos iustorum videmus,saltem panem quærentes mendica-
tim,& hostiatim pro colligendo pane circumeuntes:imò &
derelinqui videntur nonnulli,& deficere iis quæ sustētatio-
ni sunt necessaria. Neq; enim dubiū est,quin multos fames
passim extinguat:& si non semper subitò, ita vt ad oculum
appareāt exhalare animā,certè paulatim, dum præ defectu
C conueniētis pabuli,destitui incipiūt viribus,sicq; paulatim
prorsus intereunt. Pro hac autem obiectione dissoluēda, pri
mum est attendendum,impropriè admodum accipi hoc in
loco,quærere panem. Nō enim panē quærit,qui mēdicatim
panem sibi colligit:sed panem quærere hoc in loco, potius
est,pane deficere, panem non inuenire,quasi panē requirere
siue desiderare secūdum eū fermè modum quo dici solet, in
præliis illos desiderari qui interfecti sunt. Vnde hoc loco
Psalteriū Romanū habet,Nec semen eius egens pane, pro
quærēs panem. Alioqui qui est ex operariis, qui non quærit
panem?Et quomodo non quæret panē homo, cui præceptū
est,In sudore vultus tui vesceris pane tuo? Cæterū,quod ad- Gene.3
ducitur de multis fame pereuntibus,hoc aduertēdum est di
ligenter, plures esse hominū qui derelinquūtur & destituū-
tur necessariis:verùm à seipsis derelinquūtur,non à Deo. Et
multi fame consumūtur,quos non dereliquit Deus,sed ipsi
sese interimūt.Neq; solùm se,sed & suos liberos multò mi-

serius. Sunt enim nõnulli (quod dolendum est) crudeles sui suorúmq; interfectores: qui cùm honesta & satis diuite sint familia prognati, si ad paupertatem deuenerint, malunt extremam pati penuriã, séq; ac suos fame crudeliter & impiè perimere, quàm suã paupertatem propalare, & eleemosynæ gratiam verecundè postulare. Et dum foris nõnunquam vestimentorum decore satis splendent, interius membra corporis tabescere sinunt, & esurire familiã: quo (vt ipsi aiunt) suam non dehonestent progeniem. Hos sanè Deus neq; derelinquit, neq; perimit, sed potius ipsa illorum vana superbia. Atq; huius rei vehementer expedierit eos, qui pascendo & erudiendo populo præsunt, illos cõmonefacere: quoniam satis compertum est, multum hominum numerum ita sese perdere. Neq; sua tantùm & suorum corpora (quod forsitan vtcunq; fuerat tolerandum) verumetiam crudelius proprias suas animas, crudeli homicidio, æternæ damnationi reddere obnoxias. Quomodo enim sui suorúmq; non est crudelis interfector, qui ob humanam verecundiam, imò verò ob vanam superbiam, seipsum & suos domesticos interficit? Imò verò non vnius est homicidij reus, qui cùm mendicãdo possit alere creditam sibi domum, fame perire sinit. Quid enim refert, siue breui horulæ spatio gladio animam tibi tuisq; eiicias, siue longiore cruciatu necessarij pabuli substractione, cogas emigrare? Hi ergo non vt iusti non derelinquuntur, cùm nec iusti sint, qui sunt crudeles homicidæ. Deinde, neq; à Deo, sed à semetipsis derelinquuntur. Si enim media ad hanc rem accommoda quærerent, vel laborantes manibus, vel (si id non valeant, aut si id non sufficiat) verecundè suam necessitatem exponentes, & eleemosynæ gratiam, quam etiam Dei filius non est dedignatus agnoscere, postulantes, nequaquam neq; ipsi, neq; domus eorum fame
Matth.26 deficerent. Quemadmodum enim (iuxta domini vocem) semper pauperes habiturus est mundus, ita eiusdem ordinatione & dispositione nunquam deficient viri misericordiæ, qui non patientur fame perire iustos. Et si quãdo omne humanum subsidium deficeret viro iusto, nihil dubitanti & fideliter postulanti proculdubio tempestiuè adesset diuinũ: id quod de pluribus sanctorum virorum atque mulierum certissimæ prodiderunt historiæ. De Helia quidem in tor-
3.Reg.17 rente à coruo pasto, liber Regum: per quem Sareptana quoque

que mulier (cuius oleum iam & farina defecerant) plurimo tempore sustentata est, alioqui iamiam cum filio cocto ac vorato vltimo pane, fame moritura. Item & de huius discipulo Elizeo, per quem reges tres periclitantes in solitudine, cum omnibus exercitibus suis refocillati sunt. De Da-
4.Reg.3 niele in lacu leonum, liber Danielis refert. De Paulo quo-
Dan.14 que eremita scribit sacer Hieronymus. Sed & de aliis plurimis in noua lege viris sanctis, dignissimæ fide hoc ipsum tradunt historiæ.

TRIGESIMI SEPTIMI PSALMI ARGVMENTVM.

HIC *Psalmus (qui in ordine pœnitentialiũ tertius ponitur) formam conuersionis ad Deum præbet, illis qui de graui iniquitate sese toto corde conuertere volunt ad dominum. Videturq; hominis esse propter commissam iniquitatem supra modum conturbati: qui intra se sentit grauissimam miseriam, diuini scilicet iudicij horrorem, & afflictuos ad modum malæ conscientiæ stimulos, mirabilem in corpore indispositionem & conturbationem, ac motuum diuersorum tumultum, quæ sibi ex peccatorum multiplicatione, aggrauatione, & reiteratione fatetur venisse, propter suam insipientiam: quibus omnibus vehementer affligi se dicit & contristari, præcipuè verò dum à lumbis oriri intra se sentit fœdos concupiscentiæ motus, quibus ita premitur, vt totum corpus fiat mirabili confusione prorsus deproportionatum: sicq; vehemẽter*
F *afflictus, sentiens manum vltricem domini, gemitus, suspiria, atq; etiam clamorem fundit pro miseria ad dominum. Hæc autẽ omnia, vsq; ad versum vndecimum, per ordinem pœnitus confitetur. Deinc exprimit graue certamen, quod sustinet extrinsecus, ab illis qui noti, amici & proximi ei fuerant, donec in peccatis illis extitisset socius. Nam hi cùm vident pœnitentem velle veterù vitæ viã relinquere, eligere verò arctas vias pœnitentiæ, multis modis aduersantur bona proponenti: partim suasionibus blandis, partim cõminationibus asperis infirmum animum, & alioqui mala conscientia satis onustum, vehementius affligentes. Aduersum quos, quo vsus fuerit consilio, exponit versu decimoquarto, & deinceps, dicens, aduersus illos suas aures prorsus se obturasse, quasi nihil audiret, nihilq; voluisse illis respondere ad consentiẽdum, tanquam si mutus fuisset: posuisse verò in domino spem suam, & illum contra inimicorum sæuitiam accepisse defensorem: offerens quidem se ad correctionem*

& disciplinam domini paratum, propter iniquitatem quam agnoscit: ab inimicis tamen istiusmodi, qui bonitatem sectanti detrahunt & obsistunt, orans liberari: & contra illorum rabiem, diuinum sibi rectè poscit auxilium.

TRIGESIMI SEPTIMI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Domine ne in furore tuo arguas me:* * *neque in ira tua corripias me.*

2 *Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi:* * *& confirmasti super me manum tuam.*

3 *Non est sanitas in carne mea, à facie iræ tuæ:* * *nō est pax ossibus meis, à facie peccatorū meorum.*

DOMINE in implicabili illo furore, quem exhibebis atque demonstrabis in omnes impios in die iudicij tui, à quo nemo saluare impium poterit, ne tum simili cum illis sententia arguas me:* & in seuera illa vltione tua, in terribili illa vindicta iræ tuæ, ne sentiam correptionem & formidabilem sententiam tuam, quam experiētur omnes qui in impietatibus suis perseuerauerunt. 2 Idcirco autem irā tuam formido & deprecor domine, quoniā puncturæ timoris tui iam stimulare cœperunt animam meā, dum reuoluo peccatorū meorum magnitudinē, quēadmodum sagittæ cùm infiguntur in carnem, stimulant vehemēter & affligunt eam: * & tu extēdere iam cœpisti atq; aggrauare super me vltricem manū tuam, ex qua etiam nunc ilstos malæ conscientiæ stimulos atque torturas graues me sentire percipio: quæ si modò ita mihi grauis est, vt affligar vehementissimè, quātò erit intolerabilior tunc, cùm in immensum vltionem faciet grauiorem? Meritò ergo domine iram tuā ego formido, & à facie implacabilis tum furoris tui, iurè ego (dum tempus est miserēdi) expauesco. 3 Ecce iam nunc in carne mea nō est sanitas, nihil est integrū propter iram tuā & indignationē, quam per peccata mea scio iustè contra me prouocatam: sed totus quasi languidus, & mala distemperātia animi ægrotās, deficio ita, vt præ dolore & languore, vix mihi libeat vltra viuere:* nullam pacem habēt ossa mea, vniuersæ vires corporis & animæ cōmotæ sunt & conturbatæ propter peccata mea: per quæ cùm me sentiam tuam iram iustè cōmeruisse, non possum vllam præ timore & horrore habere requiē: & omnia prorsus quæ intra me sunt, per istam pessimā peccati deordinationem, velut in magna cōturbatione & indispositione sunt cōstituta: & tumultu insolito, atq; inordinatione mirabili voluuntur intra me imaginationes, cogitationes, & affectiones meæ, absque vllo ordine & cōpositione solita, nul-

lam mihi permittentes pacem cordis mei. 4 Ecce enim peccata mea quæ hactenus dissimulaui, quæ hactenus operui aut excusaui, confiteri quoq; & emendare neglexi, iam eò excreuerunt, vt etiam supergrediantur caput meū: ita vt iam spiritum habeant (mentem dico & voluntatem) pessundatum illúmq; velut superauerint, & ad sensualis appetitus concupiscentiam inflexerint, imò huius seruituti illū velut subiecerint:* & paulatim crescētia, facta sunt super me grauiora & ponderosa valde, quemadmodū onus magnū dorso alicuius aut capiti impositum, ita vt dissimulare vltra nō possim, nec ferre vltra valeam. 5 Insuper & cicatrices vulnerum meorū renouatę sunt, & semel sanatis vulneribus iterū cœperunt periculosius subtus carnē exurgere: hoc est, peccata mea aliquādo dimissa, & per pœnitētiā sanata reiteraui, & recidiuo mihi nō cauens factus sum quàm antè fuerā deterior, & ægrotans periculosiori vulnere:* idq; propter insipientiā meā, quoniā videlicet ita insipiētervulnera illa priota feci recrudescere: & quæ semel planxerā, stultus ego iterū resumere non metuebā. 6 His modis vsq; ad finem (id est, nimiū & vehementissimè, quantū ferre poterā) miseriis variis & magnis afflictus fui, & totus incuruatus sub pondere miseriarū, vsq; in finē, ita vt mihi viderer amplius ferre non posse:* atq; ita horrore cōscientię perturbatus, & peccatorū turpitudine cōterritus, iugiter versabar in magna mœstitia & desolatione. 7 Nā lūbi mei (in quibus luxuriosi affectus est sedes) pleni erāt fœdissimis motibus, quibus mirū in modum mihi illudebatur: & qui magna me afficiebāt ignominia, dū ex eis fœdas, bestiales, & omnino inordinatas cōmotiones exurgētes, & tyrānizātes persentirē in meo corpore:* & planè nō est sanitas in carne mea, nulla est debita cōpositio, nulla est rectitudo, nulla rectitudinis proportio: sed disperata, incōposita, cōfusa & inordinata sunt omnia. postea enim quā spiritus meus eam, quā tecū habebat, ô Domine Deus, rupit cōfœderationē, cœperūt non solū quę in anima, sed & quæ in corpore omnia cōfundi suam compositionem dissoluere, à sua cōfœderatione discedere, tumultibúsq; miscēri: quod malū indies augmētū sumēs, vehemēter iam aggrauatū sentio. 8 Ita ego malis multis & magnis afflictus sum, & vltione tua Dñe in magna humilitate, desperatione atq; miseria cōstitutus:* atq; ita vexatione dante in-

4 *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meū:* * *& sicut onus graue grauatæ sunt super me.*

5 *Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ:* * *à facie insipientiæ meæ.*

6 *Miser factus sum, et curuatus sum vsque in finem:* * *tota die cō tristatus ingrediebar.*

7 *Quoniā lumbi mei impleti sunt illusionibus:* * *& non est sanitas in carne mea.*

8 *Afflictus sum, & humiliatus sum nimis:* * *rugiebam à gemitu cordis mei.*

Esaiæ 28
Esaiæ 38
Psal.50
9 *Domine ante te omne desiderium meum:*
Prou.17
Esaiæ 16
Psalm.9
* *& gemitus meus à te nõ est absconditus.*
10 *Cor meũ conturbatũ est in me, dereliquit me virtus mea:* * *& lumen oculorũ meorũ, et ipsum nõ est mecũ.*
11 *Amici mei & proximi mei, aduersũ me appropinquauerũt et steterunt.*
12 *Et qui iuxta me erãt, de lõgè steterunt.* * *& vim faciebãt, q̃ quærebant animam meã.*
13 *Et qui*

tellectũ, recogitãs in amaritudine animæ meæ peccata quibus te offendi, in spiritu contribulato & corde contrito atq; humiliato cœpi edere gemitus atque suspiria, ita vt præ gemitu clamorem etiam magnum per os in modum rugitus emitterem, affectu maximo te veniam precãdo peccatorum meorũ. 9 Domine, qui omnia nosti, qui inspicis & probas corda filiorum hominũ, qui desideriũ pauperũ exaudis: tibi apertum est omne desideriũ cordis mei, quo desidero vitam in peccatis malè actam tuæ gratiæ auxilio corrigere, tibiq; amodo fideliter seruire: * gemitus meus ac crebra suspiria ex imo cordis educta pro peccatis, quibus te ita multum & multipliciter offendi, non te latent, non sunt coram te abscondita: sicut tu ea nosti, ita ea tibi absque dissimulatione cõfiteor, suppliciter poscens veniam. 10 Conturbatus est præ horrore in me spiritus meus, & omne robur meum discessit à me, vixque in me quicquam remansit virium: ablata C est à me fortitudo mea ad bene agendum, & ea quam habere solitus fueram, & quam habere debueram: * ipsum quoq; lumen mentis meæ, quo videre solebam, & alios etiã illuminare (siue ipsum lumen naturalis iudicij, siue etiã lumen gratiæ tuæ) non vltra in me est sicuti solet: sed magna ex parte per peccatorum fœditatem obscuratum, obnubilatum atq; obtenebratũ est: ita vt non solùm iam quæ bona sunt non valeam agere, sed vix etiam cognoscere & iudicio discernere. 11 Præter hæc verò, quæ intrinsecus patior, D grauia nimium tormenta, etiam extrinsecus mihi afflictio accedit, cùm me à peccatis voluero ad te conuertere. Illi enim qui prius me diligebãt, tanquã amici & proximi mei, cum illis essem in peccato socius, videntes quòd me velim à viis ipsorũ prauis separare, facti sunt mihi aduersarij, appropinquauerũntq; mihi, & statuerũt se ex aduerso cõtra me, vt obsisterent meo proposito, illúdq; valenter quãtum possent impedirent. 12 Et qui prius mihi proximi erant noti atq; amici, elongauerũt se à me, & elongati ita steterunt contra me: * querentésq; animam meam perdere, & in mortem me trahere, vim intulerũt mihi, & grauem suscitauerunt persecutionem. 13 Et qui mihi malè cupiebant, qui me in peccatis fouere laborabãt, & à proposito bono ex tuæ manus visitatione cõcepto auertere, ipsi mihi proposuerũt & suggesserunt vanitates: iterum mihi proponentes peccata pristina,

secu

inquirebant mala mihi, loquuti sunt vanitates: * *& dolos tota die meditabãtur.*

14 *Ego autem tanquã surdus non audiebam:* * *& sicut mutus non aperiens os suum.*
15 *Et factus sum sicut homo non audiens, & nõ habẽs in ore suo redargutiones.*
16 *Quoniã in te Domine speraui:* * *tu exaudies me Domine Deus meus.*
17 *Quia dixi, nequãdo supergaudent mihi inimici mei:* * *& dum commouentur pedes mei, super me magna loquuti sũt.*
18 *Quoniã ego in flagella paratus sum:*

secularíq; pompas & delicias, ex aduerso autem, difficultates in Dei seruitute obuenturas, aggrauantes: * & iugiter tota die dolos & fraudes astutas excogitabãt, quibus me possent decipere, & à recto dimouere. 14 Ego verò (vtpote qui iam E tuæ manus visitatione edoctus essem & tuo timore medullitus cõfixus) in proposito pœnitentiæ persistens, immobilis obsurdescebam ad omnia quæ illi proponebãt: & quasi surdus fuissem, ita nihil permotus illorum dictis, siue blandis, siue comminatoriis, qui illos dicere quæcunq; voluissent: * & quẽadmodũ mutus omnino loqui nescirẽs, ita nihil illis responsi dabam ad vllũ cõsensum. Iam enim firmo virtutis & pœnitentiæ proposito, animum meum contra illorũ impias obiectiones & propositiones penitus obfirmaueram. 15 Sicq; meipsum feci propter virtutis propositũ, quasi surdum & mutũ: perinde acsi nihil audirẽ eorum quæ ipsi proponebant, nihilq; haberem quod illis responderem, aut quo illorum vanas propositiones confutarem. 16 Atq; hæc quidem idcirco feci Domine, quoniam in te iam cœperam cõstituere spem meam: propter quod, ab omnibus illorum vanitatibus volebam prorsus auertere animum: * neq; dubito, quin tu misericordiarum pater, pro tua benignitate sis exauditurus me pauperem & afflictum seruum tuum, spiritu cõF tribulato ac humili, contritóq; corde tibi supplicantẽ, & totum se tibi plena fiducia committentem. 17 Dixi enim in corde meo: volo, dum tempus est, in Domino ponere spem meã, vt per eum possem fieri saluus à rabie inimicorũ meorum, nequando ipsi de me gaudeant, si mihi præualuerint, suámq; de me videant impleri voluntatẽ: * cũ enim vel modicũ incipiunt moueri à recto pedes mei, statim exultantes magna & superba loquũtur aduersum me quasi suo voto potiti: sed ante victoriam (vt spero) canentes triũphum. 18 Et quidẽ, quod ad te attinet Domine, ego conscius magnitudinis peccatorum meorũ paratum me offero ad disciplinã & correptionẽ sufferendã, prout misericors iustitia tua dictauerit, & expediens cognouerit: nõ refugio à te, Dñe, pro peccatis meis disciplinã suscipere correptionis, sciẽs quòd graiter peccauerim in cælũ & corã te, vt iã nõ sim dignus leta ri tecũ adhuc vt filius, sed potius flagella sustinere vt seruus

malus & fugitiuus: * imò & ipse volo propter iniquitates meas dolore iusto & pœnitentia meipsum affligere, & dolo G rem meum seruare volo semper, donec viuam, nunquã prorsus obliuioni daturus iniquitatẽ meam: volóq; in hoc dolore & afflictione hac pœnitentiæ persistere, vsq; dum tu me tua cõsolatione ab eo releuare dignaberis. 19 Nam iniquitatem meam ego ipse confiteri paratus sum, & celare non volo, sed meipsum in aperta cõfessione paratus sum accusare: * & recogitabo in amaritudine turpitudinẽ peccati mei, & pro eo me affligam.* Ero quoq; memor, donec viuam, peccati mei: atq; etiam postquã tibi placitum fuerit dimittere, mihi tamen iustũ erit subinde recordari & recogitare, quàm à te olim fuerim elongatus. 20 Quanquam autem ita per omnia tuæ voluntati me subiiciã, & à te paratus sim quicquid decreueris correctionis, libẽter suscipere: inimicorum tamen meorum tabiem metuo, & ab illis per te saluari oro: melius iudicãs in manus tuas incidere, tuáq; manu corrigi, quã illorũ potestati tradi, vt per eos morte interficiar. Ipsi autem hi inimici mei adhuc superstant, neq; desistũt me H malè persequi, & contra me fortitudine & violentia cõfortati sunt atq; corroborati: * insuper & numero multiplicati sunt qui me falsò & sine causa odiunt & persequuntur, malũ quærentes pauperculæ animæ meæ. 21 Ecce homines ingrati qui pro bonis mala retribuũt, ipsi mihi aduersati sunt in pietatis negotio: & cum ego nihil illis nisi, bonum exhibuerim, nunc vicissim mala mihi rependere laborant, detractionibúsq; & contumeliis molesti fuerunt mihi: * propterea quòd ab illorũ prauo consortio meipsum segregans, viã eligerẽ virtutis, eámq; deinceps ambulare vellẽ. 22 Quarto verò illi magis mihi aduersantur, tantò te piissime Domine Deus meus precor mihi fieri propitiũ, vt in tantis malis (quæ ego partim intrinsecus fero, partim à foris sustineo) miserum me, & tam multimodis afflictum nunquam derelinquas: neq; teipsum à me sic elonges, vt absq; tuo auxilio in tantis me periculis relinquas. 23 Quin potius vt tuam misericordiam decet, intentus esto ad auxiliandum mihi, & cogita de impendendo mihi adiutorio tuo, Domine Deus saluator meus: vt qui mihimetipsi in tantis difficultatibus prorsus diffido, neq; posse me inde eluctari scio, tua gratia valeam exitum bonum, & finem beatum inuenire, Amen.

TRIG

& dolor meus in cõspectu meo semper.

19 Quoniã iniquitatẽ meam annuntiabo:

**& cogitabo pro peccato meo.*

*20 Inimici autem mei viuunt, & confirmati sunt super me: *et multiplicati sũt qui oderunt me iniquè.*

*21 Qui retribuũt mala pro bonis, detrahebant mihi: * quoniam sequebar bonitatem.*

22 Ne derelinquas me Domine Deus meus, ne discesseris à me.

23 Intende ĩ adiutoriũ meũ Domine Deus salutis meæ.

ANNOTATIONES
in Psalmum trigesimumseptimum.

A NON ignoramus quosdam totum hunc Psalmum Christo applicare, in persona generis humani peccata cõfitenti, & miserias, quas pro illis perpessus est (tum ab horrore interius, tum ab inimicorum rabie, extrinsecus) proponẽti. Quam interpretationem nos sanè non damnamus: tametsi consideranti singulas huius Psalmi partes, quædam occurrant, quæ non rectè admodum Christo videantur competere, quibus etiam non optimè consonat tota Psalmi cõnexio, & consequutio. Proinde talem in Elucidatione monstrauimus intelligentiam, quæ in pœnitentiæ statu constitutis conueniat: potissimum cum Ecclesiastica consuetudine, & septem pœnitentialibus vnus iste ponatur. Pœnitentiales autem hos Psalmos nominari constat, eò quòd pœnitentibus aptam præbeant formam, sese conuertendi, & illorum statum exprimant. Et quanquàm illum Elucidatio accommodauit iis solum, qui post diu transactam peccatis vitam, ad pœnitentiam sese conuertunt: posset tamen, paucis secũdum intelligentiam immutatis, etiam iustis accommodari, qui grauissimis tentationibus ad peccata sollicitantur, quẽadmodũ cum quis iustus (probationis gratia, aut gratia humilitatis conseruandæ, aut alia quauis de causa) permittitur grauibus æstibus torqueri malę concupiscentiæ, & libidinis ardoribus vehementer vri: id quod etiam sanctis viris legimus nonnunquam Deo permittente accidisse. Qui enim in tali statu fuerit, etiam si iustus sit, præ horrore periculi, & abominatione mali, peccata sua præterita rememorans, aptè
B poterit hunc Psalmum pronuntiare, diuinum iudicium formidans, & liberari exoptans. Ac sic quidem ira ista Dei, à facie cuius dicit non esse sanitatem in carne sua, intelligenda est secundum apparentiam. Videtur enim Deus tunc iratus, & quodammodo (si ita loqui licet) iratum ipse se simulat, quando à iustis se elongans, grauius eos tentari permittit, maximè fœdioribus eiusmodi, & magis abominabilibus tẽtationibus. Quoniã verò in hominibus etiã iustis, vbi paululũ se subduxerit præsentia Dei, permissa inimicis potestate, graues statim incipiũt insurgere motus, qui totũ videtur corpus inuadere, & etiã ossa corripere, rectè tales cõquerũtur, non esse sibi sanitatẽ in carne, neq; pacem in ossibus. Et

quia piarũ mentiũ est, quicquid patiũtur suis peccatis ascribere, idcirco rectè pati se hanc miseriã dicunt à facie peccatorum suorũ, id est, propter peccata sua, quæ deinde etiamsi mundi iam sint à mortalibus, accusant, vel præterita mortalia rememorando, vel præsentia venialia propter multitudinem, & quotidianã reiterationẽ exaggerando. Atq; ita cõsequenter nõ difficile erit lectori cordato, tali modo Psalmũ pariter, & Elucidationem totã huiusmodi tentatis accõmodare. Versu primo, Domine ne in furore tuo arguas me, &c. Corripit, siue arguit Deus aliquando correptione misericordiæ, aliquando correptione iustitiæ. Correptione misericordiæ arguit, siue flagellat nonnunquam eriã innocentes, tantùm ob probationem, & meriti accumulationẽ: nonnunquã C verò propter vltionẽ commissæ iniquitatis, à quo per correctionẽ eiusmodi quærit eum qui peccauit, sed prædestinatus est, à prauitate retrahere. Vtrunq; autẽ hoc flagellum, miseri cordiæ est, & paternæ disciplinæ. Pater enim nonnunquam seuerius agit cum filio, solã vt probet animũ eius, & bonũ faciat meliorẽ, vel certè in virtute custodiat: iuxta illud Sa- Eccle.7 pientis, Filij tibi sunt, erudi illos, & curua illos à pueritia eorum. Filiæ tibi sunt, serua corpus illarũ, & nõ ostendas hilarem faciem tuã ad illas. Nonnunquam verò, vt peccatũ filij puniat, & castigatum emẽdet. Correptione autẽ iustitiæ arExo. 14 guet Deus in futuro iudicio, & flagellabit impios vniuersos: 2.Mac.9 nõnullos verò ex eis, etiam in præsenti tempore: quẽadmodum obduratum Pharaonem, impium Antiochũ, & superbũ Actu.12 Herodem. Atq; hoc est argui in ira & furore. Prius autẽ est in misericordia, & dulcedine paterna. Non ergo simpliciter Heb.12 orat vir iustus omnino nõ argui, omnino nõ corripi: (Quis enim filius, vt ait Apostolus, quem non corripit pater? Et si extra disciplinam estis, ergo adulteri, & non filij estis) sed tantum non argui in ira & furore. Argui autẽ in misericordia, etiam optare debemus iuxta quod in alio Psalmo dicitur, Corripiet me iustus in misericordia, & saluabit me. Psal.140 Versu quarto, Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum. Per caput, nõ insolitum est in scripturis, quod in homine supremum est intelligi, id est, spiritum, siue mentem, & voluntatem. Tunc ergo iniquitates supergrediuntur caput, quando vsq; adeò excrescunt, siue multitudine, siue D magnitudine vt spiritum pessundent, vt mentẽ obtenebrẽt, &

& voluntatẽ incurueẽt ad mali cõsensum. Facit autẽ hoc non solum vnius peccati mortalis grauitas, verùm etiam nõnũquam nimium excrescentium quotidianorũ multitudo: vbi neglecta, vel contempta, nõ fuerint quotidianis lachrymis expurgata. Secundum hunc autem modũ & in alio Psalmo postulat Propheta, caput suum non impinguari peccatoris oleo, hoc est, adulationis blanditia non pertrahi, aut seduci Ibidem. mentem, & voluntatem in peccati cõsensum. Versu quinto, Putruerũt, & corruptæ sunt cicatrices meæ. Cicatrix, vulneris præcedentis sed curati indicium est. Vbi autẽ cœperit semel curatum vulnus, & iam clausum, intus sub pelle reputrescere, plerunq; maius est periculum, quàm fuerit in primo vulnere. Ita secundum similitudinem, per cicatrices, putrefactionem, & corruptionem, peccati dimissi reiteratio (quam recidiuationem nũcupant) significatur. Rectè autem dicit pœnitens, à facie insipientiæ computruisse cicatrices. Verè enim insipientia magna est, & aperta stoliditas, quę semel propria volũtate, & affectu planxisti, ea propria iterum voluntate resumere: quemadmodũ cum reuertitur canis ad Prou.26 vomitum. Versu decimoquarto, Ego autem tanquam surdus non audiebam. Quemadmodum (iuxta Saluatoris ver- 2.Petr.2 Matth.19 bum) inueniuntur Eunuchi, qui seipsos castrauerũt propter regnum Dei: ita sunt & surdi, qui seipsos surdos faciũt propter regnũ Dei, similiter & muti: illi videlicet, qui propter regnum Dei interdixerunt sibi, ne cum voluptate, & cõsensu audiant vel dicant aliquid eorum, quæ contra Dei gloriam faciunt, atque virtutem. Atq; hoc modo & cæci inueIob 31 niuntur propter regnum Dei, qui pepigerunt fœdus cum Matth.5 oculis suis, vt non videant, in quo offendãt, sicq; oculos sibi & 18. eruunt, vnde scandalum paterentur. Similiter & claudi, qui E pedem scandalizantem abscindunt, & proiiciũt propter regnũ Dei. Imò & captiui hoc modo inueniuntur, qui seipsos concluserunt in carcere: quemadmodũ beatus Hieronymus in Epistola quadam ad Eustochium, se fatetur à semetipso propter gehennæ metum carcere damnatũ, cũ propter Dei seruitutem in eremi solitudine sese concluisset. Versu eodem, Et sicut mutus non aperiens os suum. Quod in secũda parte dicitur, Factus sum sicut mutus non aperiens os suũ: & deinde, sicut homo non habẽs in ore suo redargutiones, forsitan mirabitur quispiam, quid sibi velit. Videtur enim

expe

expẽdiens interdum, vt redarguantur impij, & aperiamus os nostrum aduersus stultas impiorũ propositiones: quẽadmodum & saluatorẽ legimus vana proponenti diabolo respondisse, & redargutionibus aptis confutasse. Sed sciendũ est ex serie Psalmi totius, loqui hic eũ qui recens est in bono proposito, & adhuc inexercitatus, atq; infirmus. Huiusmodi autem præstat, vt prorsus in silentio discãt vana obiicientiũ insipientiã cõtemnere, quã multis verbis cũ illis misceri in disputationẽ. Cũ enim illi in sua prauitate admodũ sint exercitati (quẽadmodũ & Dñs testatur, filios huius seculi prudentiores esse filiis lucis in generatione sua) ipse verò rudis adhuc sit in eo quod cœpit negotio Dei, tutius est nouitio militi obmutescẽdo, quã hinc inde argumẽtãdo, & respõdẽdo, aduersus malos suasores agere, si firmus velit in eo, quod cœpit, vel proposuit, perstare. Quæ regula, in fidei dogmatibus cõtra impiarũ assertionũ autores, vel propugnatores, simplicioribus fideliũ diligẽtissimè etiã cõseruãda est. Nihil enim periculosius esse potest, quàm simplices (qui nõdũ pro cõsuetudine exercitatos habẽt sensus ad discretionẽ boni & mali) cũ illis disputatione cõtẽdere, qui pro sui ingenij prauitate, & astutia, simul & exercitatione lõga in suis vanitatibus parati sunt ad impugnandã validè admodũ veritatẽ. Neq; nisi in regula orthodoxæ, & catholicæ fidei fundatissimis, & in scriptura sancta exercitatissimis viris, tuta est huiusmodi cõgressio. Versu decimonono, Et cogitabo pro peccato meo. Cogitare debemus de peccato multipliciter. De eo quidem, quod in præsenti nos adhuc grauat, vt de ipso agamus pœnitentiã. De præterito autẽ, quod iam dimissum cõfidimus, cogitãdum nobis est nihilominus, vt à recidiuo cauẽtes, nõ iterum in illud ipsum incidamus, vel in aliud siue simile, siue maius. Nonnunquã etiam de præteritorũ peccatorũ magnitudine, multitudine, & fœditate nõ inutiliter cogitamus: vt magnitudinẽ Diuini beneficij, quo ex illis nos liberati, & saluati sumus, melius valeamus per huiusmodi cõsideratione cognoscere (Non enim plenè cognoscitur medici curantis beneficiũ, nisi morbus ipsi fuerit egrotãti bene cognitus) sicq; ad gratiarũ actionẽ Deo dignè persoluẽdam excitemur. Atq; hac arte Paulus frequẽter apud suos discipulos vtitur. Veluti ad Rom. 1. cap. quãta gentiũ facinora commemorat: & cap. 11. quomodo Iudæorũ malè gloriantiũ in lege præua

Matth. 4
Lucæ 4
Lucæ 16
Hebr. 5
Roma. 1
Roma. 2
Roma. 3

præuaricationem exaggerat, vt tandem monstraret, omnes peccasse, & eguisse gloria Dei. Similiter & in Epistola ad Corinthios priore, cap. 6. post enumerata turpissima facinora, subdit: Et hæc quidem fuistis aliquãdo: sed abluti estis, sed sanctificati estis. Et cap. 12. Cum gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini, euntes. Ad Ephesios, Eramus natura filij iræ. Et aliàs plurimis in locis, quales ante conuersionem fuerint, eis post conuersionem proponit: idq; facit vt vel ad gratiarum actionem, vel ad cautelam illos inducat. De futuris verò peccatis, aut etiam possibilibus, cogitare oportet nonnunquam metuendo, & pro nostra ab illis præseruatione deprecando: quemadmodum in oratione dominica quotidie facimus, cum oramus non induci in tentationem, sed à malo liberari.

1.Cor. 6
1.Cor. 12
Ephe. 2
Matth. 6

TRIGESIMIOCTAVI PSALMI ARGVMENTVM.

POSITVS in tribulatione malorum vir iustus firmat in animo propositum, nolle se contra tribulantes os aperire, neque contrà mutire. sed in silentio patienter ferre quæcunq; placuerit Deo, vt patiatur ab illis: tametsi id graue sit ac permolestũ, nec sine vehementi æstu multiplicum cogitationum facilè valeat impleri, vt non saltem bonis, ac rationabilibus sermonibus aduersus malos suasores obsistatur iniustè tribulantibus. Compescit tamen se hac in parte, Deum habens ante oculos: ad quẽ mox conuertit sermonem, à quo etiam numerum dierum vitæ suæ interrogat, velut tædium habens vitæ præsentis, & desiderium liberationis ab hac miseria. Atq; hæc quidem sex primis versibus. In sequentibus autem quatuor versibus, hominis vanitatem (partim ex nimia naturæ mutabilitate, & breui vitæ duratione, partim ex stulta, & vitiosa actione) proponens, ad dominum seipsum totum conuertit, in illo suam omnẽ spem, & omnem substantiam positam confitendo. Atq; hæc, vsq; ad versum vndecimum. Hinc verò considerans afflictus omnem suam persequutionem, non vt ab hominibus, sed vt à Deo permittente, & disponente propter peccata super se venientem, eundem orat pro peccatorum remissione: atq; ita consequenter recto ordine, & pro flagelli amotione, attenta & humili oratione supplicat, iam defatigatus assiduis malis: allegans etiam, aduenam se esse & peregrinum super terram, vt hac ratione facilius impetret, exhiberi sibi miserationem. Aduenis enim, & peregrinis debetur vel ex naturali lege commiseratio.

TRI

TRIGESIMI OCTAVI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Dixi, custodiã vias meas: vt nõ delinquã in lingua mea*

PROPOSVI in corde meo, & pactum feci cum spiritu meo, ita follicitè custodire & obseruare vias meas, sicque diligenter ad actiones meas omnes attendere, vt nec per linguam meam peccatum vllum cõmitterem, quicquam vel malum, vel noxium, vel otiosum loquendo, quod loqui non conueniret. 2 Atque vt hoc propositum salutare perficerem, os meum sub diligenti obseruatione constitui, quasi sub clausura quadam: cauens, ne inde sermonem vllum, nisi A post diligens examen, & discussionem maturam paterer egredi: * tunc etiam cum cõtra me starent ex aduerso peccatores, cum illos viderem ante oculos meos iniquitatem aduersum me perficere. Proposui enim permittere illos pro suo placito agere, nec velle contradicere, sed in silentio potius sustinere, dominóq; causam omnem cõmendare. 3 Itaque iuxta hoc consilium atque propositum cordis mei, cum illi aduersum me starent ad peragendum suam malitiam, & mihi persequutionem inferendam, ego obmutescebam, & humiliabar, in patientia & humilitate sustinendo, quæ illi inferebant mala, & opprobria: & tacui etiam à bonis, ita vt non solum blasphemias, conuitia, & iurgia non repẽderem me molestantibus: verùm neq; rationabiles sermones vllos, per quos à proposito malo illos forsitan potuissem inflectere: * me verò ista agente, atque in hoc proposito me exercitante, sensi intra me renouari dolorem cordis mei, & velut ingeminari. 4 Concalescere enim cœpit intra me cor meum, & velut feruore quodam accendi: partim quidem ab innata humano affectui superbia & impatientia, ob quã difficillimum est pati iniuriam ab aduersariis, maximè coram stantibus, & eam non saltem verbo retaliare: partim verò, propter zelum, & conscientiæ testimonium quo vrgeri videbar, vt illis saltem rationabilem responsionem redderem, si fortè molli respõsione iram frangere, & à cœpta eos malitia prohibere possem: partim etiam, quòd mea ista mia patientia illos videbam in sua malitia firmiores fieri, eámq; exercere licentius: quæ omnia vehemẽter affligebãt cor meũ: * & in hoc sollicita anxiáq; meditatione positus, sensi velut igne quodã anxiæ sollicitudinis æstuare spiritum meum, multa atq; ea quidem diuersa & contraria meditantem: dum mecũ ipse fluctuarem, vellémne iuxta propositum prorsus obticere, an fracto proposito aduersum illorũ malitiã meipsum defendere, illósq; de sua prauitate saltẽ verbis bonis arguere. 5 Post multã verò fluctuationẽ loqui tandem cœpi etiã in lingua mea: verùm non illis ad satisfaciẽdum cupiditati vindictæ, sed tibi domine, ad consolandã cõtra iniurias animam meã, tibiq; dixi, cùm ab aduersariis premerer in oratione mea, præ desiderio liberatiõis à præsenti miseria: * quãdiu adhuc me premet, ó domine, ista hominũ prauorũ malitia? Fac mihi domine cognitũ finẽ vitæ meæ, qua in medio huius malitiæ sum victurus super terram. Iam enim tædet animã meã vitæ huius, & cupio magis dissolui, & tecum habitare, vbi nulla esse potest malitia persequẽtis, atq; hoc sanè desiderio requiro in libertate cordis cognitionem exitus mei. 6 Et numerum dierum meorum, quibus viuam in medio huius malitiæ, fac me cognoscere: vt scire valeam, quantũ mihi adhuc temporis superst in vita transigendũ, & quãdiu hic mihi sit in ista peregrinatione, & afflictionibus persequutorũ perseuerandũ. 7 Ecce enim certũ ego illud habeo, quòd dies omnes vitæ meæ tu constitueris, ac definieris in certo numero, qui tibi est cognitus: & certã constituisti mihi periodum, ac terminũ vitæ, ante quã vt liberari ab hac miseria non potero, ita post eam indubiè hinc me scio migraturum: & subsistentia mea ac vita, qua in hoc corpore in terra subsistam, & viuam, modicæ admodũ & quasi nullius durationis est in cõspectu tuo: cuius duratio D est æterna, principium nõ habens neq; finem, cum temporis mei duratio quasi heri incœperit, cras finiẽda. 8 Imò certè omnis homo donec in vita hac corporis viuit, donec in hac tẽporis duratione permanet in hoc mũdo, nihil aliud quàm vanitas, imò vniuersa, & integra vanitas. Est enim oĩs homo in hac vita vinẽs, præ omnibus creaturis maximè muta bilitati, & instabilitati subiectus: tam mirè instabilis tam nimis variabilis, per singulas horas, & momẽta singula immutationibus subiectus, vt meritò dici possit ipsum esse vniuersam perfectámq; vanitatem. 9 Quin & in vmbra quadã, tanquam in imagine, siue ad imaginis modum, pertrãsit homo per seculum vitæ præsentis: ita velociter transiens, atq; ita nihil subsistẽs, vt trãsit vmbra: quæ & nullam habet soli-

dam

2 *Posui ori meo custodiam.*

* *cum cõsisteret peccator aduersum me.*

3 *Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis:*

* *& dolor meus renouatus est.*

4 *Cõcaluit cor meũ intra me:*

Prouer. 15

* *& in meditatione mea exardescet ignis.*

5 *Loquutus sum in lingua mea:*

* *notũ fac mihi domine finẽ meũ* Iob 10 Philip. 1

6 *Et numerum dierũ meorũ quis est: vt sciã quid desit mihi.*

7 *Ecce nẽ surabilespo suisti dies meos:*

* *& substãtia mea tãquam nihil ante te.*

8 *Verũtamẽ vniuersa vanitas omnishomo viuens.*

9 *Verũtamen in imagine pertrãsit homo.*

dam subsistentiam,& facillimè citissiméq; dissugit:nullum
* sed & frustra conturbatur. relinquēs sui vestigium:* ac proinde vanum est hominem
conturbari aut tumultuari pro vllis rebus temporariis &
transitoriis huius mūdi(quibus nulla duratione,nulla stabi-
litate frui possit)siue quis ea quæ videntur bona auferat,siue
quæ videntur mala inferat.Omnino enim stultū atq; ridi-
culū est,multū animo cōmoueri pro rei cuiuslibet ablatio-
ne,quam post breue momentū velis nolis necessariò es per-
diturus.Et nihilominus vanum est,propter illatum modicū
incōmodum vehementer cōturbari,quod mox post momē-
10 Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea. tum diffugiet. 10 Inter omnia autē,quæ vanitatis sunt ho E
minū,illa est vel præcipua,vel apertissima,quòd magno stu-
dio,cura,labore,sollicitudine thesauros magnos homines
cupidissimè congregant,in aceruos congerentes aurum, &
argentum,& cætera huiusmodi(pro quibus & corpora peri
culis exponūt, & animas suas perditioni æternæ mancipare
non formidant)& tamē ignorant,quibus ista sic congregēt.
incertum est enim,ad quem huiusmodi rerum sit deuēturа
possessio:neq; sciunt homines,ad quem sit post mortē, suа-
rum rerum venturū dominū.Et de hærede quidem frequē-
ter omnino ignorant,dum sic cupidissimè congregāt, quis-
nam ille sit futurus. Aut si personam vtcunq; sciunt, certè
qualis ille scit futurus,& quomodo partis vsurus ignorant,
* & nunc quæ est expectatio mea,nónne dominus? aut in quosvsus ipse cōgregata sit expēsurus,aut quo animo
(gratóne an ingrato)erga eū qui thesaurizauit futurus. Sic
autem in incertū tantos labores pro nihilo,imò in detrimē-
tū æternū insumere,quis non videat esse vanissimū:* Quæ F
verò est,ô piissime Deus, mea expectatio? quod est meum
Iob 17 Psalm.7 desideriū?quid est, quod ego expeto, quod desidero? Certè
non aliud,nisi tu ipse dominus, & Deus meus. Tu enim es
* & substātia mea apud te est. præstolatio mea & patiētia mea,quem solum expecto cum
desiderio:vt te aliquādo possideam,propter quē alia omnia
tēporaria pro nihilo cōtemno,& omnia aduersantia patien
11 Ab omnibus iniquitatib⁹ meis erue me: ter ferre volo:* & substantia mea omnis apud te est:id est,
meas omnes diuitias in te vno positas habeo, téq; reputo
*opprobriū insipiēti dedisti me. omnes diuitias,& totam possessionem meā,in quo vno ha-
bere me omnia cōfido. 11 Tu domine,quo te dignus fiam,
ab omnibus peccatis meis me libera:* tu permisisti me fieri
opprobrium,& illusionem hominibus insipientibus,aduer-
sariis meis,quem contemptū,& afflictionem patienter fero,
modò

modò tu tantum sic humiliatū me à peccatis meis absoluas.
12 Cùm autem illi mihi illuderent,& irrogarent iniurias, 12 Obmu-
obmutescebam ego iuxta quod dixeram,ac proposueram in tui, & non
corde meo,neque ad responsionem,defensionem,aut expro- aperui os
brationem aperui aduersum illos os meum,sinēs illos agere meum,quo-
contra me,quicquid esset collibitum:quoniam sic ista acci- niam tu fe-
G piebam tanquā à te illata & facta,id est,à tua prouida dispo cisti:* amo
sitione,& prudenti permissione,propter exercitium patien- ue à me pla
tiæ,& purgationē peccati mei:* & quia hæc omnia quæ pa- gas tuas.
tior,nō vt ab insipientibus hominibus,sed vt à tua prouida
dispositione accipio,idcirco nō illis respondeo,non cū illis
contēdo,vt cessent:sed tu domine deprecor,vt tu à me ista 13 A fortitu-
tua verba,ista tua flagella amoueas,cùm tibi ita placitū & dine manus
vtile visum fuerit.Te enim volente,cessabūt plagæ aduersa tuæ ego
riorum meorum,quorum ministerio ad meam disciplinam defeci in in-
vti te considero. 13 A fortitudine vltricis manus tuæ,quā crepationi-
super me grauiter extentam experior,ego quasi defeci in ca bus: * pro-
stigationibus,& flagellis tuis:& iam totus videor exhaustus pter iniqui-
præ grauitate persequutionis & afflictionum,quæ super me tatem corri
ex tua dispositione venerunt:* tu enim domine corripere so puisti homi
litus es homines,arguere,& castigare propter iniquitatem: nem.
quemadmodum pius pater filium corripit peccantē,partim, 14 Et tabe-
vt quod per iniquitatē iustitiæ subtractum est, per vindictæ scere fecisti
H pœnalitatē restituatur: partim verò,vt correptus offendisse sicut ara-
se sciat,& quem offenderit agnoscat,agnoscens verò emen- neam ani-
dare studeat,ne iterum vel eadem,vel prioribus peiora non mam eius:
castigatus committat. 14 Et facis tu domine tabescere * verūtamē
animam meam, atque in nihilum vitam defluere, ad eum vanè cōtur
modum quo aranea exhausta omni vigore,& exiccata tabe batur om-
scit:quæ sanè correptio,& pœna toti etiā generi hominum nis homo.
propter originale peccatū infligitur:* veruntamen vanū est 15 Exaudi
hominem pro vlla re temporaria commoueri animo,& vel orationem
nimia delectatione affici, vel immodico dolore torqueri: meā domi-
propter quod mihi consultius videtur in nullo conturbari, ne, & de-
tibiq; in patientia omnia cōmittere. 15 Tu tantùm domi- precationē
ne exaudi orationem meam,quam fundo ante conspectum meā:* auri
tuum,& deprecationē qua te deprecor pro remissione pec- bus percipe
catorum:* lacrymosas orationes meas, & preces quas cum lacrymas
lacrymis ex dolore pœnitentiæ effundo,auribus percipe,& meas.
clementer exaudi. 16 Ne taceas, neque obsurdescas, sed 16 Ne sileas

magis attentus esto ad orationem meam,& benigna exaudi-
tione responde deprecationi meæ: * quoniam ego ante
te sum quasi aduena,& quasi peregrinus in hoc mundo,sta-
bilem hic non habens mansionem,quomodo omnes maio-
res mei,non nisi aduenas & peregrinos esse se confessi sunt
super terram. Non enim habemus hic manentem ciuita-
tem,sed futuram inquirimus:& donec in corpore viuimus,
à domino peregrinamur,per fidem ambulantes,nõ per spe-
ciem. 17 Quoniam ergo aduenis & peregrinis debetur A
misericordia & consolatio, precor te domine, vt remittas
aliquantulum super me manum tuam:paululúmq;,si ita tuæ
voluntati placitum & expediens visum fuerit,eam alleuies,
& à me subtrahas:vt qui penè mihi videor iam exhaustus,
atque destitutus internis viribus, respirem & refociller ali-
quantulum,accipiámq; vel modicam consolationem & re-
quiem, priusquam ab hac terra miseriæ & peregrinatione
egrediar,quando amplius non ero super terram,neq; vltra
redibo, posteaquam semel abscessero: vt etiam modò in
peregrinatione, aliquid illius superpleniſsimæ consolatio-
nis velut prægustare valeam, qua apud te spero in æter-
num frui, Amen.

* *quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei.* Hebr.13 2.Cor.5

17 *Remitte mihi vt refrigerer,priusquã abeam,& amplius non ero.*

ANNOTATIONES IN Psalmum trigesimumoctauum.

VERSV quinto & sexto,Notũ fac mihi domine finem
meum. Quod petit Propheta, notum sibi fieri finem
suum,& numerum dierum vitæ suæ,non aliud quàm expri
mit tædium præsentis vitæ,& desiderium futuræ, in qua se
liberandum credit ab omnibus malis. Mos enim est, cùm B
ad aliquam rem vehementer aspiramus,siue vt finiatur,siue
vt inchoetur,vt supputatis diebus expendamus,quando hæc
res desinet,aut illa incipiet. Et aliàs diximus,cùm ita loqui-
tur Psalmista: Vsquequo domine obliuiscéris me:quousq;,
quandiu, aliisque consimilibus modis, non aliud indicari
nisi magnum desiderium,nullam autem expectari certam
responsionem. Atque ita in proposito, petens vir iustus à
domino vt notum sibi faciat finem & numerum dierum,
nequaquam responsionem expectat: sed tantùm suum desi-
derium vehemens, sic loquendo, insinuat. Versu sexto,
Quid desit mihi,id est, quantum desit mihi temporis vitæ
meæ: hoc est,quantum adhuc mihi supersit dierũ, aut tem-

poris,quo viuendum mihi est super terram. Illud enim tem-
poris dicitur nobis deesse,quod nondum viximus,quod ad-
huc supereſt in vita transigendum. Vnde & vulgo loquẽtes
dicere solent homines,tot annos se habere,quot annos vi-
uendo transegerunt. Illos enim qui nondum transacti sunt,
habere se non dicunt. Verbi gratia,qui triginta annos vixit,
ex loquendi vulgata consuetudine dicit se triginta annos
habere. Eos autem quibus victurus est,nondum se dicit ha-
bere. Et secundum hunc modum,annos reſiduos qui super-
sunt transigendi,sibi dicit Propheta deesse:eò quòd nõdum
eos habeat. Quamuis forsitan secundum aliam considera-
tionem rectius dicere possumus iuxta veritatem,illos annos
habere nos qui adhuc supersunt: illos verò iam deesse, iam
non haberi, qui præterierunt. Nam secundum veritatem
nihil minus habem⁹,quàm id quod omnino præteriit, & ita
præteriit,vt nullo modo reuocari possit:cuiusmodi est tem-
C pus quod iam præteritum est. Illud verò quod adhuc haben
dum est,saltem spe habemus, & expectatione possidemus.

Versu septimo, Et substantia mea tanquã nihilum ante
te. Substantia in hoc Psalmo bis ponitur,& iuxta Elucida-
tionis declarationẽ,non eodem modo accipitur. Nam prius
quidem,pro substãtia seu vita ponitur. Vnde & ex Hebræo
vertit beatus Hieronymus: Et vita mea quasi nõ sit in con-
spectu tuo:pro quo alius vertit tẽpus,eandem prætẽdens in-
telligentiam:videlicet de tempore vitæ,& subsistẽdi in hoc
corpore. In secundo autem loco, videtur substantia aliud
esse quàm subsistentia, vel tempus vitæ: nimirum ipsum in
quo omnes suas diuitias, possessionem omnem,atq; omne
suum bonum positum iudicat. Nam quadrat hæc intelligẽ-
tia rectè ad id quod præcesserit de vanitate hominum auaro-
rum. Quasi dicat Propheta,Hi quidem thesaurizãt,& igno-
rant cui congregant illa temporaria bona. Mea verò expe-
ctatio non alia est,quàm dominus:& substantia mea omnis,
meæ omnes diuitiæ,& omnes mei thesauri apud te sunt,ita
vt cùm te vnũ habuerim,omnia sim habiturus,quæ ego ex-
pecto,& desidero. Atq; his rectè satis Hebræum consentit,
quod hoc in loco habet:Præstolatio mea,vel spes mea in te.

Versu octauo,Verũtamen vniuersa vanitas,omnis homo
viuẽs. Hũc versum ita explanat Elucidatio,vt vniuersa & va
nitas regimine adiectiui,& substãtiui copulẽtur,sitq; sensus,

Omnis homo viuens,est vniuersa vanitas. Atque huic constructioni consentit Felicis trãslatio ex Hebræo,quæ habet, Certè omnis vanitas,omnis homo permanẽs,in vita scilicet ista corporis. Et videtur hæc esse Psalmistæ sententia, qua omnem hominem,donec hic viuat super terrã,facit esse vniuersam vanitatem:significãs nimirum illã maximã,& summam mutabilitatem atq; instabilitatem,cui præ cæteris omnibus creaturis,donec in corpore degit,amplius subditus est homo. Nam sicut(iuxta beati Gregorij demonstrationẽ) omnis creaturæ aliquid habet homo,nimirum esse cõmune habens cum inanimatis omnibus,viuere & vegetare cũ plãtis,sentire cum animalibus,intelligere, & velle cũ angelis: ita similiter & omnium creaturarum mutabilitati cõmunicat homo:& est omnis creaturæ mutabilitas in humana specie velut agglomerata. Cũ inanimatis enim cõmunicat homo,quantũ ad corpus mortale quod modo inhabitat,in mutabilitate ab esse,ad nõ esse:quoniam corruptioni subiectus est,atq; etiam aliis mutationibus secundum locum, & secũdum varia accidentia corporalia. Cum viuentibus,secũdum mutabilitatem augmentationis,diminutionis, nutritionis. Cum sentientibus,secundũ omnes mutationes sensuum, & sensualium affectionum,atq; passionum. Cum angelis verò secundũ volubilitatem cogitationum,& volitionum. Quomodo ergo iuxta magni illius Gregorij sentẽtiam, rectè omnis creaturæ nomine intelligitur homo,eò q̃ omnis creaturæ aliquid habet homo:ita & in proposito dicimus hominẽ rectè vniuersa,siue omnẽ vanitatem nominari:quoniam omnis vanitatis omniũ creaturarũ aliquid habet homo. Et quæ in aliis sunt dispersa,in hoc vno simul inueniũtur. Non fuit autẽ Prophetæ satis dicere, Vniuersa vanitas homo viuẽs:sed addere voluit etiã secundũ vniuersale signũ, Omnis homo viuens. Nam si omisisset signũ illud vniuersale, forsitan existimaretur de tota specie tantùm loqui,quasi nõ in singulis indiuiduis speciei humanæ inueniretur vniuersã vanitatem,sed in tota solùm specie,quãtum ad diuersa indiuidua:vtpote in vno hãc vanitatis partẽ,in altero alterã. Nũc verò in singulis quoq; indiuiduis vniuersa vanitas est, & perfecta,plenáq; eiusmodi mutabilitas. Atq; idcirco dixit, Vniuersa vanitas,omnis homo viuens. Videtur autẽ prima facie huic nostræ expositioni repugnare lectio Græca,q̃ ita habet, πλὴν τὰ σύμπαντα μεταιότης,πᾶς ἄνθρωπος ζῶν hoc est, Verumtamen omnia vanitas omnis homo viuens. Atque huic etiam cõsonat Hieronymi ex Hebræo translatio quæ sic habet,Omnia enim vanitas,omnis homo stans: id est,permanens in vita. Vnde apparet,quod nõ rectè secũdum priorem expositionem iunxerimus vniuersam vanitatẽ per modum adiectiui,& substãtiui,& aliam esse à supraposita sententiã. Verùm aduertendum est,etiam hanc lectionem ad supradictum sensum facile posse reduci, tantum præpositione per, aut in Græco κατὰ (id quod apud Græcos non est nouum) subintellecta,ad hũc modum, Per omnia vanitas est omnis homo viuens: & quid aliud esse potest per omnia vanitas quàm vniuersa, aut omnis vanitas? Si autem omnino nihil placeat intelligere quæ nos coniunximus, lege diuisim, & talem accipe sententiam: Verũtamen vniuersa sunt vanitas,omnia sunt vanitas,quæ in hoc mundo sunt,etiã omnis homo viuens:vel,præcipuè autem omnis homo viuens,Verùm prior sententia & coniunctio, multò cõuenientior est, præcipuè cùm neq; Græco aut Hebræo, repugnet. Versu F duodecimo, & decimotertio. Ab omnibus iniquitatibus meis erue me,&c. Saluberrimũ nobis in tribulatione malorum positis hoc in loco proponitur consiliũ: videlicet cum affligimur,omnia tanquàm de manu Domini suscipiamus. Quẽadmodum eximiũ illud,ac celeberrimũ patiẽtiæ exemplum sanctus Iob, cùm à Satan tantis affligeretur malis,ad domini manũ respiciens,dicebat,Si bona de manu Domini suscepimus:mala cur nõ sustineamus? Dominus dedit, Dominus abstulit:sit nomen Domini benedictũ. Quod consiliũ si sectemur,& non oculos nostros ad hominem persequentem,atq; iniuriam inferentem,sed ad Deum (cuius permissione,& prouida dispositione pro nostra salutẽ id fieri credendum est) intẽderimus,non faciles erimus ad murmurationẽ,aut retaliationem iniuriæ,aut exactionẽ vindictæ,neq; peccabimus in blasphemiis vel maledictionibus,quemadmodum de illo legimus,quod in omnibus illis (maximis indubiè) aduersitatibus nõ peccauit labiis suis,neq; stultum quicquã contra Deũ loquutus est. Contra Satan verò ministrum horum malorum,aut contra vllum aliorum hominũ, ne verbũ quidem murmurationis aut iniuriæ emisit de ore suo. Sic & Dauid rex fugiẽs à facie filij,cùm malediceretur

Iob 2

Iob 1.& 2

2.Reg.16

ab homine Belial,oblatam de manu Abisai vltionem com-
2.Reg.16 pescuit,dicens, Dimitte eum,vt maledicat. Dominus enim
præcepit ei,vt malediceret Dauid. Et quis est, qui audeat di-
cere,quare sic fecerit? Et rursum, Dimitte eum vt maledi-
cat iuxta præceptum Domini,si forte respiciat Dominus af- G
flictionem meam,& reddat mihi Dominus bonum pro ma
ledictione hac hodierna. Illud autem nos prudentiæ caute-
lam docet, quòd oraturus Propheta Dominum pro flagel-
lorum amotione, prius orat versu præcedente pro omnium
peccatorum dimissione. Prius enim dicit, Ab omnibus ini-
quitatibus meis erue me:ac deinde subiungit versu sequen-
ti, Amoue à me plagas tuas. Est enim ille ordo rectus, vt
prius causa tollatur,ac deinde effectus. Sunt autem plurimi,
qui orant quidem Deum labiis pro afflictionum amotione,
sed ad radicem non ponunt securim,neq; prudenter petũt:
quia non curant de suorum peccatorum(in quibus stare eli-
gunt)dimissione. Et cùm hæc plerumq; causa sint flagello-
rum Dei,stultum est pro affectus amotione orationem face
re:& de causæ ablatione nihil curare. Versu penultimo,Ne
fileas quoniam aduena ego sum apud te & peregrinus.Om-
nes quidem homines,æquè boni atq; mali,non aliud in hoc
mundo sunt, quàm aduenæ & peregrini. Omnes enim tan-
tùm transitum facimus per viam huius vitæ: neq; habet hic
quisquam hominum manentem ciuitatem, imò neq; pas-
sum pedis proprium, & verè hæreditarium, sic vt perpetuò
illum valeat tenere in possessionem suam. Verùm est inter
bonos & malos differentia,quòd boni affectu hîc se peregri
nos faciunt & sunt, ídque & ore agnoscunt & confitentur,
Hebr.13 quemadmodum pulcherrimè admodum de sanctis Patriar-
Actu.6 chis scribit beatus Apostolus,quod à longe tantum aspicié-
tes & salutantes factas sibi promissiones,cõfitebantur,quòd H
Hebr.11 peregrini essent,& hospites super terram, terram repromis-
sionis,tanquam alienam inhabitantes in casulis,eò quòd pa
Philip.3 triam meliorem expectarent,nempe cælestem,& ciuitatem
Colos.3 fundamenta habẽtem,cuius artifex & conditor Deus. Quia
Ioan.17 enim affectu, & mẽte non inhærent rebus huius mundi,sed
2.Cor.4 conuersationem suam in cælis habere student:quia nõ quæ
2.Cor.5 super terram,sed quæ sursum sunt,sapiunt & quærunt:quia
Ephes.2 in mundo existentes nõ sunt de mundo:quia non contẽplan
Gene.47 tur ea quæ videntur temporaria,sed quæ non videntur æter-
na:quia

na: quia corpore absentes à Domino, spiritu & desiderio
præsentes se ei exhibere,& placere contendunt: Idcirco hîc
quidem super terram non nisi aduenæ sunt,hospitésq; & pe
regrini,ciues autem sunt sanctorum,& domestici Dei. Vn-
de & egregius ille Patriarcha Iacob interrogatus à Pharaõ-
ne,quot essent anni vitæ ipsius,Dies (inquit) peregrinatio-
nis vitæ meæ,centum triginta annorum,sunt parui & mali:
& non peruenerũt vsq; ad dies patrum meorum, quibus pe-
regrinati sunt.Impij verò & terreni homines,licet re ipsa ve
lint nolint,aliud quàm aduenæ esse non possint, neq; aliud
quàm peregrini,affectu tamẽ nihil sunt minus.Ita enim re-
bus huius mũdi inhærẽt,acsi perpetuò hîc in terra sint per-
mansuri:& quidẽ affectu cupiunt, si fieri id posset, perpetuò
in terrenis his possessionibus vitam agere:libentissimè Deo
(vt ipsi stulti stultissimè effutire solent) sua regna superna
cõcessuri,si pro illis terrã vellet ipsis dare perpetuam. Et cum
hinc adueniente statuto tẽpore migrare cõpelluntur, æger-
rimè reddunt animã:ni mirum hoc ipso monstrantes, quòd
affectu super terram non aduenæ, sed verè ciues fuerint, &
quòd patriã veterẽ morientes relinquant, non nouã requi-
rant.Versu vltimo, Amplius non ero. Cùm dicit Propheta,
Amplius non ero:nẽmo hinc ansam accipiat malè opinãn-
A di,quòd per mortẽ prorsus homo intereat, tam secundũ cor
pus,quàm secundum animam,& quòd non sit post mortem
aliquando futura resurrectio. Nequaquam enim hoc vole-
bat Propheta sanctus,sed tantum de incolatu suo,& peregri
natione loquitur:quasi dicat,Sine me peregrinum, & adue-
nam refocillari,atq; respirare aliquantulũ, priusquã abeam
hinc ex isto incolatu atq; peregrinatione,&vltra hîc nõ ero
in hoc incolatu, in hac vita mortalis corporis, quomodo
iam viuo,donec tibi erit placitũ finire peregrinationẽ meã.

TRIGESIMINONI PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVM istum de Christo intelligendum manifestè do cet Paulus Apostolus in Epistola quã scripsit Hebræis, capi. ix. vbi aliquot versus (nonum videlicet, decimum,& vndecimum) ex eodem profert, quos Christo applicat de legalium consummatione, & nouæ hostiæ immolatione loquenti. Videntur tamen prima facie principium & finis Psalmi non vsque adeò cõuenire Christo:potissimum vbi versus finem peccata sua confitetur,

& iniquitatum suarum multitudinem, qui Psalmũ profert: Chri-
1.Petr.2 stus autem agnus existens sine macula, peccatum omnino non fe-
cit, neque inuentus est vnquam dolus in ore eius. Veruntamen, sic
Christum aduertimus pro suis membris confitentem, & deprecan-
tem, id est, pro nobis peccatoribus (qui licet eius redempti sanguine,
& per eum liberati, tamen multipliciter quotidie offendimus) nihil
prorsus videbitur absurdum, si ipsum, qui quantum ad suæ personæ
singularitatem verè est sine peccato, audimus aliena peccata tan-
quam sua confitentem, & pro membrorum delictis capitis deuotio-
nem videamus exorantem. Atque hac de causa in Elucidatione, B
Iacobi 3 quæ subsequetur, explanando principium, atque finem Psalmi, in
quibus loqui videtur in persona membrorum suorum, vsi sumus
tertia persona, quo clarior esset intelligentia: ita vt ipse intelligatur
de nobis loqui, sub persona tertia, cum in Psalmo videatur de se lo-
qui sub primam personam. In medio autem, vbi ad Christi perso-
nam quis dicuntur sunt accommodanda, primam personam (vt in
textu) seruauimus: vt sic manifestè lector hac diuersitate diiudica-
re valeat, quid ipse secundum personam fidelium, atque membrorũ
dicat, quidue secundum personam suam propriam. His itaque præ-
missis, ad commonitionem legentiũ, nunc breuiter solito more, Psal-
mi totius sententiam complectamur. Commemorat itaque in pri-
mis illud de suis membris Christus Dominus, quomodo post longam
& vehementem patrum expectationem, humanum genus tandem
respiciens Deus pater omnipotens, de captiuitate mortis, lacu infer-
ni & fœditate peccatorum, tam originalis quàm actualium, saluũ
fecit, atque in viam iustitiæ reduxit: vbi gaudentes liberatori suo
canunt dulcia gratiarum actionis, & læta cantica, ita vt mutuis
exemplis multi ad Dei timorem videantur conuerti: cuiusmodi ho-
minum certè & vera asseritur esse beatitudo. Atque hæc primis
sex versibus. Dehinc verò, Christi ad patrem de semetipso sermo
dirigitur, enarrantis quæ per ipsum erga genus humanum ille vo-
luit secundum consilium sapientiæ suæ mirabiliter operari, quomo-
do videlicet mirabilia Dei secreta consilia annuntiare venerit ho-
minibus, quomodo in carne humana patri factus est obediens vsque C
ad mortem, vt hostia placabilis fieret pro peccatis hominum, post-
eaquam alia nulla oblatione, aut hostia corporali potuit patris ira
placari: quomodo deinde patris voluntatem diligentissimè impleuer-
rit, neque ipse solùm impleuerit, verumetiam fidelibus vniuersis
publicè & palam annuntiauerit, nihil celans eorum quæ à patre
sibi tradita fuerant docenda. Atque hæc vsque ad versum decimum

mumquintum. Ab hoc autem versu, vsque ad finem, transitum
facit ad deprecandum patrem pro infirmis membris suis, quorum
iniquitates & miserias vt proprias reputat, pro illis tanquam pro
semetipso patrem rogans, vt illos ab omni malo eripiat, & sic adiu-
uet per confirmationem gratiæ suæ, vt malis non succumbant: illi
verò qui ad ipsorum laborant perniciem, vt confusione æternæ dã-
nationis absorbeantur, vt liberati fideles patrem magnificent, in
quo sibi repositum habent omne adiutorium.

TRIGESIMINONI PSALMI ELVCIDATIO.

D MAGNO & vehementi desiderio, longáq; expectatione, ante perfectã generis humani redẽptionem expectauerant patres ad salutẽ Domini patris mei, vt iuxta cõsilium & propositum suum æternũ ipsos aliquãdo faceret saluos, ab ea in qua iacebant captiuitate: * & tandem propitius factus pater meus oculos misericordię suę posuit super illos, vultúq; placabili misericordia motus aspexit illos. 2 Et exauduit preces eorum, & clamores multos magnos & longos, quibus pro sua liberatione ad ipsum exclamauerãt: * & eduxit eos de profunda fouea inferni, à morte æterna, & damnatione illos liberans, cuius per peccata facti fuerant debitores: atq; item à luto cœni, à sorditie & fœditate peccati, tam eius quod ex origine cõtraxerant, quàm eorũ quæ per propriã voluntatẽ sibi superiecerant: saluos eos faciẽs à peccatis eorũ, & à regno mortis transferens ad vitam. 3 Eductos autem de lacu, & cœnoso luto peccatorum, ipse constituit super viam bonã, mundam, & firmã, cuiusmodi sunt viæ lapidibus stratæ, & petrosæ: id est, in via iustitiæ, & virtutis gratia sua conformauit eos, vt vltra in lutum & fœcem peccati non immergerentur: * ipse director illis, ac ductor fuit per viam iustitię, operari eos docens iustitiam, & in operando sic dirigens, vt non deflecterent neq; ad dexteram, neque ad sinistram. 4 Eductos verò è tantis miseriis dehinc lætificauit interius vnctione spiritus sui sancti, atq; ita canticum nouum dedit in ore eorum: * carmen (inquam) lætitiæ, & gratiarum actionis, ad laudem Dei saluatoris sui, quod illos interior exultatio, & lætitia spiritus docuit decantare liberatori suo. 5 Videbunt multi aliorum exempla, & lumen iustitiæ, atq; virtutis eorum refulgebit multis, proximorum

1 *Expectãs expectaui Dominum:*

* *& intendit mihi.*

2 *Et exaudiuit preces meas: * & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis.*

3 *Et statuit supra petrã pedes meos:*

* *& direxit gressus meos.*

4 *Et immisit in os meũ canticum nouum:*

* *carmen deo nostro.*

5 *Videbunt multi, & timebunt:*

in exemplum, qui inducent exemplo bono timorem Domini: * discéntq; ponere in Domino spem suam, vt cum proximos suos tanta viderint a Deo misericordia affectos, & tanta consolatione repletos, animentur & ipsi spe simili, ad istiusmodi bona consequenda. 6 Et verè beatus est homo ille, qui spem habet, & fiduciam in nomine Domini, qui Dominum Deum ponit spem suam, & omnem fiduciam habet in eo, toto ei corde, & tota mente inhærens: * ad ea verò quę sunt huius mundi temporaria & caduca bona, itémq; ad vitia & peccata, quibus plenus est mundus, non intendit oculis mentis suæ, vt cor suum poneret super illa, fiduciáque & amore eis inhæreret: quæ reuera nihil aliud sunt, quàm vanitas, & meræ insaniæ atq; dementiæ, quibus homo velut dementatur, imò efferatur, & prorsus ab humanę conditionis nobilitate elongatur: quæ cum multa polliceantur, & eximiam quandam promittere videantur fœlicitatem, secundum veritatem tamen nihil præstare possunt suis amatoribus eorum, quæ pollicebãtur: sicq; fallunt planè & decipiũt, apparentia quadam, ostentatione, ac specie boni, amatores suos. 7 Multa admodum sunt opera tua, quæ tu fecisti Domine Deus pater meus, & magna, & admirabilia: partim in rerum omnium potenti creatione, partim in generis humani magnifica redemptione, & electorum tuorum saluatione: * & non quisquam neq; in cælo, neq; in terra, neq; aliculbi gentium, qui similis sit tibi, aut æqualis in cogitationibus tuis: qui secundum cogitationes atq; consilia sapientiæ tuę valeat tibi comparari. 8 Ego assumpta carne in mundum adueniens, annũtiaui & prædicaui hominibus, ad quos missus fueram, istas mirabiles cogitationes, & magnifica consilia tua: omnia quæcunq; à te patre meo audiui, nota faciés eis, ea potissimum quę tu de humani generis redemptione, electorúmq; glorificatione, & damnatorum reprobatione cogitaueras, atq; decreueras, & annuntianda mihi commiseras: * me autem super terram annuntiante (partim quidẽ per memetipsum, partim per meos Apostolos atque ministros, in orbem vniuersum destinatos) submiserunt se veritati quam plurimi in omnibus gentibus & populis, sicque multiplicati sunt vehementer fideles, qui totam, contemptis omnibus vanitatibus, in te solo ponerent fiduciam. 9 Eorum autem quæ illis ex tua voluntate annuntiaui

*& spera buntin Domino.

6 *Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius:* & nõ respexit in vanitates & insanias falsas.*

7 *Multa fecisti tu domine Deus meus mirabilia tua:* *& cogitationibustuis non est qui similis sit tibi.*

Ioan.17

8 *Annuntiaui, & loquutussum:* * multiplicati sunt super numerum:*

Hebr.2

Marc.10

9 *Sacrificium & oblationem nolusti.*

tiaui præcipuum erat, opus miserationis illius, quod eis per meum in mundum aduẽtum exhibuisti. Tu enim pater, sacrificia corporalia, & corporales oblationes, non propter seipsa requisisti, neq; vnquam vt per se placita, & propter se grata offerri tibi voluisti, neq; hisce corporalibus rebus placari voluisti irã tuam erga genus humanũ: * sed mihi filio tuo ad operis illius perfectionem, aures perfecisti, & corpus aptasti: hoc est, corpore me induisti, in quo perfecta tibi obedientia, etiam vsq; ad probrosissimam mortem obediẽs fierem atq; subiectus, vt sic per summam illam meam obediẽtiam restituerem, quod per inobediẽtiam fuerat collapsum, genus humanum. 10 Oblationes illæ corporales, siue quæ pro peccatis offerebãtur, siue pro holocaustis, nõ tibi fuerũt per se gratæ, neque tu ea propter seipsa requisiuisti de manibus seruiẽtium tibi, nisi quatenus figuræ & vmbræ erãt vẽturorum, quæ in carne mea erãt adimplenda: * tunc in tempore quo illa cõsummari debebãt, & finiri vetera, aduenie-te temporis ad hoc cõstituti plenitudine, dixi ego tibi, Ecce pater paratus sum iuxta æternam prædestinationem tuã venire in carne humana, in serui forma, vt placitum tibi offerã sacrificiũ, & hostiam verè placabilem: quo sic adimpleã in memetipso cõsilium redemptionis humanæ, quod illis corporalibus perfici non potuit. 11 In libro enim vitæ & æternæ prædestinationis tuæ, de me præordinatum est, & prædestinatum, tanquam de primogenito in multis fratribus, tãquam de præcipuo ac primo omnium electorũ, in salutis gloriam ex hominibus vẽturorum, sicq; in libris illius capite, id est, in primo atq; dignissimo loco, vt ego voluntatem tuam etiam vsq; ad mortis ignominiam, in perfecta obediẽtia perficerẽ & adimplerem. Ita enim pater ab æterno disposuisti, vt per me tuum filium, in persona serui assumpta, volũtatem tuam de generis humani reparatione perficeres: * & quia ita à te dispositũ cognoui, idcirco & ego mi pater, voluntatem meam sanctissimæ tuæ volũtati conformem feci, paratus in omnibus, nõ meam, sed tuam adimplere voluntatẽ, & quæ tibi sunt placita, facere semper: sicq; legẽ tuã ego accepi, & reposui in intimo cordis mei mẽte pariter & affectu eã diligẽtissimè amplexans, vt eã totis viribus perficiam. 12 Iustitiam fidei, iustitiam veram, quæ coram te iustitia est: * atq; ipsam etiam tuam iustitiam, qua in teipso iustus es,

*aures autem perfecisti mihi.

Philip.2

Genes.3

10 *Holocaustiũ et p peccato non postulasti:* * tũc dixi, ecce venio.*

Esaiæ 1

Hebr.10

2.Cor.13

Rom.8

11 *In capite libri scriptũ est de me, vt facerem voluntatẽ tuã* * Deꝰ meꝰ volui et legem tuã in medio cordis mei.*

12 *Annuntiaui iustitiam tuam in ecclesia magna:* *ecce labia mea non prohibebo, Domine tu scisti.*

Ioan. 4. 5. & 6

Ioan.8

13 *Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: * veritatem tuam & salutare tuum dixi.*

14 *Nō abscōdi misericordiā tuā, & veritatē tuā, à concilio multo.*

15 *Tu autē Domine, ne longè facias miserationes tuas à me:* Ioan.18 Ioan.17 * *misericordia tua & veritas tua semper suscepерunt me.*

16 *Quoniā circundederūt me mala, quorū nō est numer⁹: * comprehēderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem.* 1.Ioan.5

17 *Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei:* * *& cor meum dereliquit me.*

es, ego prædicaui: partim per me metipsum, partim per meos discipulos, in cætu magno fidelium, in multa ac magna cōgregatione populorum credentium: * ecce tu nosti Domine, quomodo non continuerim os meum, neque tacuerim, quin tuam iustitiam vbiq; palam & apertè prædicauerim, 13 Non celaui, neq; occultatam continui in corde meo iustitiam tuam, quasi erubescens aut formidans eam confiteri propter malorum persequutiones: * sed absq; omni metu in te habens fiduciam, tuam veritatem & tuam salutem prædicaui in ore meo: & præcepta omnia iustitiæ tuæ diligenter eis cum seuera interminatione proponendo: & quam tu eis miseras per me salutem constanter euangelizando. 14 Non occultaui, neq; celaui consilia misericordiæ tuæ, & B rigorem iustitiæ tuæ, à concilio frequenti: sed etiam in publicis conciliis, in conspectu multorum nihil reueritus, fidenter cōfessus sum veritatem, ad quam testificandam ego à te missus veni in mundum. 15 Tu verò Domine mi pater, posteaquàm ego pro electis, pro fidelibus, & membris meis tanta egi diligentia, quæso, vt miserationes tuas ab eis nunquam elonges, sed serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, & quos tanta humilitate, tantóque pretio redemi: * & quemadmodum misericordia tua, atq; veritas siue fidelitas iustitiæ tuæ semper me susceperunt, atq; seruauerunt, ita & ipsi per misericordiam, & veritatem tuam semper seruentur à malo, vt mihi non pereant electi mei, quos tam carissimo pretio mihi comparaui. 16 Ecce enim mundus iniquitatibus, & omni malitia plenus est, totus in maligno positus: ita vt pauperculos fideles meos ex omni parte circundet abundantia malitiæ, absq; numero & mēsura: * plurimi C quoq; ex illis qui in numero sunt fideliū, partim ob humanā fragilitatē, & ad malā pronitatem, partim ob tentantiū violentiā, partim ab abundantia malitiæ, quæ in mūdo est, grauantur peccatis & delictis tam multis, vt nec videri singula aut dispici possint. 17 Excreuit numerus eorum valde, ad modū capillorū qui in capite sunt innumerabiles, ita vt vix videatur quomodo possint effugere electi mei: * pro quibus ego summa teneor anxietate, ne cōsentiant malo, ne impietate seducantur peruersorū, ne abundante & excrescēte nimium

18 *Complaceat tibi domine vt eruas me: * domine ad adiuuandum me respice.*

19 *Confundantur & reuereantur simul qui quærūt animā meā, vt auferāt eā.*

20 *Cōuertāturretror sum, et reuereātur qui volunt mihi mala.*

21 *Ferant confestim cōfusionem suam, qui dicūt mihi euge euge.*

22 *Exultēt & lætētur super te omnes quærentes te: * & dicāt, semper, magnificetur dominꝰ, qui diligūt salutare tuum.*

23 *Ego autem mendicus sum & pauper:*

* *dominus sollicitus est mei.*

24 *Adiutor meus et protector meus tu es: * Deus meus ne tardaueris.*

miū iniquitate refrigescat, aut pereat eorū charitas. 18 Placeat ergo tibi, pater sancte & domine, vt meos pauperculos fideles quos elegi, eruas à periculis tātæ malitiæ, & tua protectione custodias: * aspice ò mi benignissime pater in auxilium membrorū meorum, quos tibi ego perinde atque me- D metipsum cōmendo, cum sint mēbra corporis mei. 19 Cōfusio & erubescētia sempiterna apprehēdat illos in nouissimo die, qui quærūt animas illorum, vt eas perdant, & interficiant, qui laborant vt in mortē pertrahāt animas, quas magno pretio, & summa mea humilitate mihi cōparaui. 20 Cogātur auerti retrorsum, & nō possint in effectum perducere praua sua proposita, atq; consilia: sicq; cōfusione, & pudore afficiantur omnes: qui nocere cupiūt, & mala inferre fidelibus seruis meis. 21 Accipiant pro præmio & retributione meritis cōdigna, confusionē damnationis perpetuæ, omnes qui insultātes meis fidelibus, aut eorū malis gaudētes, dicūt collætando, & insultādo euge euge. 22 Qui autē te bono, & fideli corde requirunt, qui sibi placere cupiūt, ipsi super te exultando gaudeant, & magnificè lætentur, cum se viderint tuo auxilio liberatos: * & qui tuam salutem diligūt, eámq; fide, & bona volūtate cum gratitudine acceptāt, eiúsq; fieri participes contēdunt, ipsi tuo nomini iugiter dēt gloriam, & cum lætitia te semper magnificent. 23 Ipsi autem egeni sunt, & pauperes, humiles, & despecti, & tāquam mēdici ante cōspectum tuum, suam infirmitatē, & impotentiā agnoscētes, & confitētes, sibi ipsis nihil fidentes, sed in te spem suam E omnem collocātes: quomodo & ego, tāquam pauper eram, & mēdicus ante conspectum tuum, cum in mundo conuersarer: * & tu domine de pauperibus & humilibus tuis curam geres, quemadmodum & de me semper fuisti sollicitus. 24 Adiutor eorum, & liberator eorum tu es, à quo necesse est vt veniat illis adiutorium, & saluatio, & à quo omne suū bonum ipsi expectant: * Deus meus ne elongaueris ab eis auxiliū tuum, neq; nimiū differas: sed tempestiuè succurre iis, qui in tanta iniquitatis abūdantia grauiter periclitātur, vt sic tuæ gratiæ auxilio à peccatis nūc præseruatos, in vitā sempiternam, iuxta cōsiliū tuum æternū introducas. Amen.

ANNO

ANNOTATIONES IN

Psalmum trigesimumnonum.

VERSV primo,secundo,& tertio,Expectans expectaui dominũ,&c. Nota diligẽter ordinem sermonis. Expectaui(inquit)& intendit, & exaudiuit preces:Exaudiuit,& eduxit de lacu,& de luto,& statuit supra petram pedes: Statuit pedes,& direxit gressus.Parum enim esset de lacu,& luto nos fuisse erutos,nisi super viam lapidibus stratam ac paratam(id est,super viam bonam & securam)constituerentur pedes nostri.Quid enim prodesset de luto semel fuisse erutos,si iterum eodem in luto esset volutandum? Deniq; non vsqueadeò multum prodesset super viam firmam consistere, nisi esset director & dux viæ,qui vacillantem, & viam ignorantem deduceret.Iam verò qui in via bono comite securi ambulant,ad itineris leuamen,in exaltatione vocis cantare solent cantica gaudij:ita vt qui obuiam processerint canentibus,pariter & ipsi in hilaritate eorum oblectentur. Ita sanè per omnem modum & nobiscum agit benignus dominus noster.Cum enim attento desiderio & oratione exaudita,nos educit de inferni damnatione & fœditate peccatorum,super viam iustitiæ nos constituit, vt mundi ambulemus in ea,nec vltra inquinemus vel baptismo,vel pœnitentia lota vestimenta nostra.Et ne in via aut deficiamus propter infirmitatem,aut aberremus propter ignorantiæ cæcitatem,donat nobis confirmatorem, & directorem spiritum suum sanctum:de quo, quantum ad confirmationem, Psal. 50.postulat Propheta,Spiritu principali confirma me.Quãtum verò ad ducatum viæ,Psalmo 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectam.Sic autem ambulantes per vias iustitiæ,ad consolationem laboris,docet nos cantare cãtica lætitiæ in iubilo cordis & confessione oris, iuxta quod in Psal.118. dicitur,cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.Videntes autem proximi, qui vel nondum conuersi sunt, vel nondum plenè conuersi sunt ad dominũ.ita seruos Dei cum iucunditate,& alacritate seruire domino,animantur & ipsi ad seruiendum eidem, & sese illis adiungunt atq; associant:pariter & ipsi cantãtes in viis domini,eandem à domino misericordiã consequuti.Iucundissima omnino & spirituali homini ista hic pulcherrimè descripta partium consequutio. Versu sexto,Et non respexit

Psalm. 50
Psalm.142
Psalm.118

xit in vanitates,& insanias falsas.Adiectiuum falsas, referri potest simul ad vtrunq; præcedentium, videlicet ad vanitates,& insanias:vt dicamus falsasvanitates,& falsas insanias. Dicuntur autẽ bona temporaria & caduca (cuiusmodi sunt diuitiæ,honores,pompæ,voluptates, & cætera huiusmodi) vanitates,& insaniæ falsæ,non quod non verè sint vanitates (verissime enim nil nisi vanitas sunt,& vanitas vtiq; vanitatum)sed falsæ ab effectu,quòd fallãt omnes suos amatores, minimè præstantes quod promittunt.Sunt ergo insaniæ, & vanitates falsæ, id est, fallaces & deceptoriæ. Possumus autem etiam vitia,& peccata intelligere,quæ multò magis sunt vanitates & insaniæ,quàm temporaria bona.Siquidem hæc talia sunt,vt eis quis bene vti possit,& ad bonũ sibi cõuertere,qui nouerit quomodo sic illis recte vtatur, vt non spem in eis cõstituat.Illa autem nihil nisi mala esse possunt, neq; aliud quicquam nisi vanum hominem reddunt,& animum dementant. Versu septimo, Et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Non esse quenquã similem Deo in cogitationibus,pulchrè declarat Esaias,dicens, Nõ enim cogitationes meæ,cogitationes vestræ:neque viæ meæ,viæ vestræ,dicit dominus. Quia sicut exaltãtur cæli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à viis vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris.Denique,quis non ex hominibus, si inobedientes fiant serui,& in inobedientia perseuerẽt, vindictam meditabitur aduersus illos,& tormenta excogitabit quibus rebelles dignè puniat? Deus autem noster,de nobis inobedientibus,& multimodis suo mandato repugnãtibus, cogitabat nihilominus cogitationes pacis,& nõ afflictiõis, quemadmodũ per Hieremiam attestatur: Et cum essemus natura filij iræ,cogitauit de nobis in gratiã reuocandis. Et vbi quæso inuenietur in hominibus,vt pro liberãdis seruis sua iniquitate carceri adiudicatis,vnicum filium suũ mittat paterfamiliãs: vt hic quidem morte moriatur,illi autẽ vitã eius morte accipiãt? Attamẽ ista fuit vna ex cogitationibus Dei, quam opere perfectã denuntiat S. Apostolus, dicens, Proprio filio suo non pepercit Deus.sed pro nobis omnibus tradidit illum.In abyssum descendimus,si in hæc altius cœperimus ingredi.Tantum dixisse sufficiat,ad iudicandũ verè dixisse sanctum Prophetã, quòd cogitationibus nõ sit quisquam similis Deo. Nam & vulgò dici solet,Qualis quisque est,

Esa.55

Hier.29
Ephe.2

Rom.8

est,talia & cogitat.Proinde cum Deus reuera summè,& immensè bonus sit,& item sapientissimus, atq; potentissimus, ita vt nemo in his illi valeat assimilari:cõsequẽs est, vt & in cogitationibus suis talis inueniatur lõgè omnibus superior.

Versu octauo,Multiplicati sunt super numerum. In parte secunda versus,quoniam Græcum verbum ἐπληθύνθησαν ambiguum est,& ad omne genus indifferẽs,masculinũ, fœminum,atq; neutrum:putant nõnulli legendum esse potius, Multiplicata sunt super numerũ,genere neutro,vt fiat relatio ad mirabilia.Alij malũt genere fœmineo dici,Multiplicatæ sunt,videlicet cogitationes Dei mirabiles,super numerum.Vtraq; harum lectionũ bonam quidem habet intelligẽtiam.Videmus tamen etiam vetustissimos Latinorũ codices cõcorditer habere genus masculinum : atq; ita potius arbitramur tenendum,posteaquàm & Græca lectio non repugnat(quæ omne genus patitur)& cõmoda admodum sententia inueniri possit,quemadmodum mõstrat inspecta Elucidatio.Neque enim temerè cuiuslibet iudicio arbitramur esse cõmutanda,aut innouanda,quæ sunt plurimorũ seculorum vsu cõfirmata,nisi vbi vel ratio vel autoritas id fieri debere manifestè edoceat. Versu vndecimo, In capite libri scriptum est de me,&c.Manifestum est ex vsu scripturarum sanctarum, esse librum quendam vitæ apud Deum, dicente Moyse,cum zelaret pro remissione culpæ,quã patrauit dura ceruicis populus,Aut dimitte eis hãc noxam,aut dele me de libro,quẽ scripsisti. Et in Psalmis orat propheta sanctus, Deleantur de libro viuẽtium,& cum iustis non scribantur. Imò & ipse Dominus in Euangelio,cum ad gaudendum & exultãdum suos hortaretur,gaudij causam proponit inscriptionem libri:In hoc(inquit) gaudete , quòd nomina vestra scripta sunt in cælis.Nam qui in terra scribuntur(iuxta Hieremiã)impij sunt,qui recesserũt à domino.Hic autem liber vitæ,nihil aliud est,quàm ordo diuinæ dispositionis, & scientia prædestinationis beatorũ omnium eorũ , qui sunt ad vitam æternã præordinati,atq; prædestinati. Nunc itaq; quia CHRITVS quatenus homo, & ipse ex illis vnus est, qui sunt ad gloriã assumẽdi,rectè & ipse se fatetur in hoc libro scriptum,Quia verò ipse primogenitus est fratrũ suorũ , & præcipuus eorũ omniũ qui in illam sunt gloriã sublimãdi, per quem etiam vt filium naturalem,& consubstãtialem in grat

Exod.32
Psalm. 68
Lucæ 10
Hier. 17
Rom.8
Apoc.1

gratiam eiusmodi vocati sumus,& susceptí à patre, omnes nos qui secundum adoptionem sumus in spe filiorũ Dei:idcirco rectè ipse (iuxta humanum loquendi morem) tanquã dignior,& primus omniũ,in capite libri , quasi in primo libri folio,scripturis dicitur. Ipsum enim libri caput dignior est locus.Non dicit autẽ simpliciter , In capite libri scriptus sum:sed de me scriptũ est , vt facerẽ voluntatẽ tuam. Nam omnes,qui in libro ad gloriam cõscribuntur posidendam, necesse est mediis cõgruis ad eum pertingere,adimpletione videlicet diuinæ voluntatis. Vnde sicut in libro illo scriptũ est,quod ad gloriam æternam sint peruẽturi,ita similiter & quòd Dei voluntatem implere debeant (per quam ad illam pertingitur fœlicitatem) eodem in libro describitur. Vnde ipsemet Saluator dicebat in via ambulantibus discipulis, Nónne oportuit Christum pati (quod erat paternæ voluntatis) & sic introire in gloriam suam ? Tanquam si diceret,De me quidem scriptum erat in libro,vt in gloriam introirem: sed & hoc in eodem scriptũ erat,quòd passionem,& mortẽ ante eram passurus. Sciẽdum tamen est, pleroſque hunc locum simplicius intelligere de principio libri Psalmorum. In primo enim Psalmo,in descriptione viri beati dicitur,quòd in lege domini debeat esse voluntas eius:quem Psalmũ nõnulli Christo peculiariter accommodant. Atq; etiam si ipsi non peculiariter soli aptetur,constat tamen ad ipsum vt caput omnium fidelium,& primum beatorum præcipuè pertinere. Itaque,cui illa superior expositio forsitan videbitur altior , poterit hac simpliciore contentus abscedere. Versu decimosecundo,& decimotertio,Annuntiaui iustitiã tuam in ecclesia magna. Ex Paulo manifestum est:iustitiam Dei dici dupliciter. Primũ eam qua ipse in se iustus est , quæ est ipsemet Deus iustus,quemadmodum & omnia,quæ Deo attribuimus,non aliud sunt quàm ipse Deus,& secundũ rem cũ essentia ipsius sunt idem.Alio modo dicitur Dei iustitia, vt distinguatur cõtra iustitiã quæ ex lege est.Atq; ita accipitur pro iustitia quæ corã Deo est , quã Paulus etiã appellat iustitiã fidei,siue ex fide,de qua plurima differit in Epistola ad Romanos.Quod ergo hîc dicit Christus,Iustitiam tuam annũtiaui,iustitiã tuam nõ abscondi,vel ad priorem,vel ad posteriorem iustitiam referri potest.Nam iustitiã,qua pater iustus est,annuntiauit filius,quando finalẽ nos retributionẽ

Luc.24

Roma.13 & 4.

iustorum,atq; impiorum,cuiq; pro meritis venturam edocuit, Iustitiam nihilominus fidei etiam docuit,cùm ad credendum sua prædicatione omnes inuitabat,dicens,Qui credit in me,flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.Qui credit in me filium Dei,habet vitam æternam. Qui crediderit, & baptizatus fuerit,saluus erit:qui verò non crediderit,condemnabitur:& huiusmodi permulta. Deinde nec hoc absur dum foret, si iustitiam Dei intelligeremus præcepta illius, quæ filius apertè proposuit mundo,& obseruãda cum districtione, promisionibúsque, & interminationibus tradidit. Illud autem aduertendum est diligenter,quòd non iustitiam solam,neq; misericordiam solam annuntiasse se dicit Christus,sed misericordiam semper coniungit cum iustitia,& veritate,vt quemadmodum terrorem incutiebat,detonãdo iustitiæ rigorem: ita & animos demulceret, suauis misericordiæ Dei,& æternorum bonorum proponendo consolationem.Quæ res omnibus veritatis prædicatoribus diligenter,& sollicitè imitanda est,vt neq; semper blandiantur dulcedine misericordiæ, neq; solùm fulmine terrore iustitiæ: sed prudenter ista tanquam boni pharmacopolæ,adinuicem commisceant,vt fiat ex hac commixtione audientibus salutare antidotum:vbi si solum prẽberetur alterutrum,forsitan in nocumentum cederet accipientis.

Ioan.7 Ioã.3 & 1.Ioã.5 Mar. 16

QVADRAGESIMI PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVS seqũs de Christo domino agit,quemadmodum ex Euangelij Ioannis,cap. XIII. fit manifestũ: vbi partem decimi versus manifestè ipse sibi dominus accõmodat,significans Iudæ proditionem à Psalmista propheticè prænuntiatam. Attamen versus tres Psalmi priores nõ videntur à Christo pronuntiari, sed potius ab ipso Propheta,qui in spiritu Christũ contẽplans,de Christo loqui incipit,beatos illos pronũtians,et beatitudinem illorũ particulatim declarãs,qui in Christum egenũ & pauperem venturum essent crediturí,ita vt ipse quasi à præfatione incipiat. Mox verò,à versu quarto vsq; in finem, personam introducit Christi loquentis, pro suis membris primùm deprecantis,ac deinde aduersantium rabiem,ac maliuolentiam patri aperientis,& peculiariter Iudæ peruersissimã proditionem. Post quæ omnia sic enumerata,patris misericordiam implorans,orat non derelinqui, sed à morte resuscitari:de quo certificatus,in Deo patre suo gloriatur.

QVAD

QVADRAGESIMI PSALMI ELVCIDATIO.

BEATVS atque fœlix est homo ille,qui intelligit & sentit vt oportet de paupere illo: qui cùm esset diues,& nullius rei indigus,propter nos egenus factus est,vt nos sua inopia faceret diuites:qui cùm esset excelsus in sinu patris, pauper,& humilis factus est,exinaniendo semetipsum, accepta serui forma: in qua tanquam pauperrimus, despectissimus,atque nouissimus hominum videri voluit:qui super hunc (inquam) pauperem intelligit, qui de eo sentit in bonitate,creditq; in illum,& toto affectu ei adhæret,is verè beatus est futurus: nimirum particeps eius beatitudinis, quam ille humano generi sua miseria voluntariè assumpta parauit: * hunc enim Deus pater omnipotens liberabit,& saluum faciet ad vitam æternam in die terribili,in die mortis,in die iudicij,& vltionis,quando malè erit omnibus,qui super illum pauperem noluerunt intelligere: * Insuper in tempore quo venerint super ipsum mala, siue peccatorum tentationes,& animæ pericula,siue aduersitates aliæ quælibet etiam corporales,dominus eum faciet sua protectione, & consolatione saluum, & de omnibus constituet sua gratia victorem. 2 Dominus conseruabit eum, & custodiet ab omni malo,& viuere faciet illum nunc quidem vita gratiæ in hoc tempore, pòst verò,vita gloriæ in æternitate: & facier eum beatum in terra: primum quidem in ista crassa atq; corporea terra secundum spem & securam expectationem,deinde plena atque perfecta fruitione in terra viuentium, quæ expectatur in possessionem à fidelibus: * & non tradet eum voluntati inimicorum eius, neque patietur venire in manus,& potestatem inimicorum,vt faciant ei iuxta suum desiderium, & quicquid voluerint mali adimpleant. 3 Etiam cùm morte appropinquante super stratum doloris sui conscenderit, dominus leniet, atque consolabitur dolorem infirmitatis consolationibus suis aderítque laboranti, & velut pro ministro atque consolatore astabit illi: * & quemadmodum solet ad infirmorum consolationem lectus illorum diligenter versari, ac reuersari vt molliter cubent, & aliquod habeant sui doloris lenimentum: ita tu eris huiusmodi homini quasi minister, versans stra-

1 *Beatus q intelligit sũ per egenum & pauperẽ:* 2.Cor.8 Ioan.1 Philip.2 Esa.53 Sapien.1

* *in die mã la liberabit eũ dominus.*

2 *Dominus cõseruet eũ, & viuificet eũ, et beatũ faciat eum in terra:*

* *& nõ tradat eum in animã inimicorũ eius.*

3 *Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius:*

* *vniuersũ stratũ eius versasti in infirmitate eius.* Esaiæ 53

tum ipsius,dum illum in bona cõscientia & lætitiæ interioris consolatione facies velut suauiter quiescere. 4 Vox egeni & pauperis:in afflictione,& humiliatione mea positus ego filius tuus, ô mi pater, pro iniquitatibus populi mei (quas tu super me posuisti,vt pro eis tibi satisfacerẽ,& quas ego in memetipso libẽter accepi ob amorẽ salutis eorum) clamaui ad te in oratione mea,dicẽs,Domine pater,misereré mei atq; meorũ: * sana animas pauperum meorum,sana animas membrorũ meorum,quoniam agnosco, & cõfiteor peccasse eos aduersum te: quorũ peccata quo tu facilius remittas ego in memetipso suscipiens, vt propria confiteor. * Animam etiam meam, & vitam fac saluam ab omnibus malis,quæ propter istorũ peccata ex tua voluntate suscipiã, vt neq; in morte,neq; in inferno permaneam. 5 Ecce aduersarij mei loquuti sunt aduersum me, mala dixerunt adinuicem,& in cordibus suis contra me,Quando ad mortem illum poterimus perducere,& quomodo nomen eius poterimus delere de terra,& de cordibus,atque memoria hominum?Huiuscemodi sermonibus conceptum,atq; firmatum contra me mortale odium protestantes. 6 Et quidem si ad me ingrediebantur (vt me viderent,vel audirẽt docentem, aut miracula facientem,vel aliud quidlibet agentem)considerantes me,& diligenter contemplantes in omni cõuersatione,& doctrina mea,vt aliquid possent in calumniã & reprehensionem trahere:obseruantes nonnunquam diligentissimè,& callidissimè os meum, vt aliquid ex eo possent rapere in calumniam: si (inquam) sic ad me ingrediebãtur, meam frequentantes præsentiam,vana loquebantur, calumnias videlicet & opprobria: vtputa cùm ante oculos viderent me potentissima signa edere,dicebant,me ea facere in Beelzebub dæmoniorum principe: * congregauerunt & accumulauerunt sibi in cordibus suis iniquitates, dum ita per odium quotidie excrescerent malitiosæ cogitationes eorum. 7 Cùm verò foras à me egrederentur, similia loquebantur,detractiones, & blasphemias impudentissimas: * congregatiq; cùm pariter tractare cœperunt, quomodo me perderent, quomodo suas de me pessimas voluntates adimplere possent. 8 Aduersum me in meam perniciem, & in malum meum,in occulto,in conciliabulis suis tractabant pariter,quomodo me dolo tenerent, & interficerent:

4 Ego dixi domine miserere mei.

** sana animam meã, quia peccaui tibi.*

5 Inimici mei dixerũt mala mihi, quando morietur & peribit nomen eius?

*6 Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur, *cor eius congregauit iniquitatem sibi.*

Luc.14
Matth.12

*7 Egrediebãt foras: *& loquebatur in idipsum.*

8 Aduersum me susurrabãt omnes inimici mei:

**contra

*contra me excogitauerunt mala in cordibus suis. 9 Firmauerunt cõtra me sermonem impium,crudele decretum, & iniquissimam sententiam: certa definitione statuentes, me sine causa interficere: hoc tanquam irreuocabile,& firmiter,quacunque tandem via, quocunque tandem consilio adimplendum,ita firmauerant: * Sed quid vos,ô miseri,frustra molimini? quid tum erit vobis, si hoc vestrum desiderium complere vos permittam,& vestrã iniquitatem, quam concepistis, perficere? Nónne qui sua voluntate ad quietem se componit similis mortuo, postquam dormitionis tempus finitum fuerit,iterum à somno resurgit ad opera solita? Quare non intelligitis,sic & mihi esse hanc potestatem,ponendi ad tempus animam meam:& cùm voluero,cùm resurrectionis tempus constitutum aduenerit,iterum resumendi eam? Ac tum quidem,cùm à somno mortis resurrexero,videbitis omnes machinationes vestras iniquas esse frustratas. 10 Et certè illud, ô mi pater, inter cætera graue admodum ad ferẽdum,& durum toleratu fuit,quòd Iudas ille vir pacificus mecum,imò domesticus meus,familiaris,discipulus,& Apostolus, is cui præ cæteris maiora ostenderam familiaritatis,& honoris indicia, in quo etiã præ omnibus me fiduciam habere demonstraueram,dum illum velut dispensatorem mei sodalitij constitui,portatorémq;,& custodem eorũ,quæ mihi dabãtur in vsus quotidianos,assignauerã:qui mecũ panes comedebat in mensa mea,qui de eleemosynis mihi donatis sustẽtabatur,mecũ semper accũbens, vt cæteri Apostolorũ, vbicunque inuitabar:* quòd hic (inquam) contra me fraudem,deceptionem,& malitiam suam magnificauit,hic ita apertè, ita ignominiosè sine causa in me insurrexit,vt in mortẽ me traderet, venderétq; vili pretio sacerdotibus,& principibus populi Iudaici:quòd hic (inquam) leuauit cõtra me calcaneũ,& plantã pedis sui,ita cõtra me insurgẽdo ferociter ad me supplantandum,& morte opprimẽdum. 11 Tu autem domine videns omnes meas, quas pro generis humani salute ex tua voluntate suscepi miserias, videns quoq; consummatam & crudelissimam hanc malitiam aduersariorũ meorum, age mecum misericorditer:* ne permittas me (quod illi sperant) à morte teneri:sed post paululum dormitionis meæ,tua potentia ad vitam fac me redire, atq; à mortuis resurgere: * ac tunc accepta abs

**aduersum me cogitabant mala mihi.*

Mat.26
Mar.14

9 Verbum inquũ constituerũt aduersum me:

Ioan.10

** nunquid qui dormit, non adijciet vt resurgat?*

10 Etenim homo pacis meæ,in quo sperauí, qui edebat panes meos:

** magnificauit super me supplantationem.*

Ioan.12

11 Tu autẽ domine miserere mei:

** & resuscita me:*

** & retribuam eis.*

te iuxta decretum voluntatis tuæ potestate iudiciaria, illis aduersariis meis in obstinatione sua perdurantibus ego retributionem condignam & iusta reddam præmia prauitatis suæ. 12 In hoc autem ego cognoui quòd diligas me, quòd tibi sit in me beneplacitum, quòd non permittes inimicos meos plena lætitia gaudere contra me: quòd non patieris illos sui voti omninò fieri compotes. Quanquã enim ad tempus modicum habeant lætitiam, dum me viderint morientem: non perdurabit tamen, neque perficietur hæc eorum lætitia, sed confundetur, cùm me cognouerint à morte resurgentem. Nam si quidem in manus inimicorum me dedisses, & plenum eis fecisses suum gaudium, indicasses vtique non fuisse tibi in me beneplacitum. 13 Nunc verò tu me suscepisti in defensionem tuam, non relinquendum in manibus illorum, sed custodiendum ab inferno, & resuscitandum tertia die: idque propter innocẽtiam meam, quam tu mi pater optime nosti. Nam pro peccatis generis humani sufficeret, quòd morti memetipsum ad tempus subdiderim. Innocentia autem mea hoc apud te promeretur, vt à morte propter alienam tantum offensam susceptа, tua potentia resuscites: * & tu me confirmasti à morte resuscitatum, ante conspectum tuum, in præsentia maiestatis tuæ in sempiternum: ita vt vltra non moriar, mihiq; mors non dominetur amplius, sed viuam in dextera tua in æternum. 14 Pro tua immensa misericordia, quam per me præstitisti generi humano sis benedictus, sis laudatus & glorificatus in æternum, ô mi pater, qui es Deus verus, Deus totius fidelis populi tui: * ita fiat: ita fiat: ita fieri dignum, & iustum est, ab omnibus quicunque sunt de populo sancto tuo, & nunc donec subsistunt in vita præsenti corporis pro modulo eorum: & post huius vitæ terminum, in venturo seculo, laude perfecta in æternum, Amen.

12 In hoc cognoui: quoniam voluisti me: quoniã nõ gaudebit inimicus meus super me.

13 Me autẽ propter innocentiã suscepisti,

** & confirmasti me in cõspectu tuo in æternũ.* Roma. 6

*14 Benedictus Dominus Deus Israel, à seculo & in seculum: * fiat, fiat.*

ANNOTATIONES
in Psalmum quadragesimum.

VERSV primo, Beatus qui intelligit super egenũ & pauperem. Nota in hoc Psalmo simile aliquid esse, quale & in secũdo prius admonuimus. Primùm enim Propheta in spiritu cõtemplans ea de quibus in posterioribus sermo habẽdus est, quasi sub sua persona loquitur: ac deinde post tres versus, Christũ de quo prius esse sermonem fecerat, loquentem introducit de semetipso ad patrem quemadmodum in Psalmo secundo, versibus aliquot, ipse Propheta indignabũdus inuehebatur aduersus Christi occisores, & gloriæ eius osores: post verò, Christum facit de seipso loquentem, suámque gloriam à patre sibi datam magnificè proponentem. Et quemadmodum in Psalmo isto secũdo, circa finem, rursum Propheta finitis Christi verbis ad suam personã repetit sermonem, dicens, Et nunc reges intelligite, &c. ita posset & in hoc præsenti Psalmo versus vltimus accipi, quasi à Propheta post finitos Christi sermones pronuntiatus: videlicet vt ipse qui initium Psalmi proposuerat, vltimum quoq; versum, velut concludendo, dictis Christi adiiciat: vt cum Christus cõfiteatur à patre se susceptum, & confirmatum in æternum, ille quasi auribus cordis hoc audiens, præ gaudio respondeat versum benedictionis, & gratiarum actionis, dicens, Benedictus Dominus Deus Israël, à seculo, & in seculum: fiat, fiat. Aduertendum tamen est, quantum ad primos versus (quos in Elucidatione peculiariter ad Christum accommodauimus) posse illos etiam generaliter ad omnem pauperem, & egenum accommodari. Eritq; tum sensus, beatum esse omnem illum, qui super egenis & pauperibus (quos mundus despectos habet) ita intelligit, ita sentit, quiq; ita eis afficitur, vt oporteat: vt eorum & miseriis condoleat, & egestatem supleat, in quibus potuerit. Et reuera iis, qui sic intelligunt super egenum & pauperem, euenient omnia bona illa, quæ in sequentibus duobus versibus describuntur. Nam (iuxtà Domini vocem) beati misericordes pronuntiantur, eò quòd & ipsi sint misericordiam consequuturi. In die enim mala liberabuntur misericordes per misericordiam suam, & conseruabuntur atq; custodientur à malo, nec in manus venient hostium suorum, & in tempore accipient consolationem per eam. Quæ omnia respondenter ad huius Psalmi particulas pulchrè explicat vir ille misericordiarum Tobias, filium suum instruens, in hunc modum: Quomodo (inquit) potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude. Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis: quoniam eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat: & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna

Mat. 5

Tob. 4

omnibus facientibus eam. Veruntamen propter totius Psal
mi cohærentiam, magis congruum videtur, vt de paupere
& egeno Christo potissimum intelligantur ista priora. Ver
su sexto: Etsi ingrediebatur. Anceps in hoc versu distinctio
est. Potest enim particula, cor eius coniungi vel cum præce-
dentibus, ad hunc modum, Etsi ingrediebatur vt videret, va G
na loquebatur cor eius: ac deinde separatim cõgregauit ini-
quitatem sibi. Aut cum sequentibus iuxta quod in Elucida-
tione distinximus, secundum communiorem virorum Ec-
clesiasticorum vsum. Verùm vtro modo distinctio fiat, parũ
admodum refert: cum sit vtriusq; distinctionis eadem ferè
sententia. Versu octauo. Aduersum me cogitabant mala
mihi. Videtur esse hic manifesta negatio, ac superfluitas
vnius pronominis. Sufficiebat enim alterum, vel aduersum
me, vel mihi: cum vtrunq; idem velit. Sed nihil dubium est,
quin propter emphasim non inutiliter facta sit hæc repeti-
tio: quemadmodum & aliàs solet non rarò in scripturis in-
ueniri. Veluti in Psalmo mox præcedenti, Beatus vir, cuius
Psal. 39 est nomen Dominus spes eius. Versu decimo, Etenim homo
pacis meæ in quo speraui. Iudam Christus vocat hominem
pacis suæ, id est, hominem pacificè secum cõuersantem, tan-
quam vnum è familiaribus, & discipulis suis, nihilq; verbo
vel signo nisi quòd pacis erat prætendentẽ: adeò vt ipso tra-
ditionis momento, osculum cum salutatione offerret, dicẽs,
Mat. 6 Aue Rabbi. Quod autem dicit Christus, se speraſſe in Iuda,
Mar. 14 non sic accipiendum est, quasi spem in eo posuerit (Maledi-
Hier. 17 ctus enim homo, qui spem suam ponit in homine) sed intel-
ligi debet, in quo fidebam, & cui confidebam. Planè enim
Iudę cõfidebat Dominus, cui etiam loculos credidit, in qui-
bus ea portaret, quæ ex fidelium deuotione Christo offere-
bantur. Neq; tamen hoc sic intelligendum est, quasi reipsa
Dominus illum fidelem habuerit, & vt talem reputauerit.
Ioan. 12 Ipse enim multò antè (vt dilectus ait discipulus) nouebat o-
mnes: & non opus erat, vt quisquam ei indicaret de aliquo,
propterea quòd sciret ea quæ sunt in homine. Neq; dubiũ
erat, quid quod posteà apparuit, antè præcognouit Domi-
nus, quòd fur erat & auarus animo. Vnde referente Ioanne H
Ioan. 13 cognouimus, diu ante passionis tempus à Christo Iudæ ma-
Ioan. 12 litiam in genere perstrictam. Cum enim multi verbis Do-
mini scandalizati abscessissent retrò, loquens discipulis
duode

duodecim, ait ad illos, Nónne ego vos duodecim elegi, &
vnus ex vobis Diabolus est? Quod exponens Euangelista Ioan. 6
Ioannes, secretorum Christi optimè conscius, subiungit,
Hoc autem dicebat de Iuda Simonis Iscariotis. Hic enim
erat traditurus eum, cum esset vnus ex duodecim. Itaq;, non Ibidem.
sic in Iuda sperauit Christus, non sic illi fuit confisus, vt non
præsciret fraudulentum animum: sed fisum illi se dicit, quã-
tum ad exterioris operis exhibitionem. Cui enim præ cæte-
ris credimus rerum nostrarum custodiam, illius apud nos
esse bonam fidem hoc ipso monstramus. Atq; hac parte erat
execrabilius Iudæ facinus, quòd sic à Domino suo honora-
tus, accepta rerum omnium cura, talem proditionem exco-
gitauerit. Grauius enim est malum, & toleratu difficilius,
cum ij quos beneficio nobis obstrinximus, pro bonis mala Genes. 39
referunt. Hinc in lib. Geneseos, Ioseph ab vxore Domini sui
ad concubitum sollicitatus, constanter æquè ac fideliter re-
spondit, Ecce Dominus meus, omnibus mihi traditis, igno-
rat quid habeat in domo sua: nec quicquam est quod non
in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te quæ
vxor eius es: quomodo ergo possum hoc malum facere, &
peccare in Dominum meum? Rectè ergo humano more
conquerens, illud exaggerat Christus Dominus, quod ab
homine domestico, cui se bene fidere demõstrauerat, quem
coram cæteris Apostolis bonæ fidei testimonio honorauer-
rat, talem sit passus proditoriam supplantationem.

QVADRAGESIMI PRIMI PSALMI ARGVMENTVM.

A FATIGATVS *qui corpore peregrinatur in terris, spiritu autem in cælis habet conuersationem, multiplicibus quæ in hoc mundo occurrunt tentationibus, distractionibus, diuisionibus, atq; molestiis hoc Psalmo ad cælos mittit suspirio, fonte perẽni refocillari (ad modum cerui) desiderans, ac diuinis aspectibus* Philip. 1
quantocyus repræsentari exoptans: desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, quod desiderium donec differtur, pascit interim sese, & consolatur lachrymis: subinde totus in sese effundens animã, vt in cælestia transiens, etiam nunc in terra positus, aliquem percipiat gustum illius perfectæ, quam posteà consequuturum se sperat, fœlicitatis: sicq; semetipsum in peregrinatione consolatur, animámq; aduersum inordinatam tristitiam & superfluam conturbationem confirmat, propter spem in seculo futuro repositam. Atq; ista qui-

dem septem versibus primis. Deinc autem conturbationem quam in hoc mundo patitur, intra angustos limites conclusus, ante Dominum (quẽ ab initio se dixerat sitire) proponit, & tribulationes graues pariter & multas, quibus velut abyssis & immensis fluctibus obruuntur non rarò corda fideliũ: contra quos, remedium est gaudere in Domino, & sicut in prosperis, ita & in tristibus æquè in Domino lætari: specialiter autem orationis studium, quod admodum singulare, & promptũ valde refugium est aduersus omnia, iis qui sibi illum familiarem student efficere. Queritur tamen rursum apud Dominum de sua derelictione, & debilitatione virium, potissimum inimicis cum gaudio sibi exprobrantibus. Verùm contra hanc querimoniã, in spe bona Dei, & salutis expectatione, seipsum cõfirmat animo, & querulantẽ tristémq; animam consolatione corroborat.

QVADRAGESIMI PRIMI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Quemadmodũ desiderat cervus ad fontes aquarum: *ita desiderat anima mea ad te Deus.*

2 *Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum:* Psalmo 35 Hiere.2 Esaiæ 12 **quando veniam, & apparebo ante faciẽ Dei.* 1.Cor.13 Psalmo 16

3 *Fuerunt mihi lachrymæ meæ, panes die ac nocte:*

QVEMADMODVM cervus, cum à venatoribus diu multúmq; agitatus, & canibus infectatus fuerit, vehementi desiderio anhelat ad fontes aquarum, vt in eis se saluet, in eis sese refrigeret, quo ad cursum vires nouas recuperet: *ita anima mea in hoc seculi deserto, tentationibus pluribus ac variis fatigata: insectationibúsq; multiplicibus (partim à dæmonũ atq; hominũ peruersorum malitia, partim à carnis praua concupiscentia) molestata, ad te anhelat desiderio, cupiens in te oblectari, consolari, & refocillari. 2 Sitivit anima mea, & magno affectu anhelauit ad te Dominũ, qui es fons vitæ æternæ, & vena prima omnis vitalis gratiæ, de qua hauriunt in gaudio omnes qui pia affectione ad te accesserint: ad te (inquã) sitiuit anima mea, tuis fontalibus & vitalibus aquis gratiæ spiritalis cupiens refocillari & confortari: vt nõ incursu atq; insectatione aduersariorum deficiã: *ô Domine, quandiu in hoc degam exilio, quandiu hisce fatigabor laboribus, quando dabitur mihi ad te venire, & exhiberi conspectui tuo, vt facie ad faciem te videam, illícq; fruer in aspectu gloriæ tuæ. 3 Interim verò donec in peregrinatione ista consisto, consolor me lachrymis, quas iugiter die ac nocte præ desiderio præsentiæ tuæ, absens tamen effundo, atque his, nempe lachrymis, suspiriis, singultibus, quibus ad tuam præsentiam iugiter aspiro, quibus velut panibus me pasco, me consolor, & conforto in spiritu meo: *dum

*dum interim dicitur mihi ab exprobrantibus incredulis, & peruersis, Vbi est quẽ expectas Deus tuus? quando veniet? vbi apparet, ob cuius amorem ita te affligis, ita lachrymas fundis? sic mihi exprobrantes, quasi vana sit expectatio mea, & inane meũ desiderium, quo te expecto & desidero Dominũ Deum meũ. 4 Reuolui in memoria, & recogitaui in corde meo ista, quæ ab exprobrãtibus per singulos dies me molestantibus, atq; à spe mea auertere cupientibus, audio: atq; ex aduerso illas venturas æterni fontis delitias, quas concupisco: *& ista sic recogitans, effudi in memetipso affectum animæ meæ, velut habenas ei liberas concedens, vbi quantũ posset ad te currere, plenóq; desiderio memetipsum excitaui, vt quantum valerem, memetipso atq; omnibus quæ in hoc mundo sunt temporariis relictis, totus in te transirem: *Spe enim iam certus sum, quòd transibo ex hoc peregrina tionis loco, ex hac valle laboris, in locum illum quietis sempiternæ, in mansionem cælestem: in tabernaculum non manufactum quod fixit Deus, & nõ homo, tabernaculum verè admirabile perfectis delitiis, & omnium bonorum abundãtia: in domum Domini Dei mei. Atq; ob hoc, quoniam illic stabilem, & firmam ciuitatem me habere cognosco, interim etiam donec in terra peregrinus ago, eam si non corpore, certè spiritu, & desiderio frequentare volo. 5 Ibi sonus auditur dulcissimus & suauissima melodia, in vocibus exultãtium, atq; collaudantium pariter beatorum, qui in summa illic charitate, & vnitate permaxima, in vno summè bono (quo omnes perfruũtur) compaginati, & coadunati, pariter exultant in eo, paritérq; collaudant, quasi festum celebrãtes perpetuum, quasi iucundum celebrantes conuiuium, fœlicissimium conuiuæ: inter quos tanta est in exultatione, cõfessione, & lætitia vnitas, vt quasi vna vox tantũ esse videatur vnius conuiuæ, mirificè apud sese lætantis, exultantis, atque (vt in iucundis epulis fieri solet) in hilaritate gaudiosè canentis. 6 Et tu ô anima mea, ô mi spiritus, qui ista nosti, qui eandem hanc (cui etiam modò datur nonnunquam velut à longè assistere) expectas lætitiam & fœlicitatem, tu (inquã) mea bona anima: quare non in his accipis cõsolationẽ? quare tristitia grauaris & deprimeris? & quare me variis cogitationibus, atq; affectionibus sine ordine diuersis, cõturbas & contristas? An non tibi meritò tantorũ bonorũ expectatio, &

* *dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus?*

4 *Hæc recordatus sum:* * *& effudi in me animam meã:* * *quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei.* Hebr.9 2.Cor.5

5 *In voce exultationis & confessionis sonus epulantis.*

6 *Quare tristis es anima mea: & quare conturbas me?*

& tantæ pacis securа spes, atque etiã ex parte aliqua in hoc tempore nonnunquã delibatio, sufficere debeãt ad consolationẽ, & fiduciam? 7 Noli igitur cõturbari, ô mea anima, si te insectẽtur venatores: noli canes rabido ore insequẽtes formidare, vt desperes, sed spem habeto in fonte aquarũ viuẽtium, in domino Deo tuo: in illo refrigerare, quoties fatigaris: in illum te immerge: quoties æstu atq; siti torqueris, insectata à malis venatoribus:* adhuc enim illi confessionẽ dabo in iucunditate cordis mei, quoniã ipse est salus faciei meæ, qui meã faciem honorabit, sublimabit, glorificabit & beatificabit ante faciẽ suã, cũ meã faciem suæ faciei oppo- D
suerit, vt à facie eius fulgeat in meam aperta claritas splẽdoris æterni, sicque transformet in imaginẽ eius, vt similis ei fiam, & appareã in sempiterna gloria, & ipse est Deus saluator meus. 8 Quãquam autem, piissime Deus, hisce modis consolari studeam memetipsum, & quietã reddere desiderãtem animam: tamen quoties ad memetipsum cõuertor, cum ad meipsum redeo ex cõtemplatione horũ cælestiũ, quoties ab his auocor (per corporis necessitatẽ aut fragilitatem aut aliter quomodocũq;) mox mihi oritur cõturbatio, & quemadmodum, donec sic in desiderio æternorũ defixus persisto, vtcunque consolationem & quietem percipio: ita ecõtrario quoties ad me redeo, & ad ea quæ circũ me sunt corporea ac temporaria, rursum conturbationem, tristitiã & afflictionem inuenit anima mea, quoniã nihil aliud sunt omnia quæ sub sole sũt, nisi labor, & dolor, & afflictio spiritus:* ac propterea iugiter ego studebo memor esse tui de terra ista corporea, quã nũc peregrinus inhabito: quæ iuxta Iordanẽ corporalẽ fluuiũ sita est, & iuxta mõtem Hermoniim, qui iuxtà adiacet: à mõte (inquã) paruulo, & modico qui hîc in Iudæa est, in qua ego nunc in dolore peregrinatiõis vt aduena viuo, donec ad illos fluuios æternos paradisi tui, & mõtes æternitatis immensos perueniam. Nunc enim inter Iordanẽ fluuium paruulum, & Hermoniim montem paruulũ, cõclusa est terra angusta habitationis meæ, dum interim suspiro ad cælestem illam tuæ domus amplitudinem. 9 Donec autem hîc ita in angusto terræ velut concluſus viuo, multæ quotidie tribulationes occurrũt, etiam graues admodũ, & (quantum humanitus videtur) impertransibiles: & insuperabiles: à quibus nisi diuino adiutorio liberati, indubiè absorberemur, &

7 *Spera in Deo.*

* *quoniam adhuc cõfitebor illi. salutare vultus mei & Deus meus.*

8 *Ad meipsum anima mea cõturbata est.* 2.Cor.3 1.Ioan.3 Colos.3

* *propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermoniim à mõte modico.* Eccle.1

9 *Abyssus abyssũ inuocat,* Psal.68

& demergeremur in profundum: quæ sanè tentationes grauissimæ, & profundissimæ, tot sunt, & ita cõtinuè fideles obruũt, ita sese cuestigio subsequũtur, vt videatur alia aliam velut aduocare, adducere, siue attrahere post sese: ita vt vel simul irruant plures, vel abeunte vna, mox succedat altera, ita H
vt frequenter ne respirare quidem liceat:* veniũt autem super nos hi tẽtationũ abyssi, quasi impetũ per cataractas tuas, quasi tu super nos eas effundas per canales tuos, cũ impetu: dũ ex tua dispositione, & volũtate, ad nostrã vtilitatẽ eas in nos finis irruere. 10 Oẽs sublimes tuæ inũdationes, & feri fluctus grauiũ tẽtationũ (quibus ex tua vltione pro peccato, & etiam ex tua dispositione, pro salutari exercitatione atq; probatione solẽt homines obrui & grauari) etiam me tetigerunt, & transierunt, velut gurgites aquarum, super caput meum: omnium vitiorum tentationes, & impetus pulsarũt animum meum, nonnunquam etiã in altum sese accumulãtes in modum diluuij, vt me demergerẽt in profundũ: neq; tamen me demerserunt, sed absq; nocumento tantum trãsierunt. 11 In tempore prosperitatis, quãdo læta, iucunda, & A
serena sunt omnia, cũ præsente in nobis Dei visitatione nihil sentimus tenebrosum, triste, aut nubilum, sed sunt in corde pacata, & tranquilla omnia, tũc mãdauit nobis Deus misericordiam suã, præcepitq; memores esse misericordiæ suæ vt illã tum maximè collaudemus, ac pro spiritali gaudio illi gratias agamus, quæ nobis ita diem in corde facit:* in tempore verò aduersitatis, & tristitiæ, cum obruentibus tentatiõibus cœperit obnubilari atq; obscurari serenitas cordis, tũc mãdauit nobis Deus ad cordis nostri cõsolationẽ, orare æquo animo, & psallere: hoc est, canere sibi carmina lætitię, & cãtica gratiarũ actionis, quibus nos vult ingruẽtẽ tristitiã: & nubila depellere, ne tristitia, aut acedia absorbeamur, aut nimia cordis obnubilatiõe obscuretur lumẽ spiritus nostri. 12 Atq; ob hæc semper ego paratam apud me habere volo orationem ad dominum Deum, qui est vita mea: semper in promptu habere volo orationis refugiũ, atq; illius studium mihi conabor facere super omnia familiare, vt in omnibus obuenientibus tristibus æquè ac lætis, aduersis, atq; prosperis semper ad illã securum habeam recursum: illa, meæ peregrinationis miseriã studebo mitigare, & per illã interim corpore absens, spiritu me Deo præsentem sedulò exhibere

* *in voce cataractarum tuarũ.*

10 *Omnia excelsa tua & fluctus tui, super me transierunt.*

11 *In die mãdauit dominus misericordiam*

* *& nocte cãticũ eius:* Iacobi 5

12 *Apud me oratio Deo vitæ meæ:*

2.Cor.5

cona

*dicã Deo, susceptor meus es. 13 Quare oblitus es mei? * & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus? Prouer.17 14 Dũ cõfringuntur ossa mea, exprobrauerũt mihi qui tribulant me inimici mei. 15 Dum dicunt mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus? *quare tristis es anima mea, et quare conturbas me? Hebr.6 16 Spera in Deo: * quoniã adhuc confitebor illi: *salutare vultus mei et Deus meus.

conabor:* dicã in oratione mea,& cõfitebor domino,quòd ipse sit defensor meus,atque protector, ad quem statim per orationis deuotionem cõfugiam, quem mox affectu apprehendam,quoties vlla mihi difficultas,aut aduersitas aduenerit. 13 Et cum tu sis domine, quem ego elegi, & habeo in meum protectorem: quid est ô dulcissime defensor,quòd ita mei obliuisceris, quòd ita nonnunquã te mihi subtrahis, & sic absens (diu nimiũ iuxta meũ desiderium) te abscondis, quasi prorsus mei videaris oblitus?* & quare me pateris ita afflictum & tristem incedere,dum me tribulant grauiter, & affligunt inimici?quare ita permittis me tuum pupillũ, tuæ fidei cõmissum,ab illorum prauitate tribulari? 14 Cum infringi cœperint atque deficere ossa mea,dum paulatim quasi flaccescunt vires animæ meæ,spiritu tristi ossa mihi exiccãte,statim gaudentes, & exultantes insultãt mihi aduersarij, homines carnales,& amatores huius sæculi,atque etiãdæmones peruersi,exprobrando loquentes contra me superba, & inania. 15 Exprobrãt (inquam)mihi per dies singulos absq; intermissione,cum me vident in tristitia,& afflictione incedentem,quasi desolatũ,dicentes in modum exprobrãtium, velut irridentes,& insultantes mihi: Vbi nũc est Deus tuus, in quo habes fiduciã,propter cuius spem refugis nostra commercia,propter quem consentire recusas cõsiliis nostris,aut vias nostras sectari? quare nunc ita tristem te videmus incedere,& desolatum?Vidésne,quoniam vana est spes, & expectatio tua? Hæc certè & alia his maiora, per singulos dies, præter omnem tẽtationem,audire me necesse est, ô domine defensor meus,ab insultantibus.* Attamẽ,ô tu mea anima, noli absorberi tristitia,noli cõturbatione deiici, noli illorũ terreri vanis exprobrationibus,neque vel tantillum cõmouearis ab eis. 16 Quin potius spem tuam figito in domino Deo tuo,sitq; ea tibi velut anchora firma & immobilis, quã nulla tibi neque serenitas diei,neque turbulẽtia aduersæ noctis auferat: * tametsi enim nũc in peregrinatione agamus, elongati ab eo plurimum:veniet tamen, neque longè abest tempus,in quo laudem planæ cõfessionis ei persoluã: * ipse est enim salus mea,qui glorificabit sua bonitate vultũ meũ: & ipse est Deus meus, cui adhærebo, quẽ desiderabo donec viuam, vsque dum me introducat in locum suum sanctum cum gloria cælesti,Amen.

ANNO

ANNOTATIONES IN
Psalmum quadragesimumprimum.

VERSV primo,Quẽadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarũ, & cætera. Non est vsitatus loquendi modus,vt dicamus desiderare ad fontes,aut sitire ad Deũ, cum adiuncta præpositione. Proinde, quod hic dicitur, Ceruus desiderat ad fontes aquarum, & anima mea ad te sitit,atque desiderat:ita accipiendum est,vt sit sensus, Ceruus desiderio fertur,aut trahitur,aut anhelat ad fontes aquarum.Item anima desiderio & siti fertur ad te, siue desiderando & concupiscendo tendit atque anhelat ad te. Notandum verò hoc in loco (quemadmodum & in aliis nonnullis scripturæ locis) per ceruos rectè intelligi, & figurari homines spirituales, quemadmodum per equum, & mulum significari solent homines carnales. Vt enim equos, mulos, & asinos Psalm.31 qui in humana sunt seruitute,& ignobilioris sunt conditionis, venatores non persequuntur, sed ceruos maximè, qui extra humanam sunt seruitutem, tanquam libertate à natura donati,nimirum in spatiositate,& virore syluarum genuiti,quorum etiam caro ad deuorandum est delicatior aliis domesticis, & seruilibus mancipiis: ita similiter sunt inter homines nonnulli,tanquam equi,& muli,quos diabolus velut quieta possidet seruitute,homines terreni,animales, intricati,& desperati in concupiscentiis suis.Atque hos, quoniam pro sua voluntate securè possidet impius venator,non opus habet venatione persequi.Cæterùm,qui nobiliori animo,ac meliori corde,in libertate sunt progeniti filiorũ Dei, qui sui generis,& originis nobilitatem attendẽtes, & libertatẽ (in qua à Deo per spiritualem regenerationẽ sunt constituti,vt filij Dei esse mereantur)semper habentes ante oculos,ab impia & vilissima diaboli seruitute quammaximè abhorrẽt,cupiẽtes,in ea, ad quam generati sunt,libertate persistere:hi nimirum seruis sese assimulare studẽt. Nã vt illiuenatorũ cornu expauescũt,ita & hi semper sunt bene pauidi, & ad omnem sonitũ malum salubriter sibi prospiciũt, & admõtes cõscendunt quantocyus:cursu velocissimo & admiraudis saltibus,cuncta obuiantia mira agilitate transiliunt: quo sanè cursu rapidissimo,& admirandis saltibus,fit plerũque vt venatorum atq; insequentium canum ora effugiant, nisi lõga fatigatione deficiãt.Huiusmodi autẽ ceruos impij

venat

venatores nocte,ac die persequi non desinunt,vt interficiãt, ac deuorent. Et cum fortassis aliquem venatione cœperint, quasi festũ agunt diem:& multò gratior illis est esus carniũ istorum, quàm priorũ illorum quibus in pace fruuntur pro suo libito. Nam cum vnum aliquẽ ex spiritualibus hominibus,post multum laborem dentibus apprehẽdere ac deuorare cõtigerit impios dæmones,tanquam magnas nacti delicias,gaudẽt & oblectãtur multò amplius,quàm super perditione hominum carnaliũ,qui illis sunt velut cibus quotidianus.ac proinde vilior.Illorum verò esus & perditio, tãtò est impiũsimis his venatoribus gratior cibus, quãto minus expectatus, & quãto maioribus partus laboribus. Quomodo enim (Saluatore nostro omnium ceruorum progenitore attestãte)maius est gaudium angelis Dei super vno peccatore pœnitẽtiam agente,quàm super nonagintanouẽ iustis, qui non indigent pœnitentia: ita credendum est ex aduerso maius esse gaudium angelis diaboli super vno iusto, & perfecto in peccatũ cadẽte, (id est, super vno ceruo venatione capto) quàm super nonagintanouem peccatoribus,qui nunquam fuerunt in iustitia:id est, quàm super nonagintanouẽ porcis,equis,aut mulis ,qui semper fuerunt in impœnitẽtia. Neque verò hoc tãtum in loco, sed & in aliis compluribus, inuenimus perfectiores, & sublimiores propositos homines per ceruos designari: quemadmodũ supra Psalmo decimoseptimo,Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorũ : & super excelsa statuens me.Et rursum Psalmo 103. Montes excelsi ceruis,petra refugiũ erinaciis. Et in Cantico canticorum,assimilatur dilectus capreæ hinnuloq; ceruorum super montes Bethel.Causa autem quare per ceruum signetur vir spiritualis (quemadmodum econtrario per equũ. & mulum homo carnalis)& per se quisque facilẽ intelligit,& ex præcedẽtibus insuper sufficiẽter colligi posse existimamus. Versu secundo,Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuũ,& cætera. Apparet in vulgatis codicibus malè legi hoc loco, Ad Deum fontem viuum:legẽdum autem esse,pro fontem,fortem.Nam & in Græco apertum est haberi ἰσχυρὸν: quod vocabulum,notum est non fontem, sed fortem significare. Et beatus Hieronymus ex Hebræo similiter fortẽ vertit: Sitiuit anima mea (inquit) Deum fortem viuentẽ.Atque ita videtur verisimile,propter similitudinem dictionum factã esse tran

Lucæ 15 F

Psal.17
Psal.103
Cant.2
& 8

sẽ trãsmutationem, vnica tantùm litera commutata,n,videG licet pro,r,quod sanè facillimum est fieri, maximè cùm sententia prima facie magis fauere videatur fonti. Quid enim aptius potuit verbo sitiendi adiungi,quàm quod aquas contineat? Atq; ita duplici hac ratione verisimile est factam esse immutationem. Similem locum indicauimus versu 8. Psalmi XXVI.vbi pro voluptate legitur volũtas.Nos tamẽ in Eluciratione vulgatam lectionẽ explanauimus,& in textu (iuxta quod legi consuetum est) reliquimus. Vtraque enim lectio commodam habet intelligentiã. Ad Deum enim fontem viuum sitit fatigata anima, vt potu aquarum viuentium refocilletur,atque ita innouetur viribus.Sitit verò ad Deum fortem viuentem anima, petens ab eo fortitudine spirituali corroborari, & à forti postulans adiutorium, contra persequentes rabidos venatores. Atque ita in idem ferè vtraq; lectio coincidit. Versu secundo,Quando veniam,& apparebo ante faciem Dei ? Particula secunda huius versus, Quando veniã,potest legi vel per se absolute,vt sit sensus, ô quando veniam, & apparebo, vt sit quasi cum suspirio emissa vox desiderantis. Dixerat enim, desiderare & sitire animã suam ad Deum:ac mox subdit huius desiderij expressionẽ, dicens, O quando veniam. Aut legi potest coniunctim cum priore parte,ad hunc sensum,Anima mea ad Deum sitiuit, quando veniam,& apparebo ante faciem domini:quasi dicat,Desiderio anhelaui ad Deum,donec veniam & exhibear ante conH cõspectum domini, vt illic de ipsius plenitudine inebrietur. spectum ipsius.Per quod significat,suum desiderium nõ pœnitus cõplendum,neq; extinguendã sitim,donec veniat ante Huic autem contexioni,licet prima facie vtcunque officere videatur, quod mutata persona dicitur quãdo veniam, cum præcessisset sitiuit anima:secundũ verã tamen considerationem,cùm homo,& ipsa eius anima ad idẽ spectent, nihil impedit quo minus rectè ista valeat acceptari sentẽtia.In Eluciratione verò,nõ nisi priorẽ expressimus. Versu tertio,Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Audi spiritualis homo,audi qui ceruus esse cupis:quem tibi panẽ quærere debeas,quo debeas pane in via peregrinationis huius sustentari.Fuerũt mihi(inquit Propheta sanctus,ceruorum exemplum)lachrymæ meæ panes die ac nocte. Ecce lachrymas in panẽ habet rex,& Psaltes Domini,lachrymæ in viaticũ sunt

regi peregrino ad patriã tendenti. Et verè dulciores sunt hę lachrymæ homini, totis præcordiis Deũ sitiẽti, quas pro absentia, & peregrinationis dilatione effuderit, omnibus impiorũ delitiis, & voluptatibus. Neq; potest seculi conuiuis tã esse suauis cuiuscũq; liquoris per os, & guttur ingurgitatio, quam est peregrinis Dei, per natantes oculos, lachrymarum effusio. Neq; vllus cibus ingrediens in ventrem tam potest oblectare voratoris gulam, quàm refocillat mentẽ vel vnum ex imo corde eductum suspiriũ. Et forsitan iste panis est, de
Psal. 101 quo alibi cõquæritur pœnitens, percussum se esse vt fœnum, & exaruisse corde, eò quòd oblitus fuisset comedere panem suũ. Et nos itaq; hunc panẽ nunquã obliuiscamur, interim dum peregrinamur in corpore lachrymis, ac suspiriis nostrã peregrinationẽ, atq; exilium consolantes. Versũ quarto, Et effundi in me animam meã. Hic dicit Propheta, Effudi in me animam meam. Alibi hortatur sperates in domino effundere corã illo corda sua. Videtur autẽ duplicis huius sermonis non eadem omnino esse sentẽtia. Tũc enim effundimus A intra nos animam nostrã, quando (vt ita loquar) plenam nostro desiderio cõcedimus libertatẽ, quando penitus illi laxamus habenas, ita vt currat, imò volet quantũ possit, illuc quo anhelat. Tunc sanè corda nostra effundimus, intra nos quidem, non autẽ ad nos, sed magis ad Deum: quemadmodũ ex aduerso effundi dicimus impiorũ hominum corda ad secularia desideria, ad quæ sine retinaculo, ardentissimè anhelãt & festinãt. Cùm verò iubemur, siue monemur, vt liberè ante oculos eius, cuncta velut profundamus, nihil omnino illum celantes, sed nos & omnia nostra, omnem miseriã, angustiã, egestatem, & omne nostrũ imperfectũ, ante conspectũ illius nudè proponentes, & quasi ante pedes illius proiicientes, & pleno cordis affectu illi cõmendantes: quomodo etiam vulgò dicere solemus, amicum effundere corã amico cor suum, quando illi omnia secretissima quoq; & occultissima denudat, auxilium & cõsilium poscẽs, suamq; causam amico amicè cõmendans. Debet ergo vir iustus hoc modo coram Deo cor effundere, debet nihilominus (iuxta præsentis Psalmi textum) etiam interdũ in sese animam suam effundere, atque liberis datis habenis pati, vt tota in cælestem trãsmigret fœlicitatem: vbi tanquã præsentialiter assistens, audiat voces collætantium ciuium supernorũ, vnde consolationẽ hauriat animæ

mæ suæ, cõtra voces exprobrantium, atq; ad seculi voluptates ipsam solicitantium. Versu octauo, Ad meipsum anima
B mea conturbata est. Nota, quòd cùm ad Deũ sitimus, donec ad illum effundimus anima, donec præ desiderio lachrymas fundimus, donec cælestibus conuiuiis spiritu assistimus, nõ conturbatur anima nostra, sed cosolatur semetipsam, in tantorum contẽplatione & expectatione bonorũ: quæ tãta vtiq; sunt, vt nõ tantùm in fruitione, verumetiã in expectatione, animũ fidelem mirificè oblectent. Verùm cùm ab his anima recedẽs ad semetipsam cõuertitur, id est, cùm se apud se rursum inuenit. (Neq; enim diu permittimur corporis fragilitate, & persequẽtium malitia talibus interesse delitiis) tum verò tantò amplius cõturbatur & anxiatur paupercula anima, quantò iam dulcescere ei cœperant, quibus ad modicam morulam permissum fuerat oblectari. Et quemadmodũ qui à somnio magnæ fœlicitatis euigilat, torquetur, nihil inueniens eorũ in quibus paulò ante gaudere videbatur: ita multò amplius ad solitas miserias relapsa, à tam sublimibus anima vehementer cõturbatur. Non tamẽ quiescit, sed rursum quo ad potest ascendere conatur, vnde cecidit. Et si non semper ita in sublime volare possit, ad illum quem desiderat, vt eius assistat beato conuiuio, memoriam tamẽ eius & recordationem nequaquã abiicit. Nouit enim anima, quæ fidelis est Dei amatrix, etiã in sola Dei memoria, semetipsam oble
ctare, iuxta quod alio in loco in desolatione positus, ait: Memor fui Dei, & delectatus sum. Quid enim? Si ij qui secundũ Psal. 76
carnem amore fœdo se diligũt, non solùm in præsentia mu
C tua delectatur, sed & in recordatione sciũt inuenire qualécunq; oblectationem, si sic amantibus iucunda est, vel recordatio mutua, vbi non datur frui præsentia, quãtò amplius putamus purissimũ illum Dei amorẽ (qui nequaquã secũdum carnem est, sed secundum spiritum) sufficientẽ ex sui dilecti haurire posse sola recordatione lætitiam, qua se consoletur, ne tentantium vocibus consentiat, aut post alienos amatores, proprio relicto discedat? Atq; hanc ob causam ait sitiens ad Deum, postquam cõturbari sentit animam suam, velle se Dei memorem esse de terra ista miseriæ, de angustia mundi huius. Versu eodẽ, Memor ero tui de terra Iordanis, &c. Hoc tametsi habeat mysticas intelligẽtias, quas apud alios qui ante nos in Psalmis elucidãdis laborarunt, promptũ fue-

rit inuenire:nos tamen maluimus ſecundum literam intelligere,vt per hoc ſignificetur anguſtia & vilitas huius mundi, & terrenæ huius habitationis,quam ille non ignorat, cui ad ſuperna nonnunquã conceditur acceſſus.Eſt autem (vt craſſo exemplo manifeſtam aperiam intelligentiam)talis ferè hæc Pſalmiſtæ in terra promiſſionis conſiſtentis, atque eius etiam regna tenentis,ſermo, tanquã ſi ego in hoc Louanienſi ſolo poſitus (in quo nunc mihi peregrinationem conſtituit omnipotens)dicã iuxta formam huiuſcemodi,ad meipſum, Domine,anima mea conturbata eſt,dum humana audio, humana video, humana ſuſtineo, dum corporalia ſeſe & craſſa iſta vbique ingerunt: propterea ad cõſolamen animæ meæ volo tui iugiter eſſe memor, de terra hac(in qua mihi dediſti peregrinandi locum)fluuij Diliæ & mõtis Roſelani, qui mõs paruulus & modicus eſt:id eſt,de terra anguſta quæ fluuio Dilia & monte Roſelano (qui modicus admodum eſt) concluditur.Illud verò mirum,Prophetæ cæleſtia deſideranti totam Iudææ terrã videri anguſtam & modicam, Iordane fluuio & mõte Hermoniim concluſam :cum terrenis & terrena amantibus,etiam pedis vnius ſpatium tanti æſtimetur, vt pro eo nonnunquã acerrimè depugnent, atq; digladientur, interdum vſq; ad vitæ pericula, & maxima diſcrimina. Ita videlicet,qui non niſi terrã norunt, nunquam contempla ti ſuperna,mira putant, quæ hîc vident omnia. Contra verò, quibus familiare eſt,aut certè quibus nonnunquam cõceditur,relictis his infimis,ad ſuperna euolare,quorum pedes in ampliſsimis illis atriis ſupernæ Hieruſalem aliquando conſtiterunt,quibus videre datum eſt,quàm iuxta Prophetã magna ſit domus Dei, & quàm ingens locus poſſeſsionis & regni eius:hi nimirum, etiã regiones & patrias totas reputare norũt anguſtiſsimas : imò totã mundi,quæ videtur,latitudinem,nõ niſi anguſti carceris æſtimãt locum. Verſu nono, Abyſſus abyſſum inuocat, &c. Quod abyſſus abyſſum inuocet,alij ad duorum teſtamentorũ (quorum vtrũq; abyſſus eſt impenetrabilis)conſonantiam malunt referre.Alij abyſſum vnã dicunt eſſe, humanæ miſeriæ & multiplicis iniquitatis profunditatẽ interminã:alteram verò ex aduerſo Dei miſericordiam,quæ ſimiliter eſt abyſſus altiſsima, & prorſus inexhauſta,quã tantorum ſeculorũ decurſus,neq; adhuc exhauſit, neq; exhaurire poterit vnquam. Huius autẽ duplicis abyſſi, illa

Pſal.121

Baruch 3

illa quidem hanc inuocat:prior illa,ad hanc poſteriorem clamat (quoniam profunditas iniquitatis humanæ, profundita tem inexhauſtam poſtulat Diuinæ miſericordiæ) vt ab hac illa abſorbeatur. Neque enim poteſt aliunde abſorberi abyſſus & profunditas humanæ malitiæ, niſi ab abyſſo Diuinæ miſericordiæ.Nos tamen in Elucidatione,quod ad continuationem literæ,& præcedentium atque ſequentium cõſonantiam magis nobis videbatur accommodum, explanauimus: per abyſſos intelligentes tentationes profundas, & quãtum ex nobis impertranſibiles:de cuiuſmodi in alio Pſalmo legimus.Cùm iraſceretur furor eorũ in nos, forſitan aqua abſorbuiſſet nos.Torrentẽ pertrãſiuit anima noſtra, forſitan pertrãſiſſet anima noſtra aquã intolerabilem. Huiuſmodi enim intolerabilem,id eſt,impertrãſibilem & ineuaſibilem aquã, nos maluimus in propoſito abyſſum nũcupare.Verùm iuxta hanc ſententiã,forſitan difficile videbitur intelligere,cur de abyſsis iſtis dicatur,quòd adducat,ſiue aduocet alia aliam,in voce cataractarũ Dei. Quæ enim ſunt iſtæ cataractæ Dei, & quæ eſt iſta vox cataractarum? Sed attendendum eſt ſermonem fieri metaphoricum, ſecundum reſpectum ad defluxum aquarũ copioſarum in tempore pluuiæ. Cõgregantur enim pluuiales aquæ,& deſcendunt per cataractas ſiue canales, & ita irruunt ſuper tranſeuntes, nouo continuo gurgite aquas copioſas cum ſono magni impetus effundente. Per cataractas itaque Dei,fidelis ſibi venire aſſerit inundationes aquarum, quas ſuper ſe venire ſentit:quoniam tribulationes atq; tentationes, quas experitur plurimas, tanquam à Deo deſuper miſſas acceptat,attendens ex ipſius iudicio & diſpoſitione,ita hæc ſibi euenire,ac velut deſuper:ſuper ſe emitti.Quę enim nobis in præſenti tempore perferenda obueniunt, vel à Diuinæ iuſtitiæ vltione procedunt(veluti cùm in vindictã & vltionẽ peccati, Deus famem, peſtilentiã, aut bellum,aut etiam alias interiores animæ vltiones, immittit)vel à Diuinæ miſericordiæ benignitate:qnæ electis ſuis aggregare volens cumulos meritorũ,multis illos aduerſis & triſtibus,tam quoad corpus, quàm quo ad animam exercitari permittit:vt (iuxta Petrũ Apoſtolũ)probatio fidei & virtutis eorũ multò pretioſior inueniatur auro, quod per ignẽ probatur : quibus modis,ſanctos viros Iob atq; Tobiam etiã legimus exercitatos. Nonnunquã verò deſuper nos obruunt tentationũ atq;

Pſal.123

1.Petri 1

Iob 1.& 12

Tobiæ 3

tribulationum gurgites, pariter ab vtraq; id est, simul à misericordiæ benignitate, & vindicta iustitiæ. Quemadmodum omnia penè corporis incõmoda, & necessitates plurimæ, in pœnã & vindictã primæ inobedientiæ humano generi sunt
Roma. 8 inflictæ: ita tamen, vt ex dispositione supernæ clemẽtiæ, diligentibus Deũ cooperentur in bonũ, qui ea de manu Domini susceperint, atq; pertulerint cum patiẽtia. Rectè ergo vir fidelis, tanquã a Deo cũcta suscipiens quę patitur, & propter ipsum libẽter omnia sustinens, dicit abyssos vnã post aliam super se venire in voce & impetu cataractarũ Dei: eò quòd videantur vt à Deo effusa, cũ impetu decurrere. Quomodo autẽ viri iusti in omnibus quę patiũtur malis, semper ad Dominum respiciũt, & tanquã ab eo venientia acceptãt in annotationibus Psalmi XXXVIII. satis apertè declarauimus in pertractatione illius sentẽtiæ: Quoniã tu fecisti, amoue à me plagas tuas. Versu decimo, Omnia excelsa tua & fluctus tui, &c. Per excelsa, intelligũtur sublimes & eleuati gurgites, siue altæ aquarũ inũdationes. Vnde alia translatio habet pro excelsis, suspẽsiones, id est, aquas altas, & quasi in alto suspensas. Beatus verò Hieronymus ex Hebræo vertit gurgites: alius autem, inundationes: quæ omnia consensũ in Elucidatione explanato, rectè cõsentiunt. Hoc tamen notandum est, quòd gurgites isti inundantium aquarũ & fluctuũ, id est, magnarũ tribulationũ atq; tentationũ, dicũtur fluctus & excelsa Dei. Sic enim ait, Omnia excelsa tua, & fluctus tui. Quod eadẽ ratione accipiẽdum est, quæ iam statim à nobis exposita est: quoniam videlicet ab eo descẽdunt, & vt ab eo demissa suscipiuntur. Quemadmodum cùm dicimus plagas Dei, nõ intelligimus eas quas Deus suscipit, sed quas a Deo nos suscipimus, & quæ ab illo super nos veniũt. Quoniã verò hoc in loco tentationũ aduentũ, per abundantiam aquarum desuper per cataractas aduentantiũ significatur, cõsiderandum est, quòd sicut irruentibus huiusmodi aquarũ fluctibus, quidem tantũ abluuntur corporaliter, ita vt transeuntes aquæ nihil afferant corporalis nocumenti, iis super quos transierint, alij verò in iisdem suffocatur: ita & in spiritualibus videmus quosdam quantumuis magnis tentationũ gurgitibus, non solùm non vitæ detrimentum accipere, verum etiam per ablationẽ fieri mũdiores, cùm alij sub iisdem conspiciantur perire, & si quid habẽbant vitæ spiritualis deperdere.

dere. Nam vt sub canalibus domorũ, cum vehemens pluuiæ impetus descẽderit, qui erecto cõstiterit corpore, caput verò in partem alterã declinãs, aut manibus, alióve cõmodo operculo cõmuniens, diligenter custodiat (ita vt omnis aquæ cadentis impetus in robustas ad perferendũ scapulas feratur) detrimentũ vitæ nõ accipiet eiusmodi, etiam si tempestuosa valde & longa fuerit pluuia (trãsibit enim aqua, & mox vt illum tetigerit, diffluit ab eo) contra verò, qui sub canali consistens, adueniente pluuiæ impetu, mox in terrã corruit, necessariò suffocabitur ab irruente aquarũ aquis: sic & in tentationum aduẽtu, qui forti & inuicto animo perstiterint, perseuerantes in sua rectitudine, & infracti corde, ex tentationũ incursu, non accipient vllum detrimentũ, sed transibunt tentationes: ipsi verò, illis diffluẽtibus, etiam mundiores apparebunt. Qui verò tentationũ impetu in terram prosterni se patiuntur, continuò desuper cadentibus aquis, necesse erit hos suffocari. Noster autẽ cælestia sitiens Propheta, fluctus super se quidẽ cõfitetur irruisse, sed gaudet trãsiisse: quomodo etiã Abacuc Propheta, finẽ considerans persequutionum populi Dei, canebat, transiisse aquarũ gurgitem. Versu decimoquarto, Dum cõfringuntur ossa mea, &c. Quẽadmodum confractis ossibus, nihil est in homine stabilis virtutis, ita vt nec ambulare quicquã valeat (iuxtà quod etiã vulgò per ironiã dicere solemus, pigros in operibus, aut in gressu tardos, sic operari, aut ambulare, quasi ossa habeant omnia confracta) ita & spiritualiter dicũtur ossa cõfringi, cum incipiunt vires ad bene agendum deficere. Contingit autẽ nonnunquã homines etiam iustos, tentatione, vel grauitate, vel nimiũ morosa prolixitate, adeò vehementer cõturbari & frãgi, vt videantur quasi viribus destituti, & collabi in nihilum: cum se videlicet sentiunt & grauissimis vrgeri tẽtationibus, & nullo diuinarũ rerum feruore tãgi, ita vt nihil illis ex animo libeat agere, dum nullam percipiunt internam consolationẽ. Abac. 3

Atq; in hoc statu, cum inuenerint impij dæmones, atque homines seculi, eum qui Deo seruire cupit, tanquã occasionem bonã nacti incipiunt tum exprobrare illi, ac dicere, Quid ita ambulas tristis, desolatus, atq; deiectus animo? Videsne iam Deo nullam esse tui curã? Necdũ percipis frustra te illũ expectare? Nonne es tu ex electis illis, quos ad vitam prædestinauit? Illis enim sunt gaudia, tibi verò perpetuus cruciatus.

Iam tantos dies,tantos menses,ecce tristis & desolatus obambulas,& nihil omninò cõsolationis persentis. Vel hoc ipsum euidens est testimonium,quòd Deus (in quo speras,propter quem deliciis huius mundi frui recusas)te abiecerit. Veni ergo nobiscum,& fruere iis quæ offerũtur,& lætare in diebus vitæ tuæ,ne vtraque pariter consolatione prioris. Hæc (inquam)atque huiusmodi iustis in illa,quam dixi ariditate, & deiectione positis,solent inimici proponere,partim quidem ad eorum illusionem, partim verò ad ipsorum in malum solicitationem. Verùm attendendũ est, quid aduersus horum exprobrationes obiecerit consilij Propheta sanctus. Mox enim ad animam suam sese cõuertens,blada increpatione eã redarguit contristatã,hilariq; exhortatione consolatur eandem,spem firmam bonorũ cælestium proponens. Hoc enim est,quod post inimicorum exprobrationẽ statim subiungit, Quare tristis es anima mea,& quare conturbas me? Spera in Deo,quoniam adhuc confitebor illi,&c. B

QVADRAGESIMI SECVNDI PSALMI ARGVMENTVM.

ARGVMENTVM *Psalmi sequentis non aliud est, quàm quod habuerit præcedens: estq; velut cõtinuatio materiæ Psalmi præcedentis. Vnde et in Hebræo ἀγεπίγραφος est, id est, tituli nullius inscriptionem habens. In illo nanque circa finem dixerat vir spiritualis Deum sitiens, de aduersarijs sibi exprobrantibus, seq; affligentibus. Contra hos nunc, non mala tantum exprobrantes, sed dolos etiã meditantes et mala inferentes, Diuinum implorat iudicium, suam derelictionem et desolationem in afflictione ab aduersarijs, per querimoniã proponens. Postulat autem aduersus omnia huius vitæ discrimina, de cælo sibi demitti lucem et veritatem, quibus comitibus per viam securè deduci se posse confidit, et ad optatum pertingere terminum, vsque ad altare Dei, vsque ad præsentiam Diuinæ maiestatis. Nouissimus autem versibus duobus, in spe beatæ confessionis et salutis, seipsum consolatur atque confirmat.*

QVADRAGESIMI SECVNDI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Iudica me Deus, et discerne causam meam de gente nõ sanctã:*

FAC pro me Deus iudicium,& discute,discerne,diligenterq; considera causam innocentiæ meæ,aduersus populũ impium, cõtra turbã malorum qui me persequuntur: vt pro me, aduersum illos, facias iudic C

iudicium: *ab hominibus iniquis & fraudulentis, qui impietatem & dolos meditantur cõtra me in cordibus suis,& exercent in operibus, tuo iusto iudicio libera me, vt quod desiderant, non obtineant, neque voto suo valeant potiri. 2 Tu enim Domine es meum robus omne,& tota fortitudo mea, in quo possum quicquid possum, imò in quo omnia possum, & sine quo nihil possum: atque ideò Domine, non confidens nisi in te forti auxiliatore meo, ad te confugio: *& cum in te spem meam omnem constituerim, quid est piisimè Domine, quod me ita derelinquis, vt quasi repulisse & abiecisse me videaris, quasi nulla sit tibi cura mei: cum ab inimicis iniustè me sustines affligi? & quare sic mœstum atq; desolatum permittis incedere, affligentibus & tribulantibus me aduersarijs meis, qui mihi sunt suis tentationibus admodum molesti & infesti? 3 Respice tandem ad me multimodis afflictum,& demitte mihi de cælis in cor meum lucẽ spiritualis gratiæ tuæ,& præclaram veritatem tuam, per quam, tam credenda, quàm agenda, valeam cognoscere: *hæc enim sunt, quæ me inter tot miserias, angustias, atq; tentationes, securè deducent per vias huius vitæ, ducatumq; certum præstabunt, ne vllum ad patriam tendenti obueniat nocumentum,& adducent ad optatum terminum, nempè in locum habitationis gloriæ tuæ, qui est vt mons altissimus atq; stabilissimus, ad sanctum & firmissimum habitaculum tuũ, in quo sunt mansiones plurimę, in quo cum tuis ministris omnibus inhabitas in tua magnifica gloria. 4 Atq; his ducibus, perq; viam comitibus, introgrediar ante præsentiam Diuinæ maiestatis tuæ, palamq; accedam ante cõspectum gloriæ tuæ, vt te facie contempler ad faciẽ, vt tibi hostias sempiternas plenæ laudis corã te assistens, indesinenter offerã: *ad te (inquam) mi suauissimè Deus, qui meam vetustatẽ cõsumis & cõteris, ac iuuentutem restituis: qui renouas vt aquilæ iuuentutem meã, qui me quotiescunq; nunc per defectum vigoris spiritualis veterasco, benigno aspectu tuo, & interioris gratiæ infusione, in pristinum, imò in meliorem statũ restituis: & cum per tristitiam ossa consumẽtem, animiq; deiectionẽ ad interitum tendo tu mihi lętitiam reddens salutaris tui,& spiritu principali iterum me cõfirmans, facis velut reiuuenescere: vt non solùm non peream, sed etiam ad virtutum exercitia, alacrior fortiorq; reuertar. 5 Proinde confessio- D E

ab homine iniquo et doloso eruem.

2 *Quia tu es Deus fortitudo mea:* Philip.4

Ioan.15

quare me repulisti, et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

3 *Emitte lucem tuã et veritatem tuam: *ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuũ, et in tabernacula tua.*

4 *Et introibo ad altare Dei:*

Ioan.14

1.Cor.13

* *ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.*

Psal.102

Pr.17.& 25

Psalm.50

5 *Cõfitebor tibi in cithara, Deus*

*Deus meus: * quare tristes anima mea, ut quare cõturbas me?*

nem tibi dabo in maxima lætitia cordis mei, etiam in cithâris aliisq; musicis instrumentis, ad plenioris gratiarũ actionis testimonium tibi laudem cantaturus, tibi (inquam) ô mi Deus, ô mi suauissimè Deus: quod nomen, quò frequentius replico, eò dulcẽsit amplius: *tu verò ô mea bona anima, cur contristaris ista non ignorãs, tantarum rerum spem habens, & quare tua tristitia, atque deiectione me conturbas? cur nõ in his teipsam potius consolaris? 6 Firma spem tuã in Domino, & in illo temetipsam oblecta, dũ in aliis omnibus nihil nisi vanitatẽ inuenis & afflictionem spiritus: *adhuc enim illi dabo confessionẽ laudis in gaudio, adhuc illi plenis buccis cõcrepabo, adhuc erũt exultationes & canticа eius in gutture meo: ipse enim est salus & gloria vultus mei, & Deus meus verus ac viuus, cuius laudẽ nunquã ego eripiatur de ore meo, sed spero mihi fore perpetuã, donec ad locũ laudis plenissimæ me adducat, ante conspectũ suũ. Amen.

*Spera in Deo: * quoniam adhuc cõfitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus.* Psal. 149

ANNOTATIONES IN *Psalmum Quadragesimum secundum.*

HVNC Psalmum habet consuetudo Ecclesiasticorũ plũrimorum sacerdotum, ante missæ initium, quasi in præparationem accessus ad altare sanctum præmittere: nimirum quòd eos, qui ad sacrosancta illa mysteria dominici corporis & sanguinis celebranda & percipienda sunt accessuri, nõ conueniat esse spiritu contristatos, aut deiectos animo, sed alacres & hilares corde, ob præsentiam Diuinæ maiestatis, ad cuius venerandum altare accedit, qui sacrificium Ecclesiæ est oblaturus. Petit itaque hoc Psalmo præparatorio sacerdos, sancta Domini sacramenta celebraturus, auxilium Diuinæ miserationis, & aduersum contristantes affligentesque spiritum suum, postulat fieri iudicium, lucem quoq; & veritatem desuper mitti, quibus comitatus securè, mundè, & dignè possit ad Dei altare accedere, fructumque sacrificij percipere. Et licet principaliter de altari spirituali intelligatur versus quartus, ad quod videlicet mente & affectu introgrediemur, siue in hoc mũdo cõstituti, siue in futuro seculo (vt pòst dicemus) potest nihilominus cõmodè ad hãc intentionem sacerdos Psalmũ vsurpãs, per altare Dei, ipsum illud materiale altare intelligere, ad quod sacrificij causa, parat

accedere. Atq; ita sperat lætificari suã iuuentutẽ, nõ quidẽ ab ipso materiali altari, nõ à lapidibus & cæmento: sed ab ipso, quem offerre parat, & cui offerre parat, Deo, id est, à patre verbo, & spiritu sancto. Atque ideò non dicit simpliciter, Introibo ad altare Dei quod lætificat iuuentutẽ meã: sed adiicit dicens, Ad Deum, qui lætificat. Ad Deum autem accedit, qui sacrificare parat, siue ad totã beatam Trinitatem, vt illi sanctissimam salubérrimámque hostiam offerat, & cõsecret & in eius conspectu oblatam sumat: siue etiam ad Christum hominẽ & Deum, vt illũ offerat patri, atque ideò (quatenus secundum humanitatẽ hostia est) toti superbenedictæ Trinitati. Confidit autẽ lætificari suam iuuentutem, quoniam ex Ecclesiastico dogmate nouit, quisquis sacrificiũ illud non indignè celebrauerit, & sacramentũ non indignè manducauerit, accipere eũ per virtutem mortis Christi (cuius est memoriale) spiritualis gratiæ confirmationem siue augmentũ, & pignus vitæ æternæ, iuxta quod in festo altissimi illius sacramenti, canit sancta Ecclesia, O sacrum conuiuium in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis eius, mẽs implebitur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur. Et quia in accepto pignore æternæ fœlicitatis non potest non bene sperare & lætari fidelis, idcirco hac spe suã animã tentationibus fatigatã consolatur. Hæc diximus, propter vsum venerabilium dominorum sacerdotum: vt sciant quemadmodum hunc Psalmũ præparatorium sibi debeant adaptare. Sicut vniuersi Christifideles (iuxta Apocalypsis testimonium) spiritualiter sunt Dei sacerdotes, offerentes per Christum (iuxta quod Hebræis scribens ait Apostolus) hostias laudis semper Deo patri, ita & vnicuique potest Christifidelitũ spiritualiter etiam secundum hunc vsum competere, cum suum animum voluerit ad offerenda orationum laudúmque suarum sacrificia, præparare. Versu primo, Iudica me Deus, & discerne causam meã. Discernere pro diiudicare positum est, siue potius attendere. Nam diiudicatio & discretio, comparationem quãdam vnius ad alterum, & ex comparatione eiusmodi, cognitionem, secundum propriam acceptionem, videntur significare: quod manifestum est Deo non conuenire, qui non per eiusmodi comparationem causæ ad causam, sed absque omni collatione, sola causæ attentione & inspectione cognoscet, cuius sit innocentia. Quid ergo dicit,

Discerne causam meam, more hominum iudicum loquitur quos necesse est causam causæ comparare, atq; ita quis reus, quis innocens, perdiscere. Est autē sententia. Attende ad causam meā, cognosce eam, respice ad eam: videlicet, vt propter innocentiā meam, cum tibi fuerit perspecta & bene cognita ab aduersantium infestatione me liberes. Quantum verò ad particulam illam, de gente nō sancta, aduertendum est, ancipitem eius esse cōstructionem. Solemus enim vulgatiori vsu eā coniungere præcedentibus, quomodo & in Elucidatione exposuimus, hoc modo: Iudica me Deus, & discerne causam meā de gente non sancta: vt petat sibi fieri iudicium de gente non sancta, & quantum ad illos suam causam discerni. Ac deinde subsequitur: Ab homine iniquo & doloso erue me, quasi prioris partis clarior explanatio. Nihil enim aliud, Iudica pro me de gente non sancta, quàm ab hominibus iniquis eripe me. Sunt tamen qui particulam supradictam cū sequentibus cōnectunt, præcedentia absolutè legentes, ad hūc modum, Iudica me Deus, & discerne causam meam. Ac deinde, De gente nō sancta, ab homine iniquo, & doloso erue me. Atq; huius quidem lectionis, non est difficilis intelligentia: cōuenientior tamē videtur prior distinctio, quæ & vsitatior est. Versu tertio, Emitte lucem tuam & veritatem tuā, &c. Per lucem & veritatem, intelligimus in Elucidatione dicta, quæ desuper mittit Deus in cordibus nostris per spiritū suū sanctū, qui est spiritus lucis & veritatis, interius nos illuminans, & veritatē docens de omnibus tā credendis, quàm agendis, iuxta quod promisit suis discipulis Dominus Iesus, ipse prima veritas. Rectè autem dixit Propheta, emitte, quasi desuper de cælo sancto tuo mitte: quoniā (secundum Apostoli Iacobi sententiā) Omne datum optimum, & omne donum perfectū, desursum est, descendēs à parte luminum. Vnde & Sapiens orans Dominū pro sancta sapientia, Tecum (inquiebat) est sapientia tua, quæ nouit opera tua. Mitte illā de cælis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ. Et forsitan non aliud est quod hic nūc Propheta postulat, quàm lux & veritas. Ipsa enim cælestis atque diuina sapientia, vera est lux cordis nostri, & ipsa est veritas. Cui etiam illud quod sequitur aptissimè consonat: Ipsa me deduxerunt & adduxerunt: id est, deducent & adducent.) Si quidem iuxtà non incōsuetum scripturarum morē, præteritum propter euentus certitudinem, pro

Ioan. 16

Iacobi 1

Sapient. 9

pro futuro ponitur) in montem sanctum tuum, &c. vnde in oratione Sapiētis supra posita consequenter adiungitur, vt mecū sit, & mecum laboret, & sciam quid acceptum sit apud te. Scit enim illa omnia, & intelligit: & deducet me in operibus meis sobriè, & custodiet me in sua potentia, & erunt accepta opera mea. Ac post pauca, Sensum autem tuū quis sciuit, nisi tu dederis sapientia, & miseris spiritum sanctū tuum de altissimis: & si correctæ sint semitæ eorū qui sunt in terris, & quæ tibi placēt didicerint homines? Hæc omnia habet Sapiētis oratio, quæ quàm clarè cum huius Psalmi postulatione consentiant, est per se manifestum. Rectè ergo lux & veritas desuper nobis missa, nos deducēt & adducēt in montem sanctum Dei, ad ciuitatem supernam: quæ quā ob causam mons dicatur, supradictum est Psalmo 111. Diligenter autem contuenda est differentia inter duo illa verba, deducēt & adducent. Magis enim significatione differunt, quàm vocis sonus præ se ferat: id quod in Græco est aliquanto euidētius, quàm in idiomate Latino, Vnde in Græco priore loco habetur ὡλίγησαν: quod verbum ab ὁδὸς: id est, via, deriuatum, significat per viam deducere, siue ducatum præstare: quæ significatio, pulchrè admodum expressa est in Sapiētis prænarrata oratione, cum diceretur, vt mecum sit, & mecum laboret. Atq; hoc ipsum vocabulum etiam Psalmo CXLIII. inuenitur positum, dicēte Propheta, Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Et Psalmo CXVIII. Deduc me in semita mādatorum tuorum: atque in aliis pleriſque locis vbique ferè tantū valens, quantum, Dux esto mihi per viā, & ducatū præsta. Verbum autem quod secūdo loco ponitur, est ἤγαγον, id est, adduxerunt vel introduxerūt. Vnde beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, introducent. Inter autem deducere per viā, & introducere ad terminū, clarum est nōnullam esse differentiā. Versu quarto, Et introibo ad altare Dei. Introimus etiā nunc, donec in corpore sumus, altare Dei (id est, ad præsentiam diuinæ maiestatis) quoties in spiritu & veritate adorātes, coram illo procidimus, aut sacrificium facimus. Verùm posteaquam ad mōtem sanctum Dei illū excelsum & cælestem fuerimus adducti, tunc ad altare Dei, id est, ad præsentiā & ante conspectū Diuinæ maiestatis, introgrediemur perfectius, ita vt nunquam ab eo simus diuellēdi neq; separandi. Semper enim illi astabimus sacrificant

Ibidem.

Sapient. 9

Psal. 14

Psalm. 118

Ioan. 4

ficantes, quod iam per corporis fragilitatē perpetuò facere
Psalm.50 non possumus. Altare autem istud, idem est de quo Psalm.1. dicitur: Tunc imponēt super altare tuum vitulos. Per altare autem Dei, intelligimus præsentiam & conspectum diuinę maiestatis: eò quòd soleamus in materialibus altaribus diuinam præsentiam specialiùs honorare, sicuti & verè peculiariter ibi honorāda est. Nihil enim dubiū est specialiùs illic Deum adesse, & præsentem se facere, vbi colitur, adoratur inuocatur, & sacrificia accipit. Possemus tamen altare istud intelligere etiam Christum dominū, qui est altare nostrum, sacerdos & hostia. De quo Paulus Hebręis scribens ait, Ha-
Hebr.13 bemus altare de quo potestatem nō habent edere qui tabernaculo deseruiunt: nimirū Christum dominum designās, cuius nō sunt participes veteres Iudæi. Ad hoc enim altare, & D modo per fidem accedimus, vt innouetur iuuentus nostra: & introgrediemur (cum terminus aduenerit) per speciem, vt perficiatur beatitudo nostra. Versu eodem, Lætificat iuuentutem meam, sic mihi videtur accipiendum, quasi lætificando renouat iuuentutem meam. Iuxta quod Psalmo c i.
Psalm.102 dicitur: Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Per iuuentutē autem, quum in bona partem vsurpatur in scriptura sancta significatur alacritas, robur, agilitas & fortitudo, quæ in iuuenibus maximè inueniūtur: sicut per pueritiam, cum in bonam partem vsurpatur, significari solet innocentia & simplicitas, quæ maximè relucet in pueris: & per senectutem, maturitas atque reuerentia, quæ senibus competit, & mortificatio carnalium concupiscentiarū. Contrarium autem significant, cum in malam significationem vsurpantur: senectus videlicet, desidiam, tarditatem ad bene operandum, defectū
Hebr.8. quoque ad declinationem in interitum, iuxta illud: Quod antiquatur & senescit, prope interitum est. Iuuentus, impetum & sequelam concupiscentiarum malarum. Pueritia, ruditatem & ignorantiæ malam simplicitatem. De senectute,
Psalm.31 in malam partem dicitur, in Psalmo xxxi. Inueteraverunt
Psalm.6 ossa mea. Et Psal. vi. Inueteraui inter omnes inimicos
2.Tim.2 meos. De iuuentute monet Apostolus Timotheum, iuuenilia desideria fugere. De
1.Cor.14 pueritia idem ipse Corinthios monet, ne pueri efficiantur sensibus.

QVAD

QVADRAGESIMITERTII PSALMI ARGVMENTVM.

IN PALMO sequenti difficultas occurrit, ex eo quòd principium atque finis non satis videantur respondere versibus aliquot mediis, id est, sexto, septimo, octauo, nono, & decimo. Hi enim omnino videntur gaudium prosperitatis, & pro victoria gratiarum actionis: præ se ferre: cum residuum totius Psalmi in summa afflictione, & humiliatione positum esse videatur. Cum enim dicitur, Tu es ipse rex meus & Deus meus, qui mandas salutes Iacob. In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Saluasti nos de affligentibus nos, & odientes nos confudisti. In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in secula: hæc sanè populi in maxima afflictione positi verba nō videntur, sed potius in tali prosperitate, qualis erat sub Dauidis & Salomonis regno, cum de hostibus in nomine Domini triumpharent. At verò versus mox sequentes, vsque ad finem manifestè summam designant miseriam, & oppressionem grauissimam: qualis fuit in captiuitate Babylonica, vel in persequutione Antiochi illustris. Hæc autem minimè videntur in eodem Psalmo consonare: Ad huius ergo dissonantiæ concordiam mihi videtur necessarium, vt sicut de diuersis temporibus duæ illæ partes loquuntur, altera quidem de tempore prosperitatis gratulatoria, altera verò de tempore aduersitatis querulatoria: sic & ex populo Domini, pro diuersis temporibus loquentes diuersi introducantur, vt videlicet illos versus prosperitatis loqui intelligatur populus Domini sub Dauide & Salomone, aut sub alijs temporibus prosperis, aut ipse intelligatur Dauid in persona sui populi prosperè agentis in omnibus loqui. Quæ verò à versu vndecimo sequuntur, ad finem vsque, populus loquitur sub hostibus in oppressione degens, in maxima miseria, qualis multò post tēporo Dauidis aut Salomonis fuisse legitur: qui populus afflictus, à principio quoque Psalmi loqui cœperat. Et videtur totus hic Psalmus à Psalmista compositus pro temporibus afflictionis & desolationis, vt tunc esset filijs Israēl ad Dominum sese conuertentibus, & misericordiam poscere volentibus, debita rationis formula. Satis enim verisimile est, Prophetā sanctum illas subsequuturas populi desolationes præuidisse, quemadmodum & Moses populo similia prædixerat, & Iosue famulus Domini. Itaque cum scriberet Psalmista, Nunc autem repulisti, & confudisti nos, vendidisti nos, posuisti nos opprobriū, parabolam, &c. non Deut.28
ad suum tempus (in quo ipse cum populo floridè regnabat, tametsi mul Iosue 23
tas pateretur molestias) sed ad illa quæ præuidebat, venturæ desolationis

tionis tempora respiciebat, futura quasi præsentia, in Psalmo plangens. Hæc præmissa omnino oportuit, priusquam tota Psalmi vis & connexio sufficienter potuisset intelligi. Nunc (vt breuitati studeamus) summam totius rei, perstringere pergamus. Conuenit itaque hic Psalmus populo Domini in maxima desolatione posito, qui volens ad misericordiam Deum inflectere, primum antiquæ Dei opera, quæ pro patribus suis legerunt, & audierunt ab illo misericorditer & mirabiliter exhibita, proponunt: illud nominatim recensentes, de introductione per manum validam in terram promissionis, & expulsione, atque deletione habitatorum eius: quæ nulla humana virtute, sed sola Diuina potentia facta fuisse confitentur. Atq; hæc quidem quinque primis versibus. Debinc versibus quinque sequentibus, Dauid ipse, qui Psalmum conscripsit, pro venturis temporibus seipsum cum populo suo introducit loquentem, de prosperitate status sui seculi: fidenter admodum in spe Domini, & contemptum valde contra inimicos populi Dei. Mox verò post versum decimum vsque ad finem totius Psalmi continuat populus afflictus cœptum ab initio sermonem, & exposito proponit suæ desolationis miseriam, eandem multis verbis & sententijs exaggerans, & Dominum humiliter orans, vt misericordiam valeat percipere, & de grauissima tribulatione salutare auxilium. Illud autem est aduertendum, Psalmum præsentem commodissime posse applicari fidelibus nouæ legis, & populo Ecclesiæ sanctæ, quotiescunque ab alienigenis (vtpote à Turcis, & alijs infidelibus) opprimuntur, persequutionem patiuntur, in captiuitatem ducuntur, & in seruitutem subijciuntur, aut aliàs quomodocunque crudeliter & ignominiosè tractentur: quemadmodum isto nostro seculo (hac sanè in patre infœliciſſimè) per singulos annos miserè cernimus. Rectè enim vetera, Dei beneficia proponentes, quæ patribus nostris filijs Israël (quorum nos Christiani verum semen, & veri filij sumus) Deus exhibuit, nostram autem opprossionem querulis affectibus & vocibus aperientes, cum lachrymis deposcimus eius misericordiam, in qua sola confidimus liberari.

QVAD

VOX FIDELIVM IN TRIBVLATIONE CLAMANTIVM.

POTENTISSIME Deus, nos auditu accepimus, auribúsq; nostris tanquam certissima & indubitata audiuimus, nimirũ edocti à patribus ac maioribus nostris, qui ea nobis partim verbo, partim scripto, nota fecerũt per successionem generationum, prout illi quoq; à suis maioribus acceperant, vsq; ad eos qui ipsimet viderunt ea quæ nos audiuimus, & in seipsis ea sunt experti reali exhibitione, quę nos tantũ cognoscimus verbali relatione. 2 Audiuimus (inquã) & annũtiauerunt nobis patres nostri opera tua magnifica & mirabilia, quæ operatus es in diebus eorũ in tẽporibus antiquis, & lõgè antè multa secula præteritis: videlicet in diebus captiuitatis filiorũ Israël in Aegypto, quãta feceris prodigia terribilia atq; glorioſa pro patribus nostris, aduersus Pharaonẽ & seruos eius: itémq; in deserto, & introductione in terram promissionis, ac deinceps, signa multa & magna.

3 Vt cætera trãseamus, illúdque solũ loquamur de introductione in terrã promissionis. Nonne tua potẽtia, & omnipotẽs virtus tua erat, quæ patres nostros filios Israël eductos de Aegypto, introduxit in terrã promissionis? Ipsa enim omnipotens & validissima dextera tua est, quæ gentes septem peccatrices, quæ inhabitabant promissionis terram, Chananæum, Euæũ, Iebusæum, Ethæũ, Amorrhæum, Gergezæum ac Pheresæum, atq; circumiacentia loca & regna eiecit, expulit, ac deleuit de terra sua, vt fierent in possessionem populo tuo: * his autem expulsis de terra, patres nostros tu loca illorum inhabitari fecisti: & quomodo arbor in terra manu agricolæ in loco alterius infrugiferæ plantatur & radicatur, ita tu eos illic vt in firma & stabili mansione, tua manu plantasti, & radicare fecisti, ac germinare, filios & filias procreare, iumenta quoque educare, vt in firmo propriæ habitationis loco: * grauiter afflixisti vlurice ac pugnatrice manu tua populos illos terræ promissionis, vsque ad

1 *Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annuntiauerũt nobis.*

2 *Opus quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis.*

3 *Manu tua gentes disperdidit.*

Iosue 24.

* *& plantasti eos:*

* *afflixisti populos, & expulisti eos.*

*4 Nec enim in gladio suo possederunt terram, * et brachiũ eorũ nõ saluauit eos.*

*5 Sed dextera tua, & brachiũ tuũ, et illuminatio vultus tui: * quoniã complacuisti in eis.*

Deuter. 7

*6 Tu es ipse rex meus et Deus meus: * qui mãdas salutes Iacob.*

*7 In te inimicos nostros vẽtilabimus cornu: * et in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.*

8 Nõ enim in arcu meo sperabo, & gladius meus nõ saluabit me.

exterminium,& totalem deletionem de terra sua. 4 Et recte quidem dico,manu tua hęc omnia perfecta.Nequaquam enim potentes erant patres nostri,sua virtute absque te,tam facere victoriam:neq; ipsi per virtutem aut experientiã bellicam,quæ in ipsis erat,pertigerũt ad possessionem terræ promissionis:* neque propria virtus eorum ad tantæ salutis victoriã eos perduxit,vt de tantis,támq; fortissimis & ditissimis gẽtibus,possent reportare triumphum:imò nunquam manus illorũ euadere potuissent,sua propria tantũ fortitudine suffulti. 5 Sed tua fortis dextera, & tuũ válidissimum brachiũ(id est,omnipotens fortitudo tua)& benignus aspectus vultus tui,quo lucere fecisti,& splẽdere super eas lucem misericordię tuæ,ipsa sunt,quæ patres nostros introduxerũt in possessionẽ terræ suæ: *fuit enim tibi in illis beneplactũ,& dilexisti eos:quoniam elegeras eos in tuum populum, & in peculiũ præ vniuersis populis terræ:atque idcirco complacuit tibi in eis glorificare nomẽ tuum. VOX POPVLI DAVIDIS TEMPORE PROSPERE AGENTIS INTERPONITVR. 6 Tu es rex noster, & dominus Deus noster,& non es alius, neque in vllo mutatus:* qui præcipis etiã nunc de salute populi tui fidelis,qui saluationes præcipis populi tui:quo iubẽte atque mandante, & ex cuius volũtate salus est populo tuo. 7 In spe auxilij tui animati,& tua fortitudine suffulti atque cõfortati,dejiciemus,humiliabimus, & expugnabimus inimicos nostros pro libito,eósq; ventilabimus & prosternemus quocunq; voluerimus,ad modũ bouis:qui quod cornibus suis rapit,in vẽtũ proiicit & dissipat, quocunq; voluerit: * in fiducia atque inuocatione nominis tui,in cõfidentia auxilij tui pro nihilo ęstimabimus,imò cõculcabimus & expugnabimus eos qui insurgũt cõtra nos, ad nos expugnãdos, quãtæcunq; tandẽ fuerint fortitudinis,aut quantacũque fuerit eorum multitudo. 8 Nequaquã enim spẽ habere nos volumus in arcubus nostris,aut reliquis belicis armis quibuscunque: & gladius noster non per se potens est absque te,ad saluandũ nos de tam potentissimis inimicis,& plurimis per circuitum aduersariis nostris: sed potẽtia virtutis tuæ, cùm voluerit aduenire in auxilium, ipsa nobis potens erit conferre salutẽ, atque idcirco non timebimus hostium multitudinem vel ferocitatem, scientes quoniam non est apud te differẽtia saluare de manu multorum siue

siue paucorum. 9 Non enim à nobis ipsis salus nobis prouenit aut victoria, sed tu es qui nos fecisti saluos & victores de persequentibus nos aduersariis nostris per circuitum:* & eos qui nos oderunt,atque persequuti sunt, tua potentia confudisti : primum quidem eorum malas cogitationes,quibus nos putabant opprimere ad nihilum deducens: deinde etiã pro nobis aduersus eos pugnans, eosque ante nos in fugam conuertens, atque sub nobis humilians, nostræque ditioni subiiciens. 10 Et pro tantis operibus omnipotentiæ tuæ, partim quæ pro patribus nostris, partim etiam quæ pro nobis operari dignatus es, iugiter volumus in te domino Deo saluatore nostro lætari, & cum laude in lætitia gloriari: * & in fide atque cultu nominis tui, confessionem dabimus tibi laudis sempiternæ. CONTINVATVR VOX FIDELIVM DE TRIBVLATIONE CLAMANTIVM. In ista quidem quæ suprà iam expressa sunt, audiuimus & cognouimus, patres nostros, in præteritis seculis, tanta & tam miranda abs te accepisse superni tui auxilij beneficia. Nunc verò in nostro hoc tempore miseriæ & tribulationis, longè in diuersum commutata sunt omnia.Videris enim nos iam à cura & protectione tua abiecisse,& non vltra ad nostras afflictiones attendere, & in confusionem maximam deuenire permisisti nos,in subiectionem hostium,& afflictionem magnam, quã sustinemus ab eis:*& videris vltrà non velle egredi nobiscũ in exercitibus nostris ad auxilium.ipse enim effectus nostræ miseriæ & expugnationis monstrare videtur, quod non sis nobiscum in pugna, quomodo olim soles cum patribus nostris exire ad pugnam, & pariter cum eis pugnare desuper, sicque victoriam illis parere. 12 Inimicos nostros priores fecisti nobis, eis concedens victoriam, & super nos dominationem:nos verò per illos deuinci, atque in fugam verti, & in subiectionem venire illis permisisti : vt simus iam in caudam, quorum patres olim erant in caput:posteriores, qui olim priores:victi,qui olim victores: subiecti, qui olim dominantes:* & qui capitali odio semper nos sunt persequuti, semper nobis bella & persequutionem mouere non desinunt, iam tua permissione potestatem acquirunt super nos, & sibi nos atque liberos nostros, & nostra omnia, pro libito diripiunt, faciuntque de nobis quicquid voluerint. 13 Permisisti nos fieri tanquam oues ad occisionem, &

9 Saluasti enim nos de affligẽtibus nos: & odientes nos confudisti.*

*10 In Deo laudabimur tota die: * & in nomine tuo cõfitebimur in secula.*

11 Nunc autẽ repulisti & cõfudisti nos: & nõ egredieris Deus in virtutibus nostris.*

*12 Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros: * & qui oderunt nos,diripiebant sibi.*

Deut 28

13 Dedisti nos tanquã oues escarũ:

& in gentibus dispersisti nos.

14 *Vendidisti populum tuum sine pretio: * & non fuit multitudo in cõmutationibus eorum.*

16 *Posuisti nos opprobriũ vicinis nostris, subsanna ionẽ & derisum his qui in circuitu nostro sunt.*

16 *Posuisti nos in similitudinẽ gentibus. * commotionẽ capitis in populis.*

17 *Tota die verecundia mea contra me est: * & confusio faciei meæ cooperuit me.*

18 *A voce exprobrãtis & obloquẽtis: * à facie inimici &*

esum deputatas, quæ gregatim ad venundandum ducũtur de loco ad locũ, vel portantur in humeris: quæ morti sunt proximæ, ita vt quacũq; hora libuerit dominis vel emptoribus, iugulẽtur: * passus es nos populum tuum abduci captiuos ab infidelibus, & idololatris gentium populis, atque inter eos per miserandam captiuitatem dispergi. 14 Populum tuum quem olim vt peculium tuum, habuisti tibi charissimũ, iam passus es venundari, quasi pro nihilo, & absque vllo pretio: imò tuipse videris populum tuum alienigenis vendidisse, sique potius pro nihilo dedisse, dum nihil ab eis accipiẽdo, nos illis tradis: * & non fuit in commutationibus emptionibusq; eorum multitudo pretij, sed modico admodum pretio, velut iumenta vilia, vili emebantur: idq; propter nimiam copiam abductorum in captiuitatem, & expositorum ad venũdationem nimiam multitudinem. 15 Fecisti nos in opprobrium & contemptum fieri gentibus alienigenis quæ adiacent nobis, ita vt subsannent & derideant nos omnes populi impij, qui habitant per circuitum nostrum. Huc enim res nostras deuenire tu Deus permisisti, vt qui prius eramus omnibus per circuitum alienigenis gentibus, terrori & veneration, iam nos habeãt ludibrio, simulq; facti eis in despectũ, & publicam illusionem. 16 Permisisti nos fieri alienigenis & incredulis nationibus in parabolam & in prouerbiũ: hoc est, in publicũ despectum, ita vt de nobis, nostraq; miseria, passim omnes publicè & priuatim loquantur, iocãtes & illudentes: ac velut similitudo & exemplũ simus positi omnis confusionis: * tanta quoque est confusio & miseria, ad quam tua permissione deuenimus, vt populi alienigenæ insultãtes & exprobrantes, moueant super nos capita sua. 17 Iugiter nunc confusio nostra coram nobis est, & non recedit erubescentia atq; verecundia à nobis: * & confusio atque ignominia ista, ad quam deuenimus, operit faciem nostram, ita vt sit plena confusio ignominiæ nostræ: propterea quòd in tantam subiectionem & miseriam maximam venimus, illis fœdissimis idololatris subiecti. 18 Idque maximè, propter voces oppressorum nostrorum, qui blasphemias atque conuicia aduersum nos proferunt, exprobrantes nobis derelictionem hãc nostram & humiliationem, sicq; etiam in blasphemiam tui nominis impiè prorumpentes: * propter rabiem aduersariorum, atque persequutorum nostrorum, qui dum tanta nos humiliatione prostrauerunt, confusione maxima perfuderunt. 19 Omnia hæc mala, quæ cum dolore recogitauimus, & enarrauimus ante conspectum tuũ, ecce apprehenderunt nos: iam sub his omnibus tantis malis degimus: nolumus tamen obliuisci tui Domine, neq; tui memoriam à nobis abiicere, tuiq; nominis cultum & fidem abnegare: * neq; inique agere voluimus contra testamentum tuum, quod disposuisti nobis, vt recederemus à te, tuoque cultu derelicto, idololatriam sequeremur, & alias gẽtium coinquinationes. 20 Et non est auersum, neque recessit retrorsum à te cor nostrum: sed fidenti corde tibi permanemus, etiam in tantis difficultatibus adhærentes, parati etiam in summo discrimine tibi seruire: * Et cum nos ita tibi permaneamus adhærentes, tu tamen contrà videris à nobis auerti, dum gressus nostros quasi declinare videris à via præceptorũ tuorũ, ac nos quasi extra viam tuã expellere & eiicere. Dum enim tam magnis opprobriis ab idololatris nos pateris affici, quasi nos à tua seruitute videris velle dimouere. 21 Permisisti enim nos humiliari valde, in loco captiuitatis, vbi multipliciter affligimur, & in magnam abiectionem atq; despectum deuenire: * imò in tantis terroribus, angustiis, periculis, & persequutionibus egimus, vt nobis videremur sub vmbra mortis deti neri: mortiq; proximos nos arbitrantes, illã quasi desuper vnientem assiduè expectaremus. 22 Nos tamẽ interim, quãquam tot malis angustiamur, & propter tuũ nomen etiã in mortis periculis sic ageremus, noluimus obliuisci, neq; abnegare, aut relinquere nomen tuũ, vt à tuo cultu recederemus: * neque expandere voluimus manus nostras ad deus alienos, ad deos & idola gentium, vt ea adoremus, aut ea, te relicto, coleremus: quẽadmodum faciũt alienigenæ isti, quos tu passus es dominari nostri: & ne tãtis quidem malis vexati, adduci potuimus, vt gẽtium abominationibus coinquinaremur. 23 Nos enim sciebamus, quòd tu inspector esses, & item iudex omnium, quem latere non posset, si quid tale faceremus, & qui ista ad iudicium adduceres, & exquireres ad vltionem æterni supplicij: propter quod, etiam si videremus nobis temporaliter posse melius esse in abnegatione tui nominis, & in cultu deorum alienorum: noluimus tamẽ abs te recedere, ducentes melius esse, tẽporaliter affligi, quàm æterna punitione cum infidelibus illis abs te ferirì: * tu enim es, quẽ nullum

persequẽtis.

19 *Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te: * & iniquè non egimus in testamento tuo.*

20 *Et non recessit retro cor nostrũ: * & declinasti semitas nostras à via tua,*

21 *Quoniã humiliasti nos in loco afflictionis: * & cooperuit nos vmbra mortis.*

22 *Si obliti sumus nemẽ Dei nostri: * & si expandimus manus nostras ad deũ alienum.*

23 *Nónne Deus requiret ista?*

ipse enim nouit abscõdita cordis.

latet secretum, ne absconditа quidem & occultissima cordis
24 *Quoniã propter te mortificamur tota die: * æstimati sumus sicut oues occisionis.* nostri. 24 Ecce enim ob hoc, sustinere malentes quæcunque obuenerint pro tuo nomine aduersa, quàm te relinquere, multis grauibus malis affligimur iugiter absque inter- B
missione, persequutoribus nostris, nulla dantibus requiem:
* sumus facti quasi oues occisioni deputatæ, quibus iugiter
mors imminet, quæq; de tempore vitæ, nullam habent secu-
ritatem: quæ mortẽ expectãt, cùm voluerint qui emerũt eas:
sic & nos quasi morti addicti, cõtinuò in periculis mortis a-
25 *Exurge, quare obdormis domine? * exurge & ne repellas in finem.* gimus, expectantes imperũ inimicorũ, vt in nos irruãt, nosq;
interficiant. 25 Ecce mala multa & magna, quibus tuus po-
pulus affligitur, tibi domine Deus noster proposuimus: quę-
sumus ergo, vt commoueantur viscera misericordiæ tuæ su-
per populo tuo, & exurge, acceleransque festina ad ferẽ-
Psal 9 dam opem oppressis tuis. Videris enim dormire populo tuo,
26 *Quare faciẽ tuam auertis? * obliuisceris inopiæ nostræ & tribulatiõis nostræ?* dum absque vindicta & vltione, tanta mala euenire pateris
populo te colenti: dum dissimulas, dum permittis, qui facil-
limè, si velis intendere, possis impedire, sicuti & olim coram
patribus facere es solitus: * exurge (inquam) à somno isto, &
ne vltrà dissimules, neque populum tuum derelinquas peni-
tus vsq; ad consummationem: sed vel reliquis saluandis tan- C
dem intende, ne prorsus deficiant, & deleantur de terra cul-
Psal.9 tores tui. Iam enim abundè multa mala persenserunt serui
Tren.5 tui, & iam tempus videtur, vt eis tuam misericordiam ostẽ-
Iudith.8 das. 26 Quare enim tu domine vultum tuum non conuer-
tis ad pauperes seruos tuos: & quare tanquã auerso vultu ab
27 *Quoniã humiliata est in puluere anima nostra: & conglutinatus est in terra venter noster.* eis neq; videns quæ eis inferantur mala, permittis hostes ni-
mium crudeliter in eos desæuire? * quare negligis, & nõ at-
tendis ad inopiam & afflictionem nostrã: in quã nos sumus
serui tui, omni ope destituti, neq; aliud præter te habentes
auxiliũ, & grauissimè ab hostibus afflicti? 27 Iam enim vi-
que ad puluerem humiliati sumus, & ad terram proiecta est
vita nostra, plena laboribus & miseriis: & cõculcatur vita no-
stra ab impiis oppressoribus: * & in tãtis angustiis constituti
procidimus super terra ante faciem tuã, humiliantes coram
te animas & corpora nostra, ita vt adhæreat vẽter noster ter-
28 *Exurge domine, adiuua nos:* ræ, eique velut conglutinetur præ longitudine moræ super
eam: vt per hanc humiliationem, tuã misericordiam suppli-
ces inuocaremus. 28 Euigila domine Deus, ne vltrà dissi-
mules: sed in adiutorium populi tui intende, & ad adiuuan-
dum

dũ infideles seruos tuos festina: * & saluos nos facias, de mani- * *et redime*
bus aduersariorum nostrorum, propter inclitum & glorio- *nos propter*
sum nomen tuum, propter temetipsum & immensam mi- *nomẽ tuum.*
sericordiam tuam: vt quam in omnibus generationibus, ita
copiosè experti sunt patres nostri, nos etiam posteri iuxtà
promissa tua aliqua ex parte sentiamus Amen.

ANNOTATIONES IN
Psalmum Quadragesimum tertium.

VERSV secundo, Opus quod operatus es in diebus eorum, &c. Potest accipi singulare pro plurali, opus pro operibus. Neque enim vnicũ opus est memoria dignũ, quod Deus pro antiquis patribus exhibuit: sed multa sunt, & magna valde. Neq; est inconsuetũ in vsu scripturarũ, numerum pro numero ponere. Qui tamẽ singulare, singulariter intelligere maluerit, dicet, singulariter hîc fieri mentionẽ de illo opere, quod nominatim cõmemorat, introductionis videlicet filiorũ Israël in terrã promissionis, & expulsionis inhabitatorũ ab eo. Forsitã autem requirat aliquis, cur hoc opus præ cæteris, & solũ proponat, verbisque pluribus exaggeret: cur nõ potius illas Aegyptiacas plagas, & Pharaonis submersionẽ in mari, quæ videntur magis nominata prodigia? Qui hæc requirit, sciat cõueniẽtius aliud nõ potuisse ad propositã rẽ adduci opus Dei spectabile, ex omnibus quæ Deus pro populo illo olim exhibuit, quàm sit istud de expulsione inhabitantiũ terrã promissionis, & introductione patrum. Nam hoc posterorũ querimoniã valde rationabilẽ & miserabilẽ reddit, quòd ipsi ab alienigenis Diuina permissione sinãtur expelli à locis suis, & in captiuitatẽ adduci, cùm patres eorũ sola diuina virtute, non propria virtute armorũ, in eam fue- E
rint potẽter expulsis alienigenis, introducti. Multa siquidem
in his differentia est: Nam pro illis Deus fortissimus, plurimas & ditissimas gentes extirpauit suæ deitatis virtute, vt locũ eis daret habitationis: & gẽtes quæ illis nihil nocuerãt, sed nec nocere cupiebant, imo quæ se in seruitutẽ etiam offerre paratæ erant, seuerissimo edicto diuinæ voluntatis trucidatæ sunt, vt illi loca eorũ inhabitarent, & acciperent terrã repromissam: quã hi tamen, atque horum patres, plurimis seculis anteactis inhabitauerãt, vt solum natale. Neque tot regibus, tantísq; populis & regnis parcitũ est, vt vnus populus

filiorum Israël locũ amplissimum acciperet. Populus autem iste desolatus & oppressus, cui diximus hũc Psalmum cõpetere, ab illa terra, in quam tam potenter introducti fuerant patres expelluntur, Deo permittente: nõnunquam etiam ad hoc specialiter adiuuãte, atq; procurante, idq; ab alienigenis & infidelibus. Et quos pro patribus expulit Deus, id est, infideles, & idolorũ cultores, hi nũc vicissim dominãtes filiorũ, expellũt eos de terra patribus data, iterum introductis gentibus, quæ eam polluant. Ista enim manifestũ est in tranſmigratione Babilonica contigisse, atq; etiam sub illustri Antiocho. Et nũc similia quotidie videmus in terris fieri Christianorũ, qui de suis locis crudeliter obducuntur, & cõmiscentur impiis Mahometicis, & idololatris gẽtibus. Versu quarto Nec enim in gladio suo possẽderũt terram. Poterat ad illud, quod de patrũ suorum introductione, in terrã promissionis, versu statim præcedẽte adduxerãt afflicti filij, exaduerso obiici, nõ mirũ esse, si illi hoc potuissent propter maximã multitudinẽ, & exercitũ eorum fortissimũ. Nam cum ad ingressum terræ promissionis pararẽtur filij Israël (sicut xxvi. ca. libri Numerorũ legimus) summa eorum qui à viginti annis & suprà recẽsiti sunt per manũ Mosi in campestribus Moab super Iordanẽ, erat sexcẽta millia & mille septingẽti triginta: qui omnes erãt ad bella apti, exceptis paruulis, qui infrà viginti annos erant, neq; inter prædictos fuerãt connumerati. Itaq; videri posset, ꝙ per hanc nimiã multitudinem deuicissent gẽtes, quæ in mõtibus habitabant. Verùm hac obiectionẽ dissoluũt & longè abiiciũt, cum in proposito versu quarto, apertè testantur, quòd non suo gladio aut arcu, patres ingressi sint in terrã promissionis, sed operatione diuinæ virtutis quę antecedebat eos pugnans pro eis: id quod manifestissimũ est ex sacris historiis. Quia ergo hoc certũ est Deũ sua virtute patres introduxisse, gentes verò expulisse: idcirco rationabilis videtur eorũ querela, cum idẽ sit nũc dominus, qui etiã ipsos similiter (si vellet) possẽt de manibus inimicorũ liberare: etiãsi ipsi nõ in tãto sint numero, aut non ex se tã valẽtes. Non enim est Deo differẽtia, saluare in multis, vel in paucis, si modo voluerit. Versu sexto. Tu es ipse rex meus & Deus meus, &c. Versus iste cum quatuor sequẽtibus (vt in argumento tactum est) difficultatem facit cõtinuationi huius orationis: propterea quòd hic nõ videntur iam loqui, qui cœpe

Nume. 26

2. Reg. 14

cœperãt ab initio, & qui sunt finituri orationẽ afflicti & desolati posteri, sed ipse Dauid cũ suo populo, sese facit sub sua persona de suorum temporum prosperitate bene fidẽter loquẽtem. Et quidem clarus esset huius orationis processus, si isti versus à supplicãtibus miseris ita proponerẽtur. Tu quoque qui primos patres in terram introduxisti, ipse idẽ es, qui post in subsequentibus generationibus & seculis (vtpote tẽpore iudicum & regum multorum, maximè Dauidis & Salomonis) tãquam Rex & Deus illorum, præcepisti illis fieri, & dedisti salutem: qui illis dedisti inimicos qui per circuitũ relicti fuerãt, & nõ penitus à principio introductionis expulsi, affligere, vẽtilare cornu, conculcare & subiugare: idq; rursum nõ per suum arcum & gladium, sed per tuam misericordiam & potentiam: vnde tibi confiteri debent, & laudem dare in secula. Si (inquam) ad hunc modum ipsos qui cœperant loqui ab initio, cõtinuato sermone fecisset Psalmista loqui, de præteritorum tẽporum fœlicitate, aptissimo ordine, & cõgruentissima connexione, sequeretur querimonia. Nũc autẽ repulisti: nec vlla esset difficultas continuationis. Nunc autem dum suum sermonem interponit Psalmista, vbi prius loquentes introduxerat suos posteros, quos etiam posterius rursum facit loquentes, ista interpositione sic confundit vnitatem cõtinuationis. Verùm hæc res neminẽ turbare debet, quæ & alias nõ rarò solet in sacris libris occurrere, videlicet vt cõmutentur personæ loquentium, quemadmodum nominatim indicauimus Psalmo 11. & 1111. Versu decimo, In Deo laudabimur tota die. De verbo laudari, in ea significatione, in qua hic ponitur, require supra, Psalmo xxxiii.

Versu vndecimo, Nunc autem repulisti & confudisti nos. In hoc versu, atq; itẽ in consequentibus, quod dicitur Deus fecisse omnia illa: nẽpè repulisse populum, cõfudisse, auertisse retrorsum, dedisse tanquam oues escarum, dispersisse, vendidisse, posuisse in opprobrium & parabolam, & cętera: accipi potest dupliciter. Primò secũdum permissionem tantum, eò quòd Deo permitteate hæc omnia euenerint illis, cũ facillimè (si modo vellet, & si sic ei esset placitum) prohibere posset: quẽadmodum à patribus antiquis hæc mala sua dextera & brachio auertit, eò quòd fuisset ei beneplacitum in illis. Et notum est, in scripturis hunc esse sermonis vsum non infrequentem, vt dicatur fecisse Deus, quod factum est ipso

tantum permittente, non etiam ad rem ipsam cooperante.

Rom.1 Quēadmodū est illud apud Paulum, Tradidit illos Deus in passiones ignominię, in desideria cordis, & in sensum reprobum. Item in Exodo, Obdurauit Dominus cor Pharaonis.

Exod.10 11.& 14 Altero modo possunt prædicta accipi, nō secundum permissionem tantum, verumetiam secundum efficientiam. Quia enim quæcūque hic ponūtur, mala sunt nō culpæ, sed pœnæ: eiusmodi autē malorum Deus autor, & efficiens causa esse potest, non absurdè poterunt etiam secundū efficiētiam intelligi, vt Deus ista fecisse dicatur. Et consonabit valde hæc intelligentia illi quod in annotationibus Psalmi xxxvIII. prolixe deduximus, circa versum duodecimum: quemadmodum videlicet iusti, dum affligūtur temporaliter, & mala sustinent, omnia illa tanquam à Deo suscipiunt, & ad ipsum vt liberatorem in humilitate cōfugiunt. Et planè huic sententiæ astipulatur plurima Prophetarum testimonia, in quibus admodum frequenter legimus comminationes de adducendis à Domino malis, & afflictionibus variis: quemadmodum

Hiere. 4 videlicet Hieremię IIII. ex ore Domini dicitur, Malū ego

Ibidem 5 adduco ab Aquilone, & cōtritionem magnam. Et cap. v. Ecce ego adducam gētem super vos de longinquo, gētem ro-

Deut. 32 bustam, & cætera. Et per Mosem in contestationibus, palam fatetur, omnia hæc mala se operaturū in eis, si ipsum dereliquerint. Versu decimoquarto, Et nō fuit multitudo in cōmutationibus eorum. Sensum quem Elucidatio mostrauit, exprimit clarius versio beati Hieronymi ex Hebræo, quæ habet, Nec grādis fuit cōmutatio eorum, id est, non magno commutasti, siue vēdidisti eos, sed quasi pro nihilo. Cui etiā accedit Felicis translatio. Et non multiplicasti in commutatione eorum: quod est, non abundasti, non factus es ditior in vēditione eorum: hoc est, non magno vendidisti. Quæ satis apertè coincidūt in eandem sentētiam. Nam ex re, quam nō magno vendis, non potes ditari, neq; multum proficere. Potest tamē vulgatæ nostræ lectionis accipi etiam alia intelligētia, huiusmodi: Tanta fuit multitudo eorum qui venditi sunt, vt in commutationibus eorum siue venditionibus, nō esset certa multitudo, aut certus numerus: quemadmodū illa quæ vilissimo pretio vendūtur, & quorum plurima ad venūdandum exponūtur, dicere solemus, sine numero vendi: id est, sine certo numero. Versu decimonono, & vigesimo. Hęc B omnia

omnia venerunt super nos, & cætera. Quæ hîc de sua innocentia loquūtur afflicti, supplicantes pro misericordia, quam tum ad bonos intelligi debent, qui ne in tanta quidem desolatione, etiam cum in captiuitatē essent adducti, obliti sunt domini Dei sui. Sic enim de Danielē cū sociis Ananiā, Azaria, Misaēle legimus, quòd constituta de mensa regis cibaria optima, & vina, propter cultum Dei respuerint: prælegentes legumina ad vescendum, & aquam ad bibendum omnibus cibis regiis. De Tobia quoque legimus, quòd in captiuitate positus, veritatis viam non deseruit: ita vt aliis ad vitulos aureos abeuntibus, ipse consortia fugeret eorum, cultumque Domini requireret: & cum omnes ederent de cibis gentilium, ipse custodiuit animā suam, & nunquam contaminatus est in escis eorum. Neq; est ambigendum, eiusmodi plures extitisse tum temporis, qui etiam in dispersione sua impollutos se custodierunt ab omni inquinatione gentium.

Dani.1

Tob.1

Versu vigesimo, Et declinasti semitas nostras à via tua. Secunda pars huius versus, absque negatione affirmatiuè posita videtur: atq; ita sensum habes in Elucidatione expressum. Sunt autem qui repetere malunt negationem ex priore parte, ad hunc modum, Et nō recessit retro cor nostrum, & non declinasti semitas nostras à via tua. Eritq; tum hæc sentētia, Tu nō fecisti, neq; passus es gressus nostros deuiare à via tua recta. Hoc est, Licet tantis nos temporalibus malis afflixeris, non tamē permisisti nos à via tua discedere, sed hac in parte nos custodisti. Et huic intelligentiæ consonat lectio beati Hieronymi ex Hebræo, Nec declinauerunt gressus nostri à via tua. Sed Felicis translatio apertè pro vulgata lectione facit. Sic enim absque negatione vertit, Et declinasti gressus nostros à via tua. Similiter habet & Chald. Paraphra. Et tu declinasti gressus nostros à recta via tua. Versu vigesimoquarto, Quoniā propter te mortificamur tota die. Hunc vetus beatus Apostolus in octauo capite Epistolæ ad Romanos, applicat etiā nouę legis, sanctis & fidelibus, qui pro Christi nomine patiuntur persequutionē, loquēs de se suisq; similibus, in hūc modū, Quis nos separabit à Charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persequutio? an gladius? Sicut scriptū est, Quoniam propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed & in capite IIII. prioris Epistolæ ad Corinthios, videtur

Roma.8

videtur ad præsentem locum respicere, cum ait, Puto autem, quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mũdo, & angelis, & hominibus. Et quæ consequenter enumerat, magnæ humiliationis opprobria, apertissimè quadrãt ad omnia quę hic enumerãtur, ad declarationem oppressionis & multiplicis miseriæ. Manifestum itaque est ex Pauli testimonio, Psalmum istum cõmodè posse applicari sanctis nouæ legis, temporaliter ab impijs pro Christi nomine patiẽtibus, qui merito conqueri videntur de sua derelictione, & poscere à Deo auxilium: cum patribus illis antiquis Dei cultoribus, tanta cognoscantur exhibita beneficia.

QVADRAGESIMIQVARTI PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVS iste qui sequitur, dulce canticum est & suauissimi epithalamium, id est, nuptiale carmen, quòd diuinus Psaltes dulcissimarum nuptiarum multò antè rei exhibitionem factus contemplator, de plenitudine cordis, ad sponsi sponsæq; gloriam eructauit. Canit autẽ nuptiarum Christi cum Ecclesia iucundissima gaudia, ad fœlicem illam copulam filij Dei, cum humana natura & vniuersa Ecclesia aspirans simul & exhortans. In primis itaque versibus duobus, quasi præfationem præmittit suo carmini: indicans, quòd de inhabitantis sancti spiritus plenitudine & dono, canticum istud bonum esset decantaturus, per quem suam linguã sic asserit agitari, quomodo calamus in manu velocis scribæ agitatur, ita vtã laude sese continere non posit, posteaquam ille scribere voluit. Mox verò à versu tertio suum carmen inchoat: primum quidem sponsi decorem, gratiam, & benedictionem collaudans, eundemq; ad prælium cum principe tenebrarum, pro sua sponsa sancta Ecclesia exhortans, prosperum successum & triumphum in virtute omnipotentis dexteræ promittens: ita vt nationes populorum, sagittis doctrinæ salutaris saiubriter vulneratæ, sub eo casuras, inq; eius subiectionem venturas pronuntiet: regni quoque eius stabilitatem & æquitatem, ac plenitudinis spiritualis præcellentem vnctionem, atque ob hanc suauissimarum laudum superillum à fidelibus Ecclesijs, effusionem, ad sponsi laudem, mirabilium festiuitate, simul & sententiarum atque comparationum dignitate prædicans. Atque hæc quidem, vsque ad versum vndecimũ. Æque deinde, ad sponsam conuertit suæ laudis canticum, quam à dextris

dextris sponsæ aureo vestimento indutam vidit astare: quam suauiter in spiritu alloquens, monet Propheta, ac velut dulciter instruit, qua ratione sponso valeat chara semper permanere, nec repudij deleat metuere periculum: si videlicet audiat, videat, inclinet aurem, & populum diaboli, atque opera eius detestetur. Sic enim futurum ait, vt ipsius decorem amplectatur dominus Deus omnibus adorandus, quoniam ornatum interiorem, potissimum diligit & requirit, simul cum exterioris bonæ operationis exemplo, & virtutum omnium vario ornatu, per quem ornatum futurum dicit, vt multæ filiæ ad sponsum regem, cum lætitia post illam currentes, adducantur in thalamum eius. Huius autem negotij promotores, sanctos dicit Apostolos futuros: qui loco primorum illorum patrum, & patriarcharum, Christo nato, principes sunt constituti super omnes populos vniuersæ terræ: vt per illos, sanctæ Ecclesiæ sponsæ Christi decor monstretur, & ad sponsi nuptias, per illos, virgines adducantur: id est, ad fidem & cultum Christi. Tandem duorum versuum conclusionem ponens, vt præfationem fecerat similiter duorum, se dicit velle in sempiternum memorari nominis domini, & populos laudem sempiternam reddituros prænuntiat, pro reuelatis atque exhibendis immensis beneficijs.

QVADRAGESIMIQVARTI PSALMI ELVCIDATIO.

1 Eructauit cor meũ verbum bonũ.

CONSIDERANS spiritus meus sponsi cælestis, cum sua sponsa sancta Ecclesia mirandam copulam, continere se nequiuit, sed præ plenitudine internæ dulcedinis, effundere gestiit verbum cantici, longè optimum: & ad nuptiarum huius modi congratulationem, sponsiq; ac sponsæ laudem, dictauit bonum nuptiale carmen: * opera mea, & quæcunque siue loquor, siue scribo, siue operor, ecce loquor & profero ante cõspectum regis sponsi, cuius gloriam specto in omnibus: & cui semper ego dico ac depromo omnia mea opera, ei nunc de cordis plenitudine, dulce eructabo canticum. 2 Non erit autem hoc mihi verbum à memetipso, neq; per semetipsam hoc eloquetur lingua mea: sed erit ipsa tantum instrumentum diuini spiritus, qui eam suauiter mouebit ad decantationem nuptialis huius cantici: eritq; lingua mea, velut calamus, aut stylus, in manu scriptoris velocis, qui in scribendo peritus est, exercitatus, & expeditus. Quomodo enim nõ ipse calam

* dico ego opera mea regi.

2 Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.

calamus scribit, sed scriba potius per stylum: ita non ipsa erit balbutiens lingua mea, quæ hoc subsequens cantabit epithalamium, sed ipse spiritus scriba admodũ velox, qui eam pro
Cant. 1. 10 suo placito mouebit, ad canenda tantis nuptiis digna. 3 Tu G
ô Christe, rex & sponse suauissime, speciosus es forma, id est
Ioan. 1 totus formosus, amabilis, pulcher & decorus, super omnes fi
Ioan. 3 lios hominũ: tantus est decor tuus, & ornatus internæ veræq;
Ioan. 1 pulchritudinis tuæ, vt nullus ex filiis hominum tibi valeat
3 *Speciosus forma præ filijs hominum:* comparari. Es nanque plenus gratiæ & veritatis, & non ad
diffusa est gratia in labijs tuis: mensuram accepisti spiritum, qui te facit sine mensura speciosum, ita vt omnes de plenitudine pulchritudinis tuę, oportet accipere: * multa gratia sunt adornata labia tua. sunt q;
Ioan. 11 admodum grata, iucunda, & accepta. primum quidem tuo patri Deo: cui tam sunt grata ac placita tua labia, vt quicquid per ea tu pronuncies, ipse ratum habeat, & suum censeat esse sermonem: & quicquid per ea postulaueris, ipse placitum habeat, & velit implere: cuius etiam iram aduersus tuam sponsam, humanum genus, per tua gratiosa labia placasti, apud illum loquens pro nobis bona: sunt etiam labia tua plena gratia in conspectu sponsæ tuæ Ecclesiæ, ex quibus verba vitæ
Ioan. 6 æternæ se nouit haurire, ex quibus gratiã, salutem, & omne
propterea benedixit te Deus in æternum. bonũ sibi à Deo patre prouenire agnoscit: * & ob hoc, quod H
ita eximiè decorus es, & propter gratiam istam labiorum tuorum, benedixit te Deus pater, simulq; & tuam sponsam & omnia membra tua benedictione sempiterna, & tibi, & tuis omnibus benedictionem conferens gloriæ sempiternæ. Impetrasti enim tuis gratiosis labiis, vniuerso humano genere pacem & salutem æternam: & maledictionem qua super nos erat, gratia labiorũ tuorum, in benedictionẽ commutasti. 4 Nũc itaq; ô potentissime sponse, qui saluator es assi-
4 *Accinge gladio tuo super femur tuum potentissime.* gnatus, liberator atq; redẽptor spõsæ tuæ, ô gigas fortissime: quasi vir pugnator accinge gladiũ super femur tuum, ad pugnam te para, veni ad præliandum prælium pro tua sponsa, contrà oppressores eius malignos, qui eam sub sua tyrannide crudeliter subiectã detinent: assume tibi corpus, quo pugnes
Ephes. 6 aduersus principem mũdi: * Assume etiam verbum sanctum
Hebr. 4 tuum, quod prædicaturus es mundo, quod penetrabilius est omni gladio ancipiti, in quo tanquam gladio electo, caput
5 *Specie tua & pulchritudine tua* es amputaturus serpentis antiqui, qui hactenus tuã sponsam sub vanitate detinuit. 5 In tuo illo plenissimo decore, & tua

summa illa omnis gratiæ & veritatis perfectione, aggredere
A rẽ, attẽta, intende, incipe opus quod tibi mandauit Deus pater tuus de redẽptione spõsæ tuæ: * & cum aggressus fueris, ne cesses donec perfeceris victoriam, sed perge & progredere prosperè: & iudicato, forásque eiecto huius mũdi principe, regnum quod ille sibi iniustè vsurpauerat, tibi vendica: vt pro illo crudeli tyrãno, tu regnes, rex verus & mansuetus, in populo tuo. 6 Facies autem hæc per tuã veritatem, mansuetudinem & iustitiam. Tua enim veritate, imò quia tuipse es veritas, debellare poteris, deuincere, atque fugare illum, omnis mẽdacij & vanitatis parentem, mãsuetudine tua summa crudelem tyrãnum: perfecta autẽ iustitia, furem illum & homicidam, iniustũ alieni regni vsurpatorem: * & deducet
6 *Propter veritatẽ & mãsuetudinem & iustitiam:* te in opere isto redemptionis & saluationis humanæ, atque (vt ita dicam) adiuuabit, siue potius transducet ad optatum vsq; terminũ, tuæ diuinitatis omnipotẽtia. Hæc nanque sub tuã humanitate abscondita, magnificè, mirabiliter, & glorio-
** et deducet te mirabiliter dextera tua.* sè te faciet de hoste triũphare. Regnabis nanq; vt homo, sed
B vinces vt Deus. 7 Eloquia illa veritatis, quæ tu ad pugnandũ veniens tecũ adferes, verba Euãgelicæ prædicationis, quę erũt velut acutissimæ sagittæ, dirigẽtur, iaculabuntur, & infigẽtur in corda inimicorũ tuorum, ô rex potẽtissimè: ita vt sub te vulnerati salubriter cadãt populi, & per pœnitentiam quasi se tibi subiiciãt. Tu enim sicut in gladio pugnabis cõtra principẽ tenebrarũ, vt illũ in manu valida suo regno expellas, ita in sagittis pugnabis contra populos illi prius subiectos: id est, eloquiis Euangelicæ prædicationis, quæ tu velut sagittas acutas, partim per temetipsum, partim per missos à te pugnatores Apostolos ac prædicatores tuos iaculaberis, & infigi facies in corda eorum, qui prius donec diabolo seruiebant, inimici tibi fuerant: vt ira salubriter vulnerati, quasi sub manu tua cadentes, sub ea se humilient, tuæque fidei, ditioni, & seruituti, se libenter subiiciant. 8 O Deus,
7 *Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadẽt in corda inimicorum regis.* Hebr. 2
8 *Sedes tua Deus in sæculũ sæculi:* Luc. 1
Matth. 5
Luc. 11
Hebr. 1 rex & sponse nimium amabilis, tua regia sedes æterna est, thronus & solium regni tui in sempiternũ perdurabit. Re-
* *virga directionis, virga regni tui.* gnum enim tuum, regnum æternum erit: neque superueniens vnquam fortior quisquam, tibi illud auferre poterit, vt tu superueniens, à diabolo illud es ablaturus: * sceptrum
C quoque regni tui, sceptrũ est rectitudinis, æquitatis, & iustitiæ: quoniam nõ in iustitia regnabis, vt ille impius homicida mundi,

Ioan.8. Ephes. 6. Ioan.10 mundi,rector tenebrarum harum cuius sceptrũ est sceptrũ curuitatis & iniustitiæ:sed in rectitudine & æquitate, secũdũ quam,vt pater & pastor bonus,diriges & gubernabis in pace subiectos tibi populos. 9 Dilexisti, ò sponse merito amabilis,iustitiã,& odio habuisti iniquitatem, atq; ob hoc, cordi tibi fuit diabolum(omnis iniquitatis principem & autorẽ,omnis autẽ virtutis & iustitiæ osorem,ac pro sua virili oppressorẽ)expugnare:quo sic populos ab iniquitate,quam odio habes,emundares,& in iustitia, quam diligis,erudires: *propter hoc enim,& adhoc, nempè vt iustitia diligeres,& odires iniquitatẽ:propterea (inquã) o Deus, vnxit te Deus pater tuus oleo lætitiæ & exultationis,vnctione spiritus sancti,super omnes consortes & cohæredes tuos, super omnes electos,quos tibi placuit habere cohæredes & cõparticipes regni tui. Quemadmodũ enim super omnes homines spiritu sancto te pater vnxit,non ad mensurã: ita & super omnes te fecit iustitiam diligere,& iniquitatem odio habere. Atq; D ob hoc,dignum duxisti (propter iniquitatis subuersionẽ & iustitiæ promotionẽ)huiusce modi inire prælium. 10 Myrrha,& gutta & casia,& omnis generis bene odorifera aroma ta atq; vnguenta,à vestimentis tuis defluentia:idque ab eburneis domibus,à cordibus deuotis fideliũ,& conscientiis sanctorum tuorum,quæ sunt velut domus eburneæ bene rersæ, politæ,cãdidæ,mundæ,nitidæ,& pretiosæ, & sunt velut pyxides pretiosorũ aromatum,quæ sunt sanctæ orationes,laudes,benedictiones,& gratiarum actiones , carnis quoq; pro tuo amore mortificationes & spirituales exercitationes: quas velut super caput tuũ effundẽt,& quibus tibi caput suauiter deliniẽt,ita vt videatur quasi per vestimẽta tua decurrere:quemadmodum cum corporali vnguento quis perfunditur,per vestimenta liquor decurrit: * ex quibus pretiosis vnguentis te oblectabunt animæ deuotæ,quibusuis temporalium regnorum filiabus nobiliores:nimirũ per principes populorum,& reges terræ,sanctos Apostolos tuos, regeneratæ. Hæ autem talium regum filiæ,te oblectabũt illis aromatibus & liquoribus odoriferis,tibiq; magnas exhibebũt delicias ad honorẽ tuum,ad impendenda tibi honoris obsequia. Valde enim tu oblectaberis in eiusmodi liquoribus: neque alius est honor,quo malis honorari. 11 A dextris autem constituisti tibi spõsam reginam tuam , Ecclesiam sanctam

propterea vnxit te Deus,Deus tuus,oleo lætitiæ præ cõsortibus tuis.

Rom. 8

Ioan. 3

10 *Myrrha, & gutta & casia à vestimẽtis tuis, à domibus eburneis:*

**ex quibus delectauerunt te filiæ regũ, in honore tuo.*

11 *Astitit regina à dextris tuis.*

Psal.112.

ctam tuam: quam inopem & pauperem de terra & stercore subleuare, atq; ad fastigium regni tibi complacuit exaltare, ita vt tecum esset regni tui æterni particeps: *quam tu quidem sordidis exutã vestibus,deaurato ,siue aureo vestimẽto, induisti, circundatam & circumamictam variis ornatibus, vt tanti regis sponsam meritò decet. Vestimentũ enim aureum dedisti ei,fulgentẽ sanctam charitatem tuam,& vario ornatu omnium cælestiũ virtutum eam mirificè adornasti. 12 Li ceat mihi,ô spõsa nobilis,& filia altissimi regis,te paululum alloqui, & admonere quomodo placere valeas dilecto & nobili sponso tuo. Primùm quidẽ auditum adhibere debes maximè solicitũ,ad ea quæ tibi loquitur amabilis sponsus tuus, & quid in te loquatur diligenter attendere:*deinde,tibi so- F licitè est peruidendum,quod ille dixerit aut iusserit, quomodo quàm integerrimè valeas, iuxta eius voluntatem, & credere,& perficere:& ad obediendum illius voluntati auditum tuum diligenter accommoda,vt non in vanum transeat vox dilecti sponsi tui,siue interius,siue exterius loquentis:*& ne recordatione impediaris vitę veteris,obliuisci te oportet populum, de quo egredi te iusit, cùm te vocaret sponsus tuus: & domum atque cognationem prioris patris tui,id est,mundum vniuersum te oportet contẽnere, & omnia quæ in mundo sunt,qui domus est diaboli patris omnium malè agentiũ: ita vt nihil vltra quicquam desideres aut concupiscas eorum quę sunt in mundo,neque vltra manducare desideres siliquas porcorum, quibus te ille pascere solebat,donec in eius familia miserè viueres: & ne vltra reuerti velis ad populum tuũ, vnde diuinæ voci obediens exiisti,id est,ad vitam & conuersationem peccatorum. 13 Hæc autem si obseruaueris,non est quod timeas vnquã te repudiandam à nobili sponso tuo: non est quod metuas, nẽ aliquando tædère eum incipiat tuæ vilitatis & ignobilitatis:imò oblectabitur ipse in pulchritudine tua, quam ab eo accepisti:eritq; ei in te beneplacitum: G *iustum autem omnino est vt ita attentissima sis:quomodo dixi,ad vocem illius, diligenter audiendam & videndam,auremq; inclinandam,vt aliorũ omnium obliuiscatur : quoniã licet te in sponsam sua dignatione elegerit, tamen meminisse te semper oportet,quàm sis illi impar,& quãtò te sit nobilior,qui te dignanter elegit:videlicet nõ mortalis,homo purus,similis tibi,sed dominus Deus tuus,qui te creauit & rege

** inuestita deaurato , circundata varietate.*

12 *Audi filia,*

** & vide, & inclina aurẽ tuam:*

** & obliuiscere populum tuũ, & domum patris tui.*

13 *Et concupiscet rex decorem tuũ:*

** quoniam ipse est dominus Deus tuus,& adorabũt eum.*

nerauit: vnde & ipsum adorabũt vniuersi fideles & omnes na-
14 *Et filiæ Tyri in muneribus,* tiones populorũ 14 Adorabũt (inquã) etiam filiæ huius se-
culi ditissimæ & nobilissimæ: cuiusmodi sunt filiæ Tyri, opu-
lentissimæ & nobilissimæ vrbis: quæ cũ muneribus magnis
& pretiosis venient ad adorandum dominũ Deum tuum, cu-
pientes & ipsæ in spõsas recipi, & cum eo, nuptiis copulari.
* *vultũ tuũ deprecabuntur omnes diuites plebis.* *Populi quoq; gentium (inter quas admodũ nominati sunt
Tyrij) venient cum muneribus, ad adorandum dominũ Deũ
tuum: *imò propter tui sponsi magnificentiam & præcellen-
tem gloriam, etiam tuum vultũ ô sponsa nobilitata, ô sancta
Ecclesia Deo coniuncta, deprecabuntur omnes diuites popu-
lorum & gentium: magni etiam & glorioſi in populis proci-
dent ante faciem tuam, & te deprecabuntur, vt eos tibi velis ꝓ
adiungere, & in sponsi tui communionem tibi vnitos perdu-
cere. Scient enim, quoniam non poterunt nisi per te, & in te
tuo sponso copulari: atque idcirco tibi sese adiungere etiam
15 *Omnis gloria eius, filiæ regis abintus:* gemebundis precibus supplicabunt. 15 Omnis gloria eius,
nẽpè ipsius huius filiæ altissimi regis, intrinsecus est: omnis
ornatus filiæ & sponsæ magni regis, quem ipse quærit, quem
ipse amat, quem concupiscit, non exterior est in vestimentis
1. Petr. 5 corporalibus multi pretij, sed interior: ille videlicet, qui in-
trinsecus latet in corde fideli, aut ea charitate pulchrè rutilã-
* *in fimbrijs aureis,* te, cuius Deus attendit & concupiscit pulchritudinem: *neq;
tamen in interiore ornatu sic oblectatur, vt exteriorem o-
mnino vel non curet, vel etiam non exquirat. Vult enim &
aureas fimbrias (quæ foris prominent hominum conspectibus) habere sponsam suã, & vult eam circundari quasi vesti-
mẽto variegato, & variis coloribus intertexto, hoc est, vult
interius latentẽ spiritus ornatum, & charitatis fulgorem, in
operibus etiã exterioribus (quæ charitas exigit) apparere.
Galat. 5 Vult enim sponsus, vt per dilectionem fides spõsæ operetur:
Matth. 5 & lumen in quo ipse interius oblectatur, foras etiã vult pro-
* *circũamicta varietatibus.* ximis in exemplum bonum radiare ad suam gloriam: *Cir-
cumamicti quoq; eam vult varietate colorum multiplicũ,
quoniã omnium virtutũ studio, suam sponsam vult honesta-
16 *Adducentur regi virgines post eam:* ri; quæ sic sunt charitati interius rutilanti intextæ, quomodo
in pretiosis operimentis, diuersos colores filis aureis vi-
demus intertextos. 16 Hanc autem sponsam sic castè,
mundè, & tam pulcherrimè à spõso ornatam videbunt filiæ
Canti. 6 Sion, virgines, complures animæ deuotæ electorum, & ca-
pientur

pientur desiderio pulchritudinis sponsæ huius, cupientq; &
ipsæ huius sponsæ fieri pedissequæ: adhærebuntque, & ad-
iungent se illi, illectæ pulchritudine eius: sicque per illam ad
regem sponsum, quasi post ipsam insequentes, adducẽtur ad
fidem & cultum eius: vt etiam ipsæ illi iungantur, & ad nu-
ptias similiter recipiantur; * proximas multas suo exemplo * *proximæ eius afferentur tibi.*
prouocatas, & sua gratiosa pulchritudine attractas, ipsa adse-
ret ô rex, & adducet ad cultum tuum tuasque nuptias. Com-
plures enim fidelium animæ, quæ prius diabolum sequeban-
tur patrem & amatorem suum, sancto ornatu proximorum
prouocatæ, seipsas detestari discunt, mundumque abnegare,
& ad sponsi regis nuptias properare. 17 Adducentur autem 17 *Afferen-*
huiusmodi in magna lætitia & mirifica exultatione, tam *tur in lætitia & exultatione:*
ipsius sponsi, qui maximè in earum aduentu gaudet, quàm
B ipsius sponsæ, quæ nescit inuidere quotquot aduenerint: sed Lucæ 15
eò gaudet amplius, quò magis multæ accesserint: magna in-
super lætitia sanctorum angelorum, quibus gaudium est su-
per vno peccatore pœnitentiam agente, quique ad has pro-
curandas nuptias perpetua solicitudine elaborãt, & sunt ve-
lut paranymphi aut pronubi nuptiarum istarum: *adducen- * *adducentur in templum regis.*
tur (inquam) in aulam sanctam, & in thalamum siue templũ
summi regis: nunc quidem, per fidem, in Ecclesiæ sanctæ vni-
tatem, quæ est templum Dei regis summi: post verò, in cæle-
stem mansionem, vbi cum beatissimis ciuibus suis Deus glo-
riosè inhabitat: vt illic primum imperfectius, deinde & hîc
plenius suo sponso nuptiis indiuiduis copulentur. 18 Quod 18 *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij:*
si requiras, per quos ita post sponsam adducentur regi virgi-
nes, ecce loco patrum illorum primorum atq; Patriarcharũ,
Abraham, Isaac & Iacob, tibi ô sponse amabilis nascentur fi-
lij eorum sancti Apostoli, atque horum etiam loco succesſo- * *constitues eos principes super omnẽ terrã.*
res illorũ, viri Apostolici: *hos tu, ô sponse nobilissime, prin-
cipes constitues populorum per vniuersum orbem terrarũ. Marc. 16
C Mittes enim illos in virtute tua, & in comitatu atque opera- 19 *Memor ero nominis tui in omni generatione & generationem.*
tione spiritus tui sancti, in omnes fines orbis terræ, vt popu-
los eruant de potestate principis tenebrarum, & ad tuæ veri-
tatis regnum adducant: quos tu velut tuo loco constitues, fa-
cieſq; esse præfectos & principes Ecclesiarũ, atque omnium
populorum, quos tibi intra eas congregabunt. 19 Memor
ero ego, & recordabor nominis tui, ô domine, ô sponse ni-
mium amabilis: & memorabile faciã in canticis nomẽ tuũ,

per omnes generationes seculorum, ita vt nunquã tui nomi
nis memoria deficiat de corde meo, neq; posterorũ meorũ.
20 *Propterea populi cõfitebuntur tibi in æternum, & in seculum seculi.*
20 Propter hæc omnia tam magnifica & admiranda (quæ ti
bi cecini in iucunditate spiritus mei) populi ipsi quos eliges
tibi intra Ecclesiam sanctam sponsam tuam, quosq; tuis nu
ptiis dignos habebis, confessione laudis celebrabunt te, lau
dem sempiternam, & perpetuam gratiarum actionem, per
soluent tibi in seculum seculi. Amen.

D

ANNOTATIONES IN Psalmum Quadragesimumquartum.

VERSV primo, Eructauit cor meum verbum bonum. Nonnulli ad patrẽ referunt hoc Psalmi initium, vt ipse pater de æterna verbi à se, & ex se generatione loquatur, dicens, Eructauit cor meum verbũ bonum: quem sensum hymnus quidam à nonnullis Ecclesiis, in natali domini cantari solitus indicat, cuius initium, Corde natus ex parentis, ante mundi exordium. Et id quidem admodum rectè. Nam pater æternus de corde suo, id est, de sua substantia, gignit de se filium, quasi verbum eructans: cui verbo eandem communicat bonitatem, quã & ipse habet, imò quæ est ipsemet Deus. Et hanc quidem sententiam libenter ipsi quoque sequeremur, si ea quæ mox subiiciuntur, tam consonarent, aptéq; responderent eidem intelligentiæ. Verùm hæc magis Prophetæ loquenti videntur competere, quàm Deo patri: dicere videlicet opera sua regi, linguam ipsius esse calamum scribæ velociter scribentis. Sed & totus Psalmi processus indicat, non loqui Deum patrem, sed Prophetã spiritualiter nuptias istas contemplantem. Nam de Deo patre sub tertia persona Psalmus loquitur, dicens, Propterea benedixit te Deus in æternum. Et iterũ, Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. Nos itaq;, quanquam nulli præiudicantes, talem elegimus intelligentiam, quę ab initio ad finem vsque Prophetæ vocí cõueniat. Notandum verò, in verbo eructauit, indicari similitudinem hominũ corporaliter eructantiũ: quod maximè fieri solet, vel cùm nimiũ pleni sunt, vel cùm pinguia nimiũ manducauerunt. Atq; ita & viri sancti, cùm pleni sunt cœlestium mysteriorũ cognitione (quæ pinguia sunt & delicata) eructant de plenitudine profundo. Sic & alio loco dicitur, Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt. Et rursum, Eructabo abscondita (dicit filius) à constitutione mundi. Versu eodem, Dico ego opera mea regi. Cauendum, ne quis putet verbum dico (id quod prima facie aptius ad intelligentiam videri posset) primæ esse coniugationis, pro dedico aut nuncupo. Nequaquam enim ita accipiẽdum est, cùm Græcè sit λέγω quod dico tertia cõiugatione significat: similiter & in Hebrẽo participium est verbi amat, loco verbi præsentis positũ, quod valet dico, vel loquor. Est enim sensus, Opera mea ego propono, ego profero regi, tanquam ad gloriam eius facta. Et loqui intendit, potissimũ de opere carminis huius, quod nunc canit ad laudem nuptiarũ. Versu secundo, Lingua mea calamus scribæ. Quod hîc de seipso confitetur Propheta, idem necesse est fateamur, & de omnibus quicunque non humana voluntate, sed spiritu sancto inspirati, quippiam vel loquuti sunt, vel descripserunt. Non enim fuerunt scribentes ipsi aut loquẽtes, nisi sicut calamus, siue stylus in manu scriptoris, id est, non nisi instrumẽta: ipse verò spiritus sanctus, primarius operator, à quo sicut eloquuta aut descripta veritas, sic & autoritas dictorũ, scriptorumq; procedit. Vnde & beatus Petrus Apostolus ait, Non voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, loquuti sunt sancti Dei homines. Et quemadmodum de bona scriptura per calamum facta, laus præcipua, & prima gloria ipsius est scribæ, qui calamum sua peritia dirigit, & sua fragilitate atq; habilitate modo cõgruo per chartam trãsuehit: ita si quid rectè dicunt, scribúntve sancti Dei homines, præcipuã laudem & primam gloriam sancto spiritui directori concedunt. Nos tamen posteros conuenit, nõ solum scriptorẽ habere in veneratione, verumetiã post scriptorem & calamos, quibus spiritui sancto vti ad ministeriũ placuit. In factis enim insignibus, non solũ ipse qui principalis est autor, debitam accipit gloriam, verumetiã instrumenta ipsa, suum quendã accipiunt honorem. Vnde cum Dauid, caput Philistæi proprio ipsius abscissum gladio, victor ingrediens in eo gestaret, nõ solùm choros ipse audiuit sibi triumphalia cantantes carmina, verumetiam gladius iste, in quo abscissum fuerat caput conuiciatoris, debito est honore in sacris reconditus. Vnde 1.Reg.xxi. legimus à sacerdote Abimelech eundem Dauidi postulanti exhibitum. Huiusmodi ergo calamos & stylos, qualem hic se confitetur Propheta

Psal.144
Psal.77
2.Pet.1
1.Reg.17
1.Reg.21

sanctus, digna veneratione iustũ est nos honorare: per quos ea nobis sunt descripta, quibus ad perpetuã nostram salutem proficimus. Præcipua tamẽ gloria, Deo & spiritui sancto est debita. Quod autem Spiritus sanctus scribæ veloci comparatur, satis apertum est ob hoc dictum esse, quòd in scribendo temporis mora non indiget: sed mox vbi voluerit, & quantum voluerit, & quomodo voluerit, calamum mouet. Quemadmodum in sermone quodam de Apostolis, beatus Papa Gregorius pulchrè attestatur, cum in multis contemplans spiritus huius meritò admirandam potentiam, tãdem subiungit, Qualis est autem iste artifex? Nulla ad discẽdum mora agitur in omne quod voluerit: mox vt tetigerit mentem, docet: solumq; tetigisse, docuisse est. Nam humanũ cor subitò illustrat, & immutat. Neq; verò illud est absque consi- G deratione prætereundum, quòd sicut scriba peritus, etiam calamo inepto vti nouit ad rectè scribendum, tametsi plerunque bonis & aptis soleat vti instrumentis: ita spiritus sanctus quanquã ferè soleat tales eligere per quos, vel scribit vel loquitur, qui per vitam bonam apti sint, & digni eius directione atq; impletione: nonnunquam tamen etiam per malos & Ioan.11 peruersos homines dicit, scribitve quæ voluerit. Vnde & per Caypham, in Iudæorum concilio, apud Ioannem illum legi- Nume.22 mus loquutum, & per Balaam malum Prophetam, magna quædam protulisse. Versu tertio, Speciosus forma præ filiis hominum. Quod hic de speciositate formę dicitur, nihil dubium est, quin ad spiritualem pulchritudinem potissimũ debeat referri, secundum quam cõstat, neminem hominum Christo sponso posse comparari. Atq; hęc est pulchritudo, de qua toties in Canticis & sponsus de spõsa, & vicissim, de spõ- fo sponsa loqui solent. Dilectus meus (inquit sponsa) candi- Cantic.4 dus & rubicundus, electus ex millibus. Tota pulchra es (in- Cantic.4 quit ex aduerso spõsus) & formosa amica mea, & macula nõ est in te. Sicut liliũ inter spinas, sic amica mea inter filias: & Cantic.2 aliæ huiusmodi multa. Verũtamen non malè etiam ad corporis pulchritudinẽ poterit prẽsens versiculus minus principaliter referri. Verisimile enim est, Christum hominẽ sicut corpus optimè compositum, siue (vt dicere solent) complexionatum & proportionatum assumpserat, ita & colorẽ & formã & totam corporis habitudinẽ, electissima accepisse. Non tamen accipienda foret hęc pulchritudo, secundum vulgi ęsti- H matio

mationem, & carnalium hominum iudicium. Solent enim homines, illam formam ferè pulchrã iudicare, quæ facilius ardentiusque potens sit commouere libidinem. At verò nequaquam in hoc speciosa forma consistit, nequaquam ista est recta naturæ pulchritudo. Nam & beatam virginem, nostri sponsi huius speciosi matrem, ferunt pulcherrimam secundum corpus & speciosissimam extitisse: sic tamen, vt nemo vnquam hominum per eius pulchritudinem fuerit ad vllum illicitum affectum excitatus, siue inflammatus. Accipienda ergo est vera pulchritudo, secundum proportionem naturalem coloris & formæ eius, quæ ab interna cõplexione naturali procedit, quæ sese potissimum monstrat in facie: ex qua proinde pulchritudo ipsa attenditur prouenire. Admodum autem dulcis sese hîc offert contemplatio, dum Absalonis recordamur corporalem pulchritudinem: quam tantam fuisse legimus, vt etiam capillos Cęsariei capitis sui magno venderet, cum semel in anno tonderetur. Sic enim legimus in historia libri Regum, quod eos ponderabat du- 2.Reg.14 centis siclis auri pondere publico. Iuxtà hoc autem exemplum, secundum mysticam intelligentiam, à nostro isto speciosissimo Dauidis filio accipere nos oportet, & emere pulchritudinẽ: id est, de eius plenitudine accipere, vt nos quoq; ad mensuram speciosi simus, quomodo ipse est sine mensura speciosus. Tondet autem noster speciosus, nõ semel in anno tantum, sed quotiescunq; volumns, de sua nobis pulchritudine vendit. Vendit autem, non pretio ducentorum auri siclorum, sed prece & postulatione sola. Iuxtà illud, Qui non ha- Esaiæ 55 betis argentum, venite, & emite absq; vlla commutatione. Lucæ 11 A Omnis enim qui petit, accipit. Versu eodem, Diffusa est gratia in labiis tuis. De diffusione gratiæ in labiis sponsi, multiplex & copiosa intelligẽtia in Elucidatione posita est. Et tamen super ea est dignum cõsiderare, quanam ratione hic de speciosо nostro sponso dicatur, quòd diffusa sit gratia in labiis eius, potius quàm in genis, in frõte, maxillis, barba, oculis, aut palpebris. Solemus autem vulgò dicere, eos qui splendidè nouerunt causas perorare, & efficaciter ipsa vocis aptitudine persuadere, magnã in lingua habere gratiam. Et iuxtà hũc ferè modũ hîc dicitur, quòd diffusa sit gratia in labiis spõsi. Quomodo enim tantã causam, ad quã expediendã missus fuit à patre, potuisset peragere, & legationẽ tam ar-

duam adimplere, de sarcienda videlicet inter Deum & humanum genus concordia, de veteri illa & obfirmata tot seculis simultate componenda: quomodo (inquam) Deum patrem, qui tam grauiter, & toties, hominum malitia offensus fuerat, placare potuisset: quomodo item hominibus tam in idolorum cultibus radicatis, & in omnibus vitiis enutritis, persuadere potuisset recedere ab institutis paternarum traditionum, ad cultum veri Dei patris sui: hæc (inquam) tam difficillima, quomodo iuxta æternum consilium in temporis plenitudine perfecisset, nisi fuisset diffusa gratia in labiis eius? Aduocatus enim, in cuius labiis & lingua non est gratia, qui linguæ facundiam non habet, & labiorum gratiam, non est aptus sua aduocatione grauibus rebus transigendis: potissimum antiquis odiis & obfirmatis inimicitiis terminandis. Oportet enim, vt suæ linguę facundia, valeat vtrique parti persuadere conditiones pacis, & animos diuisos ad vnũ flectere, & in concordiam redigere: quod cum sit admodum difficile, necesse est, vt magnam habeat linguæ gratiam qui hoc sit facturus. Atq; ita sanè Dominus noster Christus, constitutus mediator Dei & hominum, & apud iratum Deum aduocatus pro peccatis generis humani, necesse habuit primum quidem patris sui aduersum nos iram placare, & illius animum ad se flectere, ita vt cõsensum præberet in compositionem & pactũ, quæ ipse cum altera parte, cum humano genere erat initurus. Atq; hoc quam fuerit difficile, tunc intelligimus, cum Dei iram, quàm iusta, quàm magna, quàm generalis, quàm diuturna fuerit, attentius cõsideramus. Ex altera autẽ parte, quasi cum irrationabilibus bestiis illi erat negotiũ, eratq; ei hoc in efferatis hominibus laborandũ, vt eorum animos obstinatos sua persuasione & prædicatione ad pœnitentiã adduceret, & confessionem peccatorũ, ac fructus pœnitentiæ dignos: vt alienatos à Deo, diaboloq; ac mundo seruientes, ad Deum cõuerteret, vt à terrenis rebus & vanitatibus (quibus assueti fuerãt) eos auerteret. Et hęc, altera ex parte, quantæ difficultatis sint, facilè cognoscimus, si humanæ naturæ inditã illam originis peruersitatẽ, & ad omne malum procliuitatẽ, contra verò ad bonũ tarditatẽ, attendimus. Hæc itaq; duo, quanquam maxima & difficillima, ita tamen (gratiæ patri filioq; & sancto Spiritui) videmus per Christũ adimpleta, vt nullã vltrà habeat inimicitiam patris maiestas C aduer

1 Timo. 2
1. Ioan. 2

aduersus genus nostrum, sitq; oblitus omnis iræ suæ, & veterum inimicitiarum, vltra non recordetur: homines verò non paucos videamus, toto conatu fructus agere pœnitentiæ dignos, seq; ipsos abnegãtes fortissimè, & toto corde quomodo Deo placeant intẽdentes. Quis nõ dicat, hunc aduocatum & mediatorem, maximam linguæ habuisse gratiam? quis nõ dicat, plena fuisse gratia labia eiusmodi, per quæ res tãtæ intra temporis modicum spatium (id est, annorum XXXIII.) compositæ sunt? Dicamus ergo spõso nostro, quòd verè magna & multa gratia sit diffusa in labiis eius: diffusa vtiq;, id est, procedens à patre, à quo habet omnia: dicamus & hoc, quod per gratiam istam labiorũ suorum, à patre benedictionem impetrauerit sempiternã, non sibi tantum (secundũ humanitatem) sed etiam vniuerso semini suo, id est, toti Ecclesiæ & omnibus fidelibus. Nam & ipse pro re benè cõposita, à patre accepit glorificationis præmium, à nobis verò laudem & gratiarum actionẽ: quomodo solent mediatores & pacis cõpositores vtrinq; recipere gratiam & præmiũ: suo semini autẽ, quæcunq; voluit, à patre similiter impetrauit. Versu quarto, Accingere gladio tuo super femur tuũ potentissime. Christum more humano, Propheta vt virum pugnatorẽ alloquitur, postulãs vt exurgat, ac citò veniat ad perficiendam generis humani suæ sponsæ liberationẽ. Cum autem in priori versu tantũ de gratia labiorum dixerit, & super excellenti pulchritudine, quòd hic etiam gladiũ iubet assumere super D femur suum, dulcissimũ in hoc latet sacramẽtum. Videlicet, quoniam non solùm cum Deo patre, & humano genere. Illi erat pro sua spõsa negotium: sed insuper & cum principe tenebrarum illi res erat, non alia via quàm ferro (id est, vi gladij, & virtute dexteræ) peragenda. Neq; enim cum tyranno diabolo suasionibus agendum erat, aut gratia labiorũ aduersus illum vti debuit: sed gladij virtute erat ille regno (quod sibi per fraudem vsurpauerat) pellendus: & in brachio validissimo, erat spõsa sub tyranni vinculis alligata, liberanda. Cuius rei gratia, consequẽter subiungitur, Deducet te mirabiliter dextera tua: id est, Diuinitatis tuæ potentia, quæ in te secundum plenitudinem habitabit, in cuius fortitudine opus tuũ quantum ad principẽ mundi mirabiliter, & terribiliter perficies, & ad optatum effectũ perduces. Hoc enim est, Deducet te mirabiliter dextera tua, Triũphabis in virtute diuini-

tatis tuæ. Versu quinto, Intende, prosperè, procede, & regna. Cauendum est, ne (vt verè fieri solet) aduerbium prosperè, iungatur cum priori verbo intende, sed cum sequenti procede: vt sic legatur, Prosperè procede, iuxtà intelligentiã in Elucidatione positam. Hanc enim distinctionem manifestè demonstrat editio Romana, quę legit, Intende, & prosperè procede, & regna. Clarius etiam in Græco, vbi præter coniunctionem, verbo vnico dictum habetur, quòd Latine per aduerbium cum verbo redditur. κατευοδοῦ enim Græcè est, quod valet, prosperè procede, habe successum bonum & prosperum, siue prosperare: quod vocabulum etiam Paulus aliRoma.1 quoties vsurpat, nominatim 1. cap. Epistolæ ad Romanos, Si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam veniendi ad vos. Totum enim hoc quod nos per circumloquutionem dicimus, prosperum iter habere, vnico vocabulo apud Græcos dicitur. Versu sexto, Propter veritatẽ & mansuetudinem, & iustitiam. Notandum, quòd contrariis modis ad diabolum Christus sibi suum regnum vindicauit de Genes.3 Philipp.2 manu illius, ad pugnam aduenies. Diabolus enim per mendacium dominatũ acquisierat super hominem: Christus autem per veritatem recuperauit. Diabolus per feritatem & crudelitatem, vt tyrannus sub sese captiuum detinebat genus humanũ, ad eum modum quo Pharao filios Israëlis in Aegypto: Christus autem mãsuetudine, obedientia, & patiẽtia vicit, factus obediens vsq; ad mortem, & similiter in mansuetudine, imperat rex mãsuetissimus. Postremò, diabolus per iniustitiam, generis humani vsurpauit possessionẽ. Neq; enim ipse hominem cõdiderat, neque comparauerat sibi vllo pretio, neque vllum habuit ius verum, quo dominaretur illius. An verò hæc iusta erat possessionis causa, quòd hominem decepisset? An ob hoc ipse sibi ius comparauit regni super hominem, quòd eum à Deo auertisset? Non vtiq; quicquam veri iuri ipse sibi per hoc comparauit, nisi quòd diuina permissione, ob culpam, Deus hominem reliquerit in manibus 2.Petr.2 eius, cui malè in transgressionem consenserat. Iuxtà illud Pe Roma.6 tri Apostoli, A' quo quis superatus est, huius & seruus efficitur. Et iuxtà illud beati Pauli, Cui exhibuistis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis. Atq; ita sanè, quantum ad nos attinet, iustè nos ille occupabat. Verũtamẽ, quantũ ex parte Dei, nullum diabolo super hominẽ ius erat, nisi

nisi solũ quòd sua volũtate permittebat dæmonem homini dominari. Possidebat ergo hominẽ secundũ iniustitiam. At verò Christus, perfectissima, imò (si dici possit) plusquam perfectissima iustitia, hominẽ sibi restituit. Nam cũ potuisset secundũ absolutã suam potentiam, solo verbo diabolum abigere, & sibi restituere genus humanũ, quẽadmodum solo verbo illũ condiderat ab initio: voluit tamen ad hæc, pretio iusto, quasi alienũ populum emere genus humanum, & pretio vtiq; maximo, & in infinitum mercis emptæ valorẽ superexcedẽte, id est, pretioso sanguine suo. Iuxta illud Apostoli Pauli, Empti estis pretio magno. Et illud Petri Apostoli, Non enim corruptibilibus auro vel argento redempti es- 1.Pet.1 tis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine agni quasi incontaminati. Versu septimo, Populi sub te cadẽt, &c. Quod dicitur, Populi sub te cadent, videtur interiectum per modum parenthesis, vt hæc sit sententia, Sagittæ tuæ acutæ in corda inimicorũ regis: supple infigẽtur vel transibunt: vnde fiet, vt sub te cadent populi. Istas autem sagittas, secundum Elucidationis intelligentiam, accipimus pro eloquiis veritatis, iaculis Euangelicæ prædicationis: quas partim per se ipse, partim per alios sagittarios, iaculatus est per vniuersum orbẽ. Misit enim spõsus rex noster in fines orbis terræ viros sagittarios, pharetras plenas habentes sagittis acutis, ad vulnerandũ in loco cordis, nationes gentiũ: id est, sanctos Apostolos emisit, alioso; viros Apostolicos plenos eloquiis veritatis, ardentibus & acutis, ex virtute Dei, vnde habebant, vt penetrarent Gi intima cordium. Atque hæ sunt sagittæ, quas alibi postulat, qui inter odiẽtes pacem, laborat in exilio cõtra linguas dolosas. Has sagittas emittebat ille, qui in Apocalypsi, super Psalm.119 equũ album sedens, tenebat in manu arcum, exiitq; vincens Apoc.6 vt vinceret. Cuneus enim prædicatorũ primitiuæ Ecclesiæ (qui per equũ illum cãdidum significabatur, Christum sessorem portantem) per sagittas huiusmodi, quasi ex manu & virtute Dei emissas, gẽtes & regna sessori suo Christo subiecerũt. Beati verò, quibus istiusmodi sagittis acutissimis cõtigerit vulnerari: & fœlices, qui sic eis vulnerãtur, vt sub regis manibus occisi cadat. Notandũ verò, quòd sagittæ istæ, nõ in manum ferantur, aut caput, aut pedem, sed in corda inimicorũ regis: quoniam videlicet quem diuinorum eloquior

quiorum iacula verè cõtigerint, cui verè infixa fuerint, hunc mori necesse est vitæ veteri & affectibus pristinis, id est (vt
Rom.6 Galat.2 Apostolus ait) peccato: viuere autem Deo, cui prius fuerat mortuus. Vnde & quidam ex his vulneratis, sagitta percussus, dicebat, Christo cõfixus sum cruci. Viuo autem iam non ego, quoniã videlicet in corde mihi infixa est sagitta: viuit verò in me Christus, sub quo vulneratus cecidi, cui meipsum totum amodo subieci. Sed & illud clarũ per se esse potest attendenti, quod dicitur inimicorum regis, secundum tempus præteritum debere accipi, pro iis qui antequàm sagitta ferirentur, inimici fuerant regis. Dum enim sagittãtur, desinunt esse inimici. Vulnerãtur enim inimici, vt vulnerati cadãt sub vulnerãte, ficq; amici fiant ex inimicis. Versu octauo, Virga directionis, virga regni tui. Notanda est secundæ partis constructio: quoniã non secundum localem situm, sed cõtrario ordine est accipienda, hoc modo, Virga regni tui, est virga directionis: quæ cõstructio, in Græco clarè se manifestat, dum posteriori loco articulus apponitur, non priori, hoc modo: ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ ῥάβδος τῆ βασιλείας σου. Pro virga autem directionis, translatio Romana habet, virga recta: beatus Hieronymus, ex Hebræo, virga æquitatis: quę omnia eandem volunt sententiam. Versu nono, Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. Propterea non hîc accipiendũ videtur, vt id quod præcesit, innuat causam esse, ius quod subsequitur, vt sit sensus, Christum propterea vnctum esse oleo lætitiæ præ participibus, quòd dilexisset iustitiam, & odisset iniquitatem. Non enim videtur veritatẽ habere ista sententia: cum certum sit, Christum primò ipso momẽto sui conceptus fuisse plenum gratiæ, & huius vnctionis spiritus sancti absque mensura. At tunc quidem, nondum secundum humanitatem dilexerat iustitiam, neq; iniquitatem oderat, cum antè homo non fuisset. Sed accipiendum est, propterea (secundum faciliorem intelligentiam) vt significet quasi rationem finis, vt sit sensus: propter hoc, vt videlicet diligeres iustitiam, & odires iniquitatem, vnxit te Deus oleo præ participibus. Habet enim hoc in se istud oleum, id est, charitas Dei per spiritum sanctum in cordibus diffusa: vt quisquis eo vnctus fuerit, non possit non diligere iustitiam, neq; non
Rom.5 Psal. 118 habere odio iniquitatem. Vnde & Psalmista hic noster, hoc oleo indubiè vnctus, aliis in locis clamat, Iniquos odio ha-

bui, & legem tuam dilexi. Facientes præuaricationes odiui. Psal. 100
Qui oderũt te domine oderam, & huiusmodi alia multa. Et Psal. 138
quo quisq; oleo hoc fuerit magis perunctus (si quidem alius alio magis vngitur) eò magis, feruẽtiúsq; diligit iustitiã, & exosam habet iniquitatẽ. Propter quod, velut à posteriori,
A cognoscere non ita difficulter possumus, an hoc oleo vncti simus. Qui enim inuenit nõ displicere sibi iniquitatem, sed eã potius diligit, iustitiã autem fugit & horrescit, sciat ille huius vnctionis se esse expertẽ. Qui verò in se (testimonium perhibente fideli cõscientiam in spiritu sancto) senserit cõtrariũ, gaudeat ille in vnctione sua. Oleum enim lætitię est, nẽpe charitas Dei in cordibus credentiũ diffusa, per spiri- Rom.5
tum sanctum, qui datus est nobis. Refudat autem nobis hoc oleũ, & stillat de plenitudine vasis huius, quod hîc præ omnibus implerũ dicitur: id est, de plenitudine Christi filij Dei, qui hîc dicitur vnctus præ consortibus suis. Versu eodem, Præ cõsortibus tuis. Nota præ præpositionẽ, hîc idem valere, quod supra, Præ participibus, id est, supra participes: quẽadmodũ huius eiusdem Psalmi versu tuo, Speciosus forma præ filiis hominũ. Sic per contrarium, præpositio à vel ab, pro infra nonnunquã vsurpatur. Vt Psalmo VIII. Minuisti eũ paulominus ab angelis: id est, infra angelos. Quẽadmodũ enim præ vsurpatur pro super, ita ab pro infra accipitur. Participes autẽ (vt alia habet trãslatio) hîc vocat Propheta, omnes adoptionis filios, quos Christus vt primogenitus sui patris hæredes fecit, & sibi cohæredes, iuxta illud Apostoli, Quòd si filij, & hæredes: hæredes quidẽ Dei, cohæredes au- Rom.8
B tẽ Christi. Nõ sic autẽ participes nos dicimur Christi, quasi nos partẽ simus accepturi regni eius, aut quasi per nos adoptionis filios, ipse primogenitus & naturalis filius aliquid sit minus habiturus in regno, quàm absq; nobis erat habiturus: aut quasi partẽ aliquam nobis ipse cessurus sit, quẽadmodũ fieri solet in terrenis regnis, cum primogenito placuerit etiã alios fratres amplitudinis regni sui facere participes. Illic enim nulla omnino futura est partitio, nulla futura regni scissio: sed vnũ erit & indiuisum omniũ regnum quod omnibus satis erit. In quo tamen Christus regnabit vt primogenitus, præ omnibus eminenter. Dicimus ergo participes, id est, consortes, cohæredes, & communicantes in adoptione regni, versu decimo, A domibus eburneis. Per do-

mos

mos eburneas, Elucidatio intelligit cõsciẽtias sanctorũ: quibus de intimis affectibus Deo laudes & gratiarum actiones, piásq; meditationes quaslibet, aut affectiones offerũt, quasi pyxides eburneas aperiunt, & super sponsi caput effundunt. Atq; in huiusmodi obsequio, plurimũ constat oblectari dominũ: iuxta illud, Sacrificium laudis honorificabit me. Et iter rum, Immola Deo sacrificiũ laudis. Huiusmodi enim aromatibus vult à nobis reungi, pro suo lætitiæ oleo, quo nos vngit interius. Possent tamen (ferè secundũ eandem intelligentiá) per eburneas accipi sanctæ particulares Ecclesiæ per orbem terrarũ Christo aduenientæ ædificatæ. Est enim Ecclesia, domus Dei: quæ ex candidissimis & solidissimis lapidibus, fidelibus hominibus ædificatur. Ab his autẽ domibus eburneis, sponsus vnus omniũ Ecclesiarum suauiter perungitur supradictis aromatibus, atq; liquoribus: dum illi vbique terrarũ ab omnibus Ecclesiis canuntur laudes, gratiarum actiones, & pia sacrificia offerũtur. In secũda autem parte, tametsi filias regũ expoſuerimus, spiritualiter filias Apostolorum, qui sunt principes terrarum cõstituti à Deo: possumus tamen etiã ad literam intelligere de filiabus regum, id est, magnatum, diuitũ, atque nobiliũ. Nam & harum non paucæ, ad huius sponsi nostri cultum cõueniunt, ac bonis odoramentis Christum perfundunt. Cæterùm, quod in fine versus dicitur, *in honore tuo*, perinde videtur valere, ac si dicatur, in honorãdo te, vel ad honorẽ tuum, vel ad honorandum te: ac si dicatur, Ex quibus te lætificauerũt, honorare te cupientes, & debita honoris obsequia tibi præstare volẽtes. Versu vndecimo, Astitit regina à dextris tuis. Valde iucundum est, quod hìc dicitur, astare reginam à dextris sponsi. Nimirum hoc illud est, quod in carne veniens pollicitus est filius, Vbi sum ego (inquiens) illic & minister meus erit, multò magis ibi erit, & sponsa mea. Ipse itaque quemadmodum à patre locum accepit in ipsius dextera, sic cõsimili honore & sua sponsam à dextris sibi constituet: volens nimirum eadem illam gloria sublimari & lætari, quam ipse à suo patre accepit. Hoc enim est, quod suis quoque discipulis, iam abscedens, ac testamentum constituens, dicebat: Et ego dispono vobis, sicut dispoſuit mihi pater meus, regnum: vt edatis, & bibatis super mẽsam meam in regno patris mei. Et apud Ioãnem in oratione nouissima: Pater, volo, vt vbi ego sum, &

Psalm. 49
Ibidem.
3. Tim. 3
Ioan. 12
Lucæ 22
Ioan. 16

& illi sint mecũ: vt videãt claritatẽ meã. Et claritatẽ quam tu dedisti mihi, dedi eis: vt sit vnũ in me, sicut & ego in te. Non ergo quasi ancillã vilẽ ad pedes lllã cõstituet sponsus iste generosus, licet nobilissimus: neque vt ignobilẽ despiciet, ipse incõparabiliter nobilior: sed cõsidere secũ faciet in cælestibus, in maiestate paternæ gloriæ. Vnde & in Apocalypsi ex sponsi ussione, spiritus præconizat Ecclesiæ. Qui vicerit, dabo ei sedere mecũ in throno meo: sicut & ego vici, & sedeo cũ patre meo in throno eius. Hanc autẽ reginæ Ecclesiæ in Christi dextera sublimationẽ præsignabat olim thronus ille Bethsabeæ matris Salomonis, qui illi ad regẽ filium suum ingressæ iussus est collocari, in quo & cõsedit ad dext erã regis. Cæterũ, deauratũ hìc pro aureo dictum videtur. Vnde & beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, in diademate aureo: & alius, in massã auri ophir. Qui tamẽ malet distinctionem inter deauratũ & aureũ assignare, potest intelligere, secundũ hoc, quod sponsæ ornatus & gloria inferior est gloriæ sponsi: ita vt sponsi aureũ, sponsæ verò deauratũ vestimentũ applicetur. Versu decimotertio, Et cõcupiscet rex decorem tuũ Non est istud sic accipiendũ, quasi aliquid in nobis sit, quasi ex nobis, in quo oblectari possit sponsus. Quicquid enim in nobis est amabile, siue concupiscibile, ex ipso est: neque sumus, quantũ ex nobis, nisi sordidi, cæci, nudi, & prorsus miserabiles. Proinde quod sponsę dicitur, Concupiscet rex decorem tuum, intelligitur de decore & ornatu, quo ipse eam adornat: aut ad hunc sensum, amabit te & diliget, vt te decoram faciat, & suis diuitiis adornet. Qui enim se Christo obedienter submiserint, & eius mandata implere sunt soliciti, hos ipse concupiscit suarum gratiarum adornare decore. Versu decimoquarto, Et filiæ Tyri in muneribus. Per filias Tyri intelliguntur, vel conuersi ex gentibus, eò quòd Tyrus vna erat ex nominatioribus & vicinioribus Iudeæ, gentiũ ciuitatibus: aut diuites & nobiles, cuiusmodi in hac ciuitate complures erant. Hi autem vtrique cum muneribus & spiritualibus, & etiam corporalibus, veniunt ad adorandum dominum. Putãt verò quidam, pro numero plurali hic legendum singulare: pro filiæ scilicet, filia, Atque ita sanè in Græco legimus, καὶ θυγάτηρ τύρου ἐν δώροις. hoc est, Et filia Tyri in muneribus. Similiter & beatus Hieronymus ex Hebræo singularem numerum vertit.

Apoc. 3
3. Reg. 2
2. Cor. 3
Apoc. 3

Atque

Atq; hoc modo eadē poteſt accipi ſententia, quæ in Elucidatione ex numero plurali poſita eſt, videlicet iſta: etiam filia Tyri, id eſt, populus gentiū, in muneribus adorabunt dominū Deum tuum. Per filiam enim Tyri (quæ ciuitas eſt nomi nata gētium) rectè intelligimus populum gentilem: quemadmodū per filiam Sion, populum Iudaicum non paucis in locis accepimus. Verſu decimoquinto, Omnis gloria eius filiæ regis. Difficultatem facit, & multis deceptionē, pronomē eius hoc in loco adiectum præter ſententiæ (vt videtur) neceſsitatem, atq; etiam commoditatem. Putāt enim huius pronominis occaſione pleriq; nomen filiæ eſſe nominatiuū pluralis numeri, vt ſit hic ſenſus, Omnis gloria eius ſcilicet ſpōſi, ſunt filiæ regis abintus. Scire autem oportet, hanc non eſſe veram ſentētiam. Nam filiæ, genitiuus ſingularis eſt, id quod tam ex Græco, quàm Hebræo eſt manifeſtum. Nam Græcè habetur abſque pronomine, πᾶσα ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως: id eſt, Omnis gloria filiæ regis, abintus. Et ſimiliter beatus Hieronymus vertit, Omnis gloria filiæ regis, intrinſecus. Accipiendum ergo eſt pronomē eius, ſecundum hanc ſententiam, vt ſimul cū genitiuo filiæ iungatur quaſi per appoſitionē: hoc modo, Omnis gloria eius, nempè filiæ regis, intrinſecus eſt, ſiue abintus eſt. Hæc autem ſententia, illud ipſum dicere videtur, quod beatus Petrus in prima ſua
1. Pet 3 Canonica Epiſtola de mulieribus ſcribit, dicens, Quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumēti veſtimentorum cultus: ſed qui abſconditus eſt cordis homo, aut incorruptibilirate quieti & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu Dei locuples. Ac conſequenter exemplum proponens Saræ, maximum ornatum mulierum do-
Ibidem. cet eſſe, ſpem in Deo, & venerationem, ſubiectionem atque obediētiam erga proprios viros. Quod huic loco accōmodātes dicimus, ſummum Eccleſiæ ornatum, quem ſponſus requirit, eſſe obediētiam & fidelem ſubiectionem ad ipſum. Vnde nec dicebat Propheta ſpōſæ, Veſtire auro & indumentis pretioſis, aut ſtybio depingas faciē tuam, aut ſimilia huiuſmodi: ſed tātum, audi, vide, inclina aurem, & obliuiſcere domum patris tui. Hæc enim ſunt, quæ à ſponſa ſua requirit dominus Deus, fidem ſcilicet, & obedientiam. Verſu eodē, Circumamicta varietatibus. Varietates iſtæ quibus circumamicta dicitur ſpōſa, intelligantur veſtimenta pretioſa &

& elegantia, magno artificio, & multiplici intertexione, variisq; interſertionibus diuerſorum colorum elaborata: quas ſolent phrygianas, vel phrygianicas veſtes nūcupare. Beatus autem Hieronymus ex Hebræo vertit ſcutulata. Translatio Chaldaica habet, indumenta diuerſarum figuratum. In Græco autē dicitur numero ſingulari περιποικιλμένη: quod ſonat, ac ſi Latinè dicas, veſtem variegatam, vel diuerſicoloré: quæ omnia in eandem recidunt ſententiam. Quid autem ſecundum myſticam intelligentiam, iſte varius ornatus ſibi velit, ſatis monſtrat Elucidatio. Verſu decimoſexto, Adducentur regi virgines poſt eam. Quotidiè poſt ſponſam ſanctam Eccleſiam regi Chriſto adducuntur virgines, quando poſteri priorum fidem & vitam inſequentes, ad Chriſti fidem accedunt, eiq; copulantur nuptiis. Dicuntur quidem poſt ſponſam adduci: & tamen intra ſponſam fiunt, & pars ſponſi, cum adducuntur. Spōſa enim iſta ex vniuerſis fidelibus tanquam ex membris compoſita eſt. Attamen poſt ſponſam adducuntur, quatenus priorum patrum (qui in Eccleſia præceſſerunt) fidei & morum regulam inſequentes, ſponſo merentur coniungi. Videmus enim nos poſteri pulchritudinem ſponſæ, & complacet nobis puritas fidei, atque ſecundum vitam integritas prædeceſſorum in Eccleſia: atque ita & nos poſtea, ad regem ſponſum currimus. Sancti verò Apoſtoli & prædicatores, dum plurimos ad fidei veritatem, & vitæ iuſtitiam ſua prædicatione, inducunt, quaſi ante regē virgines & proximas adducunt. Atque hi ſanè vſque ad conſummationem ſeculi non deficient, ſed naſcentur ſemper pro patribus filij. Quod autē non ſolùm puellæ dicūtur quæ adferuntur regi, verùm etiam virgines, illi reſpōdet quod ait Apoſtolus, Deſpondi vos vni viro virginē caſtam exhibere Chriſto. Decet
2. Cor. 11. enim ſponſo virgini, ſponſas virgines adduci in coniugium.

Verſu decimooctauo, Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij,
H Notandum, quòd ſicut in locum Patriarcharum ſucceſſerunt ſancti Apoſtoli, quos cōſtituit Deus principes ſuper omnem terram: ita in horum locum ſuccedere faciet Deus, vſque in ſeculi conſummationem, viros Apoſtolicos, per quos Eccleſiæ ornatus promouebitur, & in ſuo decore conſeruabitur, vſque dum ipſa transferatur in locum quietis ſempiternæ. Verſu penultimo, Memor ero nominis tui. Tametſi libri vulgatiores habeant, Memores erunt, plurali numero &

tertia persona: verior tamen lectio Gallicani Psalterij (quod nos sequimur) habet numero singulari, Memor ero. Nã memores erunt, sumptum videtur ex editione Romana. Quapropter in textu primam personam & numerum singularem (iuxta probatiorum codicum fidem) posuimus. Cui etiam Græca consentiunt, in quibus habetur μνισθήσομαι, id est, recordabor, memorabor, vel memor ero. Similiter & ex Hebræo beatus Hieronymus vertit, Recordabor. Veruntamen propter vsum Romanæ Ecclesiæ, non est omnino repudianda altera lectio (Habet enim & ipsa facilem & optimã intelligentiam) sed tantùm dicimus, ipsam non esse ex veritate Gallicanæ editionis, quam sequimur, & elucidandam suscepimus. Subiungendum verò in fine huius Psalmi, quod in vsu Ecclesiastici officij multa ex hoc Psalmo vsurpari solent, atq; decantari in laudem virginũ. Verùm in hoc vsu, necesse est vt multa ex iis secundum longè aliam intelligentiã accipiantur, quàm supra in Psalmi Elucidatione expressimus. Vt (verbi gratia) cùm illud, Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus inæternũ, de virgine qualibet canitur, quod in Psalmo manifestũ est de spõsõ fuisse dictũ: clarũ est debere aliter in vsu illo accipi, quàm suprà fuerit expositum. Sic item & de illo, Specie tua & pulchritudine tua. Et, Propter veritatem. Item, Dilexisti iustitiam. Similiter & in sequenti Psalmo, Deus in medio eius nõ commouebitur, adiuuabit eam Deus mane diluculo, vel secundum aliam lectionem, vultu suo, cani solet de vna qualibet sancta virgine: cùm secundũ intelligentiam Psalmi, de tota Ecclesia videatur intelligi. Sed facilè est piis animis, ista secũdum proportionem ad prædicta, cõgrua aliqua intelligentia aptare vsui Ecclesiastico, & prærogatiuæ virginũ: quæ nos tamẽ, ne vltra modũ efficiamur prolixi, particulatim declarare omittimus.

QVADRAGESIMI QVINTI

PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVS iste populi fidelis est in domino Deo spe firmati, ipsi eius fiducia nullam pertimescentis conturbationem. Poterit autem conuenientiss imè intelligi de illa immani & generali persequutione, quæ in primordijs Ecclesiæ aduersus ipsam iam nasci incipiente, vbiq; terrarum sæuiebat: in qua persequutione, eminentes quique) vt reges pontifices, & sapientes) caput erant atque præcipui. Diuina tamen protectione, Ecclesia sancta (quæ ciuitas Dei appellatur, sicuti & verè est) inconcussa permansit, neq; quantumuis oppugnata hactenus potuit expugnari. Adeo vero ipsa non angustiabatur Ecclesia, neque opprimebatur, vt etiam interius perfecta virtutum & spiritualium charismatum irrigatione, tanto lætificaretur à Deo vbertus, quãto exterius ab aduersantibus seculi potestatibus, persequutiones graviores sustinebat. Tandem autem, Deo iubẽte, etiam pax reddita est populo Dei & omnis aduersariorum illa impugnatio, Deo disponente, suppressa est. Sed ad Antichristi illam nouissimam persequutionem conuenientissimè hic Psalmus aptabitur: quæ tametsi sæuissima erit, ita vt etiã montes deuoret in profundum malitiæ, ita vt vniuersus penè mundus contra Ecclesiam non surgat: tamen in Domino sidentes electi, non absorbebuntur fluctibus, neq; timebũt desperationis terrore, neq; sinet Deus commoneri electos suos: sed adiuuabit eos in tẽpore opportuno, ac tandem etiam pacem restituet, quando palam Christi nomen in vniuerso orbe prædicabitur, & gloria eius vbique terrarũ fiet manifesta. Aduertẽdum autem est, per vniuersum hunc Psalmum loqui populum fidelem, præterquàm in versu penultimo, in quo Deus ipse de sua gloriæ loquens introducitur: sed vno tantum hoc breui versiculo. Nam vltimus subsequens, eiusdem est populi qui loquebatur ab initio.

QVADRAGEIMI QVINTI

PSALMI ELVCIDATIO.

Matth. 28.

DOMINVS Deus noster in quem credimus, qui nobiscum est vsque ad consummationem seculi, ipse est tutissimum nostrum refugium & virtus: & nostra fortitudo, per quem ab obuenientibus quibuscunque periculis speramus saluari ipso tanquam asylo nos intra sese concludente, & tanquã, forti pugnatore pro nobis propugnante: * adiutor est nobis magnus valde, semper paratus & fidelis in omnibus tribulationibus & malis: quæcunque nobis obuenerint, nunquam derelinquens seruos suos in afflictionibus, atque periculis. 2 Propter fiduciam eius non desperabimus, neque deiiciemur aut conturbabimus animo, neque timebimus quicquam, etiam tunc cum vniuersa terra, & terreni atque * & peruersi fuerint commoti atque conturbati aduersum nos: * neque cùm montes, id est potentes & eminentes super terram absorpti fuerit in profunditate malitiæ seculi huius

1 *Deus noster refugiũ virtus: * adiutor in tribulationibus quæ inuenerũt nos nimis.*

2 *Propterea non timebimus dum turbabitur terra's * & transferentur montes in cor maris.*

etiam si omnes potentes & eminentes (siue potentia, siue sapientia seculi) adiungantur infidelium populis, ad nos tribulandos, non tamen timebimus aut desperabimus in Deo nostro fidentes. 3 Impetum magnum fecerunt, & conturbationes vehementi conturbatæ sunt contra populum domini multitudines terrenorum hominum, & ad populi Dei oppressionem vndequaque confluxerunt in modum aquarū multarum, vt vno impetu vnanimes irreuerent in populum domini, sicque eum possent absorbere penitus: *tantus quoque fuit hic impetus & tanta conturbatio, vt etiam eminentes quique (siue seculi potentia, siue mundana sapientia) conturbarentur à fortitudine multitudinis illius, & impetu, ac violentia persequutionis eius grauissimæ. 4 Ciuitas autē Dei ex tanto aquarum impetu adeò nihil accepit nocumēti, adeò opprimi non potuit, vt etiam magis inde profecerit. Nam impetus ille fluminis & maris (id est, persecutionis grauissimę in modū maris aut fluminis per circuitum ipsam aggredientis & concutientis) etiam lætificat Dei ciuitatem: quæ quò magis exterius affligitur & coangustatur, eò magis intra se reficitur in spirituali consolatione, & dilatatur intra semetipsam. Nouit enim in tribulationibus gaudere & gloriari: sciens, quoniam tribulatio patientiam operatur, & spem inconfusibilem: & quoniam sicut abundant passiones in eo, sic & per eum pro quo tribulatur, id est, ciuitatis ipsius dominum, abundat consolatio. Nam quò magis exterius quatiunt ciuitatem fluctus maris & alienorum fluminum, eò qui intra ciuitatem sunt fontes, copiosius aquarum viuentium dulcissimos riuulos effundunt: *ipse enim altissimus & potentissimus rex regum, & dominus dominātium, suam Ecclesiā (quam in ciuitatis modum ædificauit atq; circumuniuit) etiam sanctificauit in firmitate fidei, & stabilitate eam in habitationē sibi, quasi tabernaculum & castrum suum: ita vt ipso protegēte, nunquā valeat hostili impetu, vel quomodocūq; expugnari. 5 Deus fortissimus est in medio ciuitatis & tabernaculi huius, tanquā dominus, prouisor, custos, & protector eam inhabitans: & idcirco talē habēs protectorem in medio sui, ipsa non poterit conturbari: quoniam tali protectore se nouit bene securā: * & si quando videatur graue aliquod periculum ei imminere per noctē, in tempore aduersitatis & desolationis, apparebit tamen opportunè, aderit;

3 *Sonnuerūt & turbatæ sunt aquæ eorum:*

* *conturbati sunt montes in fortitudine eius.*

4 *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei:*

Rom. 5. 2. Cor. 1.

* *sanctificauit tabernaculum suum altissimus.*

5 *Deus in medio eius non commouebitur:*

* *adiuuabit eā Deus mane diluculo.*

aderitq; tempestiuè dominus custos eius primo mane, antequam quicquā valeant hostes oppugnando efficere: & ab omni periculo eam suo opportuno adiutorio saluabit. 6 Vidimus cōturbari: & ira insana nonnunquā commoueri cōtrà ciuitatem Dei, populos multos: vidimus etiam regna amplissima, & reges fortissimos inclinatos & commotos cum suis populis, ad oppugnationem ciuitatis Dei: * etiam terra vniuersa, velut cōiuratione facta & conspiratione, conclamauit contra ciuitatē Dei, & vno impetu cōmoti sunt ad oppugnationem eius. 7 Quid verò valebunt, etiam si in vnum fuerit agglomerata vniuersa tetra, & omnis infidelium natio? Ecce enim Deus noster, qui est cælestium exercituū Dominus, nobiscum est, ac nostras partes tueri nobis pollicitus est, & nostram nobis ciuitatē custodire securam. * Deus verus fideliū ipse est defensor atque protector noster, qui nos suscepit in defensionem suam: cuius vnius virtutē omnibus alienis incursibus opponimus, super quem ciuitas nostra fundata est, & ita firmata, vt nec portæ inferi aduersus eam possint præualere. 8 Venite ô fideles animæ, & considerate opera domini Dei nostri, quæ pro suo pupulo exhibuit, estq; exhibiturus super terram, in conspectu omnium populorum, quasi prodigia: id est, magna mirabilia, & vsq; ad miraculum stupenda: * in eo potissimum, quòd sua voluntate Ecclesiam ciuitatem suam (quæ pius tantis quatiebatur fluctibus persequutionum, ita vt vno impetu totus terrarum orbis aduersus eam pugnaret) non solùm custodierit, sed etiam in pace constituerit, & securam ab omnibus oppugnationibus in medio terræ, ita vt iam ex eius voluntate habeat etiā protectores, quos prius habuerat acerrimos impugnatores, nimirū montes seculi, id est, principes & potētes. 9 Arcus contriuit, & confregit arma, & scuta combusit igni, id est, omnia arma, quibus prius oppugnabatur Ecclesia, ipse contriuit sua virtute: & cùm esset ipsi placitū, cessare fecit omnem oppugnationem populi sui, eamq; ab omni fecit persequutione quietam. At ita in omni tribulatione, opportuno tēpore, post pugnam solet dare requiem. In quo sanè mirabile est cōsilium eius, quod & arma permittit moueri contra ciuitatē suam, ad exercitationē ciuium suorū, & eadem suo tempore prohibet, ad custodiam & præseruatiocem electorum. 10 Vox DIVINA, VNO HOC VERSV INTERPONITVR. Cessate

6 *Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna:* * *dedit vocē suam, mota est terra.*

7 *Dominus virtutum nobiscum:*

* *susceptor noster, Deus Iacob.*

8 *Venite, & videte opera domini quæ posuit prodigia super terram:* * *auferens bellum vsque ad finem terræ.*

Matt. 16.

9 *Arcum conteret, & cōfringet arma, & scuta comburet igni.*

10 *Vacate & videte quoniā ego sum Deus*

sate ô populi, desistite ab impiis vestris aduersum me ac populum meum machinationibus, omnibúsq; vacui prauis affectibus & cogitatibus, emundatis cordibus, vt dete, considerate, & discite, quòd ego verè sim Deus & dominus qui aduersus omnem mundi malitiam potens sum populũ meum H seruare: * ego qui olim in Iudæa tãtùm notus eram, cùm mihi placitum erit, magnificabor in populis multarũ gẽtium, & adorabor atq; glorificabor vt Deus, per vniuersam terrã.

Psal. 75.

* exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

RESVMVNT SERMONEM, QVI LOQVEBANTVR AB INITIO II. Concludentes in lætitia illud repetimus, in quo summam nostri boni constituram arbitramur, quòd nobiscũ habemus potentissimũ dominum cælestium exercituũ, quòd defensorem habemus Deũ fortissimum, Deum Iacob, Iacob, Deum viuum & verum: in cuius fiducia, omnem terrenam potentiam, & quantoscunque insultus, nihil pertimescimus, per ipsum in omnibus sãluari confidentes.

II Dominus virtutũ nobiscũ: susceptor noster, Deus Iacob.

ANNOTATIONES IN *Psalmum Quadragesimumquintum.*

VERSV primo, Quæ inuenerunt nos nimis. Aduerbium nimis, quod in fine ponitur, licet secundum situm localem videatur pertinere ad verbum inuenerunt, vt sit sensus, Quæ tribulationes inuenerunt nos valde, aut nimis: posset tamen non incommodè construi etiam cum nomine adiutor, vt sit sensus, Nimis adiutor, valde adiutor: hoc est, fortis & validus adiutor, in tribulationibus quæ nos inuenerunt. Iuxta hanc enim sententiam, beatus Hieronymus ex Hebræo vertit auxilium validum. Atque hanc intelligentiam vtranq; similiter etiam Græca lectio admittit. Versu tertio, Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum. Aquas istas intelligimus, A secundum quod in Apocalypsi dicitur, Aquæ multæ, populi multi. Hæ nanque aquæ sonuerunt propter impetum persequutionis, & turbatæ sunt ira & cæco furore cõtra populum Christianum: quemadmodum & amplius facient in nouissima Antichristi persequutione, quando omnes gẽtes pariter confluent in modum aquarum, & sua multitudine ciuitatem sanctorum circunfluent, suisq; persequutionibus atq; insultibus concutient eam: & erit tunc quidem tantus sonitus harum aquarum, tãta violentia, tam terribilis impetus & commotio,

Apoc. 17.

motio, vt plurimos etiam potentes sit illa persecutio absorptura, & demersura in malitiæ profundum. Attamẽ quod eligit Deus, hi in ciuitate munita, quãquam augustati valde tamen nõ erunt conturbati: quomodo de Ecclesia primitiua legimus, quòd quantumlibet grauibus persecutionũ fluctibus quassaretur, commoueri tamen non potuit neque expugnari. Versu quarto, Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Flumen istud potest vel in bonã partem accipi, vel in malã. Si quidem in malam, idem erit, flumen quod prioriversu manicebatur: id est, abundantia malitiæ & persecutionis impiorum, cuius impetus crudelis adeò ciuitatem Dei in conturbat, vt etiam per occasionẽ lætificet: dum eò amplius ciuitas Dei interius spiritualibus bonis reficitur. Vnde & Paulus in hac ciuitate positus cum circũquaq; fluminis impetus alluere, itavt intus pugnas, foris sentiret timores, ita vt tanquam 2. Cor. 7. ouis morti destinata videretur, dicebat tamẽ in tribulatione Roma. 8. se gaudere, atque etiam gloriari, sciens, quoniam per varias Roma. 5. tribulationes oporteret ingredi in regnũ Dei. Si verò in bo Actuũ 14. nam partẽ accipiatur fluminis istius impetus, ita opponetur maris fluctibus, de quibus in præcedenti versu dictũ fuit: vt quemadmodũ fluctus aquarũ maris cõturbat & affligit exterius, sic fluminis qui intra ciuitatem est dulcis impetus, econtrario eam lætificet. Erit autem flumen istud lætificans, spiritus ille sanctus, de cuius plenitudine reficiuntur corda fidelium. Huius fluminis impetus, dulcissimus est ille influxus cælestium donorum, & spiritualium charismatum, quę ex eo Cant. 4. quasi ex vitali fonte scaturiũt. Et hac sunt aquę quæ impetu Esaiæ 12. decurũt de Lybano, de quibus & Esaias dicit, Hauritis aquas in gaudio, de fontibus Saluatoris. Fontes enim Saluatoris, qui ciuitatem nostrã inhabitat, septiformis est plenitudo spiritus sancti. Versu quinto, Deus in medio eius non commouebitur. Duplex huius versus potest esse sententia. Prior erit vt post pronomen eius, fiat per punctulum diuisio, & verbo substantiuo subaudito diuidatur sentẽtia. Atq; ita sensus erit, Deus est in medio eius, nempè ciuitatis aut tabernaculi Dei: nõ cõmouebitur ipsa ciuitas aut tabernaculũ: quẽ sensum expresit Elucidatio posterior verò sententia erit, si tota hęc oratio absque diuisione coniũctim sic legatur Deus suppositum sit verbi cõmouebitur, ad hunc sensum, Deus qui in medio ciuitatis inhabitat, ipse non cõmouebitur. Neq; omni

no malè propositō conuenit, quod dicitur Deus in medio ciuitatis non commouendus. Bonum enim ciuitatis quę vel obsidetur vel oppugnatur ex eo maximè pendet, cui credita est C ipsius cura & protectio. Vnde donec ille peruigil est, & bono animo, atq; ad defensionē sufficiēs, nō est ciuitati periculū. Quòd si ille incipiat vel viribus, vel animo deficere aut consternari animo, siue desperatione tangi actū erit de ciuitatis salute. Cum itaq; (iuxta hanc sententiā) in proposito loco dicitur, quòd Deus in medio ciuitatis vt protector & custos inhabitans, est impertubabilis, quem terrere aut conturbare non possit, quātuscunq; hostium, vel numerus, vel impetus: quis non videt rectè hoc sermone ipsius ciuitatis firmā custodiam significari? Neque valde dissimile est huic sententiæ, quod Psalmo cxx. ad securitatem populi Domini idem scribit Psalmista, Ecce nō dormitabit, neq; dormiet, qui custodit Israël. Dominus custodit te, Dominus protectio tua, super manū dexteram tuā: ac deinceps, Dominus custodit te ab omni malo. Versu penultimo, Vacate, & videte quoniam ego, &c. Apto admodum ordine dicitur prius, vacate: deinde, videte. Prius enim est, vt desistamus ab impietatibus, vt per pœnitentiam abiiciamus propositum malū, & expurgamus omne inquinamentum, quod possit oculū mētis in tua contemplatione impedire. Vnde & saluator dicebat, Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. Et Ioannes in priore Epistola, Qui facit iniquitatem (inquit) nō cognouit Deum. Donec enim malis actibus pleni sumus, antequā desistamus peruersè agere, impeditur oculus mentis, vt Deū quomodo oportet nequeat videre. Vacate, inquit, ergo, & videte, quod ego sim Deus: & quantumuis vos ô rebelles contrà nitamini, ego tamē exaltabor in gentibus, & adorabor in omnibus D populis. Valde autem magnam gratiam addit cātico, & multam indicat magnificentiam, quòd ita subitò breui sermone (id est vnico versu) Dominū ipsum introducit gloriam suā prędicantem, móxque versu vltimo, reuertitur persona populi fidelis, qui per vniuersum loquitur Psalmi processum. Hæc autem personæ commutatio vocis diuinæ interpositio, similis est cum ea, quæ in Psalmo secundo annotata fuit.

Psalm.120.

Math.5.

1.Ioan.3.

QVA

QVADRAGESIMISEXTI PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVS iste populi fidelis est, siue totius Ecclesiæ, alloquentis in spiritu & exortantis vniuersas gentes ad lætitiam & laudē in Domino. Et primùm quidem Dei in semetipso sublimitas & magnificentia proponitur, omni dignissima laude: deinde, ipsa eius erga Ecclesiam dignatio, qua nimirum gentes plurimas subiecit, & ipsam in speciosam & amabilem hæreditatem elegit. Iterum versu sexto. Christi magnificentiam in gloriosa Ascensione, in laudis materiam proponens, monet omnes sapienter psallere tanto regi: quem, regno accepto confitetur residere super sedem sanctā suā: ad quē dicit etiā populorum principes cōgregari per efficaciam Apostolicæ prædicationis.

QVADRAGESIMISEXTI PSALMI ELVCIDATIO.

OMNES gentes, tribus, lingue & populi vniuersi, in maximi gaudij testimonium, etiam manus ad plausum concutite: * in maxima lætitia cordis vestri canite Deo, per voces exultationis & gaudiosa cantica. Iustum enim est, vt absque exceptione illum nunc collaudēt in canticis populi vniuersi, postquem ipse omnes absque personarum acceptione participes effecit misericordiæ suæ. 2 Idcirco autem plaudendum & meritò illi est iubilandum, quoniam dominus Deus noster sublimis & excelsus, totus quoq; terribilis & venerandus, omnibusq; colendus & adorandus: nimirum rex magnus & imperator potentissimus, non vnius alicuius partis terræ, sed generali imperio super vniuersam terram, rex regum, & Dominus dominantiū: cui proinde vniuersæ nationes populorū, vt suo regi, laudem offerre debēt & honorē. 3 Ipse nobis sua bona volūtate subiectos fecit populos multos, & gentes multas, perfecta obedientia nobis fecit subditas: dum ex omnibus gentibus, tribubus & linguis, sub fide nominis sui congregauit plurimos, & sanctę matri Ecclesiæ bono corde obedientes, & fideles filios fecit. Vnde factum est, vt non solum in iudæa iam notum fit magnum nomen eius, verūm & in diuersis mūdi partibus, quas sub Ecclesiæ suæ obedientia subegit. 4 Elegit nos in hæreditatem suam, in peculium cx

1 Omnes gentes plaudite manibus: * Iubilate Deo in voce exultationis

2 Quoniam Dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram. Apocal.xv.

3 Subiecit populos nobis: & gentes sub pedibus nostris.

4 Elegit nobis hæreditatem suam. Deut.7

omnibus infidelibus,& omnibus nationibus,in populũ pecu
liarẽ quem possideat,& in quo inhabitet in æternũ:* speciẽ
atq; pulchritudinẽ Iacob,id est pulchram & speciosam hære
ditatem fidelis populi sui,quam ipse singulari amore vnicè
dilexit:nimirum pro qua sibi comparanda maxima omnino
& admiranda.facere atque pati elegerit. 5 Ascendit ipse rex
magnus ex mortalitate hæreditatis huius,post exhibita,dile
ctionis opera,peractis omnibus,quæ pro hac hæreditate sua
venerat operari ascendit (inquam) relinquens mũdum,& ad
patrẽ rediens in magnifica gloria,magna iubilatione ange-
lorum sanctorum, qui illum comitabantur ascendentem in
sublimia:* & Dominus noster gloriosè ascendit,quasi in vo-
ce tubæ,in laude & confessione fortissima angelorũ sancto-
rum, quorum laudes & cantica omnem tubarum magnificẽ
tiam atque concentum superabãt. 6 Vos proinde omnes qui
ex gentibus in illum creditis,in psalmis & hymnis & canti
cis spiritualibus canite laudes ascendẽti Deo nostro:* regi
nostro magno vniuersæ terræ psalmos & laudes indefi cienter
cantate, corde,ore, & opere. 7 Neq; mirum,si tam solicitè
omnes vos ad laudes exhorter,quandoquidem Deus ipse rex
est & princeps magnus vniuersæ terræ,cui proinde meritò
omnes inhabitatores eius laudem debent & honorem:* atq;
idcirco moneo, vt illi psallatis aptè & sapienter quomodo
tanto regi dignum est psallere:id est,non imprudẽtes & insi
pienter sola voce,quemadmodum irrationabilia pecora cla-
mant:sed cum intelligentia & attẽtione animi,vt hoc ipsum
voluatur in corde,quod sonat in ore,sitq; etiam operatio:&
vita consonat voci.Nam labiis Deum honorare corde autẽ
ab eo longè euagari,aut aure quidem Deum cõfiteri, factis H
autem negare profecto insipiẽter psallere est:neq; huiusmo-
di laus est,qua psallere debemus Deo nostro. 8 Ecce enim
iam regnum accepit Deus noster super omnes gentes, iam
in maiestate sua deuicta humilitate mortis, regnat glorio-
sus:* iam locum habet & requiem in throno sancto glorioſę
maiestatis suæ,ad dexteram patris,in cælestibus:tanquam iu
dex constitutus à pstre viuorum atq; mortuorum,sed & pa-
ratus ad iudicandum populos,omni in cælo,& in terra acce
pta potestate. 9 Iam etiam populorũ diuersorum rectores
& præsides,vnà cũ subiectis populi, congregati sunt cum
Deo vero, quẽ coluerunt,Abrahã,Isaac, & Iacob Patriachæ,

*speciem Iacob quam dilexit.

5 Ascendit Deus in iubilo.

Ioann.6.

*& Dominum in voce tubæ.

6 Psallite Deo nostro, psallite.

*psallite regi nostro, psallite.

7 Quoniam rex omnis terræ Deus:

*psallite sapienter.

Esaiæ.29.

Matth.5.

Titum 1.

8 Regnauit Deus super gentes:

*Deus sedet super sedem sanctã suam.

Marc.16.

Actuũ 10.

Matth. 28.

9 Principes populorum congregati sunt cũ Deo Abraham:

& semen eorum:& qui olim ab vna gente colebatur, huic
iam se reges & principes orbis terrarum adiungũt,per fidei
& cultus eius acceptationem,huic se coniunt , coniungunt,
atq; subiiciunt cum suis populis:* idque per hoc quod sancti
Apostoli atque Apostolici viri,prædicatores gloriæ eius(qui
velut dij fortes terræ positi sunt à Deo , & principes aciudi-
ces cõstituti sunt super omnem terram) magnificè ex ipsius
virtute exaltari sunt,& sublimati:mirabili accepta à Deo po
testate,in verbo & in opere,in efficacia doctrinæ , & virtute
signorum atque prodigiorum ex virtute spiritus sancti. Per
horum si quidem magnificam exaltationem , etiam princi-
pes orbis terrarum,iugo fidei sese submittentes , conuenerũt
in vnius Dei cultum,quem prius contempserant , atque etiã
fuerant persequuti.

*quoniam dij fortes terræ vehementer elevati sunt.

ANNOTATIONES IN PSALmum Quadragesimumsextum.

VERSV quarto , Elegit nobis hæreditatem suam.Iuxta
sensum in Elucidatione expressum,videtur in hoc ver-
su esse aliqua sermonis incõmoditas. Ad efficiendam nanque
illam sententiam,videtur potius debuisse poni,casus accusa-
tiuus,hoc modo,Elegit nos in hæreditatẽ suam,quemadmo-
dum habet Romana editio,aliquanto etiam clarius,hoc mo-
do,Elegit nos in hæreditatẽ sibi.Et ad hanc sententiam vide-
tur nostra lectio Gallicana accipienda.Neq; magni æstiman-
dum est,huiusmodi in sermone incõmodum, potissimũ cum
& in Græco similiter inueniatur.Nam & ipsi datiuũ habent.
In secunda autem parte versus,diuersitas lectionis inuenitur
Quidam enim codices masculino genere habent , quem di-
lexit:atque ita relatio fit ad Iacob , quod difficile non est in-
tellectu:quoniam Iacob,id est,populum Israel,populum fide-
lem,Deus habet dilectũ.Verũtamen fœmineo generi emẽ-
datiores codices fauent:similiter & lectio Græca , quæ habet
ἣν ἠγάπησεν, id est,quam dilexit,genere fœminino.Sed & ex
Hebræo beatus Hieronymus legit, gloriam Iacob quã dile-
xit. Versu quinto,Et Dominus in voce tubę.Per hanc vo-
cem tubæ,in qua Dominus dicitur ascendisse,præter magni-
ficam laudem,& iubilationẽ angelorũ, cantantium atque de
ducentium(quam in Elucidatione diximus) potest intelligi
etiam vox prædicationis Apostolicæ,quę Christum ascenden

tem

tē est prosequuta. Post Christi enim Ascēsionē, Apostoli vo-
ces suas (iuxta Esaiæ vaticiniū leuauerūt) quasi tubas, clama-
Psalm.58. uerúntq;, nec cessauerūt euangelizātes Sion Ecclesiæ sanctę, B
Psalm.18. donec in omnē terram exiisset sonus prædicationis eorum,
& in omnes fines orbis terræ peruenissent verba doctrinæ
eorū. Per huius autem tubæ clamorē atq; concentum, gloria
ascēdentis Christi longè lateq; in omnibus gentibus mani-
festata est: quemadmodum solent principum aduentus, tuba-
rū clangore manifestari. Veruntamen in hoc differentia ap-
paret, quòd seculi principes, tubæ antecedant: hunc autē no-
strum principem & regē ascendentem, tubæ huiusmodi sub-
sequebantur, subsequantur (inquam) corporaliter in cælū
ascendentem, præcedebant tamen spiritualiter ad Ecclesia-
rum inhabitationem aduenientem. Notandum tamen est,
quòd partes istę duæ huius quinti versus, quas nos ambas
exposuimus de gloria Christi ascendentis, ad diuersa com-
modè possunt applicari: vt in priori parte intelligatur (sicut
diximus) ascendentis gloria, in posteriore verò, redeuntis ad
iudicium terror & magnificentia. Atque ita secundo loco
subintelligi debebit verbum futuri temporis, ad hunc mo-
dum: Ascendit Deus in iubilatione, & dominus iterum ve-
niet, vel apparebit in voce tubæ: iuxtà quod in actis Apostо-
Actuum 1. licis angelos dixisse legimus spectātibus Discipulis, Viri Ga-
lilæi, quid statis aspicientes in cælum? Hic Iesus qui assum-
ptus est à vobis in cęlum, sic veniet quemadmodum vidistis
eum euntem in cælū. Nam quòd in voce tubæ iudex adue-
niet, Paulus Apostolus indicat, dicens, Omnes quidem resur-
1.Cor.15. gemus, sed non omnes immutabimur. in momento, in ictu C
oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resur-
gent incorrupti, & nos immutabimur. Et iterum alio in loco,
Ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei
1.Thes.4. ascendet de cælo, & mortui qui cum Christo sunt, resurgent
primi. Manifestè quoque idipsum sermo Euangelicus testa-
Matth.24. tur, cum apud Matthęum ex ore Saluatoris dicitur, Mittet
filius hominis angelos suos cum tuba, &c. Versu septimo,
Psallite sapienter. Psallere sapienter, Græcè dicitur συνετῶς
quod sonat intelligibiliter, id est, prudenter, cordatè, & cum
intellectu, siue attenta mente, quod beatus Hieronymus ex
Hebræo vertit eruditè, quasi cum prudentia, & bono intel-
lectu. Huic autem opponitur, psallere insipienter, vel im-
prudē

prudēter, vel inerudite, & inattentè, absque intellectu vide-
licet in attentione eorū quæ canūtur: quemadmodum (proh
dolor) passim fieri videmus tam in lectione, quam in cantio-
nibus Diuinorū carminū: in quibus (quantum ad oris opera-
tionem & labiorū motionem) tam legendis quàm decantan-
dis, totas dies insumūt miseri, nihil prorsus eorum quæ labiis
terūt, & toties per linguam vanè effundunt, intellectu consi-
derantes. Verè autem non est hæc laus, quæ Deum nostrum
decet: nō est hæc decora in eius oculis laudatio, qui tota atten
tione mētis optimo iure laudandus venit. Est tamen hoc in
loco attendendum, posse fieri, vt quis sapienter psallat & in-
telligibiliter, iuxta Psalmi monitionē, qui tamen eorum quæ
profert ore, nihil distinctè intelligat: modò Deum iugiter D
habeat ante oculos, illiq; tota mentis acie intendat. Sit enim
(verbi gratia) simplex aliquis aut idiota, qui Psalmos quidem
memoriter ediderit (quemadmodum facere solent Aegy-
ptij monachi) vt Diuina carmina, & in quibus maxima con-
tineantur summi Dei præconia non intelligit tamen distin-
ctè Psalmorum verba, sed tantum nouit ex doctrina patrum,
huiusmodi cantica, altissimas domini laudes & venerāda cō-
tinere mysteria. Hanc autem ob causam, quoties Deo laudes
magnas dicere gestit, cantica ista recitat, sciens quoniam in
his laudes magnæ contineantur ab illuminatissimis Prophe-
tis, & viris Deo plenis compositæ, cuiusmodi ipse intellectu
rudis & hebes nunquam posset conficere aut proferre. Qui
autem ista sic recitat, & licet quid dicat distinctè non intelli-
gat, tota tamen mente Deum spectat, & quasi ante oculos
Diuinę maiestatis consistens eúmque spectatorem, & laudum
harum acceptatorem conspiciens, sic illi offert quæ ore pro-
nuntiat quasi preciosissima & ipsi acceptissima dona, hunc
nihil dubito ego sapienter psallere. Quod enim ore sonat,
hoc ipsum in corde habet, nimirum Deum & eius præconia:
imò nec hoc dubito, huiusmodi Psalmorum & canticorum
pronuntiatores subinde Deo sapientius psallere, quàm ple-
riq; faciant eorum qui singulos penè Psalmorum apices ex-
cusserunt & intelligunt. Atque hæc res magnæ debet esse
consolationi Deo sacratis virginibus, quas ex patrum docu-
mentis, & traditione maiorum, videmus in sacris conuenti-
bus decantare idiomate Latino Psalmos, & alia omnia quæ
ad Ecclesiasticum spectant officium: cum plęreque ex eis ne
verb

verbulũ quidẽ intelligant eorũ quæ legunt ac canunt in templis. Quarũ quidem virginũ deuotum erga Deum obſequiũ, impudẽtes nonnulli homines plus ſapere volentes, quàm ſapere oporteat, & in iudicando temerarij, velut ſtultum vanũ laborem irridere non verentur, neque quid dicant ſcientes, neque quid dãnent, intelligentes. Quod ſi quis obiiciat, quonam pacto fieri poſsit, vt huiuſmodi ſapienter ſiue intelligibiliter pſallant, cum nihil eorum quæ legunt intelligant: Dicimus, vtique intelligere eos quod pſallunt. Deum enim intelligũt, & in mente habent, cuius laudes ſe ore proferre cognoſcũt neque illud mente tenent, quàm voce ſonant: tametſi nõ diſtinctè intelligant, quid verba illa ſonent quæ proferũt laudantes. Alioqui, quotuſquiſque eſt etiam eorũ qui optimè Latinum idioma callent, qui cum ſacros Pſalmos, & Prophetarũ, oracula, aliáq; quæ ſunt ex ſacris libris Eccleſiaſtico officio inſerta, ex Eccleſiæ præſcripto recitat, diſtinctè omnia intelligat? aut quis illud ad prudenter ſapienterq; pſallendum putet neceſſarium? Nam ſi hoc quis dixerit, non video quomodo beatus Antonius, quomodo hoc vetuſtior ſenex ille Paulus, quomodo alij ſancti eremitæ & anachoritæ ſapienter potuerint in Pſalmorum decantatione Deo pſallere: quos nequaquam putamus ſingula penetraſſe, quæ ſunt in ſacris libris myſteria. Huiuſmodi enim viros arbitramur magis in primo illo ſuprapoſito ſapienter pſallendi modo fuiſſe exercitatos: tametſi non ſit dubitandum, Diuina indignatione plurimos etiam ſcripturarum difficiles paſſus, illis fuiſſe patefactos ad intelligentiam, quantum Domino placuit, & expedire viſum fuit. Hæc autem pro ſimplicium conſolatione ſint dicta: minimè tamen ad illorum excuſationem qui ſola verba recitare contenti, corde diuagantur per caſtra, ciuitates, & regna, imò & per vniuerſi orbis latiſsima ſpatia, à Deo quem ore laudant, corde & mente plurimùm elongari. Quibus rectè illud conuenit Propheticum ex ore domini: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Verſu vltimo. Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham. Huius verſus poteſt, præter eam quæ in Elucidatione poſita eſt, etiam alia dari intelligentia, ſecundum quam principes populorum intelligantur iidem, qui mox per Deos fortes, nempè ſancti Apoſtoli: qui (ſicut ex præcedenti Pſalmo XLIIII. conſtat) principes & reg

Eſa.29. Matth.15.

reges populorum rectè appellantur, eò quòd regẽdis & moderandis populis à Deo ſint præpoſiti. Hi autem principes populorũ, iam congregati, iam ſimul collecti ſunt, cum rege Meſsia Chriſto Domino iam aſſociati ſunt, iam beatitudinis eius iuxta cæleſtem patriam ſunt facti participes, & illic iam vehementer eleuati ſunt, magnificè exaltati cum eo, cuius gloriam in hoc mundo prædicauerunt. Aut ad iudiciariã poteſtatem, ſanctis Apoſtolis, (vt principibus populorum) conceſſam, ſermo referatur. Sunt enim Chriſto Domino ad iudiciũ exercendum aſſociati, & quaſi aſſeſſores illius facti: quoniam ſic mirificè eos ad tam ſublimẽ dignitatem eleuare illi complacuit, vt ſicut ipſe ſuper ſedem ſanctam ſuam reſidet, ita & illi ſedeant ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſraël. Et eſt hoc ſanè vtrunque, magni gaudij, materia, & iuſta ratio plaudendi manibus præ lætitia, ſiue quòd iuxta priorem intelligẽtiam, iam iſti ſint introgreſsi ad Dominum, eíque in beatitudinis participatione aſſociati. Spem enim dat nobis, quòd & nos ſimiliter illuc ſimus congregandi, qui obedientes fuerimus doctrinæ eorum: quomodo illi obedierunt doctrinæ Domini, & ad ipſum collecti ſunt) ſiue quod iuxta poſteriorem intelligẽtiam, ipſi Apoſtoli Domino ſint in iudices & aſſeſſores ſociati. Magnam enim hoc noſtræ fragilitati præbet fiduciam, qui in illorum patrocinio confidimus. Cæterùm quòd ſancti Apoſtoli hîc dij appellentur, id non mirum videri debet, cum in lege veteri, vel iudices ſolos inueniamus Deos appellatos: & ex ore Domini didicerimus deos appellari, ad quos tantum ſermo Dei factus eſt, Quantò magis ergo hi præcelentes Eccleſiarum principes, ad quos incarnati vbi ſermo factus eſt, quibus in carne Deus ipſe ore ad os loquutus eſt, eorum merebuntur appellatione honorari?

Matth.19.

QVADRAGESIMI SEPTIMI PSALMI ARGVMENTVM.

SVBLIMI contemplatione raptus Propheta, & illuminatæ mentis oculo, futura de ædificatione Eccleſiæ ſanctæ quaſi præſentia conſpiciens, in laudem diuinam erumpit, magnum Dominum clamans, & nimium laudabilem, in ciuitate quam contemplabatur, magna totius orbis terrarum exultatione ædificari, in cuius ciuitatis domibus ait Deum cognoſcendum, ſic vt etiam reges terræ à perſequutione

tione cessantes, imò de ea pœnitentiam agentes, sint congregandi pariter in fidem & ciuitatem regis magni, regis regum, & Domini dominatium. Atque hæc quidem sex primis versibus. Hinc verò rursum cõsurgit in Dei confessionem, & quasi iam omnia impleta conspiciens, quæ ab antiquis tẽporibus fuerant patribus repromissa, sic magnificè gratulatur: & cõsitetur misericordias Domini laudémq; eius immensam in omnes fines terræ, & iusta iudicia. ob quæ lætari iubet fideles: simul & generalem ponens exhortationem ad vniuersos, vt confluãt ad sanctæ Ecclesiæ amplexus, eiúsque gloriam prædicent, & posteris enarrent vniuersam quæ est de Deo Domino veritatem, & quod ipse director sit populi sui in æternum.

QVADRAGESIMI SEPTIMI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Magnus Dominus, et laudabilis nimis: in ciuitate Dei nostri, in mõte sancto eius.*

2 *Fundatur exultatione vniuersa terræ.*

Ephes. 2.

* *mons Sion latera Aquilonis, ciuitas regis magni.*

2 *Deus in domibus eius cognoscetur.*

Ibidem.

1. Cor 3.

Ioan. 1.

VERE excelsus est Dominus Deus noster, & magnus in omnibus, magnus Dominus, magnus Deus, magnus rex: magnus in potentia, magnus in sapientia, magnus in bonitate, magnus in duratione, magnus in gloria, atque ita in cæteris omnibus, quæcunque illi possunt attribui & quemadmodum in omnibus præcellenter magnus est, ita est & in omnibus valde laudabilis: * præcipuè autem & singulari quodam modo, in ciuitate sua, & in monte suo sancto, nempè fidelium Ecclesia: quæ per ipsum vt architectum est constructa & ædificata, in compaginatione spiritus sancti, ex fidelibus hominibus, qui ciues sunt & domestici ciuitatis huius: quæ etiam quasi mons per fidem atque claritatem altus est, firmus & immobilis. 2 Fundatur autem ista ciuitas, & ædificatur velut à fundamentis, cum magno gaudio vniuersi orbis terrarum: omnibus qui in illa erunt cõædificandi gaudentibus, quòd ciues futuri sint tam gloriosæ ciuitatis. & si quis requirat, vbi hæc ciuitas fundetur, & vnde ædificetur: *ecce mons Sion iunctus cum lateribus Aquilonis, efficiunt ciuitatem istam, quam diximus magni regis, Iudæa & Gẽtilitas, in vnam Christi fidem conuenientes, Ecclesiã sanctam componunt. Ex his enim duobus populis, in vno angulari lapide Christo coniunctis, & super hunc & vnicum fundamentum fundatis, ædificatur sancta Ecclesia, ciuitas Dei viuentis. 3 Et licet olim in mundo existens, non fuisset agnitus à mundo, nunc tamen in temporis plenitudine agnitus est Dominus Deus in domibus ciuit

ciuitatis huius: in Ecclesiis particularibus (quæ per vniuersum orbem terrarum ædificantur, tanquam domus magnæ ciuitatis, id est, totius vniuersalis Ecclesiæ) cognitus est vt verus Deus & Dominus, atque vt talis cœpit adorari: *postea quàm venit plenitudo temporis, quo ipsi complacuit per humanationem ad nos venire, ad suscipiendum hanc ciuitatem suam, quando ei placuit fieri in similitudinem hominum, sicque Ecclesiam sanctam suscipere inhabitandam, possidendam, regendam, defendendam, promouendam, ad eum modum quo paterfamilias in domum suam aduenientes, diguo à familia honore suscipitur, & rex in suo regno agnoscitur cum aduenerit ad suscipiendum illud. 4 Ecce enim reges & principes orbis terrarum, vnà cum subiectis sibi populis, iam congregati sunt vnanimes, iam pariter conuenerunt, & coadunati sunt in vnum vno corde, & animo suo collà submittere parati iugo fidei, & in Dei nostri ingredi ciuitatem, Ecclesiasticæq; vnitatis fieri participes. 5 Modus autem conuersionis eorum hic fuit: quoniam videntes signa, & prodigia mirabilia, quæ Dominus per suos ministros sanctos Apostolos operabatur, cum illi placeret Ecclesiam ædificare, sic mirum in modum admirati sunt, de rebus tam stupendis & insolitis, tam in verbo, quàm in opere, quæ per homines infirmos fieri videbant, simul & de mirabilibus illis quæ hi ex ore Dei annuntiabant: *& contemplantes veritatem fidei atq; virtutẽ Dei, conturbati sunt intra semetipsos, quòd sanctum Dei nomen ante veritatis agnitionem ita impietatis viribus oppugnassent, surtq; ad pœnitentiam cõmoti salubriter: ita vt quasi timor & tremor in eos irruerit præ horrore patratæ pristinæ impietatis suæ. 6 Apprehendit quoq; eos dolor vehemens contritionis & pœnitẽtiæ, quasi ad modũ parturientis: qui & maximus est, & tamen admodũ vtilis, vtpote per quẽ homo in vitam spiritualem regeneretur: * in spiritu violento & valido, tu domine contriuisti diuitias & superbiam gentiũ atq; populorũ: in magna virtute & efficacia, illos ab infidelitate & vitiis suis auersos, ad te fecisti conuerti, eosq; tibi potẽrer subiugasti. * Insuper & gentium idola, ex auro nobili (cuiusmodi à Tharsis per naues afferebãtur) facta, itẽ & auro multo ac pretiosis ornatibus onusta, ad modum nauium ex Tharsis aduehentiũ multas diuitias, tu cõtriuisti & confringi fecisti per virtutem & efficaci-

4 *Quoniam ecce reges terræ cõgregati sunt: eõ uenerunt in vnum.*

5 *Ipsi viden tes, sic admi rati sunt:*

* *conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos.*

6 *Ibi dolores vt partu rientis:*

* *in spiritu vehementi conteres naues Tharsis.*

ciam ſpiritus tui ſancti: qui per os ſanctorum Apoſtolorum tuorum magno impetu flans, illa de ſua gloria deturbauit, &
7 *Sicut audiuimus, ſic vidimus in ciuitate domini virtutum, in ciuitate Dei noſtri:* proſtrauit in terram. 7 Ecce Domine iam vidimus impleta omnia, quæcunque prædicta audiuimus in lege & Prophetis de tempore aduentus tui & ædificationis nouæ Eccleſiæ tuæ: & ſicut audiuimus ea ventura, ita iam in téporis hac plenitudine datum eſt nobis ea impleta conſpicere in Eccleſia ſancta, quæ eſt ciuitas illa, quã iam diximus magni regis exercituum, & ciuitas domini Dei ſaluatoris noſtri:
* *Deus fundauit eã in æternum.* *quam ædificauit velut à fundamentis, quamq; ſtabiliuit, & in ſoliditate ſua conſtituit ſuper firmiſsimã petrã, *ipſe* Deus & non homo: ita vt in ſempiternum non poſsit cadere neq; deficere, aduerſus quam, nec portæ inferi poſſent prævalere.
Matth.16 8 *Suſcepimus Deus miſericordiam tuam:* 8 Miſericordiam tuam, ô Deus, quam Abrahæ & patribus certiſsima fide promiſsam, ante actis ſeculis maximo deſiderio expectauerant, & pro qua ita vehementer ſuſpirauerant patres noſtri, hanc nos impletam ſuſcepimus, hanc nos realiter adimpletione vidimus exhiberi: *in medio Eccleſiæ, quę eſt
* *in medio templi tui.* ſanctum templum tuum, ita vt iam quaſi in medio expoſita ſit omnibus in tua miſericordia, quicunque per fidem intrare hoc templum fuerint, ſitq; in commune omnibus abſq; perſonarum acceptione propoſita, quicunque per fidem eius vo-
9 *Secũdum nomen tuũ Deus, ſic & laus tua in fines terræ:* luerint participes fieri, neq; quiſquam excludatur ab ea, niſi qui ſeipſum excluſerit. 9 Et pro tanta tua miſericordia, ſic in medio templi tui exhibita, tu es ô domine Deus ſumma & immenſa laude verè digniſsimus. Quemãdmodum enim
Pſalm.112 **iuſtitia dexteræ eſt dexteræ tuæ.* nomẽ tuum magnum eſt & glorioſum, incomprehenſibile, & ineffabile: ita & laus tua ô Deus magna eſt, ac glorioſa nimium, incõprehenſibilisq; & ineffabilis, per vniuerſos fines terræ: quoniam à ſolis ortu vſque ad occaſum, ſicut magnum
Matth.25 eſt nomen tuum in omnibus gentibus, ita & laus tua maxima eſt, quã nullus ſufficiat explicare: * ſpecialiter verò laus
10 *Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ: propter iudicia tua domine.* tibi cõuenit de tua admirabili & æquiſsima iuſtitia, qua plena eſt dextera tua: quoniã videlicet in ſumma iuſtitia, omnibus facis remunerationem, esq; in retribuendo æquiſsimus, vnicuiq; reddẽs ſecundum opera ſua. 10 Lætetur proinde, & meritò gaudeat ſancta Eccleſia, & fideles quique, qui per confeſsionẽ fidei habitant in ea, propter æquiſsima & iuſtiſsima iudicia tua, quibus tu agis omnia, & iudicas de omni-
1.Cor.3 bus, vnicuiq; reddens ſecundum proprium laborẽ & opera:

ita infallibili æquitate, vt neminem ſis pro merito bonis actionibus præmio fraudaturus, neq; econtrario, quenquam ſis contra merita indignum præmiaturus. 11 Circundate, ô
11 *Circũdate Sion, & complectimini eam:* fideles animę ciuitatem regis magni iſtam beatam, de cuius ædificio multa diximus, & amoroſis amplexibus complectamini eam: nimirum in qua ſola ſalus eſſe vobis poterit, & à qua omne bonũ procedit: eiq; ſic adhæreatis fidei firmitate,
* *narrate in turribus eius.* & charitatis dulcedine, vt nunquã vos patiamini ab eius auel li amplexibus: *proclamate quoque, ô amatores ciuitatis huius, laudes & bona eius palàm in turribus eius: & ſuper tecta
12 *Ponite corda veſtra in virtute eius:* in propatulo, præconizate eius gloriam, vt ad eius amorem & amplexus, etiam exteros conuoceris. 12 Firmate corda veſtra in ſpiritu ſancto, qui eſt virtus ciuitatis huius: & in hac eius fortitudine, ſecura ponite, & quaſi firma collocate corda
* *& diſtribuite domos eius, vt enarretis in progenie altera.* veſtra, ſemper in eius fortitudine & auxilio confidentes, in cuius virtute etiam maxima quæq; poteritis: *& domos eius diſtribuite, Eccleſias particulares in populis & gẽtibus conſtituite, ita vt generationibus ſequentibus enarretis, atq; ita ſemper conſequenti ordine de progenie in progeniem, de generatione in generationem, narrent alij aliis, priores ſuis poſteris. 13 Quòd hic ipſe quem diximus, dominus & rex
13 *Quoniã hic eſt Deus Deus noſter in æternum & in ſeculũ ſeculi:* magnus, ædificator & ſuſceptor ciuitatis ſanctę, ſit verè Deus omnium, & ſpecialiter Deus noſter, Deus fidelium ſuorum, neque id ſolùm ad tempus modicum, quemadmodum reges huius mundi, reges ſunt temporarij, quorum regnum tranſit & deficit quàm velociſsimè, ſed Deus æternus in ſecula ſeculorum, ſine fine regnum tenẽs: *& ipſe eſt, qui nos populum
* *ipſe reget nos in ſecula.* ſuum, & oues paſcuæ ſuæ (id eſt, ſibi credentes) reget, paſcet, deducet, & diriget, quaſi paſtor bonus & pater miſericors, in ſempiternum, nunquam abiecturus à ſe curam fidelium ſeruorum ſuorum.
Pſal.99
Pſal.22
Ioan.10

ANNOTATIONES IN Pſalmum Quadrageſimumſeptimum.

VERSV ſecundo, Latera Aquilonis ciuitas regis magni. Per latera Aquilonis, rectè intelligũtur populi gentiũ, qui ſunt quaſi in circuitu Sion, & velut à lateribus terrę promiſſionis: quæ in meditullio terræ fertur poſita, ac proinde quæ circumiacent, neceſſe eſt ad latera eſſe locata. Deinde, quia à Iudæa cœpit Euangelica prædicatio, per quã Eccleſia

sancta fuit ædificata, atq; hinc deriuata est in gentes per cir
cuitum, etiam hac consideratione non ineptè populos gen-
tium latera appellabimus, comparatione ad Iudæam in qua
Esaiæ 60 Sion posita est. Vnde Esaias propheta alloquens in spiritu
Hierusalem, ait, Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de la-
tere surgent: loquens indubiè de conuersione populi gen-
tium, quemadmodum ea quæ antecedunt, atque sequuntur
apertè demonstrant. Quòd autem latera Aquilonis hic di-
cantur potius, quàm orientis aut meridiei, propter frigus ini
quitatis & idololatriæ (quod in locis gentiũ abundabat plu-
rimum) dictũ videtur. Vnde & diabolus per Aquilonaris re-
gionis principẽ significatur, de quo apud Esaiam legimus,
quòd sedem suam in Aquilone ponere, & in lateribus Aqui-
Esaiæ 14 lonis sedere elegerit. Sedebo (inquit) in monte testamẽti in
lateribus Aquilonis. Et frequenter de hac Aquilonari parte,
apud Prophetas mala proferuntur. Cuiusmodi est illud Hie
Hiere.1 remiæ, Ab Aquilone pandetur malum: & alia pleraq; huius-
modi. Alioqui non minus ad orientem, aut meridiem, popu
li gentium idololatriæ dediti erant, quàm ij qui ad Aquilo-
narem plagã demorabanrur, si tantùm localem situm atten-
dimus. Necesse est ergo, vt secundum mystica intelligentiã
ista Aquilonis latera prædicto modo accipiamus. Itaque, nõ
solus mons Sion ciuitas est magni regis illa, de qua hic tam
Psal.75 gloriosa loquitur Propheta: sed mons Sion coniunctus cum
lateribus Aquilonis, populus Iudaicus, cum inhabitatoribus
laterũ Aquilonis, cum populis qui priùs subditi fuerãt prin-
cipi Aquilonis, cum populis frigori, idololatriæ, & omni ma
litiæ antè subiectis, pariter ciuitatẽ magni regis cõponunt.
Et erat quidem ante hanc duorũ populorum coædificationẽ
cœpta fundari huius ciuitatis pars altera, quæ erat Iudæorũ
Synagõga: verũ id exultatione tantum erat partis terrę, nem
pe solius Iudææ. Neq; enim nisi in Iudæa, tum temporis no-
scebatur Deus. Postea verò quàm istam vnã ciuitatem sic ex
mõte Sion, pariter cum lateribus Aquilonis Deo placuit ędi
ficare, factum est hoc exultatione maxima vniuersæ terræ:
quoniã iam ad omnes absq; discretione participatio salutis
deriuabatur, Apostolica prædicatione in omnẽ terrã exeũte.

Versu tertio, Deus in domibus eius cognoscetur, &c. Quo-
modo ciuitas quælibet ex pluribus domibus ædificatur, ita
Ecclesia vniuersalis ex particularibus Ecclesiis consurgit,
atque

atq; componitur: tametsi rectè etiam tota vniuersalis Eccle
sia, nõnunquam domus Dei appelletur, quemadmodum Pau
lus ait, domum Dei esse Ecclesiam. Rectè enim & domus, & 1.Timo.3
ciuitas dicitur. Domus enim patrifamilias cõpetit: Ciuitas,
potiùs regi: Dominus autem noster, & paterfamilias, & rex
solet nominari populi sui. Possẽt autẽ per domos intelligi
etiam singulæ fideliũ animæ, in quibus Deus quasi in domi-
bus suis inhabitat. Quòd autem cognoscendus sit Deus, cum
susciperit ciuitatem, ideo dictũ videtur, quoniam antequam
veniret Dominus rex noster in ciuitatẽ hanc suam, antequã
veniret eam susciperе, & quasi in possessionẽ atq; in regnũ
suum vendicare, non agnoscebatur in populis, neq; honore
debito colebatur: sed blasphemabatur magis per idololatriã,
& omnis generis mala, quibus plenus erat mũdus, & summè
inhonorabatur Deus. Vnde & Ioãnes dicit in Euangelio, In Ioan.1
mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum
non cognouit. Verùm posteaquàm placuit ei venire secun-
dum similitudinẽ carnis in ciuitatem suã, ad eam susciпien-
dam suæ possessioni restituendam, iam agnitus est in popu-
lis, & debito susceptus honore ab omnibus quotquot ad vitã
fuerant prędordinati: de quibus subsequẽter Ioãnes ait, Quot- Ibidem.
quot autem receperunt eum (nimirum in propria veniẽtẽ)
dedit eis potestatem filios Dei fieri. Nam quod præcessit, In
propria venit, & sui eum non receperunt, ad eos spectat qui
de domo diaboli sunt, & Synagoga eius, non de domibus ci-
uitatis sanctæ. Propter quod etiam signanter dictũ est, Deus
in domibus eius cognoscetur, nempe in domibus ciuitatis hu-
ius regis magni. Habet enim & diabolus domos, siue Syna-
gogas suas, sed in illis non agnoscitur Deus, donec illius do-
mus permanent. Potest autem ad pleniorem huius versiculi
intelligentiam, regis terreni & ciuitatũ quæ sub eo sunt, fie-
ri apta comparatio, ad regem istum cælestem, & sanctã eius
ciuitatem. Nam sicut rex priusquam regnũ susceperit iuxta
ritum debitum, & iura patria, priusquam ciuitates in suam fi
dem, possessionem, tutelã, defensionem susceperit, non agno
scitur vt rex, neq; penitus honorem illi regium homines im
pendunt. Cum verò ille aduenerit, cui regnum competit, in
ciuitates regni sui, easque ingressus susceperit (vt prędictum
est) in possessionem, fidem atque defensionem suam, tum
vt rex cognoscitur, tum in honore debito ab omnibus bonæ

obedictiæ ſubditis agnoſcitur. Sic ſanè dominus rex noſter, C
antequàm veniſſet in mundũ, erat quidẽ verè mundi dominus,& omnium mundi partium rex erat verus & imperator,
quoniam per ipſum facta fuerant omnia:non eſt tamẽ agni
Ibidem. tus vt rex,& Deus ab hominibus, qui in mũdo inhabitabãt,
neq; regium illi honorẽ voluerunt impẽdere: ſed inuiſibilis
imperatoris loco,viſibilem & cõrruptibilem creaturã colue
Roma.1 runt,cõmutantes(iuxta Apoſtoli verbum) veritatem Dei in
mendacium,& gloriã incorruptibilis Dei, in ſimilitudines
creaturarum,quibus maluerũt ſeruire,quàm creatori,qui eſt
benedictus in ſecula. Verùm vbi in carne aduenies ſimilis
nobis apparuit,ſeq; ipſum præſentem in carne mõſtrauit,in
ſimilitudinem hominũ factus,habituq; inuẽtus vt homo,Ec
Philip.2 cleſiã congregans,& ædificãs ex omnibus populis, tum agni
tus eſt vt rex Dominus,& Deus verus,ab omnibus quotquot
verè ſunt de ciuitate & populo eius: etiamſi plurimi adhuc
filij Belial, & de ciuitate diaboli recuſent illum vt verũ Regem cognoſcere,donec manum eius violentam in ſeſe perſe
rentes,cogantur confiteri nolentes,quod modò confiteri renuunt. Verſu quarto, Quoniam ecce Reges terræ congregati ſunt,&c.Neminem turbet cõfuſio temporis, quæ in his
verſibus conſpicitur, cùm verſu ſecundo dicitur tẽpore præſenti,fundãtur:deinde verſu tertio,cognoſcetur tẽpore futuro:hoc autem quarto verſu ac ſequẽtibus, tempore præterito,cõgregati ſunt,&c.atq; iterum poſt,verſu ſexto,conteres.
Hęc enim temporum mutatio,ex libertate eſt in ſpiritu con
templantis,quæ temporis differentias ſolet plẽrunq; confun
dere. Quæ verò hîc dicuntur de Regum cõmotione,conturbatione,dolore atq; tremore,tametſi in Elucidatione vertan
tur ad partem meliorem, ad ſalutarem videlicet commotionem pœnitentiæ:licebit tamen etiam in malam partem,nihilo fortè incommodius exponere, de commotione ſcilicet
perſequutionis maximæ,quam cõtra Chriſti nomen præ ira
& furore excitauerunt in primordiis naſcentis Eccleſiæ, rectores populorum: tametſi illorum poteſtas ac fœua rabies,
tandem ſpiritus violentia,deuicta fuerit atq; cõtrita. Verſu ſexto,Ibi dolores vt parturientis.Secundum intelligentiã,
quæ in Elucidatione ponitur,notandum eſt,dolorem pœnitentium rectè comparari cum dolore parturientis. Eſt enim
dolor parturientium vehemens quidem, vſque dum fœtus egreſſus

egreſſus fuerit,poſt verò in gaudium commutatur:& cum ſit
breuis,multam tamen adfert vtilitatem,vtpote poſt quẽ fœtus viuus egreditur,& per quem inter viuentes proles genetatur. Atq; ita & dolor pœnitentium nunc quidem magnus
& vehemens eſt,& multæ afflictionis,propter quod alio Pſal
mo de huiuſmodi dicitur, Euntes ibant & flebant: veruntamẽ breuis eſt,& fructum multò maximum parit,vtpote per
quem homo regeneratur, & denuò naſcitur, ex filio iræ &
mortis factus filius gratiæ & vitæ, ex filio diaboli filius Dei.
Eſt quidem pœnitentiæ tempus,breue admodum:quod verò
inde conſequitur gaudium, æternum eſt:iuxtà illud Apoſto-
li,Id quod in præſenti eſt momentaneum,& leue tribulatio- 2.Cor.4
nis noſtræ ſupra modum in ſublimitate æternũ pondus gloriæ operatur in nobis.Et quomodo (iuxtà verbum Domini)
parturis lætitia,omnem qui in parturiendo fuerat dolorem,fa
cit obliuiſciſſe & conſolatio quæ ſubſequitur, partim quidẽ
in præſenti tempore,maximè tamẽ in futuro,omnem dolo-
ris priſtini fugabit memoriã. Mulier (inquit Saluator) cum Ioan. 16
parit,triſtitiam habet,quia venit hora eius. Cum autem pepererit puerum,iam non meminit preſſuræ,propter gaudiũ,
quia natus eſt homo in mũdum. Et vos igitur nunc quidem
triſtitiam habetis.Iterum autem videbo vos,& gaudebit cor
veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Verſu
eodem,In ſpiritu vehemẽti cõteres naues Tharſis,per naues
Tharſis, in Elucidatione indicauimus intelligi, vel ſuperbiã
gentium,vel vanitatẽ idolorum:quam vtrãq; in ſpiritu vehementi Dominum conſtat aduenientẽ contriuiſſe.Quare autem per naues Tharſis,intelligamus gentium vel regũ gentilium ſuperbiã,cauſa poteſt aſsignari, eò quòd pene omnis
virtus, & regum, & principum terræ, in auro & diuitiis ſita
eſt. Non enim in propria ſua fortitudine,aut corporis robore ipſi poſſunt quæ poſſunt,ſed diuitiis,auro,& pecunia ſubiectos ſibi faciunt homines,& miranda poſſe videntur:ita vt
Ethnicorum Poëtarum quidam ceciderit, reginam rerum
eſſe pecuniam,illiq; obedire omnia. Ex hiſtoria verò libri
regum didicimus, ex Tharſis aurũ optimum,& diuitias ma- 3.Reg.9
ximas adferri ſolitas.Vnde & de Salomone & Hirã rege Ty
ri legimus, quòd claſſes ſuas coniunxerint ad illic aduehendum aurum copioſum. Atq; hinc ſumptum videtur,vt dicantur naues Tharſis pro ſuperbia diuitiarũ, pro copioſis diui-

tiis auri, argenti, atq; similium. Verùm spiritus Domini suæ vehemẽtia & virtute omnes imperatorum & principum simul atq; populorum, quantumuis ditissimorum diuitias deuicit omnibusq; se potentiorem monstrauit: dum per homines simplices & pauperes, illorum conatus infregit, atq; etiã iugo fidei illos ipsos tandem subiugauit. Hic autem loquendi modus, quo dicimus cõteri naues Tharsis pro diuitiis gentiũ, ferè talis est, quo vulgò dicere solemus, euacuari arcas, aut crumenas diuitum, cũ significare volumus, exhaurirì & consumi eorum diuitias. Et si quidem in bonam partem hãc contritionem exponimus, de salutari confractione, & prædicta subiugatione intelligimus. Si verò in malam partẽ quis malit accipere rebellium principum frustrationem, & irritos factos eorum conatus, aut etiam eorum iustã diuino iudicio condemnationẽ intelligat. Cæterùm, idola (iuxta secundam expositionem) naues Tharsis dicimus, primũ quidem, ratione materiæ, quòd ex auro & pretiosa materia fieri solebant, cuiusmodi per naues Tharsis (vti diximus) aduehebantur. Deinde, per quandam ironiam sic appellari possunt, eò quòd ita multo ornatu essẽt circundata, & variis rerum pretiosissimarum ornamẽtis ita circũpositа & onerata, vt naues quæ ex Tharsis aduehebantur pretiosis rebus erant onustæ. Qua ratione, etiam reges & principes in nimia pompa & superbia gradientes, non omnino malè nuncupare licebit naues Tharsis: eò quòd tantũ videantur gestare diuitiarũ, quantum nauis ex Tharsis aduenies. Posset etiam ad litera intelligi ista contritio nauiũ Tharsis, & per spiritũ vehementem vẽtus validus: vt significetur, Deum sua potẽtia per ventorũ (quos in manu sua habet) validitatem, posse gentium fiduciam, & regum diuitias, facilè cõterere, eorumq; diuitias & potestatem, in manu sua habere, & ad nihilum posse, cum voluerit redigere. Versu octauo, Suscepimus Deus misericordiam tuã, in medio templi tui. Quoniam Dei misericordia humano generi exhibita, æque vicina est omnibus, quicunq; habitãt in ea, idcirco in medio tẽpli susceptа dicitur. Quod enim in medio est, omnibus qui in circuitu sunt, æque est proximũ: quemadmodum centrum in circulo, cõparatione ad omnes partes circunferentiæ per circuitũ. Hinc & in alio loco Psalmista dicit, Dominus operatus est salutẽ in medio terræ. Cui etiam consonat, quod Simeon iustus in manibus tenens

Psalm. 73

tenens puerulum illũ, in quo omnis misericordia nobis exhibita est, canebat dicẽs: Viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum. Ante faciem nanq; omnium populorum, idem est, quod in medio omnũ, A quo neq; illud abhorret, quod dilectus discipulus in Epistola de Christo Domino loquens, scribit in hunc modum: Qui est (inquit) propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed & pro totius mundi. Quod autẽ rectè sanctа Ecclesia templum Dei dicitur, nemo dubitare debet: quandoquidem Paulus etiam singulorum fidelium corpora, templa audet nominare, dicens: Nescitis, quoniã membra vestra, tẽplum sunt spiritus sancti, qui habitat in vobis? Quantò rectius ergo vniuersam sanctorũ congregationem appellabimus templum Dei? Non est enim aliud templum, quàm domus Deo sanctificata, ad inhabitationẽ, & cultũ debitum in ea Deo exhibendũ. Posset tamen in hoc versiculo B distinctius intelligi per misericordiam, ipse Christus Dominus: qui sicut (Apostolo teste) datus est nobis à patre iustitia & redẽptio: Ita nihil dubium, quin & misericordia, atque (vt iã mox ex Ioanne citauimus) propitiatio: eò quòd per ipsum simus adepti diu expectatã & multùm expetitam misericordiam. Per mediũ verò templi accipi potest vel ipsa Iudæa siue populus Iudaicus, qui rectè medium totius Ecclesiæ dici potest, ea ratione qua diximus versu secundo latera Aquilonis significare populum gẽtium, eò quòd salus (iuxta verbũ Saluatoris) ex Iudæis orta sit, & ex eis omnes gentes processerint per circuitũ. Vel ipsum etiam materiale templũ intelligi potest, quod in Hierosolymis Domino sacrum erat. Atque ad hunc intellectũ ex antiqua institutione, in solẽnitate gloriosæ virginalis purificationis, versiculus præsens solet pro introitu Missæ decãtari, eò quòd tunc memoria agatur illius admirabilis gaudij, quòd ea, quam diximus præsens misericordia (id est, verbum factum caro, datum nobis à patre ad misericordiam) in medio templi illius oblata est à parentibus, & susceptа sanè à sancto Simeone, & altera venerãda vidua, nomine Anna: in quibus tota iam Ecclesia pòst vẽtura signabatur, & in quibus ipsa Christũ iam susciebat suã misericordiam. Versu nono: Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua. Sicut nomẽ Diuinitatis summum est, atq; etiã nomen Iesu, nomẽ est super omne nomẽ: ita & laus tam Dei

Lucæ 2

1. Ioan. 4

1. Cor. 6

1. Cor. 1

Ioan. 4

Lucæ 2

patris, quàm Christi filij, summa est, & superat omnem laudem: atq; ideò rectè dicitur, quod secũdum nomen eius, sit & laus eius. Nam & apud homines, secundum nomen vnicuiq; laus & honor competit. Qui enim Dominus appellatur & pater, huic ratione huiusce modi duplicis nominis, duplex ité honor cõpetit. Propter quod apud Prophetam Dominus ex-
Ioan.10 postulat, dicens, Si pater sum, vbi est honor meus? Et si Do- A
minus, vbi est timor meus? Ei verò qui dux est, aut rex, aut
*imperator, aut aliud huiusmodi manifestum est, secundum
Hebr.7 hæc nomina laudem & honorẽ cõpetere. Cum ergo Domi-
Apoc.19 nus noster, per quem nos tãtam misericordiam susceperimus,
Roma.9 sit nobis pater, dominus, dux, pastor, saluator, defensor, iudex,
pontifex in æternum, Rex regum, & dominus dominãtium,
& (quod omniũ maximũ est) Deus super omnia benedictus,
cõsequitur secundũ hæc omnia, ipsum esse in immẽsum lau
dabilem, neq; laudis aut honoris obsequia nos illi posse vllo
pacto condigna reddere. Versu eodem, Iustitia plena est
dextera tua. Per dexteram Dei plenam iustitia, intelligit Ela
cidatio Dei retributionem, tam erga bonos, quàm erga ma-
los, secundum summã iustitiam vnicuiq; pro operibus mer-
cedem dispensantem. Idq; admodum cõuenienter, quoniam
per dexterã solet fieri donatio, & mercedis exhibitio. Quic-
quid enim damus, aut reddimus, aut persoluimus, per dexte-
ram manum facimus. Et huic expositioni manifestè satis cõ-
sentit, quod sequitur de iudiciis Domini, propter quæ lætari
iubentur fideles. Veruntamen posset dextera Domini etiam
hoc loco accipi, secundum quod alias plerunque solet, pro
Dei potentia & virtute: quæ dicitur esse plena iustitia, quo-
niam sic Deus potentissimus est, vt tamen sit pariter & iustis
simus: quod sanè & magnæ laudis materia est, & fidelibus o-
mnibus causa magni gaudij. Nam hominum potẽtiam ferè
iniustitia solet coinquinare, dum contra iustitiam vel inno-
centes puniunt vel nocentes absoluunt: sicq; illorum dextera
vacua fit iustitia: & in tyrannidem conuertitur potẽtia dexte
ræ eorum. Longissimè autem hoc abest à Dei dextera, vt vl-
la iniustitia possit in ea contineri. Versu decimo, Lætetur
mons Sion, & exultent filiæ Iudæ. Meritò sanè lætentur fide-
les, propter iudicia Domini. Verè enim maxima est causa
gaudij, omnibus qui piæ ac bonæ sunt volũtatis, quòd iudicẽ
talẽ habeãt, qui in æquitate & iustitia omnes est iudicaturus,

ita vt neminem hominum sit absq; demerito per calumniã cõdemnaturus, neque econtrario quenquam sit peruersum impunitum relicturus. Neq; enim tam potẽs quisquam, tam nobilis aut terribilis possit inueniri, cuius gratia ipse aliter sit iudicaturus, quàm expostulet iniustitia. Neque quisquam tam prudens, astutus, aut callidus poterit inueniri, qui vllum possit vel falsa persuasione decipere, vel muneribus aut adulationibus peruertere à recto iudicio: vt vel innocens quisquam ab eo non accipiat bona præmia, vel noxius non recipiat iusta tormenta. Et licet hanc iudiciorum Dei summam æquitatẽ homines impij & peruersi sibi malè conscij, faciant sibi doloris causam (ingemiscũt enim si quãdo ista attentius recogitãt, mallẽtq; esse Deum vt hominem, quem vel minis suæ potentiæ perterrefacere possent, aut suauiloquentia vel astutia possent decipere, ne recta iudicaret iudicia. Sic enim spẽ haberent euadendi æterna supplicia, quę iam certò
B expectãt, & cõsequendi bona cælestia de quibus desperant) filiæ tamẽ Iudæ, fideles animæ, summã in hac æquitate accipiunt consolationẽ: mirum hac ex re certissimi, quòd suorum laborum præmio non poterunt fraudari, neque pro vlla re, quã ipsi non cõmiserint, vltionem, pati. Nam si non essent ista Dei iudicia, si non esset eius dextera plena iustitia, sed secũdum personarum acceptionem iudicaret, non secũdum opera, sed secũdum affectionem, aut quemlibet personæ respectũ, vt homo, verè miserè ageretur nobiscũ, & minimum esset pauperculis nobis fiduciæ: maximè, cum omnibus peractis fideliter, & post constantem perseuerationem vsque in finẽ, necdum certi essemus de beato præmio: ex aduerso verò eos qui in perpetuum vacassent iniustitiæ, contingeret hoc pacto pœnas euadere, & præmia bona consequi. Pro hac re, si dexterã haberet Deus, cõmixtam cum iniustitia, lætaretur quidem Synagoga Satanæ, & exultarent filij Belial. Mons autem Sió lætari debet, & exultare oportet filias Iudæ, propter iusta iudicia domini. Vnde & in alio Psalmo, in eandem Psalm. 6.
sentẽtiam dicitur, Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes. Lætentur & exultẽt gentes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gẽtes in terra dirigis. Versu vltimo, Quoniam hic est Deus Deus noster, & cætera. Nota quòd hic versus secũdum sentẽtiam coniungi debet immediatè cum præcedenti, ad hũc modũ, Vt enarratis in progenie-

nie altera, quoniam hic est Deus, Deus noster, & cætera. Nam, quoniam non videtur accipi, vt dicat causalitatem, sed tantùm continuationem, non valens nisi quod continuatiuè acceptum: vt indicetur id quod sequitur, esse ipsum quod annuntiari velit.

QVADRAGESIMI OCTAVI PSALMI ARGVMENTVM.

TOTVS moralis est hic Psalmus, vanitatem & miseriam peccatorum pulcherrimè ponens ante oculos. In quo præmissa exhortatione, & velut ad concionem conuocatis omnis conditionis hominibus, & benevolentia ex dicendorum vtilitate captata, versu quarto proponit quæstionem: quid videlicet sit propter quod in die mala, in die mortis atque iudicij, debeat homo sibi metuere: quam & statim (licet ænigmaticè & obscurè satis) dissoluit: sub iniquitate calcanei indicans, proximi oppressionem & supergressionem (quæ diuitibus seculi & potentibus plurimum solet esse familiaris) ipsum esse propter quod potissimũ in die illa timere debeat homo, & meritò sanè timere, eò quòd ab ira dei illius, qui hac calcanei iniquitate cõprehensi fuerint, nullo pretio poterunt redimi, neque vllius auxilio liberari: sed mortem sempiternam sustinebunt, absque vlla spe euasionis aut liberationis suæ. Atq; hæc quidẽ octo primis versibus. A versu autẽ nono, vanitatẽ eiusmodi hominum describit, qui non considerantes ventura æterni interitus super se tormẽta, insipienter & stultè sibi ipsis per iniustitiam & oppressionem superinducunt, perditionem pro temporarijs diuitijs, quas, velint nolint, per mortem hinc abeuntes relinquere coguntur alijs, ipsi inhabituri in sepulchris & inferni foueis: cum eorum domus, quas magno sumptu sibi extruxerant, de progenie in progeniem transeant ad possessores diuersos. Vbi obiter, versu duodecimo, quasi lamentando defletur, quòd dignitatis suæ oblitus homines, ita rebus peiturus inhiantes, sese iumẽtis æquiparãt: mox ad illorum infœlicitatem & vanitatem rediens describendam, quos per vias suas E malas dicit ad inferni deducẽdos, & à morte deuorandos iustissq; velut scabellũ subijciẽdos, & omni destituẽdos auxilio. Versu autem decimosexto: ab hac miseria se fore liberũ confidenter pronũtiat, ac de iniquitate calcanei nihil sibi malè cõscius: sub sua persona indubiè & alios sui similes, id est, fideles & iustos animare volens, ne supra explicita debeãt metuere supplicia, simulq; exhortationem facit iustis omnibus, ne magni faciant quam vident in impijs temporalem prosperitatem, ex

ex consideratione eius, quæ pòst subsequutura est, æternæ egestatis & miseriæ: eò quòd neque secum deferet rerum suarum aliquid, neque lumen sit vltra in sempiternum visurus, coniectus in exteriores tenebras. Rursúmq; illud quod versu duodecimo, de humanæ naturæ indigna à semetipsa vilificatione & conculcatione dixerat, velut rem abominabilem nunquam satis dolẽdam, replicans, ita terminat Psalmum optimis considerationibus admodum fœcundum, modò spiritalem consequatur lectorem. Nam prudentibus seculi aut mundi sapientibus, veniæ magis videbuntur, quæ aduersus illorum pessimas affectiones cum grandi terrore proponuntur.

QVADRAGESIMI OCTAVI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Audite hæc omnes gentes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem.*

2 *Quique terrigenæ et filij hominũ simul in vnum diues & pauper.*

3 *Os meum loquetur sapientiam:*

Psal. 84 * *& meditatio cordis mei pruden tiam.*

4 *Inclinabo in parabolã aurem meã: * aperiam in psalterio propositionẽ meam.*

HAEC quæ ego loquar, audite vniuersi populi: vniuersi habitatores orbis, non solùm auribus corporis suscipite, sed etiam cordis auditu interiùs percipite, intra pectoris arcana & secreta cordis ea condituri. Erunt enim quæ sum dicturus, vniuersis ad bene beatéque viuendum, & salubriter moriendum vehementer conducentia. 2 Audite (inquam) quicunque ignobiles de terra nati homines, & omnes filij hominum, siue plebæi, siue nobiles, pariter absque discretione diuites & pauperes, pusilli & magni, & cuiuscunque sitis conditionis. Aequè enim quæ sum dicturus, omnibus conducent omnibus, neque minus sunt vt audiantur, diuiti quàm pauperi, nobili quàm ignobili, necessaria. 3 Ecce loquar ego per os meum verba sapientiæ per quæ in rebus quæ supra hominem sunt, instruatur quisquis attenderit: * & ex multa ac profunda meditatione cordis mei, ego loquar doctrinam prudentiæ, per quam in agendis instruentur omnes qui attentis auribus perceperint eam. 4 Quæ autem loquar, non à meipso loquar, sed applicabo priùs auditum cordis interiùs docenti per ænigmata, quasi in parabolis, quasi per velamẽ: cuiusmodi est eruditio omnis interior ex Deo, quæ in hac vita mortali suscipitur: * atque vbi ex vnctione interiori accepero, tũ demum proponam quod proponendũ fuerit problema meum, aut ænigma, aut eruditionẽ quam voluero, in cantico Psalmi, quod decanto in instrumento Psalterij. Nã est hæc voluptas cordis mei, in cantico Psalterij a pertiùs proponere vtilitati hominũ, quæ ego ex

inter

interiori alloquutione quasi parabolas, quasi per speculũ ænigmate, accipio. 5 Propositio autẽ quam propono, hæc est: quidnã sit ipsum, ob quod meritò & iusto timore timere debeat homo in die mala, in die mortis atq; iudicij Dei: hãc propositionẽ, quasi basim & cardinẽ totius mei cãtici propono: circa cuius dissolutionem totus mei cãtici discursus versabitur: * cui quidem propositioni respõdere cupiens, illud in primis asseuero, quòd iniquitas qua homo proximũ suum circumuenit & supergreditur, quasi calcaneo ipsum supplãtans, ipsa est quæ hominem circũdabit in die mala, & in nouissimo comprehendet, constringet, & obligabit in damnationem: ac proinde, eadem ipsa est propter quam in die mala meritò debeat homo timere. 6 Huiusmodi autem sunt, qui stultam & vanam fiduciam habent in potẽtia & fortitudine sua, atq; eorum quos sibi habẽt subiectos, per quam nimiam potentiam fit, vt neminem metuentes, audacter conculcent, opprimant, & supplantẽt proximos suos: * & qui vana exultatione lætantur, & gloriantur in abundantia substantiæ & diuitiarũ suarũ: per quam vanam confidentiam, stultè existimantes neminem sibi posse resistere aut cõtradicere, audeant nequiter pauperes & inferiores suo calcaneo conterere: hos (inquam) iniquitas calcanei circũdabit, & his in die mala est metuẽdum. 7 Huius autem rei causam (id est, quare huiusmodi in die mala sit timendũ) facilè aduertimus, si illius diei districtionem diligentius contemplemur. Ecce enim in die illa, ne frater quidem fratrem poterit redimere, & de angustiis atq; pœnis maximis (quibus tum opprimentur illi, qui nunc alios suo calcaneo conculcant) liberare: * & quomodo vllus alius hominũ huiusmodi poterit redimere? Nam cum frater non possit fratrem redimere, quis alienus id poterit? * & nõ poterit huiusmodi proximorum supplantator, quamdiu dies aut potẽs, quicquam tunc dare Deo, quo ipsius iram placet, aut manus effugiat: imò neque frater quicquam inuenire pro eo poterit, neque vllius hominum, quo tũc ira Dei placetur, & ipse è manibus iudicis tremẽdi redimatur, in quas incidit mortuus in iniquitate sua. Horrendũ enim est, sic incidere in manus Dei viuẽtis: & his qui sic in eas incidũt, meritò est in die mala timendum. 8 Et non poterit offerre aut dare Deo vllam rem, per quam possit redimere animam suam de manibus eius, & de sentẽtia ac pœnis grauissimis in quas

5 Cur timebo in die mala?

1. Thes. 4

** iniquitas calcanei circũdabit me.*

6 Qui confidunt in virtute sua:

** & in multitudine diuitiarũ suarum gloriantur.*

7 Frater nõ redimit,

** redimet homo?*

** & nõ dabit Deo placationẽ suã.*

Hebr. 10

8 Et pretiũ redemptionis animæ suæ:

quas incidit per iniquitatem suam: * imò laborabit, ferétq; grauia, & cruciabitur in secula seculorum absque cessatione aut fine, in tormẽtis sempiternis: & quanquã in æternis cruciatibus sic laborabit, nõ consumetur tamen, nec deficiet in sempiternũ, neq; mortem quærẽs inueniet eam: sed in sempiternũ permanebit in substantia, vt in perpetuum crucietur in pœna: neq; vnquã per cruciatus deficiet à subsistentia, vt perpetuo ferre possit tormẽta. 9 Miseri autem huiusmodi supplantatores nõ respiciunt neq; attendũt ad interitum istũ æternũ, qui eos manet: istam sempiternam mortẽ quam experiẽtur, non habent ante oculos, cum vident etiam sapientes, & bonos viros moriẽtes. Putant enim, cũ etiam bonos & sapientes cõspiciunt morientes, quòd omnium sit æqua conditio, & æqualis sit mors omniũ: & arbitrantur hac ratione, quòd nihil amplius sit præmij bonis quàm malis, eò quod ad nihil attendant nisi quod vident oculis corporis, neque sciũt ad vẽtura respicere, sed tantum in præsentia defigunt oculos: * scire autẽ hos oportet, quòd pariter & iniquiẽtes, atque incredeuli (qui credunt non esse vitam post hanc vitam, neq; bonis, neque malis, indignã remunerationẽ) atq; etiam stulti & vani homines (qui licet credere se dicãt, tamẽ factis negant, & reipsa ante oculos se nõ habere monstrant) hi, inquam, pariter in perditionẽ ibunt per insipientia & stultitiã suam, cum per mortem à corpore abscesserint. Aequa enim vtriusq; horum erit portio. 10 Ipsi autem in perditionem æternã hinc abeũtes, diuitias suas (propter quas cõquirendas & coaceruãdas in perditionem & damnationem proiecerũt semetipsos) cogẽtur aliis relinquere, à quibus iam per mortem sunt prorsus facti alieni: ita vt nullo auxilio, nullo suffragio, ab eis valeant vltra adiuuari: frequenter etiam prorsus alienis secundum sanguinem & cognationem, dum ignoti & extranei eorum substantiã diripiunt, vbi vel hæredes defuerint, vel defraudari eos contigerit: certè ipsi nunquam vltrà post abscessum, coaceruatis fruentur diuitiis: * & non redibunt amplius de sepulchris, in quibus eorum corpora posita fuerint, vt recipiant relictas diuitias: sed in eis permanebunt quasi in domibus suis & mansionibus hæreditariis, resoluẽdi in cinerem atque putredinem, donec veniat consummatio sęculi, & tempus generalis resuscitationis omniũ: Luc. 16 * loca etiam inferni, in quo sepultæ sunt animæ eorum,

** & laborabit in æternum, & vi uet adhuc in finem.*

9 Nõ videbit interitum, cum viderit sapientes moriẽtes.

** simul insipiẽs & stultus peribũt.*

Tit. 1

10 Et relinquent alienis diuitias suas:

** & sepulchra eorum domus illorum in æternum.*

domus

domus illorũ erunt in sempiternum,& habitacula quæ ædificauerant sibi super terrã(quæ tamẽ ipsi non nisi vt tabernacula breui trãscursu inhabitare permisi sunt) permanebunt & perstabunt in plures generationes,& inhabitabunt in eis posteri, cum ipsi qui ea ædificauerunt in sepulchris suis delitescent: * nomina sua magna & solẽnia facere studuerunt in terris, D suorum nominũ appellationes indentes ædificiis atque possessionibus suis:à suis nominibus illa appellãtes, vt hic nomẽ suum immortale redderẽt. 12 Sic miserè seipsos miseri homines per suã vitia perdũt & proiiciunt,non attendentes ad dignitatem cõditionis suæ,sic sibi falsam nobilitatem & dignitatem quærunt,postquam veram quæ in ipsis est proiecerunt.Cum enim à Deo in magno honore & magnifica gloria essent creati(nimirũ ad imaginem & similitudinem Dei creatoris sui,similes angelis, quantum ad rationalis animæ quæ in ipsis à Deo infusa est, dignitatem, secundum quam etiam immortales sunt,& Dei formitatis atque Dei filiationis capaces) non intellexerunt honorem in quo eos posuit Deus,neq; cognouerunt gloriã in qua conditi sunt ab illo: * sicq; obliti suæ dignitatis,comparauerunt,æquauerunt,& assimilauerunt semetipsos iumentis irrationab ilibus:facti sunt similes equis & mulis,in quibus non est ratio vel intellectus:dum nõ secundum spiritus ductum, sed secũdum carnis cõcupiscentias,bestiarũ more,feruntur in sola temporalia & terrena:nõ attendẽtes nisi ad ea quæ sensibus exposita sunt temporalia,æternorũ(quòd sensibus nõ pateant) prorsus nullam habẽtes considerationem: quemadmodum irrationabilia bruta,nõ nisi in præsentia respiciunt exposita sensibus:*Sunt etiã in hoc similes facti iumentis insipientibus,& quòd sicut computrescunt & fœdantur iumenta in stercore suo,sic & hi in fœditate cõcupiscentiarũ suarum & sordibus peccatorũ semetipsos defœdant,& computrescunt, ac miserè consumuntur in eis:& quemadmodum iumẽta per omnia ductum sequuntur sensualis appetitus,vtpote superiore non habẽtes rationẽ:sic & homines isti, carnis affectum sequuntur,frustra reclamante ratione,secundum quam, appetitum sensualem frænare debuerant. 13 Hæc est via, hîc est modus operationis & vitę ipsorũ,in omni irrationalitate & sensualitate,secudum more quæ ipsis erit in scandalum & ruinam

a Taberna cula eorũ in progenie & progenie:

**vocauerũt nomina sua in terris.*

12 Homo cũ in honore esset,non intellexit.

**cõparatus est iumentis insipiẽtibus, & similis factus est illis.*

Psal. 31

Ioël.1

13 Hæc via illorum scãdalum ipsis:

sempiternã, nimirum causa iustæ condemnationis eorũ, per quã præcipites dabuntur,& ruent in profundum inferni:*& posteaquam ita suam iniquitatis & iniustitiæ viam cucurrerint, postquã suas prauitates bene perfecerint, adhuc in ore suo seipsos iactitant atq; collaudãt,quasi re bene gesta: propter impœnitentiã & obstinationẽ, in malitiis suis gloriantes,atq; seinuicẽ etiam in malefactis cõmendantes. 14 Propter hoc in infernũ detrudentur & cõcludentur , vt esca sint diaboli,& ignis æterni, quomodo oues occisionis in stabulis ponuntur,& cõclusæ seruantur,vt mactẽtur atq; edantur:*illic autẽ non ipsi pascentur,vt in mundo pasti fuerãt terrenarum rerũ abundantia: sed ecotrario depascentur,vorabuntur,& cõsumentur à morte sempiterna,comedetq; eos dãnatio,mors & diabolus:morte æterna mordebuntur, atque cruciabuntur in secula. 15 Iusti autẽ quos hîc suo calcaneo oppresserunt, accipiẽt super eos dominiũ & exaltationẽ, etiam iudices cõstituti impiorum oppressorum suorũ, habentes in manibus suis gladios ancipites , vt faciant vnà cũm domino suo iudicium cõscriptum in eis:ita(inquam) dominabuntur eorum,tũc cùm exortus fuerit post tenebras huius temporis dies domini clarus & lucidus,qui illuminabit abscondita tenebrarum, & occulta producet in lucem:quemadmodum fieri solet,cum post tenebras matutino tẽpore , solis fulgor aduenerit:*& auxilium eorum,omne quod à gloria sua, potentia atq; diuitiis habuerant super terram,auferetur, atq; desiciet ab eis in inferno positis:neque vlla res erit,quæ ipsis possit vltra ferre auxilium , vbi semel in hunc lacum descenderint , in quo nulla est redemptio. 16 Quanquam autem ita sciam impios homines in has deuenturos esse miserias,spem tamen firmam habeo in Dei misericordia,& bonæ conscientiæ testimonio securus,quòd meam ànimam liberabit Deus de manu inferni , & saluabit de potestate mortis atq; diaboli:*tũc cum ei placitum erit susçipere me ex hac vita corporis,& accipere à me spiritum meum. Firmissimè enim confido,quòd cum illi placitum fuerit me transferre de vita hac mortali,non patietur animã serui sui venire in loca tormentorum deputata impiis:sed in locũ gaudij æterni magis transferet seruos suos. 17 Te verò moneo,quisquis iustitiam diligis,& oppressiones forsitan ab impiis sustines,ne timeas,neque admireris quasi magnum aliquid , neq; conturberis pro

** & posteà in ore suo cõ placebunt.*

*14 Sicut oues in inferno positi sũt: * mors depascet eos.*

Apocal.20
1.Cor. 6
Psal.146

15 Et dominabũtur eorum iusti in matutino:

1.Cor.4

** & auxilium eorum veterascet in inferno à gloria eorũ.*

Iob 17

*16 Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferni, *cùm acceperit me.*

17 Ne timueris,cùm diues factus fuerit homo:

hoc,si videas quempiam temporaliter diuitem factum abun
dare rebus omnibus temporariis:* & ne magni estimes,cùm
videris gloriam domus eius (id est,diuitias,possessiones,fa
miliam,& honores ipsius) multiplicatã esse, aut creuisse ve
hementer:cùm multis diuitiis videris abundantem, aut mul
tis ornatum honoribus,& aliis huius mundi prosperitatibus H
affluentem. 18 Ne magni hæc æstimes (inquam) quoniam
omnia hæc quæ vides,necesse erit illũ velit nolit in hoc mũ
do relinquere, cùm per mortẽ emigrabit anima è corpore:
neq; poterit quicquam eorum secum deferre,quæ hic possi
det: sed quemadmodum nudus ex vtero matris egressus est,
ita & nudus reuertetur in terram, descendetq; in infernum:
*neq; poterit cum eo descẽdere,siue secundum corpus in se
pulchrum,siue secundum animam in infernum,gloria huius
seculi,neq; substantia,neq; possessiones,neq; honores,neque
fama, neque potestas, neque aliud quicquam eorum in qui
bus fuerat in vita sua vanè gloriatus. 19 Quoniam quidem
benedicet animæ suæ in vita sua, blandietur animæ suæ, &
inuitabit eam,iubebitq; comedere,epulari,bibere,atq; deli
ciari,in parta diuitiarũ abundantia:*suscipiet etiam ab aliis
sibi similibus benedictiones,id est, adulationes & blandas as
sentationes,quemadmodũ facere solent parasiti diuitibus:&
benedicent eis omnes homines:*confitebitur tibi, & lauda
bit te quisquis es qui illi benefeceris, tantùm laudẽ & com
mendationem,vel solo verbo gratiarum actionem accipies,
quisquis es qui illi, vel illius muneris donatione, vel obse
qui j exhibitione,impenderis beneficiũ. Putant enim,ob glo
riam diuitiarum suarũ,omnia sibi velut debita esse: propter A
quod magnũ putant, si vel gratias agant pro accepto benefi
cio. 20 Licet autem nunc in hac vita sic floreat impius, ve
niet tamen tempus mortis eius,quando apponetur ad patres
suos, & accedet ad illos in infernum, quorũ in vita imitatus
est prauitates: * quando etiam patri suo diabolo, & angelis
eius in tormentis associabitur:* ac tunc quidem in tenebras
exteriores coniicietur, in caminum ignis,vbi in æternum lu
men nõ videat gloriẽ Dei:sed in sempiternis degat tenebris
atq; horroribus,in damnatione æterna. 11 Concludens hunc
meę propositionis tractatum & Psalmum, illud gemens re
peto,quòd non attendentes homines ad honorem & nobili
tatem conditionis suę,seipsos nimium deiiciunt,dum se mi
serè

** et cũ multiplicata fuerit gloria domus eius.*

18 *Quoniã cùm interierit nõ sumet omnia:* Iob 1

**neq; descẽdet cũ eo gloria eius.*

19 *Quia anima eius in vita ipsius benedicetur:*

**cõfitebitur tibi cum benefeceris ei.* Luc.12 Luc.6

20 *Introibit vsq; in progenie patrũ suorum:*

** vsq; in æternũ nõ videbit lumẽ* Matt.25 Iob 10

21 *Homo cũ in honore esset,nõ intellexit:comparatus est iumẽtis insipiẽtibus, & similis factus est illis.*

serè equiparant, & similes faciũt bestiis rationis expertibus,
& illis se per carnis concupiscentias, & rerum temporalium
auiditatem assimilant, suę dignitatis nullam habẽtes ratio
nem. Hęc etenim res est,propter quam meritò in die mala ti
mere oporteat. In huius rei cõsideratione, vera est sapientia
& prudentia, quam ab initio pollicitus sum docere omnes
attendentes meo cantico.

ANNOTATIONES IN Psalmum Quadragesimumoctauum.

VERSV secundo,Quiq; terrigenæ & filij hominum. Inter duas illas copulatiua coniunctione iunctas particulas,nempe terrigenas, & filios hominum, ex Hebræo apparet talem esse differentiam:vt primum plebeios designet & ignobiles,quos etiam ethnicorum literæ,terræ filios nõnunquã appellare solent, quasi nulla natiuitatis suæ origine insignes: secundum verò, nobiles & egregios,insignibus ortos natalibus. Aut vt primum ad malos & terrenos homines, secundum verò ad bonos, & secundum rationem bene viuẽtes referatur. Nam in Hebræo priore loco dicitur, Filij Adam: secundo autẽ filij Isi. Recte autem ad auditum horum quæ in Psalmo isto proferuntur,omnes conuocat concionaturus Propheta. Nemo enim est siue diues,siue pauper,nobilis siue ignobilis,ad quem non ista attineant. Versu quarto, Inclinabo in parabolam aurem meam. Per parabolam in Elucidatione intelleximus doctrinam quã interius magisterio Dei cordis aure accipimus: quæ propter obscuritatem,donec nõ 1.Cor.1
facie ad faciem contemplamur quod discimus, sed tantùm C
per speculum videmus in ænigmate, non malè prouerbium
similitudo aut parabola dicitur:quãuis alij ob hoc putent di
uinam sapientiã dici parabolam,siue prouerbium, quod sa- 1.Cor.3
pientia Dei & stultitia huius mundi. Quasi enim in prouer
biũ & in derisionẽ,sunt carnalibus & mundanis hominibus,
quę docet interior spiritus vnctio: iuxta quod Paulus ait, ver
bum crucis pereũtibus esse stultitiã, Iudæis verò etiam scan
dalũ:quẽadmodũ ecõtrario, spiritualibus hominibus sapien
tia mũdi,parabola,prouerbium & stultitia est. Videtur tamẽ
prior intelligẽtia cõmodior,quam & beatus Augustinus ap
probat. Versu eodẽ,Aperiã in psalterio propositionẽ meã.
In secũda parte versus, quod Latinè habemus propositionẽ,

Græcè habetur problema: ex Hebræo autem vertunt beatus Hieronymus, atq; etiã posteriores interpretes, ænigma. Ex quo videtur hîc propositio, vel problema significare quæstionem obscurã, & multis ad soluendum difficilem, cuiusmodi est ea quæ versu quinto statim subiungitur: Cur timebo in die mala? Omnino enim magna & difficilis hæc quæstio est, bene ænigmatica, & obscuritatẽ magnam habens: quam sapientum huius seculi plurimi inuenire nescierunt, dum alij maximè timendam tradiderunt egestatem ciborũ, potuum, honorum, possessionũ, diuitiarum, sanitatis, atq; aliarum huiusmodi rerũ transeuntium: in quibus cùm locarint fœlicitatem, recto cõsequio infertur, contrariam fœlicitati miseriã, siue infœlicitatẽ, eos in prædictarũ rerum defectu cõstituisse. Quid autem verè sit timendum, & quid sit quod ad veram miseriam, nempe æternã hominem perducat, minimè inuenerunt: atque ita, nec quid verè timendum sit, cognouerunt. D

Versu quinto, Cur timebo in die mala? De die mala, etiã
Psalm.40 Psal.xl. dictum fuit, eum qui super egenum & pauperẽ intelligit, in die mala liberandum. Dicitur autẽ dies mortis, vel potius iudicij, dies mala: non quidem bonis, sed impiis, quibus (iuxta Prophetarum oracula) erit dies vltionis, dies interfectionis, dies tribulationis, dies tenebrarũ, dies magnus, terribilis & crudelis, dies furoris, indignationis, & cõsumma træiracũdiæ Dei. His enim atq; aliis huiusmodi terribilibus nominibus, passim diem istã inuenimus in scripturis nominari. Quòd autem quæstionẽ proponit sub prima persona, dicẽs: Cur timebo in die mala? & deinde etiam solutionem similiter ponit, dicens, Iniquitas calcanei mei circũdabit me, non ita accipiendũ est, quasi de sua ipsius persona specialiter moueat quæstionẽ, aut subiungat responsiuã enuntiationẽ: sed iuxta modum cõsuetum loquendi, sub suæ personæ expressione, generalem intẽdit sermonẽ: quemadmodum si dicam ego interrogans, Quid est, quod me potest facere acceptum Deo meo? &, Quid est, quod me potest facere Deo detestabilem? ac deinde respõsionem subiungam, Operationis bonæ studium me cõmendatum faciet Deo, mala autem opera me facient ab illo haberi odio, sic loquẽs nõ de mea ipsius tantum persona intendo, neque quæstionem, neque responsionem: sed sub expressione huius meæ personæ, sermonem intendo generalem de omnibus hominibus. Versu eodẽ, Iniq

Iniquitas calcanei mei. Iniquitatẽ calcanei, in secunda parte versus exponit Elucidatio, iniustitiam calumniæ siue oppressionis, aut deceptionis, qua quis (iuxta Apostoli dictum) circũuenit aut supergreditur fratrẽ: eò quòd hoc modo velut opprimatur, cõculcetur, aut supplãtetur proximus, & quasi sub
E calcaneo teratur atq; prematur. Cui intelligẽtiæ aptè videntur sequẽtia omnia consonare, in quibus de diuitibus huius seculi fit sermo, quibus hoc vitium admodum est frequẽs & familiare. Similiter & illud cõsentit, quod apud Ioannem de Iudæ supplantatione loquẽs dominus ait, Qui mãducat meũ panẽ, leuabit super me, vel contra me, calcaneum suum: pro quo vulgata Psalmi lectio Gallicana habet, Magnificauit su Psal.40
per me supplantionem. Vnde patet, per hanc calcanei leuationem, oppressionẽ, & deceptionem intelligi. Similiter loquitur in Genesi fraudatus per Iacob benedictione paterna Gene.17
Esau, cùm se à fratre secundò deceptum, atq; circũuentum, significare volens, eiulando dicebat, Rectè vocatum est nomen Iacob. Supplantauit enim me, en alterã vice. Primogenita mea antè tulit, & nunc secundò surripuit benedictionem meã. Attamen posset generaliter hæc iniquitas calcanei intelligi de omni peccato, omniq; malitia conuersationis humanæ: vt sic dicatur iniquitas calcanei, iniquitas quam operatur homo, & velut per quã ambulat. Omnis enim iniquitas quã calcat homo siue perambulat, circũdabit eum, id est, irretiet, & quasi nexibus quibusdam inuoluet ad æternã dãnationem. Posset insuper per hanc iniquitatẽ calcanei, intelligi peccatum, in quo quis ad finem vsque, & mortẽ perseuerat, & in quo quis moritur, eò quòd calcaneum sit vltimum hominis, quo terrã contingimus: quemadmodũ dicere solemus interdum, à capite vsq; ad calcẽ, pro eo quòd est à principio vsq; ad finẽ. Hæc autem iniquitas calcanei, hæc finalis, & F
ad finẽ vsq; sine pœnitentia in homine perseuerans impietas, ipsum in die mala est indubiè circundatura. Primam tamen intelligentiã solam, vt potiorem, sequitur Elucidatio.

Versu sexto, Qui cõfidunt in virtute sua, &c. Dum hic statim ad tertiam personam transit, postquam sub prima dixisset, Iniquitas calcanei mei circundabit me, significat (quod paulò antè diximus) etiam prius sub prima persona generalem se voluisse habere sermonẽ: cuius rei cõsideratio absurditatem quoq; tollit malæ connexionis, quæ prima facie vi-

detur inter hunc versum & præcedentem. Nam licet secundum vocem diuersitas videatur esse personæ, cum in quinto versu sit persona prima, in sexto autem tertia, secundum rem tamen patet esse conuenientiam, quoniam quantum ad sententiam, etiam in quinto versu de omnibus in genere tacitè fit sermo sub expressione primæ personę. Notandum autem, quòd non dicit simpliciter, qui potentes sunt, aut diuitias habent, sed tantum qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Non enim omnibus diuitibus aut potentibus iniquitas calcanei conuenit in comprehensionem & obligationē, sed illis qui spem suam ponunt in eis, sic vt per suam potentiam atq; diuitias, nihil formident diuina iudicia, neq; magni æstiment proximis suis iniustitiā & calumniam facere. De huiusmodi enim Psalmus potissimum loquitur. Versu septimo, Frater nō redimit, redimet homo? Per fratrem intelligunt aliqui peculiariter Christum Dominū, qui frater dignatus est fieri totius generis nostri, quando ipsi placuit similem nobis humanitatis formam assumere, atq; ita in filios Dei nos promouere. Sic enim frater noster factus est, primū quidē, ratione assimilationis suæ nobiscum in forma humana. Deinde etiam ratione adoptionis nobis collatæ, & ratione assimilationis nostræ ad ipsum, secundum gloriā diuinitatis. Quando enim nobis potestatem dabat filios Dei fieri, simul & nobis potestatē dabat fieri fratres ipsius. Nam eiusdē patris filij, fratres sunt. Christus ergo nos sibi fratres fecit, cum eiusdem patris, cuius ipse est filius naturalis, nos secundum adoptionem filios cōstituit. Propter quod post resurrectionē dicebat mulieribus, Ite, dicite fratribus meis. Et iterum, Ascendo ad patrem meum, & patrē vestrū. Vnde & Paulus Apostolus, Non cōfunditur (inquit) fratres eos vocare, dicens, Nuntiabo nomen tuū fratribus meis. De hoc ergo fratre sic intelligunt præsentem locū. Christus Dominus qui est frater totius humani generis nostri amantissimus, ne ipsi quidē huiusmodi proximorū supplātatores, & charitatis violatores est redempturus à morte aut damnatione. Non enim illis veniet salus Christi, neque salutis effectū in illis habebit pretiosa mors eius: & quis alius homo poterit illos redimere? Certè nemo, posteaquàm frāter ille non redimit, qui à morte solus saluare potens est, & redimere venit vniuersos credētes. Versu eodem, Non dabit Deo placatio

Hebr. 2
Psal. 21

cationem suam. In secunda parte versus huius septimi, placatio neutraliter accipitur, pro re qua placare vel placari quis potest: potestq; exponi actiue vel passiue. Actiue sensus erit, Non poterit homo dare Deo quicquā, quo sibi eum placet, aut placatum reddat. Passiuè autem sensus erit, Non dabit Deo quicquam, quo placetur sibi Deus. Similiter & suā relatiuum, facit sensum diuersum. Vel ei refert Deum, vt sit sensus, Non poterit homo quicquam dare, quo ipse Deus placetur. Ac sic quidē manifestū est quasi passiue accipi debere placationē. Si verò referat impium, de quo fit sermo, sensus est, Non dabit quisquam Deo placationem ipsius, siue pro ipso: hoc est, nihil dare poterit homo, per quod ipsi impio (in quo iniquitas calcanei inuenta fuerit) Deus valeat placari. Erit enim erga illum ira Dei omninò implacabilis. Quantū autem ad verbum dabit, potest esse sensus, Frater vel homo non dabit Deo placationem suam, pro impio videlicet circundato iniquitate calcanei: vel ipse impius circundatus iniquitate calcanei, nō dabit Deo placationē pro semetipso, &c.

Versu octauo, Laborabit impius in æternum: quoniam & hic in vita temporali, solicitudines, labores, molestias, timores, & mille incommoda sustinet pro rebus temporalibus, siue acquirendis, siue augmentandis, siue conseruandis. In futuro autem seculo, tormenta grauissima perferet, & ea quidem nunquam finienda. Notandum enim est, quoniam non solùm laborare dicitur homo, cū aliquid difficilis operis fecit, cui sit adiuncta difficultas & molestia siue fatigatio, verūetiam quoties difficilia perpetimur, æquè laborare dicimur, etiamsi nihil agamus operis. Secundum quem modum Ecclesiastes se asserebat comperisse omnia quę sub sole sunt, laborem esse & afflictionē spiritus: laborem indubiè pro molestia, vexatione, & afflictione accipiens. Similiter & Paulus Apostolus, molestias, tribulationes atq; persequutiones sustinere, frequenter laborare appellat. Itaq;, etiāsi ab omni opere essent otiosi impij in hoc seculo, dicūtur tamen laborare. Et in futuro, cū ab omni opere erunt otiosi, quia tamen perferendis malis erūt pleni, & superpleni, rectè laborabunt in æternum. Et quanquā semper laborabūt, semper mala maxima sustinebunt, viuent tamen in sempiternum: quoniā Dei potentia, semper in vita conseruabuntur, vt semper laborēt, vt semper crucientur. Erunt enim immortales, & incorru-

Eccl. 1

ptibiles,mali æque atque boni:& ſicut hi viuent adhuc in finem,in æternum perſtabũt immortales, vt ſemper gaudeãt, ſemper conuiuentur in menſa agni:ita illi ſemper viuent,vt ſemper crucientur,& laborent in lacu ſerpentis antiqui. Terribile autem eſt, quod hîc de impiis ſupplantatoribus cõiunctim dicitur, quòd in æternum viuent, & in æternum laborabunt. Nam ſi tantum diceretur,laborabunt,& viuent in æternum,ſpem poſſent audientes concipere,quòd ſolũ ad tempus aliquantum eſſent laboraturi,ac deinde, vita ſempiterna abſque laboribus victuri:quemadmodum nonnulli errorum magiſtri, olim commenti ſunt, quos ſatis Euãgelicus ſermo redarguit, dicens impios in ſupplicium æternum & in caminum ignis inextinguibilis proiiciendos. Aut ſi tantum diceretur,Laborabunt,& viuent,exiſtimare poſſent,de labore in hac vita fieri ſermonem:nullam autem poſt hanc vitã,aliam expectandam, in qua labor ipſis eſſet metuendus, quemadmodum brutales homines plurimi ſomniant. Atque hinc ſanè parum terrerentur,cum etiam labores illos,quos ſuprà diximus,impij ſibi dulces & ſuaues reputent. Nunc verò, dum B vtrobique æternitas determinatur, diciturq; , & laborabunt in æternum, & viuent in æternum, auferetur ſpes omnis, vel per mortem, vel per temporis longitudinem effugiendi æterni ſupplicij. Quod ſi interroget quiſpiam:ſi hic impij dicuntur victuri adhuc in finem, id eſt, in æternum, cur ergo bonis peculiariter in præmium addicunt ſacroſancta Euangelia vitam æternam? Quomodo enim bonis in præmium proponitur,quod ipſis cõmune aſſeritur cum reprobis? Propter huius quæſtionis ſolutionem, præmiſerat Propheta,laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem. Laborare autẽ in æternum,& viuere,verius in æternum mori eſt, quàm in æternum viuere. Nam & ipſa impiorum vita æterna,mors æterna eſt. Viuent enim in morte: & ad hoc ſemper viuent corporis & animæ ſubſiſtentia, vt ſemper moriantur damnatione & cruciatu. Nunquam eis vita deficiet,vt nunquã deſerelinquantur à morte,vt mortem nequeant effugere, nũquam vita diſcedet ab eis. Iuſtorum verò æterna vita ad hoc erit,vt nunquam valeant mori,vtq; imperpetuum mors ſit elongata ab eis. Neque quiſquam eſt fide inſtructus,qui ignoret diſtinctionem beatæ huius vitæ æternæ bonorum, ab illa infœlici malorũ. Verſu nono,Simul inſipiens & ſtultus peribunt.

bunt. Inſipiens & ſtultus in Elucidatione ita diſtinguuntur, vt inſipiens eum ſignet,qui non ſapit,neque ſentit de veritate,de Deo ac diuinis rebus, vt oportet:vt infideles homines, qui non credunt iuſtitiam Dei: cuiuſmodi ſunt plerique diuitum,& potentum ſeculi,qui ſibi perſuadent, non fore poſt hanc vitam talem iuſtitiæ remunerationem,qualem ſacræ literæ teſtantur. Stultus autem dicitur, quantum ad agenda, qui non agit quæ oportet,etiamſi ſciat & ſentiat vt debet:cuiuſmodi ſunt plerique nomine tantum Chriſtiani, qui cum intellectu veritatem agnoſcant, opere tamen vanitatem demonſtrant,& vani ſunt:cuiuſmodi etiam erant illi de quibus dicit Apoſtolus, quòd cum cognouiſſent Deum, non ſicut Roma. 1
Deum glorificauerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis. Qui tamen diſtinctionem iſtam vanam eſſe contenderet,& idem aſſereret verbis diuerſis ad exaggerationem rei bis poſitum,hic poterit propoſitum ſermonem ita accipere, acſi dicatur,inſipiẽtes & ſtulti omnes peribunt:hoc eſt (quẽadmodum iuxta vulgatum loquendi modum dici ſolet)inſipiens vnus cum alio,ſiue ſtultus cum ſtulto,pariter omnes peribunt. Verſu decimo, Et relinquent alienis diuitias ſuas. Quomodo alienis relinquant diuitias ſuas impij,ſatis in Elucidatione monſtratur. In eo autem quod ſequitur. Sepulchra illorum,domus illorum in æternum,notãdum eſt, duplicem latere intelligentiam. Aut enim de ſepulchris terrenis dictũ accipimus,quantum ad corpus: aut de manſionibus inferni, in quibus ſepeliuntur damnati, iuxta quod in Euangelio de Lucæ 16
epulone diuite legimus,quòd ſepultus fuerit in inferno. Clarum autẽ eſt illic ſepulchra impiorum eſſe,vbi fuerint ſepulti. Eſt tamen in duplici iſta intelligentia hæc notanda diuerſitas,quòd ſecundum priorem oporteat accipere particulam in æternum impropriè:non vt ſignificet perfectam æternitatem,ſed tempus vniuerſum vſq; ad conſummationem ſeculi. Nam ſi perfectam æternitatẽ ſignificaret, conſequeretur nõ eſſe impios de monumentis prodituros in nouiſsimo die: quod manifeſtè aduerſatur verbis Domini,dicentis,Amẽ di Ioan.5
co vobis,quia venit hora, quãdo omnes qui in monumentis ſunt,audient vocẽ filij Dei,& procedẽt qui bona fecerunt in reſurrectionẽ vitæ,qui verò mala,in reſurrectionẽ iudicij. At verò iuxta alterã intelligentiam, quæ de mãſionibus loquitur inferni, particula,in æternum, perfectã ſignat æternita-

tem. Mansiones enim infernales, erunt domus & habitacula impiorum in æternum. Versu vndecimo, Tabernacula eorum, in progenie & progenie. Diligenter notandum, quòd in priore versu dixit impiorum sepulchra esse domos illorũ, & domos æternas. Hic verò, habitacula quæ super terrã extructa posteris relinquunt, non domos appellat, sed tabernacula. Non enim vacat mysterio ista in loquendo differentio. Rectè enim habitacula, in quibus super terram homines inhabitant, tabernacula vocantur: quoniam minimum temporis in eis permittuntur demorari, neq; vlla in eis fixa aut stabilis mansio est. Frequenter enim contingit, vt mox postquam ædificata fuerint diuitum palatia, morte absorbeantur, imò nonnunquam, & priusquam ad perfectum structura fuerit perducta: coguntúrque, velint nolint, erecta multis laboribus & sumptibus palatia posteris derelinquere: neque eis inhabitandi illa facultas, aut tempus conceditur. Et si conceditur, certè breue nimium est quod conceditur. Plerunque enim homines ad multam ætatem deuenisse cernimus, priusquam erigant ædificia: atque ita fit, vt mox post
Hebr. 11 consummationem cogantur loco cedere. Deinde, quoniam impij, velint nolint, aduenas se confiteri debent super terram & peregrinos, non habent autem aduenæ ciuitatem manentem vbi aduenæ sunt, neque domum fundamenta habentem. Et
Iob 7 iterum, quoniam militia est vita hominis super terram, non habent autem qui in militia degunt fixas domos, sed in tabernaculis agunt: idcirco rectè impiorum domus, non domus, sed tabernacula secundum veritatem appellabimus. Sepulchra verò illorum, siue terrena, siue infernalia, rectè illorum domus dicuntur propter stabilem & longissimã in eis mansionem. Nemini enim regum, aut potentum, concessum est tanto tempore inhabitare suum palatium, quàm coguntur inhabitare sepulchrum, vel infernum. Secunda autem pars huius versus, Vocauerunt nomina sua in terris suis, secundum eam sententiã accipienda est, quam exprimit aliquanto clarius beati Hieronymi ex Hebræo versio, habens in hunc modum, Vocauerunt nominibus suis terras suas. Huius autem rei pater exemplum in regibus nõnullis, quorũ nominibus etiã ciuitates, & loca insignia, legimus appellata: quemadmodum Cæsarea Philippi (de quã fit in Euangelio sermo) in honorem Cæsaris, Cæsarea nominata est: ab ipso

ipso autem eius ædificatore, siue renouatore, Philippi dicta est. Similiter Roma, à Romulo. Ita castra & domus quælibet insignes, à suis ædificatoribus plerũq; denominãtur: quemadmodum apud Louanienses, arx Iulij, in hodiernum vsque diem, ab ipso ædificatore Iulio, antiquã obtinet appellationem. Versu duodecimo, Et homo cum in honore esset, nõ intellexit. Solet versus iste plerunque ad totius generis humani naturam, eiusq; lapsum, & à statu innocentiæ deiectionem, peculiariter applicari: quoniam videlicet, cum in summo honore esset homo, à Deo conditus in originali iustitia, in omnimoda rectitudine, ab omnibus miseriis corporeis, quibus nunc subiacemus, alienus nõ attendit ad dignitatem suam, & ad Dei voluntatem vt permaneret in ea: sed oblitus sui, comparatus est iumentis, & illis assimilatus est, iisdem subiectus miseriis, quibus illa subdita conspicimus: factus similiter, vt illa, mortalis, famelicus, sitibũdus, fatigabilis, æstu & gelu passibilis, variisq; morbis, ac corruptionibus obnoxius. Assimilatus etiam est illis, quãtum ad cẽsualitatis peruersum dominium, quę ab ipsa trãsgressione cœpit suam in hominis corpore exercere tyrannidẽ, brutales motus frequẽter cõtra rationis imperium in carne exuscitans, & confundẽs atque perturbans omnia: cum ante præuaricationem summa fuisset & incundissima omnium virium inferiorum obedientia, sub rationis & volũtatis imperio. Deniq;, cæcus factus est homo per trãsgressionem, & cœlestibus rebus capiendis, per vitiorum turpitudinem minimè idoneus, bruto rum more sola spectans præsentia, non attendẽs in futura. Et hæc quidem recta & bona sententia est. Verũtamen ad propositũ Psalmi, rectius ad singulos impios, Dei imaginẽ, quã in se gerunt, miserè fœdantes, refertur intelligentia, iuxta modum in Elucidatione expressum. Versu decimotertio, In
G ore suo complacebunt. Cõplacebunt, videtur impropriè accipiendum, pro Benedicẽt, quemadmodum habet æditio Romana, id est, blandientur, & adulationes loquentur: vt complacebunt in ore suo, idem valeat quod, placentia loquẽtur. vel ad complacendum loquentur: quoniam videlicet inuicẽ adulantur, & ad complacendũ loquuntur inuicem, postquam malè egerint. Vel potius ipsemet sibi in malis complacẽdo, Prouer. 2
se iactant de malè actis: quod consummatæ nequitiæ efficax indiciũ est. De quib' alibi dicit scriptura, Gloriãtur cum Psalm. 51

malefe

malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Aduersus quos alio Psalmo etiã inuehitur amara quęstione Psalmista, Quid gloriaris (inquiens) in malitia, qui potens es in iniquitate?

Versu decimoquinto, Et dominabuntur eorum iusti, &c. Quomodo iusti super impios accepturi sint dominiũ in die iudicij, manifestè ex pluribus tam veteris quàm noui testamenti locis est manifestũ. Illud tantum hìc singulariter com-
Apocal.2 memorabimus, quod de hac re in sacratissima Apocalypsi, spiritus loquitur Ecclesiis, Qui vicerit (inquit) & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super Gẽtes, & reget eas in virga ferrea, & tanquã vas figuli cõfringẽtur, sicut & ego accepi à patre meo: & dabo illi stellam matutinã. In sequenti autem parte huius versus, particula illa, à gloria eorum, geminam facit sententiam. Nam si cõiungatur cum auxilio, ad hunc modum, Auxilium eorum à gloria eorum, veterascęret in inferno, erit sensus qui in Elucidatione expressus est. Auxilium quod à gloria & potentia atq; diuitiis suis habere solebãt, deficiet in inferno ab eis. Potest & iuxta ordinem localem connecti, cum verbo, Veterascet, eritq; sensus, Auxilium omne in inferno eis deficiet à gloria eorum: quoniam à gloria eorum (id est, diuitiis & potentia) non vltra eis veniet auxilium, vt venire solebat cum agerẽt in terris. Rectè enim deficiet, siue cessabit auxilium à gloria, dum ab ea vltra non veniet. Prior sensus clarior & conuenientior videtur. Veterascet autem, pro Deficiet, & consumetur, siue auferetur dictum est: quoniam quod antiquatur, & senescit
Hebr. 8 (vt ait Paulus) propè interitum est. Et quoniam eius quod in propinquo est, parua distantia est, ad illud cui est propinquũ, non omnino absurdè Veterascere, pro Deficere, dictum est.

Versu decimooctauo, Non sumet omnia, licet secundum elocutionis vim valeret, quædam non sumet, particulariter, & negatiuè enuntiãdo: videtur tamen sic accipiendum, tanquam si vniuersale signũ præponatur, negatio autem subsequatur: id est, Omnia nõ accipiet: hoc est, nulla accipiet. Neq; enim hic loquendi modus scripturis sanctis est infrequens:
Gene. 4 quemadmodũ cum Geneseos 1111. cap. de Cain dicitur, Posuit Deus signum in Cain, vt non eum interficeret omnis qui inueniſſet eum. Sensus est, vt nullus eum interficeret. Et Gene-
Gene. 14 sis x1111. cum Abraham dicit se non accepturũ ex omnibus quæ de præda & victoria secum tulerat, sentit se ex omnibus non

non (id est, ex nullis) accepturum. Aut legere possumus hãc partem cum amara ironia, quasi minimum quidem dicẽtes: sed maximum significare volẽtes: sicq; eadem quæ prius dicta est, habetur sententia. Versu decimonono, Quia anima Lucæ 12
eius in vita ipsius benedicetur. Animæ impiorũ in vita benedicuntur, quoniã & sibiipsis benedicunt, blandiuntur, loquũtur dulcia: quemadmodum diues ille in Euangelica parabola, cuius ager fructus vberes attulerat, animæ suæ blandiebatur, dicẽs, Anima mea, habes multa bona in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Verùm quæ post mortem huiusmodi benedictionem sequatur maledictio, subsequẽs
A Dei ad hunc diuitem responsio declarat, Stultè (inquit Deus) hac nocte repetẽt à te animã tuã: & quæ parasti, cuius erũt? Benedicuntur etiã, & blandas adulatorias q; laudes accipiunt ab aliis, qui eos beatos prædicant, sed decipiũt. Ait enim sacrum Euangeliũ, Væ vobis, cum benedixerint vobis omnes homines. Quãtum verò ad secũdam partem: difficultas esse Lucæ 16
videtur propter personæ mutationem. Clãrius enim fuisset, si subsequenter continuando sub persona tertia diceretur: Confitebitur benefacienti sibi, aut confitebitur illi qui sibi benefecerit. Nunc verò dum subitò secũda persona interponitur, incertum est ad quem sermo dirigatur. Et quidem in Elucidatione indicauimus, sermonem referri ad eũ, qui benefacit impio potenti, qui propter cordis superbiam magnã rem se facere existimat, cum acceptum beneficiũ vel verbo agnoscit, & pro eo vel gratias agit. Non enim curant referre gratiã, qui etiã mercenariis suis & seruis solent iustã deti
nere mercedem, nec operariorum suorum labores dignãtur persoluere: magnũ putantes si non pro beneficio (quod solẽt non raro) etiam contumeliam reddant. Potest tamen sermo etiam ad Deum dirigi, vt sit sensus, Impius confitebitur tibi, tunc solùm te laudabit, cum ei benefeceris, cum pro voto
B ei præstiteris omnia. Nam si aliter illi quàm postulat euenerit, statim paratus erit in blasphemiam & cõuitia. Verũ hac sententia non vsque adeò forsitan vt prior arridebit profundius consideranti: quoniam hi impij, & in peruersitate obstinati, neq; cum bona accipiunt, Deo sciunt gratias agere. Nõ enim attendunt ad illum à quo manant quæ habent omnia: sed quasi à seipsis habeant vniuersa, sic sibi placent, & stulti stultè sibiipsis benedicũt. Versu penultimo, Introibit vsque

in

in progenies patrum suorum. Progenies patrũ hic dicit generationes præteritas priorum ac progenitorũ suorum, illorum potissimum quorũ imitatores in sua prauitate fuerunt. Malos enim patres sequentur ad pœnam mali filij: & quo illi priores descenderunt, eodem isti aduenient posteriores: vt simul cum malis patribus, mali filij in æternis tenebris crucientur. Possunt etiã diaboli per patres istos accipi, qui patres sunt omnium malorum. Nam peccauit ab initio diabolus, & imitantur eum omnes qui sunt ex parte illius. Ad hos autem introibunt impij, vt cum eis in æternum lumen non videant: quoniam Diuina sententia compellentur discedere ipsi in exteriores tenebras, & in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.

1. Ioan. 3

Matth. 25

QVADRAGESIMI NONI

PSALMI ARGVMENTVM.

INITIVM huius Psalmi de duplici Christi aduentu loquitur: priore videlicet, quo iam venit, & ex omnibus partibus terræ fideles vocauit, incipiens à Hierusalem & Iudæa, vnde pulchritudo Euangelij processit: & posteriori, quo venturus est in manifesta gloria, igne & valida tempestate præcedente conspectum eius venientis ad iudicium, ad quod cælum & terram (id est, cælestes & terrenos) simul est aduocaturus, & sanctos suos est secum cõgregaturus qui annuntiauerũ iustitiam eius. Atque hæc septem primis versibus. A versu autẽ octauo ad finem vsque Psalmi, Deus ipse introducitur loquens Israëlitico populo suo, siue illi veteri, siue populo nouo, eundem instruens, primum de sacrificio acceptabili, quo velit ab ipsis potissimũ honorari: videlicet non corporalibus sacrificijs, hircis, vitulis, bobus, ouibus, aut huiusmodi, quorum vsu nec ipse opus habet, neque si opus haberet, necesse foret eum ista ab hominibus accipere (quando quidem ipse est Dominus omnium, & abundat in omnibus) sed sacrificio laudis & inuocationis in aduersis, maximè se dixit honorari. Deinde à versu decimoseptimo, ad ministrum infidelem sermonem conuertit, qui ipse indisciplinatus existens moribus, & ad omnem impietatem perpetrandam effusus, præsumit tamen Dei præcepta ore suo contaminato alios edocere: quem amara & aspera valde increpatione redarguit, prænuntians illi grauem suæ impietatis vltionem: vltimo tandem versu, iterum replicans sacrificij acceptabilis propositionem.

QVAD

QVADRAGESIMINONI PSALMI ELVCIDATIO.

DEVS altissimus super omnes deos, ipse omnibus superior qui vel secundum hominum falsam opinionem dij existimantur, vel participatione aliqua dij appellantur, qui etiã est vniuersorũ dominus: ipse in diebus nouissimis, quãdo venit plenitudo temporis, aduenies in terras, audiri fecit in mundo Euangelij sui prædicationem, per orbem vniuersum ipsam diffundens: * & prædicatione sua vniuersam terrã vocauit ad regni adeptionẽ quã prædicabat, omnesq; fines terræ conuocauit ad vnius fidei susceptionem, vnusq; corporis & Ecclesiæ compositionem: quod cœpit quidem in semetipso, peregit autẽ in Apostolis, eorumq; successoribus. 2 Vocauit (inquam) terram vniuersam & omnes inhabitatores eius, ex omnibus gentibus & regnis, ab oriẽte vsq; in occidentẽ, & à septẽtrione vsque ad meridiem: per quatuor mundi plagas, vocem suæ prædicationis emittens: * pulchritudo tamẽ gloriæ eius, & decor honoris eius (diuinitatis scilicet manifestatio, & gloriæ eius prædicatio) ex populo Iudaico processit, quoniam salus ex Iudæis orta est, exitq; de Sion lex, & verbũ Domini de Hierusalem: eo q; in Iudæa primũ audita sit vox prædicationis Christi, ac deinde in omnes gentes sit Apostolico ministerio circunquaque per omnia mundi climata, deriuata. 3 Ipse autem idẽ Deus noster qui in aduentu suo hoc quem modo diximus priore, occulte venit, & quasi sub silentio (nimirũ Deus occultus, homo manifestus) idẽ ipse aliàs aduenier manifestè: quãdo iudicaturus viuos & mortuos, veniet cum nubibus in gloria & maiestate sua, cũ angelis suis, & cum senioribus populi sui: ita manifeste & gloriosè, vt eũ videat omnis oculus, etiam qui illum pupugerunt: * aduenier (inquã) ipse dominus & Deus noster, in iudicis forma, manifestè in oculis omnium, & nequaquam in silentio vel occulto: ac tunc etiam futurũ est, vt ipse qui olim in aduentu priore occulto tacebat coram præsidẽ iudicandus, & quasi agnus non aperiebat os suum, idem ipse tum secundo aduenies, quasi leo rugiat, & quasi iudex verus proloquatur, pronuntietq; cum autoritate sententiam. 4 Cum autem ita secundo aduenerit, præcedet ante cõspectum

1 *Deus deorum Dominus loquutus est:*

2 *A solis ortu vsque ad occasum:*

* *ex Sion species decoris eius.*

Ioan. 4

Esaiæ 2

3 *Deus manifestè veniet.*

Apoc. 1

Matth. 16

Esaiæ 3

Apoc. 1

* *Deus noster, & non silebit.*

Esaiæ 53

Amos 3

Apoc. 5

4 *Ignis in cõspectu eius exardescet:*

ctum eius ignis ille cõflagrationis,quo purgabitur mũdus, & quicunque sunt in eo:qui vehemẽtia virium suarum fortiter omnia conflagrabit atque purgabit, iuxta decretũ diuinæ voluntatis:* & erit in circuitu eius,cum aduenier valida tẽpestas,mira conturbatio,& commotio elementorũ omnium,& omniũ quæ sunt in mundo mirabilis commutatio.

5 Sic autem aduenies aduocabit desuper ex cælis,adducetq; secum eos qui in cælestibus secum degũt, nimirum angelos ministros suos:cum quibus vnà veniet tãquam rex stiparus infinitis militum turmis,atque etiam Apostolos,aliosq; beatos spiritus, qui iam cum ipso in cælo inhabitabant. Et hos enim aduocabit & adducet,vel vt simul cum eo tanquã assessores iudicent impios,vel vt perfectam in corpore iam acciant remunerationẽ: * aduocabit item tẽrã, id est, omnes terrenos & impios, aut homines vniuersos,in suis corporibus de terra resurgẽtes:sic (inquam) aduocabit tam de sursum cælũ,quã de deorsum terram,vt ita in maiestate sua diiudicet atque discernat populum suum: vt videlicet malos separet de medio iustorũ,paleasq; & zizania igne cõburenda,diuidat & distinguat à tritico cõgregando in horrea,hœdos quoque separet ab ouibus,illis ad sinistram,his ad dexteram,iusta discretione locatis. 6 Vt autẽ hoc perficiat Deus, exite celeres ô ministri angeli,& congregate illi vestro ministerio electos eius à quatuor ventis terræ,adducite eos resumptis corporibus ante conspectum iudicis glorioſi,vt illi obuiam procedant in nubibus in aëra, sicque semper amodo sit cum domino: * qui sancti testamentum & pactum eius ordinauerunt ac disposuerunt supersacrificia, qui Dei voluntatem & impletionem testamẽti eius pluris fecerunt, & priorem habuerunt quàm corporalia sacrificia, qui non satis putarunt corporalia offerre sacrificia, sed super omnia studuerũt testamentũ Dei obseruare,eiusq; voluntatẽ perfectè adimplere:scientes,obedientiã esse meliorem victima & holocaustis arietum. 7 Et annuntiauerunt atque prædicauerunt cæli,id est sancti Apostoli, aliiq; horum successores cælestes viri iustitiam Dei,in retributione bonorum atque malorum: * quoniam ipse est iudex cui datũ est à patre iudicium facere,& cui competit omnimoda perfectaq; iustitia, ad reddendũ vnicuique secundũ opera sua. VOX DOMINI

& in circuitu eius tẽpestas valida,

5 Aduocabit celum: desursum:

& terrã, discernere populũ suũ

Matth. 13

Ib idem.

Matth. 25

6 Cõgregate illi sanctos eius:

Matth. 24

1. Thes. 4.

qui ordinant testamẽtum eius super sacrificia.

1. Reg. 15.

7 Et annuntiabunt cæli iustitiã eius:

Ioan. 5

Matth. 16.

quoniam Deus iudex est,

TIS DE ACCEPTABILI SACRIFICIO. 8 Priusquam autem hæc sese manifestet iustitia, audi nunc populε meus quem elegi mihi in peculium ex omnibus populis,& loquar tibi,instruens te de iis quæ saluti tuæ erunt opportuna:* audi(inquam)ô Israël electa gens mea,& cum testificatione ac asseueratione firmissima pronuntiabo tibi voluntatẽ meam, testamentum & pactum constituam inter me & te, vt scias quomodò mihi debeas gratam impẽdere seruitutem: *ecce ego sum Deus omnium, & specialiter per electionẽ gratuitam sum etiam Deus tuus,& te elegi mihi in peculiarem populum. Sed audi nũc,quid à te requiram ego dominus Deus tuus. 9 Non habeo cur te arguam in sacrificiis corporalibus,hircorum,taurorum,ouium,atque vitulorum,& cæteris quæ secundum legẽ institutæ sunt oblationibus. Nam,quod ad ista exteriora pertinet,hæc sanè in parte satis bene obseruantur hæc in vobis,atque etiam propter se non ea requiro: *& de holocaustis corporalibus à lege institutis,nõ est quod te arguam, quoniam ritè satis ista obseruas, & proponis ea ante cõspectum meum semper,in omni tempore ad hoc à lege determinato. 10 Non accipiam ego vitulum de domo tua,aut de stabulo tuo,aut de gregibus tuis hircum,aut aliud quodlibet animal immolatitium,sic quasi ego eo egeam ad esum, aut alium quemlibet necessitatis vsum: * & si tu non offerres,non tanti mihi foret eorum omissio, vt ea raperem de stabulis tuis: quandoquidem ipsum offerentis cordialem affectum & deuotionem in illis expeto potius,quàm ipsum quod offertur corporale sacrificium:neq; vllam haberem necessitatem à te accipiendi,si eiusmodi requirerem,cùm ipse abundem in his omnibus. 11 Nam omnes ferę quæ in syluis vagãtur,meæ sunt, tam creatione,quàm possessione,& libera de eis dispositione: quæ multò præstantiores æstimantur, & nobiliores hircis & vitulis:*neq; hæc solùm animalia syluestria sub mea sunt possessione, verumetiam domestica omnia iumenta,quæ sub hominũ custodia pascuntur in montibus,& boues atque oues,cæteraq; huiusmodi. Quid ergo à vobis debebo requirere,posteaquàm nihil ipsi habetis,quod non meum sit,prius etiam quàm vos mihi donetis:neque potestis priores mihi aliquid dare, nèque nisi quæ de manibus meis accepistis, reddere valetis? 12 Cognoui sigillatim omnia volatilia aëris, & numerũ eorum apud me descriptum

8 *Audi populus meus, & loquar:*

Israël,& testificabor tibi:

Exod. 19

Deute. 7. & 26

Deus deus tuus ego sum.

9 *Nõ in sacrificijs tuis arguam te:*

holocausta autẽ tua in conspectu meo sunt semper.

10 *Nõ accipiã de domo tua vitulos:*

neq; de gregibus tuis hircos.

11 *Quoniã meæ sunt omnes ferę syluarum:*

iumẽta in mõtibus & boues.

1. Par. 29

Rom. 11

12 *Cognoui omnia volatilia cæli:*

habeo,tanquam quæ subsint omnia ditioni meæ, & quæ singula propriis nominibus posim aduocare,& dicēt, assumis:

& pulchritudo agri mecum est. *& tota agrorum pulchritudo, omnes segetes quæ crescunt B ac vegetantur in agris,ad me pertinent,& in mea sunt posse sione, vt posim de eis quicquid voluero pro mea voluntate disponere,citra cuiuscunq; iniuriam & fraudem. Ego enim sum qui terram creaui, & fœcundam feci, qui semen omne dedi,& pluuiam desuper effundo, vt crescant segetes,aliisq; vel arantibus tantùm,vel seminantibus, ipse do incrementū & vitam, faciens de semine culmos exurgere, & omne frumentum, omnemque fructum in eis. 13 Et si tandem fieri

1. Cor. 3 13 *Si esurie ro, non dicā tibi:* posset vt esurirem ego aliquando, appeterem; in esum vllum animalium,vel domesticum,vel syluestre, vel volatilia, vel frumenta agri, non mihi opus foret à te exposcere quod appeterem,neq; tibi exponere me oporteret desiderii meū,

** meus est enim orbis terræ,& plenitudo eius.* vt ex te impleretur mea egestas: * totus enim orbis terrarū meus est, & omnia quæcunque in eo sunt, à maximo vsq; ad minimum, mea sunt, & plenissimæ ditioni atque potestati meæ subiecta: & haberem abundè à memetipso vnde meo desiderio satisfacerē in omnibus, multò amplius quàm quiC uis hominum.Nam homines quidem multo pretio vel labore vix sibi sufficientia valent comparare. Ego verò solo verbo aduocabo,si voluero, & syluestria & domestica & volatilia:& quæcunque edi possunt, vno verbo aduocabo semel omnia. 14 Neq; tamen hæc dixerim,quasi his aliquando in-

14 *Nūquid manducabo carnes taurorum?* digeam,aut quasi eis vnquam vtar in cibum aut potum. Neque enim ego esurio aliquando, aut sitio, vt carnes taurorū, vitulorum aut ouium, aut aliorum quorumlibet animalium manducem: * neque sitio vnquam, vt sanguinem hircorum

** aut sanguinem hircorum potabo?* aut aliorum animalium expetam mihi in potum:multò minus etiam frumentum agri, aut vinum in vite mihi vendico in cibum,neque ego, neque ministri mei qui sunt in conspectu vultus mei. Proinde, quòd istorum oblatio grata fuerit mihi suo tempore, nō hoc erat ob meam egestatem aut vtilitatem, neq; quòd per se illa requirerem:sed magis vt cum his cordis vestri deuotionem acciperē, quam præcipuè quærebam,& spectabam in illis:simul etiam, vt in eis ventura in temporis plenitudine acceptissima præsignaretur oblatio.

15 *Immola Deo sacrifi cium laudis:* 15 Vis autem scire,quam oblationem ego Deus tuus à te po D tissimum requiram, & quid sit quo oblecter maximè? Confessio

fessio laudis ex corde grato & fideli oblata, laudatio recti cordis, & gratiarum actio à bona voluntate procedens, gratissimum mihi sacrificium est, quod immolari à te mihi opto:* & vt perfoluas mihi altissimo Deo tuo vota tua:id est,

** & redde altissimo vota tua.* pias affectiones & sancta desideria,atque etiam pollicitationes Deo sacratas (quæ ex amore Deo obtuleris) diligenter adimpleas. * Aut pro acceptis à me beneficiis, redde mihi tua vota,ex tuo corde pias erga me animi affectiones,atque ex eis,& pro eis laudationes & gratiarum actiones,ex amore & animi gratitudine proficiscentes. 16 Ad hæc, in tem-

16 *Et inuoca me in die tribulationis:* pore tribulationis,ex corde fideli inuoca me in auxilium, & postula in fide nihil hæsitans:certissimò persuasum habens, quòd ego sum qui tibi possum ferre auxilium, etiā in desperatissimis rebus,& quòd bonus sum,qui non possim,aut nolim derelinquere piè clamantes,aut fideliter postulantes abiicere:*& tu si hoc feceris,si me sic inuocaueris, ego te exau

** eruam te,* diam, & eruam, atq; liberabo de tribulatione de qua clamasti ad me, vel temporaliter liberando, vel certè consolationem internam & virtutem ad ferendum donando in con-

**& honorificabis me.* fortatione spiritus:*& tu me hac in re valde glorificabis atE que honorabis, magis,quàm si millia hircorum aut vitulorū mihi obtulisses. Honorem enim per maximum fieri mihi puto, cùm in tribulatione ad me fidenter & absque hæsitatione clamant homines. Nam hoc ipso, me & summè potentem, & summè bonum protestantur. Non enim inuocarent, nisi summè potentem crederent,qui possem ferre auxilium: neque iterum nisi optimum, qui non possem iusta ac pia vota abiicere. 17 Impio autem suo ministro (cuiusmodi

17 *Peccatori autem dixit Deus,* illi sunt qui corporalibus tantùm insistunt sacrificiis, concul cantes testamentum Dei, & neglectores Diuinæ voluntatis, sacerdotes vita & moribus peruersi) loquitur per seuerā increpationem Deus, in spiritu ad hunc modum, Qua

quare tu enarras iustitias meas, fronte,qua audacia,tu ó præuaricator impie testamēti mei, qui ordinas sacrificia super testamentum meum, præsumis

** & assumis testamē tum meum* enarrare præcepta ac iustificationes meas? * & qua audacia tu assumis testamentum meum in os tuum, vt illud tuo contaminato ore,& pollutis labiis,alios doceas:cùm intus tuipse

per os tuū? plenus sis omni spurcitia & immunditia? 18 Quomodo (inquam) tu ista audes, cùm ipse rectam disciplinam, id

18 *Tu verò odisti disciplinam:* est, bonam vitæ, ac morum institutionem habeas exosam,

neq; teipſum ſecundum eam ſtudens componere, neq; eam in aliis amans, tametſi eam ore ad quæſtum vel ad gloriam prædices: * & verba atq; præcepta mea proieciſti poſt tergũ tuum: non poſuiſti ea ante oculos vt obſeruares, ſed abieciſti ab oculis tuis, vt non videres, neque ambulares ſecundum ea: propter quod & ego te proiiciam à facie mea, & à conſpectu meo in æternum. 19 Vbi furem videris aut iniuſtum quemlibet fraudem facientem proximo, curris cum eo, adiungis te ei, & particeps fieri ſtudes furti ac fraudis illius: idque vel conſenſum præbendo iis, quos oportebat ex officio ac miniſterio tibi cõmiſſo arguere & prohibere, vel auaritiæ cauſa diſſimulando, aut participando cum illis, eosq; in hoc propter quæſtum inducendo, vel cõfortando: * & adulteris aſſimilaſti teipſum, factus es in ſocietate & crimine malo particeps: * feciſtiq; vt eadem tibi cum his portio & merces debeatur, iuſto meo iudicio. 20 Os tuum plenum fuit malitia, impudenter & abſq; fræno loquens mala plurima, blaſphemias, conuitia, fraudes, oppreſsiones, de corde pleno malitiæ huiuſmodi peſsima eructans: * & lingua tua magno artificio componebat, atq; coaptabat verba doloſa & fraudulenta, vt per ea deciperes ſimplices, & tuarum captionũ inexpertos, per tuam ſuauiloquẽtiam, & ſubtilem, artificioſamq; dictionem. 21 Sedens quaſi otioſus ab omni bono opere, contra proximum tuum loquebaris detractionem, falſo aduerſus illum mala dicẽdo. Solet enim detractio, ſicut & murmuratio, ferè comitari otioſos eiuſmodi ſeſſores. * Aut ſedés quaſi iudex ex officio cùm ſecundum legem iuſtè debuiſſes iudicare, loquebaris contra legem aduerſus fratrem & proximum falſum iudicium: pro quo, ad impendendam illi iuſtitiam, loqui ex officio debueras: * atque his modis, qui alios ædificare debueras, ponebas offendiculum peſsima tua illa conuerſatione infirmis fratribus & proximis tuis, filiis eiuſdem Synagogæ aut Eccleſiæ, cuius te gloriaris membrum & filium eſſe: * hæc omnia, atq; his etiam plura (quæ omnia difficile foret explicare, quæ ſunt apud me ſignata in theſauris meis) tu opere nequiter perpetraſti, cùm ore enarrares iuſtitias meas, & alios doceres præcepta mea: & ego diſſimulaui, qui te agere pro tuo libito, impunitumq; hactenus dimiſi te in tua malitia, mea benignitate & longanimitate te inuitans ad pœnitentiam. 22 Exiſtimaſti impiè, & peſsimè tibi per

& proiecisti sermones meos retrorsum.

19 Si videbas furem, currebas cũ eo:

**& cum adulteris portionem tuã ponebas.*

*20 Os tuum abundauit malitia: *et lingua tua cõcinnabat dolos.*

*21 Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, *& aduersus filiũ matris tuæ ponebas scandalum: *hæc feciſti, & tacui.*

Deut 31
Roma.2

22 Exiſtimaſti iniquè, quòd ero tui ſimilis:

bi perſuaſiſti, quòd forem ego ſimilis tui: ſic permanſiſti in impœnitentia & obſtinatione tua, nihil horreſcens meã vltionem, quaſi perſuaſum haberes, me oblectari in tua malitia, atq; ita quaſi ſimilem tibi eſſe iniquitatis amatorem, vt es tu amator iniquitatis, eò quòd hactenus tacuerim, quòd vltionem mox iam non adduxerim: * Veniet tamen dies iudicij mei, in qua non amplius tacebo, non vltra diſſimulabo, non feram longius impunitum: quando te apertè increpabo, & exprobrabo tibi palàm omnibus vniuerſam nequitiã tuã, & conſtituam te contra faciem tuam: ita te depingam, ita ſingulis occulta tuæ iniquitatis patefaciam, vt quaſi è regione & ex oppoſito tui conſiſtens cuncta pariter videas per te patrata, apertè, & nudè, omnibus ad tuam confuſionem reuelata, ita vt videant vniuerſi æquè atque tu, ignominiam & iuſtam damnationem tuam. Cuncta enim quæ modò peruersè operaris, adducam ego in iudicium, & proponam ante oculos tuos: illuminaboq; abſcondita tenebrarum, & manifeſtabo conſilia cordium: & tũc ſicut à me laus erit vnicuique iuſto, ita econtrario omnibus impiis exprobratio atq; cõfuſio.

** arguã te, & ſtatuam contra faciẽ tuam.*

Eccle.12

1.Cor. 4

VOX DAVID PROPHETAE, PER EXHORTATIONEM INTERPONITVR. 23 Hæc intelligere curate, & in intimis cordis veſtri ſolicitè reponite, vos qui dominum Deum veſtrum non habetis ante oculos, qui illum contẽnitis, & quaſi poſt tergum proiicitis ſermones illius, eius mandata prætergredientes: hæc (inquam) quæ vobis per ſpiritum ſuum ipſe loquitur ad præmonitionẽ, vos cupiens reuocare à malitia, modò (dum tempus eſt bene operandi, & æternam illam confuſionem euadendi) conſiderate & intelligite. * ne vos dies vltionis eius cõprehendat, néve in die illa in furore ſuo ad vos adueniens, per mortem ſubitò auferat, hinc̃que abripiat ad diſtrictum tribunal ſuum, raptosq; cõdemnationis ſententia proiiciat in caminum ignis, quando nemo erit qui vos poſsit de manu eius eripere, aut ſaluare de lacu iræ eius, in quo nulla eſt redemptio. VOX DIVINA SERMONEM PROSEQVITVR. 24 Quomodo iam antè monſtraui, ita & nunc reperens ad concluſionem eruditionis meæ dico, quòd ſacrificium laudis & gratiarum actionis eſt, quo ego honorari opto, & quod ego poſtulo à ſeruis meis: & hæc via eſt, iterque rectæ laudationis, quo peruenitur ad conſpectum vultus mei, quo pertingitur ad præmia meæ fœlicitatis

23 *Intelligite hæc qui obliuiſcimini Deum:*

** nequando rapiat, & non ſit qui eripiat.*

Galat.6
Matt.13
Iob 10

24 *Sacrificiũ laudis honorificabit me: & illic iter, quo oſtẽdam illi ſalutare Dei.*

1.Cor.15 tatis,ad salutem beatitudinis sanctorum.Qui enim nunc iugiter mihi laudes & gratiarum actiones de bono corde obtulerint,perducam illos ad conspectum apertum diuinitatis meæ:vbi me facie ad faciem videntes,collaudabunt & lætabuntur in salutari meo,in secula seculorum,Amen.

ANNOTATIONES IN

Psalmum Quadragesimumnonum.

VERSV primo, Deus deorum dominus, &c. Genitiuus deorũ in medio positus, regi potest indifferenter vel a priore nomine Deus, vt sit sensus, dominus Deus deorũ,loquutus est:vel à posteriori, vt sit sensus, Deus dominus deorum. Verùm prior cõnexio videtur rectior,quam solã ponit Elucidatio. Deos autẽ hos intelligere possumus, eos de qui-
1. Cor.8 bus Apostolus ait:Sunt qui dicuntur Dij,siue in cælo, siue in terra.Sunt enim dij multi,& domini multi. Ipse enim Deus, C
est omniũ Deus:id est Deus verus super omnes qui dij appellantur.Fingũt (verbi gratia) Poëtæ deos, Iouem,Saturnum, Dianã aut Solem,Lunã,aliúdve siue animatũ corpus,siue inanime simulachrũ:dicũt illi, Deus noster es,quẽadmodũ olim vetus ille populus à Deo vero aberrans,de vitulo trãsgressionis dicebat,Isti sunt dij tui Israël, qui te eduxerunt de terra
Exo. 32 Aegypti.Nos autẽ verè dicimus,quoniã omniũ horũ deorũ, dominus noster Deus est:quoniã ipsius sunt creaturæ,& ipse vnus est,qui in immensum superexcedit hæc omnia. Atq; hi quidẽ dij sunt appellatione sola.Sunt verò & alij dij secundũ participationẽ,quomodo videlicet in lege scribitur,Diis nõ
Exo.22 detrahes. Et in alio Psalmo,Ego dixi,dij estis,& filij excelsi
Psal. 81 omnes.Quem locũ tractans in Euangelio Saluator,ait,Deos
Psal.46 esse dictos ad quos sermo Dei factus est,nimirum per participationem aliquã ad Deũ. Atq; hoc pacto,iam ante sanctos Apostolos Deos fortes terræ appellauimus.Sic & sancti Angeli Dij sunt & omnes seculi potentes ac iudices & præpositi, quatenus accepta à Deo primo potestate, aliis vice ipsius præsident.Et horũ autẽ deorũ, vniuersi intelligimus & agno
Ephe.1 scimus dominũ esse Deum:quoniã (iuxta Apostolũ) Ipse est
Rom.9 super omnẽ principatum & potestatẽ,& virtutẽ,& vniuersaliter super omnia Deus benedictus in secula,Amen. Versu quarto,Ignis in conspectu eius,&c. Iste ignis est,de quo Petrus Apostolus in 11.Canonica sua Epistola loquitur,dicens.

Aduc

Aduenietautẽ dies Domini vt fur,in quo cæli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur:terra, & omnia quæ in ipsa sunt opera,exurentur.Et post pauca iterũ loquẽs
D de Aduentu diei Domini,Per quem(inquit)cæli ardẽtes soluentur,& elementa ignis ardore tabescẽt. De quo igne,qualis sit futurus, & quos effectus particulares habiturus, apud Ecclesiasticos doctores solet in 1111. Diuinarũ sententiarũ libro plenius determinari. Versu sexto,Cõgregate illi sanctos eius,&c.In priore versu dicitur etiã de terra, quòd aduocata sit vel aduocãda ad Dei iudicium, vt discernatur videlicet, & diiudicetur inter bonos & malos. Verùm non nisi de sanctis dicitur hìc, quòd cõgregantur Domino. Non enim impij cõgregabuntur Domino,sed in fasciculos alligabũtur
diabolo ad comburendũ.Sancti autẽ Domino congregabun Matth.13
tur, vt inferantur quasi triticũ in horrea eius. Iussionẽ autẽ illam quã signat verbũ,Congregate, sanctus angelis applicauimus,quoniam ipsorũ ministerio perficienda creditur corporum resuscitatio,quemadmodum in parabola Euangelica zizaniorum agri exponitur, ab ore Saluatoris: qui Angelos messoribus comparans subiungit in hæc verba:Mittet filius Matth.13
hominis Angelos suos,& colligẽt de regno eius omnia scandala,& eos qui faciunt iniquitatẽ, & mittẽt eos in caminum ignis.Et iterũ in parabola lagenæ, Exibunt Angeli, & sepa- Ibidem.
rabũt malos de medio iustorũ,& mittẽt eos in caminũ ignis. Sic & in alio loco apud eundẽ Matthæũ dicitur ex ore Do- Matth.24
mini,Mittet filius hominis Angelos suos cũ tuba & voce magna,& cõgregabunt electos à quatuor vẽtis,à summis cælorũ vsq; ad terminos eorũ. Ex quibus verbis apparet,resuscitationem vltimã corporũ Angelico ministerio futurã, & sanctos resuscitãdos per ministeriũ Angelicũ, gaudẽter diuinis cõspectibus in sua nouitate repræsentãdos. Versu eodem, Qui ordinãt testamentũ eius super sacrificia.Ordinare testamentum Domini super sacrificia,sic intellige, vt in Elucidatione explanatũ est:vt idem sit quod cõstituere Dei voluntatem super corporales victimas, videlicet vt magis studeat quis Dei testamentũ adimplere, & eius voluntatẽ perficere, quàm corporales tãtum hostias immolare. Tametsi enim & hoc facere oportebat pro tempore veteris legis:illud tamen præcipuum semper fuit,nempe Dei testamentũ custodire,& eius voluntatẽ non transgredi. Qui autẽ sacrificia ordinant

super testamentum Dei, ij sunt qui pluris faciunt exteriores victimas, aut corporalia sacrificia, quàm adimpletionem Diuinæ voluntatis, & obedientiam testamẽti Dei. Ex quorum
1.Reg.13 numero Saulem fuisse legimus, cum post longam Samuëlis expectationem, tandem quod muneris sacerdotalis erat, sibi contra Dei prohibitionem assumpsit. Ordinauit certè sacrificia super testamentũ Dei: quia ne corporales illas victimas amitteret, Dei præceptum trãsgredi maluit: & potius existimauit non obedire testamẽto Dei, quàm holocaustum & pa
1.Reg.13 cifica non immolare. Samuël autem Propheta Domini, testamentum Dei longè ordinauit super sacrificia: & illum malè ordinantem sacrificia super testamentũ, seuera increpatione redarguit, dicens, Quid feci sti? Stultè egisti, nec custodisti mandata domini Dei tui, quæ præcepi tibi. Nequaquam regnum tuum vltrà consurget, eò quod non seruaueris quæ
1.Reg.15 præcepit Dominus. Iterum in deletione Amalech, cum accepisset Saul præceptum à Deo per Samuëlem, vniuersa illius demoliri, ac prorsus nihil reseruare ex omnibus bonis illius, ipse quanquã iam antè super hac re reprehẽsus esset, rursum tamen sacrificia super testamentum ordinauit, quãdo Agag F
regi optimisq; gregibus ouium & armẽtorum pepercit sub
Ibidem. prætextu sacrificiorum: quod scilicet (vt ipse dicebat) ea vellet sacrificare Domino in Galgalis. Samuël autẽ sanctus domini qui testamentum Dei ordinabat super sacrificia, durè admodum hunc malè ordinantẽ redarguit, dicens, Nunquid vult Deus holocausta & victimas, & nõ potius vt obediatur voci Domini? Melior est enim obedientia, quàm victima: & auscultare, magis quàm offerre adipem arietum: quoniam quasi peccatũ ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolola triæ nolle acquiescere. Ac deinceps: Pro eó ergo quod abieci sti sermonẽ Domini, abiecit te Dominus ne sis rex. Similiter
Esaiæ 1 & Esaias, primo suæ Prophetiæ capite, principes simul & populum Israël sæuerissimè redarguit, quòd sacrificia malè ordinarent super testamentũ Domini. Audite (inquit) verbum Domini principes Sodomorũ, auribus percipite legem Dei vestri populus Gomorrhæ. Quo mihi multitudinẽ victimarum vestrarũ dicit Dominus? Plenus sum holocausto arietũ, & adipe pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorũ nolui. Cum veneritis ante conspectũ meũ, quis quæsiuit hæc de manibus vestris, vt ambuletis in atriis meis? Ne

Ne offeratis vltra sacrificium frustrà. Incensum abominatio Ibidem.
est mihi. Neomenias & festiuitates alias non feram, iniqui sunt cœtus vestri. Calendas vestras & solẽnitates vestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta, laboraui sustinens. Quare autem hæc omnia? Quoniam (vt subiũgit) manus vestræ sanguine plenæ sunt: id est, quia sacrificia ordinatis super testamentum Domini. Mox verò eos instruens, quomodo debeãt testamentũ Domini ordinare super sacrificia, subiungit, Lauamini, mundi estote, auferte malũ cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruersè, discite benefacere. Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam: & venite, & arguite me, dicit Dominus. Si fuerint peccata vestra quasi coccinũ, velut nix alba erunt: & si fuerint rubra sicut vermiculus, velut lana alba erunt. Apud Ezechielem quoq; similia de hac re legimus, & in aliis plerisque Propheterum locis. Sunt autẽ hæc pro præsentis loci clariori explanatione sic latius à nobis explicata, propterea quòd hunc passum nõ videremus pro sua dignitate à prioribus explicatum. Nõnulli verò sic crudè intelligũt disponere testamentũ Domini super sacrificia, testamẽtum nouum præpouere sacrificiis veteris legis. Verùm prior sententia exactius perpendenti mox apparebit cõmodior. Versu octauo, Audi populus meus, & loquar Israël &c. Solent vulgò hunc versum ita distinguere: Audi populus meus, & loquar Israël: ac deinde, & testificabor tibi. Verùm cõuenientior apparet altera distinctio, quam in Elucidatione expressimus, vt ante Israël fiat distinctio modica, hoc modo, Audi populus meus, & loquar, Israël, & testificabor tibi: vt secundũ idem sit quod primum, ad efficacius commouendum: quoniam videlicet in secundo loco nomen proprium repetitur. Nomen autem Israëlis, nomen electionis est, & magnificentius quàm nomẽ Iacob. Hoc enim à natiuitatis exordio à patribus accepit: illud, multò post ab angelo, postquam fortem sese contra Deũ exhibuisset. Sic enim ait ad eum Angelus: Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israël: Genes. 2
quoniam si contra Deũ fortis fuisti, quanto magis contra ho Genes. 32
mines præualebis? Hoc ergo nomine dum compellat populum Israël, magis honorificè illũ alloquitur quàm si dixisset, Audi Iacob. Erit autem secundũ hanc posteriorẽ distinctionem repetendum verbum audi, ad hunc modum: Israël audi,

& testificabor tibi. Aduertendum autem est, quòd ab hoc versu vsque ad decimumseptimum. Propheta Deum ex sua persona introducit loquentē, & suum populum electū instruentem de oblatione sacrificiorum corporalium, quomodo non illa accepter aut requirat propter sese, quasi ipse eis egeat, aut vlla ratione horum vsum habeat necessariū. Et licet vulgò dici soleat, Deum hoc in loco reprobare veteris legis sacrificia: videtur tamen hoc non habere plenam veritatē. Nō enim hic alius Dominus indicare videtur, nisi (vt dixi) quòd non ista sola sufficerent corporalia sacrificia, sed oporteret etiam laudem debitam, & adorationis Diuinum honorem illi offerre, ac vota reddere, & quod non propter se illa corporalia requirebat, quasi ipse opus haberet, & per se ea habere non posset, sed magis vt hæc in laudis protestationem, & vt eorum animi perfectionem offerebantur. Vnde quod dicitur versū nono: Non in sacrificiis tuis arguam te, non est sic intelligendum: quasi dicat dominus populo Israelitico, Etiam si omiseris sacrificia in lege prohibita, non peccabis coram me. Sed in hanc potius sententiā venit accipiendum. Quantum ad exteriora & corporalia sacrificia, non habeo quòd te arguā: satis illa obseruatis. Cui sententiæ aperte fauet, quod sequitur, Holocausta tua in conspectu meo sunt semper. Similiter & illa ex Esaia suprà adducta increpatio, quanquam videretur valde contra sacrificia inuehi: tamen non aliud volebat, quàm solam illam corporalium sacrificiorum obseruantiam absq; misericordia & iudicio esse abominationem Deo. Versu decimoquinto, Immola Deo sacrificium laudis, & cætera. Per sacrificium laudis intelligimus in Elucidatione ipsam Dei laudationem, sub qua omnia opera huiusmodi spiritualia (nempe meditationem Diuinarum rerum, earum prædicationē & magnificationem, gratiarum actionem, adorationem, orationem, atq; huiusmodi) includimus. Quanquam posset generalius per laudis sacrificium intelligi, omne opus iustitiæ, quo adimpletur mādata Dei, eo quòd in illo verè laudetur Deus: sicq; idē hīc diceretur sacrificiū laudis, quod Psalmo 111. sacrificium iustitiæ. In secūda autē parte versus, cum de votis dicitur, aduerte quòd votū non solum dicitur illud, quod nos vulgo appellamus obligationem, videlicet qua Deo rem quamlibet prorsus consecrauimus, & omnimoda obligatione nos ad eā persoluēdam addiximus, sed

sed etiam pia desideria, & salutaria proposita quę Deo inspirante cōcipimus. Tametsi enim illa, atq; nos ipsos plena resignatione voluntatis astrinximus, maximè & diligentissimè adimplere debeamus: iustum tamen est nihilominus, vt etiā pia desideria & sancta proposita, quęcunq; Deo inspirāte concipimus, ad effectū perducere & Deo persoluere laboremus. Alioqui, probatur infirmū & horarium fuisse propositū atq; desiderium, nisi illud homo reddere, & ad effectū operis adimpletione perducere studiosè laboret. Inter hæc tamen vota, illa quæ ex voluntaria obligātione facta sunt, quibus nosipsos Deo secundum propositū obligationis & necessitatis addiximus, ad cuiuslibet obsequij exhibitionē, sic soluenda sunt, vt negligere omnino non liceat, quin iram Dei prome reatur omissio. Illa verò quæ tantum simplici proposito aut desiderio fiunt, manente libertate faciendi vel non faciendi quod proponitur, non sic reddenda sunt necessario, vt omissio iram Dei inducat. Attamen quanto illud sic desiderio vel proposito conceptum, fuit ardentius desideratū, siue firmius propositum, tāta oblata occasione, si negligatur desiderij vel propositi adimpletio, ex maiori imperfectione est. Est enim quasi retrocedere, & quasi aliquo modo addictum Deo non præstare: quod ad mendacium, secundum partē aliquam accedit. Quasi enim secundum aliquē modum Deo quis cōsecrat & addicit, quod firmo proposito se facturum decernit, etiam si non omnino sibi necessitatem imponat. Ac proinde secundum modum aliquem & mentitur Deo, qui sic firmo proposito Deo addictum, non præstat. Minus tamen est, nudum desiderium, quàm firmum aut forte propositum. Versu decimosexto, Peccatori autem dixit Deus, &c. Ab hoc loco vsque ad finem Deus introducitur iniquo legis, siue veteris, siue nouæ ministro, per increpationem loquens: nisi quòd versus penultimus interiicitur atque interseritur verbis domini, nouo admodum & iucundo modo: quemadmodum si patrefamilias increpante & erudiente suam familiam, astans patrifamilias amicus quispiam, ad ipsius verba adiiciat, Audite filij hæc verba patris vestri, ne si non audieritis, iustè ab eo exhæredemini, & proiiciamini de familia & hæreditate eius. Quòd autem versus ille penultimus non proferatur ab ipso domino, satis indicatur ex hoc quod tertia persona dicitur, Nequādo rapiat, & non sit qui eripiat. Nam si vox esset Dei,

prima

prima persona potius diceretur, Intelligite hæc qui obliuiscimini me, nequàdo rapiam, & non sit qui eripiat. Versu decimoseptimo, Et inuoca me in die tribulationis: eruam te, & cætera. Valdè magnum honorē sibi reputat Deus, cum quis sic in illo firmatus est, vt in omni occurrente tribulatione mox ad Diuinū cōfugiat auxiliū: ita sibi de Dei sui potentia persuasum habēs, quòd nulla tam magna tribulatio, aut tanta difficultas nulla obuenire possit homini, à qua nō sit facillimum Deo liberare in se cōfidentem: iterúmq; tam bene fidēs de Dei sui bonitate, vt iudicet nullam rem esse tam magnam (modo sit salutaris) quam non libentissimo, promptissimóq; animo ipse sit largiturus suppliciter ex corde postēti bus: imò credēs (quod verum est) non posse fieri, vt Deus electorum preces iustas respuat, neque hoc pati eius misericordiam, neq; iustitiam sustinere. Huiusmodi homo, cum ex tanta fide, tantáque spe fiducia Dominū inuocat, verè honorem magnum Deo impendit: & omni sacrificio corporali (hoc sanctēdo) gratiorem Deo offert oblationem. Quemadmodum ecōtrario, homines illi qui in omnibus necessitatibus mox ad humana cōfugiūt auxilia, cōfidētes in diuitiis suis, aut in principibus, in quibus nō est salus, aut in sua fortitudine corporali: aut eloquentia, os autem Domini nunquam interrogant, nō illum consulunt, non sunt memores ad inuocādum illū: hos constat Deum vehementer inhonorare, multò magis quàm si sacrificia quęcunq; corporalia Deo subtraherēt. Si enim filius in vllam necessitatem, angustiam, aut egestatē venerit, vt ei sit vel cōsilio, vel auxilio opus: ad quem potius confugiet, quàm ad patrem? præcipuè si patrem habeat bonum atq; rationabilem virum, simul & potentem, vt filij pol sit absque suo incommodo subuenire necessitatibus. Et si filius talem patrem habēs, eo in occurrentibus necessitatibus postposito aut non requisito, ad alienos (auxilij atque consilij petēdi gratia) recurrat: nónne magnā facit inhonorationem optimo & potētissimo & generosissimo patri? Iustè enim cū illo expostulare hic poterit, dicēs, Cur me habēs potentissimū & optimum patrē (qui tibi semper plura quàm postulanti reausus fueris, soleo impēdere, qui nunquā tibi petēti quicquā denegaui, sed affluenter do & non impropero) ad aliena confugis auxilia? alios quæris tibi adiutores? qui neque tam potētes sunt vt possint, neque tam firmi tibi amici vt velint ferre

ferre auxiliū: me derelicto, qui possum, & volo, sempérq; paratus existo, quotiescunq; postulaueris. Nūquid pro tyranno ego tibi sum, vt nō audeas comparere ante faciem meam? Nūquid tbi insipiens videor, vt non sufficiam rerum tuarum cōsilio? Aut nunquid pauperem me, & rebus tenuem putas, metuisq; ne dando exhaurias meas diuitias, & ad paupertatē me redigas? Aut nūquid morosum me inueneristi in exaudiendo, aut parcum siue auraum in largiēdo, vt erubescas amodo apparere ante faciem meam: vt hac causa, post aliena, me relicto, curras auxilia? An putas tu teipsum saluare absque me, qui teipsum nō potuisti facere sine me: sed neque capillum albū facere potes aut nigrum, aut ad staturā tuam adiicere cubitū vnum? Ad hunc sanè modum, iustissimam querelam proponere potest Deus erga illos qui ad se nō confugiunt in tribulationibus, sed vel in seipsis fidunt, vel in filiis hominū, aut in principibus siue mūdi huius siue tenebrarum, vt aliūde quàm à Deo petant auxiliū. Vnde & in scripturis pro hac re grauissimas inuenimus increpationes, per sanctos Prophetas pronuntiatas, aduersum illos qui in tempore tribulationis Deum non inuocantes, sic eum inhonorarunt. Nam 4. Reg. 1 iiii. Regum 1. cap. per Heliam Thesbitem dominus Ochozian acriter valde increpat, qui nuntios miserat ad consulendum Beelzebub deum Accaron. Nunquid non est (inquit Propheta) Deus in Israël, vt eatis ad consulēdum Beelzebub Deum Accaron? Quamobrem hæc dicit dominus, De lectulo super quem ascēdisti, non descendes, sed morte morieris. Sed & per Esaiā dominus terribiliter væ intonat, dicens, Væ filij desertores, qui ambulatis, vt descendatis in Aegyptum, & os meū nō interrogastis: sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciā in vmbra Aegypti: & erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia vmbræ Aegypti in ignominiam. Et iterū, Vę, qui descendunt in Aegyptum, ad auxilium, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multę sunt, & super equitibus, quia prędualidi nimis: & nō sunt confisi super sanctum Israël. & Dominum non requisierunt. Sunt & alia huiusmodi innumera. Ex quibus omnibus manifestè patet, quàm exigat dominus, vt in die tribulationis confugiamus ad eius auxilia. Matth. 5 Lucæ 12 Matth. 6 Esaiæ 30 Esaiæ 31

Versu decimono, Si videbas furem, currebas cum eo. Currere cum fure, est ei consentire, sicque illi communicare

in

in peccato. Vnde beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, Si videbas furem, cõsentiebas ei. Felix autem, Si vidisti furem, vel complacuisti, vel voluisti cum eo, vel cucurristi cum eo.

Versu vigesimoprimo, Sedeos aduersus fratrem tuum loquebaris, &c. Prioris partis in Elucidatione duplex sententia posita est. Prior tamẽ quæ detractionis meminit & murmurationis, magis consonat æditioni Romanæ, quæ habet, Sedens aduersus fratrẽ tuum detrahebas. Non dicuntur autem detrahere iudices iudicãtes iniqua iudicia. Sed in Græco ponitur verbum καταλαλω, quod detraho significat. Veruntamen lectio æditionis nostræ Gallicanæ, rectè etiam de falso iudicio secũdum alteram sententiã exponi poterit, quemadmodũ & Hebręa lectio anceps est, & vtranque prædictarum sententiarum recipit. In Hebræo enim simpliciter loqui habetur, non detrahere. Loquitur autem contra fratrem non solũ qui detrahit, sed etiam qui falsum aduersus ipsum profert iudiciũ. In secunda autem parte versus, tametsi exposuerimus filiũ matris, mysticè, referendo ad eandẽ Synagogam vel Ecclesiã, quæ est quasi mater vna singulorum qui de ea sunt: potest tamen intelligi de matre carnis. Impij enim isti cõsummati, quales hic describũtur, ne propriis quidem fratribus suis carnalibus ex eadem matre progenitis parcunt à calũnia, scãdalis, iniuriis, & fraudibus: id quod ad oculũ etiã hodie facillimũ est videre. Versu vicesimosecũdo, Existima isti iniquè, &c. Dictio iniquè, neq; in Hebrẽo, Neq; in Græco sic inuenitur, neq; est in æditione Romana. Vnde incertum est, an debeat vocatiuo casu accipi vt nomen, an vt aduerbiũ determinans verbum existimasti. Vtraq; enim sententia bona est. Siue enim dicamus, Existimasti tu, ô impie, quòd ero tui similis: siue, Tu peccator existimasti hoc inique, quòd ero tui similis, vtraq; bona est sententia. Et licet videatur prima facie magis esse nomẽ vocatiui casus, in Elucidatione tamẽ exposuimus potius secundũ aduerbialem significationem, eò quòd videatur illa magis consonare lectioni Romanæ, simul atq; Græcæ, quæ in hunc habet modum, Existimasti iniquitatem, quòd ero similis tui. Cuius lectionis hic est sensus, Tu persuasisti tibi, & iudicasti de me impietatem hanc: videlicet quòd ego tui ero similis. Penè autem idem, sed clarius exprimit nostra lectio, si tantum aduerbialiter accipiatur iniquè. Versu eodem, Statuam contra faciem tuam. Quod

Quod dicitur, Statuam cõtra faciem tuam: idem est, ac si dicatur, Faciam te tibi manifestũ, & denudabo tibi tuã turpitudinem: & tũc ostendam tibi, quàm nõ sim tui similis, quàm nõ mihi placeat tua iniquitas. Modò enim homines peccatores seipsos ponũt post tergum suum, quia nolunt intendere in turpitudinem suam, nolũt seipsos quales sint cõtemplari, nolunt peccatorũ suorum fœditatẽ agnoscere. Donec autẽ sic homines dissimulant, manẽt peccata eorum ante faciem Dei: & ipse in die, quando manifestabũtur consilia cordium, statuet illos ante oculos suos, ac veluti cõtra faciẽ suam. Eos autem qui modò seipsos statuunt contra faciem suam, id est, qui nunc agnoscunt & detestantur peccata sua dicentes cũm Propheta, Iniquitatẽ meam ego cognosco, & peccatũ meum contra me est semper. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Iniquitatem meam annũtiabo, & cogitabo pro peccato meo. Hos nõ constituet Deus in nouissimo die ante faciem suã, sed proiecta erũt post tergum ipsius omnia peccata illorũ. Si enim nosipsos modo iudicauerimus, non iterũ à iusto iudice iudicabimur. Qui autem seipsos iudicare renuũt, ipsi sentient iudicium domini. Versu vltimo, Et illic iter quo ostẽdam illi salutare Dei. Sententia partis secũdæ satis clara est, quòd videlicet laudatio Dei via fit qua peruenitur ad beatitudinẽ, in qua ostẽditur homini salutare Dei: quoniam qui nũc Deum sedulò pro sua virili, & dignè pro sua paruitate laudare studuerint, hos Deus ad laudationem sui æternam adducet inter choros angelorum. Attamen ipse sermo videtur difficilior, Illic iter quo ostendam illi salutare Dei. Clarius autẽ lectio habet, quam ponit sanctus pater Augustinus, Et hæc via est, qua ostendam illi salutare Dei. id est, hæc est via per quam eum deducam, vt videat salutare meũ: siue, per quam ipse ad talem finem deueniet, nempe vt ostendatur illi salus mea. Et secundum hanc sententiam, accipere oportet sermonem vulgatæ lectionis nostræ.

QVINQVAGESIMI PSALMI ARGVMENTVM.

EX TITVLI *iudicio clarum est, hunc Psalmum à Dauide factum post cõmissum adulterium cum Bethsabæe, & homicidium Vriæ: quando Nathan Propheta ex mandato domini illum accedens, & increpans, agnouit peccatum suum, & pœnitentiam egit, dicens,* 2.Reg. 11 2.Reg. 12

Universidad de Deusto
Biblioteca

*dicens, Peccaui domino. Tunc enim per misericordiã Dei quasi de pestifero ac mortali somno excitatus, apertis sibi mentis oculis (quos ante pœnitẽtiam habuerat clausos, & per mortale peccatum modo quodam excæcatos) contemplans sui peccati magnitudinem, sciens se gratia Dei priuatũ, spiritũq; salutari & internis diuitijs destitutum, timens quoque ne abijceretur imperpetuum à facie domini, ad Diuinã (quam frequenter cecinerat, & nedum oblitus fuerat) misericordiã confugit: dimittí sibi peccatum suppliciter exorans, & sanctum spiritum quem de corde per peccatum effugauerat, sibi reddi, inq; eo consolari: quo resumpto posset (vt ante) Domini laudes decantare. Probiliri

tera parte veritatem tibi obiicio, quam & in te diligis, & in seruis tuis requiris, quæ etiam iustitiam tuam modo quodã compellit, misericordiam non denegare suppliciter poscentibus, quemadmodum habent promissiones tuæ: * tu enim mihi nota fecisti incerta, id est, occulta consilia, iudicia, atq; decreta sapientiæ tuæ, quæ non sunt passim omnibus certa siue manifesta & cognita. Et ob hoc, licet peccauerim, nõ tamen despero: quẽadmodũ faciunt, qui ignorant decreta misericordiæ tuæ. Hæc autem quæ olim de misericordia tua te familiariter reuelante cognoui, nunc tibi fiducialiter propono (nẽpe humani generis naturalẽ infirmitatẽ, & promissionis tuæ infallibilẽ veritatem) ex duabus hisce rebus fiduciam concipiens remissionis peccatorum meorum, sicque tuam potentissimam misericordiam & veritatem meæ infirmitati patrocinaturam, remedioq; futuram. 8 Quomodo autem iuxta legis ritum qui à corporali lepra mundatur, hyssopo aspergitur, sic tu me summe sacerdos (ad quem spectat istius corruptissime lepræ, quæ inuasit spiritum meum, emundatio) hyssopo tuo aspergere: id est sanguine tuo de cruce perfunde, ad emundationem animæ meæ: * tu me laua à sordibus peccatorum meorum, & totus efficiar candidus, sic quasi nulla in me vnquam fuisset macula: quemadmodũ in niue candidissima, prorsus nulla nigredinis valet macula cõspici. 9 Fac me audire, quæso te, vocem gaudij & lætitiæ, loquere quod oblectet aures animæ meæ: loquere spiritui qui est intra me, & dic illi. Dimittũtur tibi peccata tua, vade in pace. Fides tua te saluum fecit à peccatis tuis: * Atq; hoc si misericorditer mihi præstiteris, reuirescent, vigoremque & virtutem resument (ex consolatione spiritualis gratiæ) omnia ossa corporis, & vniuersæ vires animæ meæ, exilientque prompta & parata ad laudandum & seruiendum tibi: & quæ velut mortua torpebant, redeunte spiritus gratia, reuiuiscẽt in gaudio. 10 Noli vltra aspicere peccata mea, aut recordari quasi non dimissa, sed prorsus obliuiscere, & proiice post tergum tuum, penitusque dimitte omnes iniquitates meas: quas siue modò recenter commissi, siue olim cõmissas modò per occasionem recordor. 11 Expulsa verò omni peccatorum malitia, cor nouum, animam nouam, & spiritũ nouum da mihi Deus, pro immundo mundum, pro iniusto iustũ: * & animã istam malam peccatorũ veritate consum-

incerta & occulta sapientiæ tuæ manifesta-sti mihi:

Leuiti. 14

8 Aspreges me domine hyssopo, & mundabor:

** lauabis me, & super niuem dealbabor.*

9 Auditui meo dabis gaudiũ & lætitiam:

** & exultabunt ossa humiliata.*

10 Auerte faciẽ tuã à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

11 Cor mundum crea in me Deus:

** & spiritum rectum innoua in visceribus meis.*

ptam, ac velut nihil factam, in nouam & per iustitiam rectã mihi commutare digneris in intimis meis: spiritumq; meũ, qui sub pondere peccatorum, & malæ concupiscentię tractu atque consensu vehementer fuerat incuruatus, ad cõgruam & tibi placentem restitue rectitudinem. 12 Non me permittas, pater piissime, sic iacere proiectum à gratia tua, sicq; à te remanere separatum, vt nunc iaceo retro tergum tuum, in numero impiorũ hominum, quos non respicit benignus aspectus tuus: * & tuum sanctum spiritum (quo tibi iungi & gratus esse solebam) ne vltra mihi deesse patiaris: atque eũ reddideris, amplius auferri mihi non sinas. 13 Restitue nunc mihi lætitiam illam salutarem spiritus mei, quæ mihi olim iugis erat & indeficiens, cùm inhabitaret in me lætificator spiritus tuus: * & munifico illo, ac regio, potentiq;, & super admirabili tuo spiritu, me ita in omnibus verè bonis confirma, vt imperpetuum à te non valeam vltra separari: qui sit mihi dux & princeps, adiutor, liberator, atq; director in omnibus viis meis. 14 Cùm verò mihi misericordiã hanc præstiteris, id quod tibi gratissimum esse cognouero, pro gratitudine sedulò persoluam, tam verbo salutaris correptionis, exhortationis & eruditionis, quàm exẽplo sanctæ conuersationis dicendo eos qui iniquè agunt, viam præceptorum atque iudiciorũ tuorum: * & qui nunc sunt impij, mea eruditione, per gratiam tuam, ab impietate sua auersi, ad tuam seruitutẽ, tuorumq; mandatorum obseruationem sese conuertent. 15 Libera me Deus omnium, Deus qui solus me saluare potens es, à corruptionibus peccatorũ meorum quę in carne & sanguine inhabitabant. * & cũ fuero liberatus ab eis præ abundantia gaudij spiritus mei, exultãdo collaudabit etiam lingua mea iustitiã & veritatẽ tuã: quoniã iustus, fidelis es & verax in promissionibus tuis. 16 Nunc quidẽ vinculis peccatorum concluſa fuerunt labia oris mei, vt non valerent tibi cantare speciosam laudẽ. Sed vbi tu vinculis distruptis, aperueris ea, statim gaudens os meũ pro exhibita misericordia, canticum siue psalmum laudis decantabit tibi. Os enim quod peccator claudit iniquitatẽ operando, tu peccatorũ remissione aperis, vt dignè laudetur miseri cordia tua. 17 Ecce autẽ paratus sum pro peccatorũ expiatione, quodcunq; volueris offerre sacrificium. Et quidem si corporale sacrificiũ aliquod præcepisses aut iniũxisses mihi,

12 Ne proijcias me à facie tua:

** & spiritũ sanctũ tuũ ne auferas à me.*

13 Redde mihi lætitiã salutaris tui:

** & spiritu principali cõfirma me.*

*14 Docebo iniquos vias tuas: * et impij ad te cõuertentur.*

15 Libera me de sanguinibus, Deus Deus salutis meæ:

** & exultabit lingua mea iustitiã tuam.*

16 Domine labia mea aperies: & os meum annũtiabit laudem tuam.

Psal. 144

Psal. 115

17 Quoniã si voluisses

*sacrificium, dedisse vtique: * holocaustis non delectaberis.*

aut exegisses à me, siue requisisses, libentissimo animo vtiq; obtulissem: * sed holocausta corporalia nō sunt quæ tu per se requiris, aut in quibus sit tibi per se placitum, quasi per virtutem illorum expientur peccata pœnitentium. 18 Verum autem sacrificium tibiq; per se gratum, quod pœnitens peccator pro remissione consequenda offerre possit, & debeat quod semper tibi erit placitum, anima est pœnitens pro cōmissis, dolens & afflicta: * & licet in venturo tempore gratiæ futurum sit, vt euacuentur legis corporalia sacrificia, nunquam tamen futurum est vt sacrificium spiritus per contritionem & agnitionem suę culpæ humiliati abiicias: sed permanebit hæc tibi semper acceptissima pro peccatis hostia. Atque hanc ipsam tibi (quandoquidem aliam non postulas) offero pro peccatis meis. 19 Concepta verò tandem fiducia de remissione peccatorum meorum, etiam generalem audeo pro vniuerso populo, electorum tuorum (& qui nunc est, & quem mihi venturum demonstras) deprecationem facere. Nimirum vt benignè facias ciuitati Sion, id est, secundum benignitatem misericordiæ tuę, non secundum seueritatem iustitiæ agas cum populo tuo electo & fideli, qui te cognouit aut cōgnituros est, tibiq; seruiturus in hac militante Ecclesia: * Sic enim ædificabūtur muri supernæ Hierusalem, & complebitur cæleste illud ædificium, quod ex viuis componitur lapidibus, qui hîc in misericordia Dei aptantur, suo tempore in muros ciuitatis illius cum cæteris beatis coædificandi. 20 Cùm verò hoc ædificium consummatum fuerit atque completum, illic sacrificium acceptissimum iugis gratiarum actionis & laudis indeficientis ab omnibus cæli ciuibus tibi offeretur: sacrificium vtiq; iustitiæ, quod tibi æquū & iustū est offerri præ omnibus, quod tu acceptabis vt oblationes & holocausta gratissima: * tunc veros tibi & delicatissimos illos vitulos labiorum confitentium nomini tuo (id est, perpetuam laudem, omnibus vitulis acceptiorem) offerent & præsentabunt super altare ante conspectum tuum sine fine, in secula seculorum, Amen.

*sacrificium tibi vti-que: * holocaustis non delectaberis.*

*18 Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum & humiliatum Deus non despicies.*

*19 Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion: * vt ædificentur muri Hierusalē.*

*20 Tūc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta: Hebr. 13 * tunc imponent super altare tuum vitulos.*

ANNOTATIONES IN Psalmum Quinquagesimum.

VERSV primo & secundo, Miserere mei Deus, secūdum magnā misericordiam tuā. Et secundū multitudinem misera-

tionum tuarum dele iniquitatē meam. Magnam misericordiam postulat, qui magnam iniquitatem suam agnoscit: & multas miserationes Dei proponit, qui multa vulnera curāda habet. Sciendum autem est, vnam quidem esse Dei misericordiam, sed miserationes multas, si proprie de misericordia & miserationibus loqui velimus. Nā miseratio à misericordia sic differt, quomodo opus iustitię ab ipsa iustitia. Est enim miseratio, opus misericordiæ: & tot sunt miserationes, quot opera misericordiæ. Vna autem misericordia est, à qua miserationes omnes quę fuerūt ab initio, quæq; futuræ sunt vsque ad consummationem seculi, pariter effluxerunt. Veruntamen contingit nōnunquam, misericordias Domini plurali numero in scripturis inueniri: ac tūc quidem necesse est misericordias accipi loco miserationum, quemadmodū & miserationem interdum pro misericordia accipi contingit. Hoc tamen in loco patenter fit distinctio, dum priori versu singulari numero dicitur, appositō signāter adiectiuo magnitudinis: sequenti autem per numerum pluralem cū nomine multitudinis: illic proponendo magnā misericordiā, hîc autem multitudinem miserationum. Quod autem secundo loco hic dicitur de miserationum multitudine: secundū duplicem considerationem potest accipi: vel vt innuat petens, propter multitudinem peccatorum se egere miserationum multitudine, quemadmodum pluribus eget curationibus & cataplasmatibus qui plura habet vulnera. Dauidis autē peccatum non simplex fuisse constat, qui præter adulterium, commisit & homicidium. Vel ad miserationes pristinas in temporibus pristinis exhibitas refertur ista multitudo. Quasi dicat, In multis, ô misericordiarum pater, audiuimus, & vidimus opera misericordiæ tuæ: toties experti sunt in præteritis seculis patres nostri misericordiam tuam, ad dimissionē peccati pœnitentibus concedendam semper maximè pronam, ita vt semper propitium te populo tuo ostenderis, postquam suarum iniquitatum egissent pœnitentiam. Nunc itaque & mihi hac vice liceat experiri semel istam misericordiam tuā, vt miseratione tua mihi totum hoc malū quod iam commisi dimittas, sicque deleas omnem iniquitatem meam. Quare autem delere iniquitatem significet iniquitatem penitus dimittere, non est difficile aduertere: quoniam scilicet id quod delemus, vltra non volumus venire nobis in

memoriam. Ita cùm Deus iniquitatē dimittit, vt vltra illius recordari non velit, dicitur peccatum delere. Vnde quodam
Esa. 44 loco apud Prophetam ex ore domini dicitur, Delebo quasi
&. 43 nubem iniquitatem tuam, id est, sic à memoria abiecta & nō recordabor vltrà, quomodo nubes quæ transit ab oculis, & E
non vltra videtur. Notandum tamen est magnam esse diuersitatem inter delere peccatum & peccatorem: & illam quidem deletionem (peccati videlicet) optimam esse, summeq; exoptandam. Beati enim, quorum remissæ sunt iniquitates.
Psal. 31 Deletio verò peccatoris de libro viuentium, maximè horrenda est: de qua deletione alio in loco Psalmista loquitur dicens, Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. Versu tertio, Amplius laua me ab iniquitate mea.
Psal. 68 Amplius, hoc loco non valet insuper aut præterea, quomodo nonnunquam solet accipi: sed aduerbium est quantitatis, valens multum, valde, vel plurimum. Id quod manifestè tā ex Hebræo quàm ex Græco cognoscimus. Nā ex Hebræo beatus Hieronymus vertit, Multum laua: alii plurimum vel admodum laua, aut etiam atque etiam laua. Græcè autem habetur ἐπιπλεῖον quod sonat adhuc multum: quasi dicat, etiā atque etiam laua, aut (vt ita loquar) plus & plus laua. Cui apertè correspōdet lectio quam beatus Augustinus sequitur, habens, Etiam atque etiam laua. Versu quarto, Peccatum meū contra me est semper. Huius versiculi intelligētia multò clarior fiet, si annotationem secundam circa versum vigesimumsecundum, mox præcedentis Psalmi aut relegas, aut iam bene lectam reuoces ad memoriā. Illa enim te docebit, quid si peccatum esse contra peccatorem, vel contra faciem peccatoris. Versu quinto, Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Quæstionem mouere solent simpliciores, quomodo dicere potuerit Propheta pœnitens domino, Tibi soli F
peccaui, & malum coram te feci. An enim non in Vriam graviter peccauerat, cuius primum sibi vxorem contra iustitiā vsurpauit ad actum non licitum, & deinde vitam sua iniqua traditione perdidit? Peccauit & in Bethsabee, quam ad rem pessimam induxit, & cuius maritum interfici curauit. Quomodo ergo nunc dicit, Tibi soli peccaui? Pro huius autem quæstionis solutione, aduertenda est differentia sermonis: quoniam videlicet non idem valent, Tibi peccaui, & in te peccaui. Longè enim aliud sonat in aliquē peccare, quàm pecc

peccare illi. Peccamus enim in illum, quē nostro peccato offendimus, aut potius cui nostro peccato damnum aut iniuriam quamlibet inferimus. Peccamus autē illi, ad quem spectat peccati punitio, & qui in sua potestate habet vel dimittere peccatum, vel vltionem de eo sumere. Vnde fit, vt non illi semper peccetur in quem peccatur. Nō enim est cuiuslibet in quem peccatur, sumere pœnas, & facere vindictam in peccantē. Ait enim Dominus, Mea est vltio, & ego retribuā. Deut. 32
Atq; hac causa vindictam exercere in pecantes, non nisi illis competit, qui à Deo receperūt potestatem: quemadmodum sunt principes & iudices, qui (vt ait Apostolus) nō sine causa Roma. 12
gladiū portant, sed vt sint terror male agentium, & pro in- Roma. 13
nocentibus, aduersus noxios exerceant vindictā. Cæterū, cū aduersus illum delinquitur, qui nulla est potestate præditus, in illum quidem, sed non illi, peccatur. Rectè itaq; Dauid cū rex esset in Israēl, omnibus in regno superior, ità vt nullius subiaceret iudicio, neque quenquam agnosceret inter homines, cuius esset sententiæ subditus, nisi Deum solū (cuius potentiam & dominationem negare nec poterat, nec volebat) dicere potuit Domino, tibi soli peccaui. Quod autem sequitur, malum coram te feci, expositio est eius quod antecessit, Non enim sic accipiēdum est coram Deo, quasi solo Deo inspectore & cognitore se fateatur fecisse malum, quasi præter Deum alius nemo factum conspexerit aut cognouerit, Neq; enim Bethsabæe latebat adulterium: neque Ioab principem militiæ (qui literas acceperat proditionis) latebat Vriæ homicidium. Forsitā & ministri qui illam de domo sua regi adduxerant, non ignorabant adulterium. Similiter & Nathan, à Domino vtrūque facinus extitit reuelatum, &c. Sed intelligi debet, Corā te solo, tanquam vindice & iudice, cui cōpetat de his meis iniquitatibus facere vindictā, & pœnas sume re. Versu eodē. Vt iustificeris in sermonibus tuis. In secunda parte versus, particula vt, diligenter notanda est. Non enim finem significat, vt ferè olet, sed tantum consequutionem: in qua significatione & aliàs in scripturis solet vsurpari. Veluti Matth. 1
cum dicitur Matthæi primo capite, Hoc autem totum fa- Ioan. 19
ctum est, vt impleretur quod dictum est à Domino. Et Ioannis decimanono, Facta sunt enim hæc, vt scriptura impleretur. Simile est & illud Saluatoris apud Lucam, capitulo decimo quarto, Cum (inquit) inuitatus fueris ad nuptias, vade, re Luc. 14

cumbe in nouissimo loco, vt veniẽs is qui te inuitauit, dicat tibi, Amice, ascende superius. In his enim locis non põt particula vt, finem significare, quemadmodum plerunque solet accipi. Non enim verum est, Christũ vel sic agere: vel sic pati voluisse: ad eum finem vt scripturam impleret. Non enim ideò sic agere, vel sic pati voluit, quia sic scriptũ fuerat aut prædictum: sed ecõtrario magis ideò sic scripta fuerant, quoniam sic futura erant. Iterum, non suadet Dominus humilẽ locum ad eum finem accipere, vt sic eleuetur homo ad altiorem, & honorem talẽ accipiat. Vana enim est humilitas, quæ ordinatur ad superbiam. Oportet ergo particulam vt, consequutionem tantum significare: estq; præcedentium propositionum ista sententia: Per hoc quòd hæc aut illa facta sunt, consequuta est scripturæ huius aut illius impletio. Aut quia ista sic facta sunt, idcirco scriptura: quæ hoc prædixerat, impleta est. Sic & in alio loco Euangelicæ illius exhortationis, sententia verborum Domini talis est, Recumbe in nouissimo loco: & sic fiet, vel ita consequetur, vt veniens qui te inuitauit, dicat tibi, Amice ascende superius. Ita & in proposito loco, Dele iniquitatem meam, Domine lauame ab iniquitate, & à peccato munda me, vt iustificeris: sensus est: Dimitte mihi peccatũ Domine: sic fiet, vel ita consequetur, vt tu iustificeris, & vincas, iuxta sententiã in Elucidatione latius explanatã. Hoc tamen aduertendũ est, quod hæc particula, vt iustificeris, & vincas, &c. non cũ eo quod immediate antè, sed cũ iis quæ paulò antè præcedũt, iungenda videtur, iuxta modũ quem iam nunc expressimus. Nam id videtur connexio sententiæ expostulare. Versu sexto, Et in peccatis concepit me mater mea. Huius versus partem secundã nonnulli ad ipsũm conceptus peccatum referunt: id est, ad libidinem quæ est in conceptione prolis, dicentes, ob hoc in peccatis concipi hominem, quoniam libido adest quasi commaculans aut vitians conceptum. Verùm non satis apparet, hanc esse sententiam Psalmistæ: quoniam vbi nos habemus, concepit me mater mea, æditio Romana habet peperit, & similiter vertit ex Hebræo sacer Hieronymus. Traslatio autem Augustini habet, In vtero me aluit. Hæc autem nullo modo prædictæ expositioni consonant. Quomodo enim verum esse potest, quòd in peccatis nos pariunt matres nostræ, aut in vtero aluntac fouent, si ad peccatum ipsius matris referatur: id est, ad libidinem?

dinem? Non enim in pariẽdo libido est, sed dolor & cruciatus maximus, forsitan & prioris delectationis quædã expiatio. Rectius ergo & hæc particula, vt prior, ad peccatum originale ipsius cõcepti vel partus æditi referetur, vt eandẽ habeat cum priore sententiam. Quomodo autẽ dicatur numero plurali, in iniquitatibus & in peccatis, cũ non nisi vnũ sit originale peccatũ in quo cõcipimur, & quam intelligẽtiã istud requirat, ex Elucidatione lector attentus facilè per semetipsum aduerter. Versu octauo, Asperges me Domine hyssopo, &c. De hyssopo legimus in veteri testamento, quòd ad emundationem ab immunditiis, à Deo instituta erat. Nam capite XIX. libri Numerorum, de emundatione eius qui tetigisset cadauer, præcipitur in hunc modum, Tollent de cineribus combustionis atque peccati, & mittẽt in aquas viuas super eos in vas: in quibus cum homo mundus tinxerit hyssopum asperget ex eo omne tentoriũ, & cũctã suppellectilem, & homines huiuscemodi cõtagione pollutos: atque hoc modo, mundus lustrabit immũdũ tertio & septimo die. Iterum, Exodi XIIII. cap. de emũdatione leprosi dicitur: quòd offerre debebat hyssopum cum duobus passeribus, ligno cedrino & vermiculo, & quòd hyssopũ cum altero passere viuo ac ligno cedrino & cocco deberet intingere in sanguine alterius passeris immolati, sicq; aspergi deberet effuso sanguine. Secundum mysticam verò considerationem, apta admodũ videtur hyssopus ad significandam purificationem. Est enim humilis ac modica, & tamen admodum purgatiua atque mundificatiua pectoris, præcipue autem pulmonis, & vehemẽter curatiua: vt per eam vel humilitas vel pœnitentia apte significetur, qua spiritus & affectus humanus optimè curatur, tametsi hominem faciat secundũ speciem vilem. Notandum quoq;, quòd & aspergi petit & lauari, vt fiat perfectè mũdus, qui sese vehementer agnoscit pollutum. In lege enim veteri, hisce duobus modis legimus solitos purificari immũdos, nempe aspersione & ablutione. Et de aspersione quidem ex duobus locis iamiam citatis est conspicuum. De ablutione quòque ex libris legis est manifestum, vbi nunc vestimenta, nunc locus, nunc totum corpus aqua lauari sæpissimè iubentur. Quod autem dicit, super niuem dealbabor, illi respõdet quod & apud Esaiam, Lauamini, mundi estote, auferte malũ cogitationum vestrarum. Si fuerint peccata vestra quasi coc-

Numer. 19.

Exod. 14

cinum, velut lana alba erunt: & si fuerint rubra vt vermiculus, velut nix alba erunt. Significat autem ista tantam de abatio integram & perfectã ab omni peccati inquinamento emundationem. Versu nono, Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, dictum est loco huius, Facies me audire gaudium & lætitiam: quemadmodum in alio Psalmo dicitur. Auditã fac mihi mane misericordiam tuam: loco eius, Fac me audire, Fac vt audiam. Secundũ quem modum, hoc etiam in loco beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, Auditum mihi facies gaudium & lætitiam. Nota verò ordinem: qui in hoc versu simul & statim præcedente indicatur. Primum enim est vt nos aspergat Deus summus sacerdos hyssopo, quasi secundũ ritum expiationis nos purificans: sequitur, vt mundemur, & loti dealbemur. Interius auditur gaudium & lætitia, foris exultant ossa, prius humiliata. Sic enim ab intimis ad extrema debet procedere perfecta curatio. Simul & hoc notandũ est, in duobus istis versibus, quòd vel accipi possunt secundũ sententiam fiducialiter deprecantis: sicque verba futuri temporis modi indicatiui, accipi possunt secundum significationem modi imperatiui, siue deprecatiui, vt sit sensus, Aspergis me Domine, & mũder, laua me, & super niuem dealbabor. Auditui meo da gaudium, & exultent ossa humiliata. Neque enim rarum est, cum fiducialiter postulamus, & quasi familiariter supplicamus, vti futuro indicatiui modi, pro imperatiuo aut deprecatiuo. Nam hoc modo indicatiuo postulantes, iudicamus, nos non dubitare quin ita sit futurum vt petimus. Quasi enim humiliter & implicite petimus, cum id quod volumus, confidenter futurum proponimus. Aut accipi potest quasi secundum conditionalem enuntiationem, vt sit iste sensus, Si tu me asperseris Domine, mundabor: & si tu me laueris, dealbabor. Si tu auditui meo gaudium dederis, exultabunt ossa. Versu decimotertio, Spiritu principali confirma me. Spiritus principalis Græcè habetur πνεῦμα ἡγεμονικὸν, id est, ducalis, vel regius, siue principalis. Nam ἡγεμὼν ducem vel principem significat. Ducalem ergo siue principalem siue regalem spiritum vocat, quasi magnificum, nobilem, munificum & liberalem: diuitem & potentem, vt valeat bonum, vt velit benefacere, & in omni bono hominem firmare quem inhabitauerit. Sic & secundum vulgatum loquẽdi vsum, solemus eos qui animo regali sunt (id est, munificos

Psal. 142

nificos, diuites, atq; potentes, simúlque liberales) nuncupare principes, vel principales siue regales homines. Beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, Spiritu potenti. Felix autem, spiritu munifico vel liberali: quæ omnia in eandem cum nostra lectione recidunt sententiam. Quomodo autem sanctus iste spiritus dicatur, sitque verè principalis, regalis, ducalis, nobilis, potens, munificus, & liberalis, pulcherrimè exprimit prosa illa quam in eius solennibus commemorationibus decantare solẽt fideles, cuius est initiũ, Veni sancte spiritus, in qua multis pulcherrimis & iucundissimis titulis, honoratur principalis iste spiritus. Veni (inquit) pater pauperum, dator munerum, lumen cordium. Consolator optime, dulcis hospes animæ, dulce refrigerium: in labore requies, in æstu temperies, in fletu solatium. Sine tuo numine, nihil est in lumine. O lux beatissima, & alia multa nunquam satis frequẽter iteranda, neque satis diligenter contemplanda. Versu decimoquinto, Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ. Præter Latini sermonis consuetudinem, sanguinibus hoc loco dictum est, numero plurali. Quia tamen in Græco pluralis numerus positus est, maluit interpres (vt inquit Augustinus) minus Latinè dicere, quàm minus propriè interpretari. Nam & in Græco & in Hebræo ita habetur: neque quisquam interpretum aliter vertit, quàm de sanguinibus. Cur autẽ sanguines (vt ita dicam) appellet peccata, in Elucidatione indicatũ est, quoniam videlicet à corruptione carnis & sanguinis peccata procedũt, maximè carnalia, cuiusmodi erat cõcupiscentia adulterij, quæ radix fuit omnis peccati Dauid. Præter quam rationẽ adiici posset etiam altera: quia scilicet per peccatum meretur homo mortẽ, quæ est per sanguinis effusionem. Sicque liberari à sanguinibus est, liberari à peccatis, per quę cõmeruerat mortem. Sed & ad effusionem sanguinis innoxij referri posset. Verùm prima expositio & vulgatior, & solidior est, & verior: quam etiam beatus Augustinus prolixius prosequitur, & Elucidatio solam ponit. Quæ autem sequitur replicatio Diuini nominis, cum ait, Deus Deus salutis meæ, ad magni affectus testimonium sic posita est. Valet autem Deus salutis meæ, ac si dicas, Deus saluator meus. Versu eodẽ, Et exultabit lingua mea iustitiam tuã. Exultabit capiẽdum est, vt plus aliquid significet, quã vulgo solet: neq; merè neutralẽ habet significationẽ, qua

lem

lē habet cū dicimus, Exultate iusti in domino. Nam propter accusatiuū, qui sequitur, nēpe iustitiam tuam, necesse est aliquid transitiuæ significationis in eo verbo includi, vt cōmodè ab eo possit secundū hanc transitionis vim regi accusatiuus. Valet ergo exultabit, tanquā si dicas, Exultando laudabit, vel exultando cantabit. Sic & verbū iubilare, quod planè neutrū est, & absq; casu accusatiuo ferè semper positum legimus: inuenitur tamē Esaiæ XLIX. iunctū habens post se accusatiuū, cū dicitur, Iubilate montes laudē: quo in loco similiter non secundū neutralem significationem accipi poterit verbū iubilandi, sed partim trāsitiuè, vt significet iubilando laudate vel canite, vel depromite laudem. Huiusmodi autem verbum solent & Grammatici tractatores facere mentionē ex Poëtis & oratoribus assignantes exempla. Cuiusmodi est illud Vergilij, Nec vox hominem sonat. Sonare enim per se neutrale est, sed hoc loco valet sonando representare. Vanū autem est, quòd quidam emendandam putant eam lectionē, quæ habet Exultabit, putántq; legendum, magis exultabit, quomodo habet Romana editio: dicentes male cōmutatam esse literā a, in v, sicq; ex exaltabit vitiosè factū esse exultabit, propter vicinitatem dictionū. Qui hoc (inquam) sentiunt, vanè iudicant: quoniam in Græco aperte & manifestè non exaltabit habetur, sed exultabit. Est enim ἀγαλλιάσεται: quod nemo ignorat significare exultabit, non ὑψώσει, quod valet exaltabit. Inter has enim dictiones, apertissima differentia est. Deinde beatus Hieronymus ex Hebræa vertit, laudabit: quod nostræ lectioni & expositioni est vicinius. Felix etiam vertit iuxta nostram expositionē. Lingua mea exultando cantabit iustitiā tuam. Versū decimosexto, Domine labia mea aperies. Peccator sibi quasi os & labia claudit, quando per peccatū facit, vt dignè Deum laudare nō possit. Siquidem non est speciosa laus in ore peccatoris: sed rectī sunt, quos docet laudatio Dei. Et peccatori dixit Deus. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Neque dubium, quin eadem hæc increpatio, etiam Dei laudem indignè per os acceptam, simul includat. Sed & si peccator os aperiat, vt Deum laudet non tamen illam vt suam laudem Deus acceptat, quando cor per iniquitatem elongatum est ab eo. Clausum itaque habet peccator os suum, & concluſa labia, donec in peccato permanet. Deo autem misericorditer peccatum dimittēte, referantur prius cōcluſa labia, & os aperitur, vt laudem dignam & speciosam Deo possit offerre: dū etiam cor interius solita diuina illuminatione & visitatione iterū ad eius laudes excitatur, & feruore bono extimulatur. Versu decimoseptimo, Quoniā si voluisses sacrificiū, dedissem vtiq;. Huius versus duplex datur cōstructio. Quidam enim ita ordinant, vt accusatiuus sacrificium, regatur à verbo voluisses, aduerbium autem vtique iungatur cum verbo dedissem, ad hunc sensum, Si sacrificium voluisses, vtique dedissem: ac deinde diuisim legatur, holocaustis nō delectaberis. Atq; hanc sententiam manifestè demonstrat Græca lectio, quæ sic habet, ὅτι ἠθέλησας θυσίαν, ἔδωκα ἄν· ὁλοκαυτώματα οὐκ εὐδοκήσεις. In qua sentētia, quilibet Græcæ literaturæ vel tenuissimè peritus, clarè videt particulā ἄν) quę valet vtiq;) non posse nisi cum præcedēte copulari. Absurdissimum enim erit, si quis ita velit iungere ἄν ὁλοκαυτώματα οὐκ εὐδοκήσεις. Non enim potest hæc particula rectè poni in principio totius sententiæ, quam determinabit: neq; multò minorem absurditatem faceret apud Græcos, quàm si quis dicat apud Latinos, Petrúsque Ioannes: cū postponi debeat, dicēdo, Petrus Ioannésq;. Ita q;, quantum ad Græcam lectionem, apparet omnino necessarium esse, vt particula vtique determinet verbum dedissem. Atq; hanc sententiam, vt potiorem, nos in Elucidatione sequuti sumus & expressimus: potissimū cum beatū Augustinum ad eūdem modum distinxisse inueniamus. Legūt nihilominus plurimi secūdum aliam cōstructionem, particulam vtique ad ea quæ sequuntur referentes, ad hunc modum. Quoniam si voluisses, sacrificium dedissem: ac deinde, Vtiq; holocaustis non delectaberis. Quam distinctionem nō pauci Latini codices habent. Atq; hæc lectio, neque malam, neque difficilem, imò neque aliam, quàm prædicta habet sententiam. Prior tamen (vt monstratum est) rectior videtur. Ex Hebraico autem non potest videri vtra sit verior lectio, quoniam in Hebræo particula ista vtiq; nō habetur. Nam beatus Hieronymus ita vertit, Non enim vis vt victimam feriam, nec holocaustum tibi placet: vbi nusquā particula ista vtiq; ponitur, quæ difficultatem facit. Quod autem dicitur in fine, Holocaustis nō delectaberis, Græcè sonat: holocausta nō habebis accepta aut placita: nō cōplacebis tibi in eis:

Esaiæ 49

Eccle. 5
Psalm. 32
Psalm. 49

quod Latinus interpres rectè expreſsit, Holocauſtis non delectaberis. Verſu penultimo, Benigne fac, Græcè vno verbo dicitur ἀγάθυνον, quod verbum ponitur etiam in Pſalmo CXXIIII. vbi habemus, Benefac domine, bonis & rectis corde. Habet autẽ peculiarẽ quandam emphaſim hoc verbum, quę nullo Latino vocabulo ſatis appropriatè poteſt exprimi. Nam benefacere propriè exprimit Græcam vocẽ ἀγαθοποιῶ. σύ. Vocabulũ autẽ quod hîc ponitur & in Pſalmo CXXIIII. valet ac ſi effecto vocabulo dicas, benignare, vel benignus, aut bonus eſto. Eſt enim ſententia, benignare, vel benignus aut bonus eſto ciuitati ſanctæ Sion, ſanctæ Eccleſiæ: hoc eſt, benignè age cũ ea, bonum & benignũ te illi exhibe, ſicut exprimit elucidatio. Verſu vltimo, Tũc acceptabis ſacrificiũ iuſtitiæ. Pro verbo acceptabis quod hîc ponitur, Græcè idem eſt verbũ quod paulò antè verſu decimoſeptimo, habebatur pro delectaberis. Vnde acceptabis, valet accepta habebis, poſsétq; verti iuxta priorem modũ: Tunc delectaberis ſacrificiis iuſtitiæ, oblationibus & holocauſtis quemadmodũ & illic verti poterat, Holocauſta non acceptabis. Sacrificium autẽ iuſtitiæ quod hic dicit Deo futurum acceptum ædificatis muris Hieruſalẽ, laudes ſine fine offerendas interpretatur Elucidatio: quẽadmodum beatus Auguſtinus quoq; interpretatur. Cur autẽ laudis Dei in Hieruſalem ſacrificium iuſtitiæ appelletur, ratio eſt, quia non pro iniquitate ibi ſacrificabitur, vbi nulla erit iniquitatis memoria, ſed tantum iuſtitia: quoniam digniſsimum eſt & iuſtiſsimum illi ſummo bono (quod videbunt ciues beatæ illius ciuitatis facie ad faciem) laudem & benedictionem offerre in ſecula ſeculorũ. Iuſtum etiam eſt, vt illi ſacrificemus quod habemus in nobis optimũ. Sacrificiũ autem laudis, adorationiſq; in ſpiritu & veritate, in immẽſum corporaliũ victimarum oblationem præcellit: & iuſtũ eſt, ſpirituũ patrem (qui & ipſe ſpiritus eſt) in ſpiritu magis honorari, & immortalibus, atque incorruptibilibus hoſtiis coli, quàm corporalibus & mortalibus victimis. Vituli autem iſti, quos dicit ſuper altare imponẽdos, illi ſunt, de quibus Propheta Oſee loquitur, dicens, Omnem aufer impietatem, & omne accipe bonum: & vitulos labiorum noſtrorum ſacrificabimus tibi. Quos vitulos labiorum, Paulus Apoſtolus in ea, quam ad Hebræos ſcripſit Epiſtola, fructus labiorũ appellat, dicens. Per ipſum ergo (id eſt, per Chriſtum

A

Pſalm. 124.

Ioan. 4

Ibidem.

Oſee 14

Hebr. 13

Chriſtum) offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, id eſt fructum labiorum confitentiũ nomini eius. Hi ſunt ergo vituli labiorũ, laudes, benedictiones, & gratiarum actiones. Per altare autem Dei, vel ſimpliciter intellige, ante conſpectum Dei: quoniã altare in conſpectu Dei ſiſtitur, & dicimur in altare Dei offerre, quoties coram Deo offerimus. Vel ipſum illud altare, de quo Paulus in loco iamiam citato loquitur, dicens, Habemus altare, de quo edere non habent poteſtatẽ, qui tabernaculo deſeruiũt, Chriſtum dominum ſignificans, qui eſt altare noſtrum, ſacerdos, & hoſtia. Super hunc enim vt altare ponemus noſtras laudes, in conſpectu diuinitatis, cum per illum, vt ſacerdotem, & pontificem noſtrum æternum, acceptas laudes diuinitatis, offeremus in ſecula ſeculorum qui in trinitate & vnitate perfecta viuit, regnumque & imperium tenet per omna ſecula ſeculorum, Amen.

Ibidem.

* *
*

ARG

ARGVMENTVM IN PSALMVM QVINQVAGESIMVM PRIMVM.

EX TITVLO historico huic Psalmo præmisso, facilè cognoscimus, & quæ fuerit componendi occasio, & quisnã sit author: quem tanta fœueritate prr totũ decursum Psalmista inuehitur. Titulus talis est, in finem, intellectus Dauid quando venit Doeg Idumæus, & annũciauit Sauli, & dixit, Venit Dauid in domũ Achimelech. Historia satis nota est ex libris regum: quomodo post consummatam Saulis iram fugiens Dauid, venerit ad Achimelech sacerdotem in Nobe, tanquam ex iussione regis aliquo proficiscens: à quo etiam panes propositionis, & gladiũ Goliæ accepit. Intus verò in tabernaculo erat Doeg Idumæus, vnus inter primos seruos Saulis, qui hæc ipsa quæ cõspexerat, nequiter & odiosè detulit ad Saulẽ: propter quod sacerdos ipse Achimelech cum omni domo sua à rege vocatus, post accusationẽ, excusatione non recepta, crudelissimè interficitur per manum eiusdẽ Doeg Idumæi: simul & tota domus sacerdotalis, octogintaquinque viri, vestiti ephod lineo: insuper & tota eorum ciuitas percussa est in ore gladij, ita vt neque fœminis, neque paruulis, neque lactantibus parceretur, ne bobus quidem & ouibus. Inter hæc verò vnus tantũ ex filijs Achimelech effugiens manus Saulis, Abiathar nomine, hanc cædem crudelissimam renuntiauit Dauidi. Qui tactus dolore cordis intrinsecus, atq; indignatione maxima, tam contra illum impijssimum delatorem Doeg Idumæum, quàm contra crudelissimum tyrannum & homicidam Saulem, in spiritu dolentì commotus atq; concitatus, Psalmũ præsentem videtur composuisse, & cantasse coram domino, in sui doloris lenimentum, impietatis illorum descriptionem, & suæ innocentiæ protestationem. Possumus tamen Psalmum hunc vniuersis Sauli & Doeg similibus, id est, omnibus paruperum & bonorum oppressoribus, generaliter accommodare. Atque ita secundum generalem applicationem procedit Elucidatio.

1. Reg. 21

Ibidem.

QVIN

QVINQVAGESIMI PRIMI PSALMI ELVCIDATIO.



VID tu, ô impie, in peruersitate tua gandes, ac gloriaris, qui potens es & validus ad operandum iniquitatem? quid tibi cõplaces, quid teipsum iactas in impietatibus tuis (vnde potius erubescere debebas, ac meritò confundi) qui nunc ad tempus in sæculi huius sublimitate, ac prosperitate constitutus, Deo permittente potens es ad perpetrandum iniquitatem tuam? 2 Per omne tempus iugiter cor tuum cogitationes voluit iniustitiæ, & de sua plenitudine similia per linguam eloquitur: dum cũ tui similibus conciliabula celebrans, de innocentum oppressione pertractas: * facis fraudem, dolósq; & insidias struis innocentibus, vsq; ad nouissimam miseriam, vsque ad mortem & omnimodam perditionem fraudibus tuis illos cupis adigere: quomodo acuta nouacula nihil relinquit pilorum, sed totũ abripit funditus acutie sua. 3 Ex proposito cordis & deliberata voluntate iniustitiam præelegisti bonitati atque virtuti, iustitiam odio habens & fugiens, iniustitiam verò diligens & prosequens in operibus tuis: magis gaudens in proximorum nocumento, quàm in eorundem obsequio: * elegisti quoque loqui magis falsitatem & iniustitiam quàm veritatem, atq; iustitiam. Cùm enim per veritatem posses tueri bonorũ innocentiam, maluisti per iniquitatẽ oris tui, illos in perditionem & condemnationẽ iniustam adducere. 4 Complacent tibi sermones omnes qui faciunt ad pauperũ oppressionem, simpliciúmq; perditionẽ, supplantationem, & in mortẽ præcipitationẽ: quos tu loqueris per linguam tuam dolosam, id est, ad dolos cõponendos, & concinnandam fraudẽ, atq; deceptionẽ bene appositam & instructam. 5 Nequaquam verò manebit impunita hæc tui cordis & oris adamata impietas. Deus iustus enim scelerum vindex Deus, in vltionem consummate iniquitatis tuę, perdet te perditione sempiterna, prorsúsq; te eiiciet quasi radicitus euulsum à statu gloriæ tuæ, in quo nunc habitas, à domo & substantia tua, à seculo hoc præsenti, in quo tibi videris pulchrè virens, & bene floridus: hinc q; te faciet, velis nolis, per mortis sententiã emigrare in regio-

1 *Quid gloriaris in malitia: qui potens es in iniquitate?*

2 *Tota die iniustitiã cogitauit lingua tua:*

* *sicut nouacula acuta fecisti dolum.*

3 *Dilexisti malitiã super benignitatem:*

* *iniquitatẽ magis quàm loqui æquitatem.*

4 *Dilexisti omnia verba præcipitationis, lingua dolosa.*

5 *Propterea destruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo:*

* & radicã tuã de terra viuentium.

nem ignotam,in locum horroris atq; tenebrarum : * ita(inquam)te prorsus faciet emigrare,& hinc abscedere, vt nihil omnino tui remaneat, vt etiam radix tua auferatur de terra viuentium:omnis videlicet substantia,omnis gloria. omnes delitiæ,omnis spes,omnis fortitudo,omne auxilium:quibus rebus sic te stabilitum in hoc seculo malè credis, quèadmodum arbores suis sunt radicibus in terra stabiles.

6 Videbunt iusti,& timebunt:

6 At verò boni & simplices,quorum oppressione & malo nunc gaudes & oblectaris,quos tu nunc cõtemptui habes & ostentui,cùm ita te viderint diuina vltione punitũ,mirabuntur,& intra teipsum dicent:

* & super eũ ridebunt.

* & super te diuina vltione sic miserum factum atque cõdemnatum,risum facient diuinæ iustitiæ rectitudini congaudentes atque applaudentes,ac de sua liberatione magnificè gloriantes:

* & dicent, ecce homo qui non posuit Deũ adiutorem suũ.

* & in exprobrationem aduersum te loquentur,ac dicent, Ecce quomodo eeiectus humiliatus atq; prostratus est homo iste,qui Deũ non habuit præ oculis,qui in illo fidem & spem suam noluit reponere, qui donec vixit, timorem Dei recipere noluit.

7 sed sperauit in multitudine diuitiarũ suarũ: * & præualuit in vanitate sua.

7 Sed timore & fiducia Dei postpositis,spem habuit in abundantia potentiæ atq; substantiæ suæ,& in multis diuitiis suis:quibus subnixus,putabat omnia se posse superare: * quin & præualuit,ac potens fuit, ad oppressionem bonorum & perficiẽdum impietatẽ,in superbia & vanitate diuitiarum suarum,donec Deo placitum fuisset illum in sua prosperitate permittere.

Sapien. 5

Ecce(inquiẽt iusti) quo nunc proiectus est,quantum humiliatus & miser factus, qui nos aliquãdo in derisum habuit,& in similitudinem improperij:ecce quomodo nũc computatus est inter filios mortis,& inter malignos dæmones sors illius est.

8 Ego autẽ sicut oliua fructifera in domo Dei:

8 Ego verò testimonio conscientię in spiritu mihi de bona voluntate bene conscius,nemini moliens,imò nec cupiens quidẽ malum aut vllũ nocumẽtum, & in diuitiarum vanitate nequaquam confidens,ero in domo Dei,in Ecclesia sancta, sicut oliua virens,fœcunda atque fructificans in operibus virtutũ per charitatis & spiritus pinguedinem,fructus proferẽs operationũ Deo placitarũ,in Ecclesia quoque triumphante,perpetua lætitia & satietate æterna semper virẽs,& stabilis in æternũ,in plenitudine fœlicitatis illius:

* speraui in misericordia Dei in æternum, et in seculum seculi.

* spẽ habui in misericordia & bonitate Dei mei defixam in æternũ & imperpetuũ : plenissimè videlicet confidens,diuinæ bonitatis nũquam mihi defuturũ auxiliũ,quę spes me in perpetuo virore facit,faciẽtq; perstitere in æternum.

9 Confitebor tibi in seculũ, quia fecisti:

9 Laudabo te domine Deus meus in sempiternum,eò quò fecisti,eò quòd mihi hoc præstitisti per tuam gratiam,vt essem in conspectu tuo,quasi oliua fructifera,qui insuper dedisti& fecisti in me,quicquid est boni, quicquid laudis,quicquid virtutis:

* & expectabo nomẽ tuum:

* & ob hoc cum patiẽtia sustinebo & expectabo te domine , qui iuxta nomen tuum optimus es:in tua fiducia perstabo atque perseuerabo vsque in finem,nunquam in alio,præterquàm in te spẽ meam locaturus,nunquam alienis occupãdus amoribus:

* quoniam bonum est, in conspectu sanctorum tuorum.

* bonum enim est te domine,sic expectare,in bona perseuerantia, omnibus seruis & fidelibus tuis.Quicũque enim te in sanctitate & iustitia viuentes fideliter expectauerint , non frustrabuntur in æternum,neque ab expectatione sua poterunt confundi.

ANNOTATIONES IN Psalmum Quinquagesimum primum.

CIRCA titulum nota Dauidem non composuisse hunc Psalmum tunc,quando Doeg venit, & annũtiauit Sauli de Achimelech,neque propter hanc annũtiationẽ nudam tanta amaritudine & increpatione in eum fuisse inuectum (quanquam id secundum faciem videatur sonare titulus, eò quòd dicatur,quando venit Doeg, & annuntiaui,& cætera.) sed propter crudelissimam innocentum sacerdotum necem, quando venit ad ipsum Abiathar,qui hanc illi annuntiauit. Vnde quod dicitur,Intellectus Dauid,cùm venit Doeg Idumæus,& nũtiauit Sauli,sic accipi debet, vt cùm potius causam vel occasionem quàm tempus designet, hoc est, pro eo quòd venit Doeg,& nuntiauit Sauli.Hæc enim annuntiatio causam dedit tantæ crudelitati , aduersus quam Psalmus canitur. Versu primo,Quid gloriaris in malitia?Quèadmodum in argumẽto indicauimus,secundum specialẽ tituli applicationẽ,potest Psalmus æque proferri contra Saulem,vel contra Doeg Idumæũ,vel potius contra vtrunque. Magis tamen videtur cõtra iniquum delatorem,& crudelissimæ sententiæ exequutorẽ,Idumæũ istum dirigi:aduersus quẽ meritò tam acri obiurgatione Dauid inuehitur, quoniã quũ sciret sacerdotem Achimelech innocẽter & ignoranter egisse, dãdo illi panes & gladiũ Goliæ,ipse tamẽ absq; excusatione

crudelem detulit accusationem ad furiosum regem Saulem. Neq; enim ignorabat Doeg iste simpliciter egisse Achimelech, in eo quòd panes dedit & gladium Dauidi, qui se simulabat proficisci ad negotia regis. Non enim sciebat Achimelech quicquã grande vel paruum, de ira Saulis contra Dauidem, vel de fuga Dauidis à facie Saul, neq; illi quicquam indicauit Dauid fugiens, sed persuadebat se ad negotia regis secreta pergere. Hæc sanè Idumæum istum sanguinolẽtum, & (iuxta nomen suum) sanctorum sanguine rufum, nõ latebant: ob quæ merito accusare nõ debebat innocentem sacerdotem, qui fauentem partibus Dauidis, aut minimũ hanc sacerdotis innocentiam & ignorantiam debuisset accusationi coniungere. Nunc verò accusationem grauissimam proponens & factũ ipsum vehementer exaggerans, excusationem silentio præmit. Deniq;, etiam si constitisset sacerdoti Achimelech de fuga Dauidis, cum illi humanitatem impenderet: non debebat tamẽ hoc iste impius multarũ pastor Idumæus ad regem sęuientem deferre: quandoquidẽ sacerdotalis officij non est miseros prodere, vt perdantur, sed misericordiam potius exhibere, & pacem facere, tam erga Deũ, quàm erga homines. Versu secundo, Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua. Secundum hunc loquẽdi modum in alio Psalmo dicitur, Os iusti meditabitur sapientiã, Et alibi, Lingua mea tota meditabitur iustitiam tuam. Quem autẽ sensum faciat hic loquẽdi modus, monstrat Elucidatio. Similem fere significationem intendũt vulgò homines, cùm de eo qui semper discursibus gaudet, & oblectatur in euagationibus, dicere solent. Huius hominis pedes nihil cogitãt, quàm discurrere atque vagari, dum sic pedibus secundũ tropum loquendi tribuitur, quod cordi de ministerio pedum secundum rei proprietatem conuenit. Versu eodem, Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Nouacula si bene acuta nõ sit, nequit bene pilorum radices auferre. Quæ verò optimè acuta fuerit, vsque ad fundamentum pilos radit, & prorsus nihil relinquit aut pertransit, quod nõ secum abripiat minimo negotio, veluti imperceptibiliter. Ob hoc, Doeg iste Idumæus, atque etiam autor malitiæ rex ipse Saul, rectè vterque acutæ nouaculæ cõparãtur: quoniam vniuersam sacerdotum familiam penitus perdiderunt, & in nullo prorsus illis pepercerunt, etiã fœminas, etiam liberos, etiã iumenta, in ore gladij ferientes, man

1. Reg. 22

Psal. 35

Psal. 34

sionem quoq; ciuitatis eorum subuertentes. Quid enim amplius poterãt, aut quomodo nocere crudelius acutissimę istę nouaculę? Nam quod vnus ille pilus (id est, Abiathar vnus de sacerdotibus) effugit harum nouacularũ acutiem, specialis erat muneris Dei: vt haberet apud sese profugus rex Israël Dauid, profugum sacerdotem Abiathar. Generaliter quoq; hæc comparatio ad omnes spectat pauperum & innocẽtum oppressores, qui eos & externis bonis omnibus, atque etiam vita corporis absq; misericordia spoliant, plus nocituri, si valerent ampliùs: Potest etiam hæc comparatio acutæ nouaculæ aliter intelligi: quoniam sicut ipsa hominẽ citissimè vulnerat, simul & grauissimè, eò quòd ,ppter acutiem maximè penetrat: sic impij hominum bonorum oppressores, per suas fraudulentas linguas, tanquã per nouaculas acutas, quasi imperceptibiliter lædunt, & grauissimè nihilominus nocent.

1. Reg. 22.

Versu quarto, Dilexisti omnia verba præcipitationis, lingua dolosa. Orationem illam, lingua dolosa, quidam in ablatiuo casu accipiunt, vt coniungatur cum præcedentibus: vel subaudiendo aliquid, iuxta quod monstrat Elucidatio, vel coniungẽdo simpliciter cum illo, verba præcipitationis, subaudita præpositione in, quemadmodum habet Psalteriũ Romanum, In lingua dolosa. Alij accipiunt prædictam orationem in casu vocatiuo, hoc modo, Dilexisti omnia verba præcipitationis, ô lingua dolosa: vt homo ipse fraudulentus atque dolosus, ita per contumeliam vocetur lingua dolosa: quemadmodum Psalmo XI. in expositione versus illius, Labia dolosa in corde & corde loquuti sunt: de labiis dolosis diximus: Alij verò per accusatiuum casum legunt, linguam dolosam: quomodo habet Psalterium, quo vsus est beatus Augustinus, quomodo etiam Hieronymus vertit ex Hebræo. Atque ita accusatiuus iste ad verbum dilexisti, referri debet.

Psal. 11

Versu quinto, Euellet te, & emigrabit tẽ de tabernaculo tuo. Aduerte, emigrabit secundũ impropriam significationẽ positum pro emigrare faciet, absolutũ scilicet verbum pro transitiuo: quomodo apud Paulum dicitur: Deo autẽ gratias, qui semper triumphat nos in Christo, pro triumphare facit.

1. Cor. 2.

G Quod autem sequitur, Et radicem tuam de terra viuẽtium, subaudiẽdo auferet, abscindet, siue euellet, pulchrè ad Doeg & Saulem potest accommodari, ad exprimendũ cõditionem punitionis eorum. Quemadmodum enim sacerdotem Achi

melech prorsus innocentē, Saul radicitus (quantum quidem in se fuit) euulsit, & ipsum & liberos omnes vsque ad lactentes, & cętera eius omnia interficiens: ita iuxta modum peccati, aduersus ipsum pœna hīc pronuntiatur condigna, quòd sit euellenda radix eius de terra viuentiū. Quam quidē radicem in Elucidatione interpretati sumus substantiam, diuitias, & gloriā, ac cætera huiusmodi: quibus veluti radicibus quibusdam sese fixos putant impij, & firmos in terra. Posset tamē & ad liberos referri, vt prædicatur cōtra impiū Saulē & Doeg, quòd non ipsi soli, sed etiam eorum semen de terra sint (propter commissam in sacerdotes Domini crudelitatem) auferendi: id quod de Saule apertè indicat regum historia, & de Doeg verisimili existimatione est credendum. Versu octauo, Ego autem sicut oliua fructifera. Non hæc vt tactanter dicta accipi debent, sed vt ad gloriam Dei, in bonæ conscientiæ testimonio pronūtiata: quæ sub persona Dauidis dicta, ad vniuersos generaliter debent accōmodari, qui per innocentiam vitæ atque iustitiam, fructificare student in operibus bonis, quorū spes & fiducia in Domino Deo est. Omnes enim huiusmodi, quasi oliuas virentes, & semper fructiferas efficit Dei nunquam deficiens misericordia. Attendendū verò, hunc Psalmum (qui secundæ quinquagenæ iuxta Græcorum atque Latinorū vsitatam distinctionem primus est) ordine prorsus contrario procedere, ad illūm qui situ loci primus est in quinquagena priori. In hoc siquidē, primùm prolixè describitur viri iusti beatitudo atque felicitas, ac posterius exaduerso breuiter adiungitur impiorū calamitas. Contrario autē ordine, Psalmus qui iam in manibus est, prius impij prolixè peruersitatem & subsequētem calamitatē depingit, atque ex aduerso, paucis verbis iustorū perpetuum oppo nit virorem. Quanquam autē ordo commutatus est, res tamē ipsa quæ tractatur, & Psalmi materia prorsus eadem est.

Versu nono, Confitebor tibi in seculum, quia fecisti. Complenda est ad sensus perfectionem ista oratio, vel ex eo quod proximè antecedit, Fecisti me sicut oliuā fructiferam in domo tua, & fecisti me sperare in misericordia tua: vel ex iis quæ paulò longius distant in hūc modū, Quia fecisti vltionē & vindictam cōtra impios, parastiq; eis damnationem suam superius descriptam, sicq; præteritum pro futuro (consueto scripturarum more) videretur commodius accipiendū, vt fi

sensus

sensus, Confitebor tibi, quoniam facies pro iustis vindictam de inimicis & persequutoribus eorū iuxta modum supradictum, de terra viuentium eos auferēdo, eradicando, & in confusionem æternam proiiciendo. Atq; hoc pacto rectè consonabit, quod sequitur, Expectabo nomē tuum: id est, te expectabo cum patientia, donec tibi placitū erit iudicare causam meam, mēq; de manibus iniquorū misericorditer liberare. Atq; huic posteriori manifestè consonat quod habet Paraphrasis Chaldæa, Confitebor tibi, quoniam operatus es punitionem siue vindictam iudicij mei: hoc est, vltionem ad iudicandum pro me cōtra aduersarios meos. In eo quoque quod sequitur, Quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum: varia A rum partis illius, in conspectu sanctorum tuorum, constructio est: quidam enim referunt ad nomen bonum: vt bonum in conspectu sanctorum tuorum, idem valeat, quod bonum ipsis sanctis tuis. Quæ sententia, tametsi prima facie nō occurrat, videtur tamen satis commoda: & facilior cæteris. Alij iungunt eam cum verbo confitebor, hoc modo, Confitebor tibi in conspectu sanctorum tuorum: hoc est, coram multitudine fideliū: iuxta quod dicitur in alio Psalmo, Vota mea Domino reddam coram omni populo eius. Iungi etiam potest cum verbo expectabo, vt sit sensus, Expectabo nomen tuum in conspectu sanctorum tuorum: hoc est, expectabo te coram & simul cū sanctis tuis: vel, ita vt proximis etiā meis luceat exemplum patiētiæ & perseuerantiæ meæ. Potest postremò etiam ita intelligi, Expectabo nomen tuū, quoniam hoc ipsum (scilicet expectare cum patientia nomen tuum) bonum est coram omnibus sanctis tuis: id est, te agnoscentibus, atque ita credētibus omnibus sanctis. Omnes enim pij hoc norunt, hoc credunt, bonum esse, præstolari Dominum in silentio, & in patientia. Psalm. 115 Thren. 3

QVINQVAGESIMI SECVNDI PSALMI ARGVMENTVM.

Hic Psalmus abundantiam malitiæ & multitudinem malorum (qui timore Dei postposito operantur quicquid libet) versibus quatuor primis describit. Deinde sub persona Domini, per amaram interrogationem, insinuat, peruersos pauperū oppressores cognituros aliquando Deum iudicē, quem modo cognoscere, atque inuocare noluerunt: quando timore horribili, conturbabuntur iustis ab eo

timore liberis propter Domini præsentiam in eis habitãtis. Atque vltimo tandem versu, fidelium per Christum liberationem, spiritu reuelante, præmonstrat.

QVINQVAGESIMI SECVNDI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Dixit insipiens in corde suo:* * *non est Deus.*
2 *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus:*
Ioël. 1
**non est qui faciat bonũ.*
1. Ioan. 5
Hiere. 6
3 *Deus de cælo prospexit super filios hominũ:* * *vt videat si est intelligens aut requirẽs Deũ.*
4 *Omnes declinauerũt, simul inutiles facti sunt:* * *non est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnum.*

DIXERVNT filij hominum, in quibus non est scientia veritatis, neque sapientia Dei, in cordibus suis, & hanc habẽt in animo suo erroneã existimationẽ: * quòd non sit secundum veritatem Deus, vt à fidelibus creditur: qui res humanas consideret ac iudicet, qui iustis pro iustitia, fœlicitatem, aut malis pro iniquitate, reddat damationem: & hac falsissima persuasione blandiũtur sibi in iniquitatibus suis, quo peccent liberius. 2 Hac autem falsa existimatione & persuasione iniqua præsupposita, sine timore existentes, neq; cu iusquam metuẽtes iudicium, corruperunt ipsi viam suam, & computruerunt velut iumẽta in stercore impietatũ suarum. sunt q; facti, propter multitudinem & magnitudinẽ facinorum suorum, detestabiles & execrabiles ante Deũ, & omnes homines pios, per impiissima opera sua, & actiões corruptissimas, quibus intẽdunt: * nõ est ex infidelibus istis qui timorem Dei abiecerunt (quorum est bona, imò maxima pars, in hoc miserabili mũdo, qui totus in maligno positus est) cui sit curæ facere quod bonum ac rectum est: non est ne vnus quidem ex eis, qui studeat virtuti, sed à maiori vsque ad minimum, omnes student iniustitiæ. 3 Dominus Deus omnipotens, de sublimitate cęlorũ, in quibus inhabitat, quasi prouidus & diligens humanarum rerum curator, attẽdit & conspexerat filios hominum, & actiones eorũ vniuersas bonas pariter atque malas, ad reddendam vnicuique vẽturo tempore pro operibus cõgruam mercedem: * prospexit (inquam) considerans ad eos qui per fidem rectam verè agnoscunt, aut ex animo quærunt Deum. 4 Et vidit Deus, quòd maxima pars hominũ, via recta derelicta, ad iniquitatem declinauerunt, sunt q; facti ad omne bonum opus, veluti reprobi & inutiles, quasi qui iam didicerint virtutem, nescientes vltra, neq; volentes bene agere: * vix inuenitur qui bene agat, vix inuenitur vel vnus. Tanta est enim malorum copia, vt vix vllus videatur numerus iustorũ, si cum illorũ conferatur immen-

sa multitudine: & ex iis ipsis qui bonum facere videntur, vix vnus est qui solum ac semper faciat quod bonum est, qui nõ frequenter admodum declinet ad malum, qui non subinde agat aliquid quod minus rectũ est: quandoquidem in multis offendimus omnes, & septies in die cadit iustus. 5 Sed nunquid non tandem cognoscent Dei iudicium omnes qui nũc ex prauę voluntatis studio operantur malum? * qui populum Domini, hoc est, humiles ac simplices, deglutiunt & vorãt ad eum modum quo vorari solet panis à comedente, sine vlla ei resistẽtia, & sine vlla comedentis misericordia? Certè cognoscent Dominũ iudicia facientem (cuius cognitionem & timorem nũc abiiciunt) cum fuerint comprehensi in operibus manuum suarum. 6 Cum in hoc mundo agerent perfidi isti, in Dominum non crediderũt, neque eum vt Deum suum inuocauerunt, neq; in eo spem suam posuerunt, sed vel in indolis, vel in aliis rebus perituris, in quibus posuerant fiduciam: * & idcirco quia nescierũt Dominũ, timore magno nõnunquam trepidant, & vehementer cõturbati sunt, quando nulla fuisset eis causa iusta timoris, neq; quicquã periculi, si credidissent in Dominũ Deum, eúmq; fideliter inuocassent: quemadmodum in aduersitatibus temporalibus, in infirmitatibus corporalibus, atque similibus, vehemẽter timere solent carnales homines, vbi tamẽ iustis nihil est turbatione aut timore dignum. 7 Deus enim confringit, & ad nihilum redigit omnes vires, omnémq; virtutem eorũ, qui se relicto, ac timore sui abiecto, in hominibus spem ponũt, hominum gratiam quærunt, & iis placere student, quasi auxiliũ ab illis expectantes, vnde habere non possunt, ad Deum autem oculos non leuant: * confusione æterna confundentur eiusmodi, neque raro etiam confusione temporali in hoc seculo: quoniam Deus omnipotẽs abiecit eos, & à se in perpetuum seperauit, iubens eos vt iniquitatis operarios, abscedere in ignem æternum, cum diabolo & angelis eius, cui in vita seruierũt. Cum enim solus hic sit adiutor in opportunitatibus, ac tribulationibus, necesse est confundatur omnis, qui huic placere nõ studet, qui non totis viribus hunc sibi contendit demereri. sed ad filios hominũ attendit, in quibus non est salus. 8 Quis verò erit qui tantæ poterit mederi malitię, quæ abundat in terris? quis de superna cælestiq̃ ciuitate (postea quàm hic super terram declinauerunt omnes, & maculati

Iacobi 3
Prouer. 14
5 *Nónne scient omnes qui operantur iniquitatem? * qui deuorãt plebem meam vt cibum pa nis?*
Psalm. 6
6 *Deum nõ inuocauerunt: * illic trepidauerunt timore, vbi non fuit timor.*
7 *Quoniam Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent:* * *confusi sunt, quoniã Deus sprezit eos.*
Matth. 25.
Psalm. 9.
Psalm. 145
8 *Quis dabit ex Sion salutare Israël?*

culati sunt in seipsis) dabit salutem & saluationem populo Israël, populo fidelium: * indubiè nemo, præter Dominum Deum saluatorem nostrum: qui cum voluerit, & sicuti voluerit, in tempore gratiæ, per filium suum auferet captiuitatem illã plebis suæ, sub qua miserè detinebantur, saluumq; faciet populum suum, id est, credituros in se, à peccatis ipsorum: dans eis potestatem, ex filiis captiuitatis & iræ, filios gratiæ fieri, & filios Dei: * ac tunc quidem exultabit gaudio spirituali omnis fidelis, credens in Dominum, vitia supplantans atque conculcans, & Dei placita perficiens: x Atque iterum, Cum Dominus fideles suos ex huius mundi miseranda captiuitate, & ex huius vitæ peregrinatione, eduxerit in patriam Gsupernam, tunc perfecto gaudio gaudebunt fideles omnes, cunctis iam superatis & præteritis malis, quibus in hoc mũdo iugiter ab iniquis affligebantur.

* *cum conuerterit Dominus captiuitatem plebis suæ,* Matth. 1 Ephes. 2 Ioan. 1

* *exultabit Iacob, & lætabitur Israël.*

ANNOTATIONES IN HVNC PSALMVM REQVIRE POST ELVCIDATIONEM Psalmi decimitertij. Omnes enim versus Psalmi præsentis iste comprehendit, septimo tantum excepto, cuius in Elucidatione satis clara ponitur expositio.

QVINQVAGESIMITERTII PSALMI ARGVMENTVM.

CLAMAT hoc Psalmo vir iustus in tribulatione positus, ad dominum liberatorem suum, auxilium postulans & saluationem contra sæuissimos hostium insultus, quos sustinet: promittens liberatori cantica gratitudinis. Valet autem hic Psalmus, tam contra spirituales, quam contra corporales tribulationes.

QVINQVAGESIMITERTII PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Deus in nomine tuo saluum me fac:* * *& in virtute tua iudica me.*

2 *Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.*

DOMINE Deus, propter nomẽ sanctum tuum, & per virtutem potẽtissimi nominis tui, salua me ab hostibus meis, qui & numero plurimi sunt, & crudelitate, animóq; nocendi maximè formidabiles: * & in potentia Diuinitatis tuæ fac pro me iudicium, & vltionem aduersum illos. 2 Exaudi Deus orationem meam, quam fundo in conspectu tuo, pro liberatione mea: verba deprecationis meæ quæ loquor ex corde

Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierunt ánimã meã.

corde pleno amaritudine & angustia, ingrediantur, Domine, in aures dulcissimæ misericordiæ tuæ, & ad exauditionẽ cõmoueant viscera misericordiæ tuæ, vt non frustrer ab expectatione mea. 3 Ecce enim hostes & aduersarij, animo prorsus alienato, crudeli & efferato, consurrexerunt aduersum me, vt persequantur, atque requirant ad mortẽ: & ij qui potentes sunt ad nocendum mihi, ad mortem me requirunt unéq; vt perdant, hostili animo persequuntur: * non habent te domine ante oculos suos, timore tuo, & iudiciorum tuorum, nõ auocantur à proposito malitiæ suæ. * Neque etiam considerant potentiam tuam, quæ mihi potens est contra omnem illorum virtutem sufficiẽs præbere auxilium. 4 Et quidem in his angustiis, atq; periculis, tu es domine, omne auxilium meum, tu me adiuuabis contra inimicos meos: te solum habeo susceptorem animæ meæ atq; defensorem vitæ meæ. Tu enim solus mihi abũdè sufficis contra hostium millia, aduersum omnẽ persequentium numerum & apparatum. 5 Aduerte tu domine: & prohibe, ne mala mihi veniãt ab inimicis meis, tua defensione prohibe, & impedimẽtum præsta, ne mala quæ mihi proposuerunt inimici inferre, super me veniant? auerte, ne impleatur quod cõcipiunt ac moliuntur contra me: * & in veritate iustitiæ tuæ dissipa virtutem illorum, confringe potentiam, & robur exercituum eorum dissice: vt non illis concedatur, tua permissione adimplere, quod sua praua voluntate decreuerant. 6 Ego verò pro accepto liberationis beneficio, vbi tua misericordia id fuero cõsequutus, ex bono corde, & bona ac liberali voluntate, sacrificiũ offeram tibi: hilari & gaudenti animo, ad præstandam gratitudinem, sacrificabo quæ nouero tibi esse gratissima: * & confessionem laudis dabo tibi liberatori meo: quoniam bonum est confiteri & psallere nomini tuo amplius, quàm immolatio sacrificiorũ quorum libet corporalium. Sacrificiũ enim laudis te honorificat, & ipsum est quod tibi immolari postulas. 7 Ecce enim ex omni tribulatione tu hactenus liberasti me ex plurimis, iisque difficillimis periculis tua protectione hactenus saluus euasi, neque datus sum in manus hostium meorum: * & omnes inimicos meos despe

* *& nõ prosperabuntur Deum ante conspectum suum.*

4 *Ecce enim Deus adiuuat me: & dominus susceptor est animæ meæ.*

5 *Auerte mala inimicis meis:*

* *& in veritate tua disperde illos.*

6 *Volũtariè sacrificabo tibi:* Psalm. 91

Psalm. 49

* *& confitebor nomini tuo domine, quoniam bonũ est.*

7 *Quoniã ex omni tribulatione eripuisti me,*

* *et super inimicos meos despexit oculus meus*

despexit oculus meus, omnes inimicos in te confidens quasi pro nihilo reputo, minimèq; vltrà formidò: sciens, te vnùm plus omnibus valere, tèq; multo ad saluandum, quàm illos ad perdendum, potentiorem atque validiorem.

ANNOTATIONES IN Psalmum Quinquagesimumtertium.

VERSV primo, Et in virtute tua iudica me. Psalterium Romanum habet, libera me: quod secundum rem idem valet, quod iudica me. Sic enim tribulatus iudicari petit, id est, iudicium pro se fieri, vt liberetur. In Græco autè habetur χρῖνον με, hoc est, (vt nostra habet Gallicana lectio) Iudica me, Beatus Hieronymus vertit, In fortitudine tua vleiscere me. Felix, Vindica me. Quæ & secundum vocem, nostræ lectioni quàm Romanæ magis cõsonant. Versu tertio, Quoniam alieni insurrexerũt aduersum me. Alieni intelligi possunt, tam quoad Deum, quàm quoad hominem iustum. Qui enim aduersum iustos consurgunt, à Deo alieni sunt atque extranei: nimirũ Dei osores, hostes, contradictores, & (quantum quidem in ipsis est) oppugnatores: & insuper alieni atq; extranei à iustis, quos opprimũt, & quibus, quantum præualent, animum hostilem ostendunt. Versu quinto, Auerte mala inimicis meis. Huius partis multiplex dari potest intelligentia. Primum illa, quam ponit Elucidatio, prohibe, vt ab
Psalm. 34. hostibus mala mihi nõ veniant. Altera hæc est, Auerte mala à me, in inimicos meos. hoc est, cõuerte malitiam eorum, & mala quæ mihi machinãtur, retorque & refunde super eos.
Ibidem. Secundũ quẽ modum alibi dicitur, Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam abscondit apprehendat eum, & in laqueum cadat in ipsum. Et iterũ, Gladius eorũ intret in corda ipsorum. Et in aliis locis cõpluribus similiter. Atque huic expositioni consonat, quod ex Hebræo vertit Hieronymus, Redde malum insidiatoribus meis. Et Felix in eandem sententiã, Redde malum, vel conuerte malum tribulatibus me. Chaldaica quoque trãslatio similiter, Fac reuertatur malum ad eos qui me agitant, vel persequũtur. Potest addi tertia expositio: Auerte mala ab inimicis meis: vt fit perfectæ innocẽtiæ deprecatio pro aduersariorum sãlute: quomodo Christus pro inimicis rogauit, dicẽs, Pater dimitte illis, quia nesciũt
Luc. 12 qd faciũt, Ita auerte mala inimicis meis, ab eis mala amoue, mal

malum cor, malam animam, mala vitia, vt pro malis confe-
D ras bona. Verùm non satis consentit huic expositioni quod Psalm. 9
euestigiò subsequitur: Et in veritate tua disperde illos, ni-
si forte & hanc perditionem salutarem intelligamus, in par-
tem æquiorem, secundum quem modum alibi dicitur, In-
crepasti gentes, & periit impius. Versu sexto, Voluntariè
sacrificabo tibi. Habet hoc loco, voluntariè sacrificare, pe-
culiarem quandam emphasim, quam in Elucidatione vtcun-
que indicauimus, quam etiam Felix exprimit, dicens, Cum
munificentia sacrificabo tibi, vel cum quadam animi libe- Psalm. 91
ralitate offeram. Significat enim dictio Hebraica (vt ipse
ait) oblationem spontaneæ mentis. Atque huic simile vide-
tur, quod in alio Psalmo dicitur, Ex voluntate mea confite-
bor illi. Versu eodem, Confitebor nomini tuo domine,
quoniam bonum est. Particula ista vltima, quoniam bonum
est, dupliciter intelligitur. Primo, quoniam bonum est con-
fiteri nomini tuo, iuxta illud quod in alio Psalmo dicitur,
Bonum est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissi-
me: quem sensum in Elucidatione expressimus. Vel secun-
dum alterum sensum, Confitebor nomini tuo, propterea
quòd bonum est nomen tuum. Nomen enim domini lauda-
ri debet, quoniam bonum. Non enim propter vtilitatem
aliquam vel commodum, sed maximè quia bonum. Atque
ita secundum rem idem est, ac si dicas, Confitebor tibi do-
mine, quoniam bonus es.

QVINQVAGESIMI QVARTI.

PSALMI ARGVMENTVM.

CLAMAT *in hoc Psalmo vir iustus in graui malorum cõturbatione positus, ad auxiliatorem dominum: proponens primum ex inimicorum persequutione nimiam cõturbationem atq; desolationẽ animæ suæ, postulans sibi ad fugiendum pennas dari columbæ, vt in solitudinem auolans, alicubi requiem queat inuenire. Atque hæc primis octo versibus. Deinde, orationem fundit prauorum malitiosos conatus & contra ciuitatem impiorum, cuius prauitatem vsque ad versum decimumsecundum proponit. Vbi debine illud vehementer exaggerat & ponderat, quòd etiam ab ij qui proximi & amici videntur, sentiat persequutionem & afflictiones pati: quod multò est ad tolerandum difficilius, quàm si ab extraneo & aperto inimico procederet afflictio: cuiusmodi hominibus dignam mortem, vel precatur*

tur vel prænuntiat, ipse in domino spem ponens, & dominum iugiter omni tempore inuocans liberatorem, in quo & sperat ab omnibus tribulantibus liberari, inimicis in sua impœnitentia & iniquitate perseuerantibus, à conspectu præsentiæ Dei per vltricem sententiã proijcidis in puteum mortis: à qua salui erunt, qui curam suam in dominum proijciunt. Posset verò hic Psalmus totus in persona Christi satis apte exponi. In Elucidatione tamen generali expositione viro iusto cuilibet afflictione malorum tribulato, illum applicabimus. Post verò in Annotationibus, quomodo nonnulla peculiarius ad Christum valeant aptari, monstrabimus.

QVINQVAGESIMI QVARTI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Exaudi Deus orationem meã, et ne despexeris deprecationẽ meã:*
* *intende mihi, & exaudi me.*
2 *Contristatus sum in exercitatione mea:*
* *cõturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.*
3 *Quoniam declinauerunt in me iniquitates:*
* *& in ira molesti erant mihi.*
4 *Cor meũ cõturbatus est in me.*
* *& formi-*

EXAVDI Deus precem meam, quam in amaritudine animi mei fundo ad te: & ne amoueas, neque abiicias eam à conspectu tuo, sic vt eam non sinas ascendere ad sacrarium exauditionis tuæ: * cõuerte ad me benignum aspectum misericordiæ tuæ, & dignanter me exaudi, ad te humiliter clamantem. 2 Contristatus sum vehementer in meditatione mea, dum meipsum exercito, meditando, & considerando plurima & maxima pericula, in quibus versor, aut quæ mihi imminent per circuitum: quorum meditatio non modicam mihi incutit tristitiam: * in exercitatione quoque qua exercor, probor & affligor, à multitudine malorum inter quos versor, contristatus sum, * & conturbatus sum atque perterritus à vocibus inimicorum, quibus contra me loquuntur in malum, & à tribulationibus atque persequutionibus hominum impiorum. 3 Ipsi enim falsis accusationibus, criminationibus atq; detractionibus, proiecerũt super me, & imponunt mihi mala, quorum mihi non sum conscius: de multis me falsò accusantes, quasi hæc, aut illa mala egerim, quo sic me reum mortis ostendere valeant aliis, & iustè persequi me videantur: * & in iracunda sua inuidia, quam contra me gerunt, mirum in modum molesti facti sunt mihi, vehemẽter & multipliciter me vexant ac persequuntur. 4 Adeò verò aggrauata est in me tristitia, ex considerationẽ atque exercitatione huiusmodi, adeò inualuerunt contra me mala, vt conturbetur intra me cor meum, præ nimio timore pericolorum & malorum quæ sentio: * formido quoq; & horror

ror mortis, qualẽ habere solent quibus mors in proximo est irruit super me. 5 Timor magnus in intimis, atque hinc tremor in membris, cecidit super me, apprehẽdit atque inuasit me: * & operuit caligo tenebrarum oculos meos, simul & cor meum: prorsus obtenebrati sunt præ timore oculi mei, simul & cor meum, ita vt nec oculi lumen suum teneant, & vix sibi mens constet amplius: quemadmodum hominibus in maximo metu, & proximè ad mortem positis, euenire solet, vt lumen tam cordis, quàm oculorum incipiat deficere, & velut obtenebrari siue operiri tenebris. 6 Et cum in tanta essem positus angustia, in medio hominum iniquorũ affligentiũ animam meam, optaui modũ aliquẽ inuenire, quo effugere possem tantam malitiæ me affligentis abundãtiam R dixiq; apud memetipsum. Quis mihi dare possit alas in modum columbæ, quemadmodũ habet columba, vt eis suffultus auolare possem in locum tutum, & quietum, ab hominũ perturbatione extraneum, vbi requiem possit aliquantulam inuenire nimiũ fatigata anima mea? Columba nanque si vllam sentiat perturbationem aut strepitum, mox alis suis suffulta auolat, quo voluerit, in loca solitaria: ibiq; sese abscondes, in petra aut nido, secura quiescit, solis gemitibus extra omnem tumultum intenta. Atque vtinam sic præclarè mecum agatur, vtinã similes & mihi alæ donentur, quibus de medio impiorũ quotidie excruciantium & affligẽtium animã meam, quietẽmque perturbantium, valeam auolare, & in locum solitariũ me abdere: vbi in quiete absq; tumultibus mundi posita, vni Deo vacare queat anima mea, vniq; ac soli Deo intẽdere. 7 Ecce autem, quomodo optaui, ita partim & contigit mihi gratia tua. Fugiens nanque elongaui memetipsum à cunctis mundi tumultibus, ab vniuersis seculi huius conturbationibus memetipsum subduxi: primum quidem, quantũ potui, loca quærens solitaria, amica meditationibus, atque mœroribus: deinde super omnia, cor habere studẽs elongatum ab omnibus humanis affectibus & tumultibus, cuncta A quæ in mundo nequam sunt magno animo abiici endo, atq; abnegando, ac veluti subtus me posita despiciendo: * atque in hac solitudine tam carnis, quàm mentis constanter permansi, quantum gratia tua potui: in hac meipsum viriliter continere summopere curaui, ne mihi quies deperiret animæ meæ si ad ea, quæ ante fugeram, atque fugiendo

do mortis co cidit super me.
5 *Timor & tremor venerũt super me:*
* *& cõtexerunt me tenebræ.*
6 *Et dixi: quis dabit mihi pẽnas sicut columbæ, & volabo & requiescam?*
7 *Ecce elongaui fugiẽs.*
* *& mansi in solitudine.*

8 *Expectabam eũ qui saluũ me fecit à pusillanimitate spiritus & tẽpestate.*

9 *Præcipita domine:*

* *diuide linguas eorum:*

* *quoniã vidi iniquitatem & contradictionẽ in ciuitate.*

10 *Die ac nocte circũdabit eã super muros eius iniquitas:*

* *& labor in medio eius, & iniustitia.*

11 *Et non defecit de plateis eius vsura & dolus.*

1 *Quoniã si inimicus meus malè dixisset mihi, sustinuissem vtique.*

do reliquerã, rediissem denuò. 8 In hac autẽ quiete & solitudine expectabam cũ patiẽtia Dominũ, qui me saluum faceret à pusillanimitate spiritus qua tenebar: hoc est, ab illa maxima cõturbatione animi & grauissima tristitia, qua me affecerãt homines peruersi, amatores sæculi huius, & à tempestate, ac tumultu persequutionis, atque molestationis eorum, In hac (inquam) quiete, & in hoc silentio positus, à te Domine expectaui salutẽ, te expectaui, te sustinui, & à te cõsolationẽ quęsiui, ne me, vel spiritus mei timiditas, vel tẽpestuosa & turbulẽta hostiũ persequutio absorberet. 9 Oro autẽ te Domine, iam hìc tecũ in solitudine positus, vt pessimos illos sæculi amatores (quorũ est studium in hoc mundo iustos affligere) præcipites, atq; deiicias de altitudine, in qua tua permissione consistunt: * corúmq; linguas, quibus semper contra iustos mala loquuntur diuidas, & in discordiam mittas. vt ita effectum nõ consequantur praua eorũ consilia: * vidi enim in ciuitate & cõgregatione impiorũ nihil aliud nisi iniquitatẽ & cõtradictionem, tam contra veritatẽ, quàm cõtra iustitiam. Et ipsi nanque iniqua agunt, & quantum in se est resistunt veritati, atque iustitiæ aduersantur, toto conatu iniquitatẽ promouere & iustitiã atq; veritatẽ opprimere laborantes. 10 Iugiter die ac nocte per circuitũ eius, vsque ad muros graditur iniquitas, excelsa est in medio eorum impietas, & quasi per circuitum totã ciuitatem hanc super muros circum it: * estq; in medio ciuitatis huius, pauperũ atque bonorũ afflictio & iniustitia, hæc in impiorũ cõgregatione regnãt, hęc nusquam nõ inueniũtur apud impios. 11 Omnis quoq; modus fraudãdi decipiendiq; proximũ, siue per vsurã, siue per aliã quamlibet dolosam adinuentionẽ, vbiq; occurrit in societate prauorũ, & velut vbiq; in plateis huiusmodi occurrũt, quoniam vulgatissima hæc sunt inter eos. 12 Et quidẽ in his omnibus illud toleratu difficillimũ est, quòd vidéamus non raro etiam proximos, vicinos, notos, familiares, ac nõnunquam etiam ad tempus singulari iunctos amicitia, sibi inuicẽ fraudem facere, & amicos suos supplantare, quomodo & mihi, nunc euenisse experior. Nam si quispiam ex iis, qui se apertos inimicos demõstrãt, & pro aduersãriis gerunt, de me mala & indigna fuisset proloquutus, facilius mihi id visum fuisset sustinere & perferre, quàm ab iis qui se amicos simulant, aut qui longa mihi amicitiã aut familiaritate

ritate fuerunt sociati. 13 Et si aliquis eorum qui apertum odium contra me demõstrant, mala magna cõtra me loquatur, si mihi grauia comminetur, potero eius iram declinare, abscõdendo & subtrahendo meipsum à facie eius, sicque ab eo facilè mihi cauere potero ne nocumentũ accipiã. 14 At verò, quod hanc nũc tribulationem contra me suscitat, huiusmodi mala aduersum me loquitur homo olim tã amicus, vt vnius animi esset mecum, vniusq; affectus ac sententiæ: * homo cui ita fidebam vt tuto me illi committerem, illiusq; insequerer consilia quem habui quasi consilarium meum, aut D etiam ducem itineris mei, homo (inquam) quondã mihi intimus & familiarissimus. 15 Qui simul mecum dulcissima ac lætissima solet celebrare conuiuia, qui frequenter dulcis mihi cõuiua fuit, sicut & ego vicissim illi: qui etiã in domo Dei nostri frequẽter perambulauimus, cum magna concordia & iucundo consensu, iuncti lateribus, tanquam intimi socij & familiares amici: quod hic (inquam) de quo nihil vnquam sinistrè suspicari potui, nunc ita aduersum me mala loquitur vel agit, quod nũc mihi hanc exsuscitat conturbationem, id mihi certè toleratu videtur omnium difficillimum, affligitq; vehementissimè animum meum, quòd ab illis potissimum mala suscipiam, à quibus minimè expectabam.

16 Digni sunt huiusmodi, super quos ex vltione tua descendat sententia mortis & condemnationis æternæ, atque vt in infernum absorbeantur viuentes: vt manifesta punitione omnes videãt in eis vltionem iustitiæ tuę, aliis in terrorem & exemplum, quomodo Dathan & Abyron, cunctis aspicientibus in infernũ prolapsi, atque demersi sunt. 17 In habitaculis nanque eorũ nihil aliud, quàm nequitiæ, astutiæ, fraudulentiæ, atq; alia mala huiusmodi inueniuntur, & huiusmodi in medio eorum sunt, hisce pleni sunt, abũdantes in omni malitia: neque aliud volunt in cogitationibus atq; affectionibus cordis sui. 18 Ego verò aduersus illorum execrandam malitiam, vnicum habeo remedium, vnicũ refugium: videlicet vt clamem ad Dominum Deum meum, & ab eo de tanta iniquitatis abundantia, poscam auxilium: * & non despexit me deprecantẽ dominus, neque dimisit confusum, sed benignè & misericorditer me exaudiuit. 19 Quandocunque opportunum fuerit, siue manè, siue vespère, siue in ipso diei medio, siue aliàs quocunque opportuno & orationi ac-

13 *Et si is qui oderat me, super me magna loquutus fuisset, abscõdissẽ me forsitan ab eo.*

14 *Tu verò homo vnanimis: * dux meus & notus meus.*

15 *Qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu.*

16 *Veniat mors super illos, & descendant in infernũ viuentes.*

17 *Quoniã nequitiæ in habitaculis eorũ in medio eorum.*

18 *Ego autẽ ad Deũ clamaui:*

* *& dominus saluauit me.*

19 *Vespere,*

*& manè, & meridie, narrabo & annuntiabo: * & exaudiet vocem meam.*

20 *Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi:* * *quoniam inter multos erant mecũ.*

21 *Exaudiet Deus, & humiliabit illos qui est ante secula.*

22 *Non enim est illis cõmutatio, & non timuerunt Deum: * extendit manũ suam in retribuendo.*

23 *Contaminauerũt testamentum eius, diuisi sunt ab ira vultus eius: & appropinquauit cor illius.*

Matt.25.

24 *Molliti sunt sermones eius super oleum:* * *& ipsi sũt iacula.*

commodo tempore, ego narrabo domino miseriam & angustiam meam, annuntiaboq; & proponam illi conditionẽ necessitatis meæ: * & hoc de illius bonitate confido, quòd clamantem exaudiet, factetque omnia quæ postulauero ab eo. 20 Ipse me securum faciet ab oppugnationibus, & in pace cõstituet animam meam, ab his qui me aggrediũtur animo iniquo, vt noceant, ita vt nequaquã illos permittat prævalere mihi, & super me acquirere dominationẽ: * quoniam ipsi cum multis mihi appropinquabant, simul cũ multis me aggrediuntur ad nocẽdum, & inter multos, simulq; cum multis mihi se adiungũt, & mihi appropinquant, vt tam facilius, quàm crudelius valeant nocere. 21 Exaudiet autem me Deus ad se humiliter clamãtem, & humiliabit illos atq; deprimet humiliatiõe maxima, vsque in profundũ infernũ: ipse Deus æternus qui erat ante omnia secula, principiũ non habens durationis suę, quemadmodum neque finem in omnia secula. 22 Non enim commutatio est illis, de malo in bonum, nolunt cõmutari, nolunt conuerti, nolunt agere pœnitentiam, aut resipiscere de malis viis suis: sed proficiũt magis in iniquitatibus suis, indies profundius immersi nequitiæ: & nõ est timor Dei in eis, quam ob rem & pœnitere nesciunt, aut à malo in bonum cõmutari. * & quia transferre se nolũt à viis malis, & Deũ non habẽt ante oculos, ideirco iam Deus manum suam extendit, tanquam paratus ad reddendã vltionem, vt retribuat vindictam & pœnam condignam eorum impœnitentiæ, & peruersæ atque consummatæ nequitiæ. 23 Contaminauerũt nanque, ac polluerũt testamentũ Dei, eius præcepta præuaricando per inobedientiam: atq; ob hoc proiicientur à cõspectu Dei, & in æternũ reprobabũtur, ac que penitus diuidẽtur ab ira indignationis eius, per sententiam terribilẽ intonatẽ, Discedite à me maledicti in ignem æternum: quæ sanè sententia, ab ira indignationis eius profecta est. 24 Neque longè adhuc abest hæc vltio, sed appropinquauit ad vltionem cor & cogitatio eius, cogitauit in proximo facere vindictam. 24 Impij illi quo facilius noceant, sermones suos lenes, blandos atque molles faciunt, amplius quàm vllum oleum valeat esse molle aut blandum: * & ipsi tamen sunt quasi sagittę ac iacula, vt in eis trãsfigant animas simplicium. Tanquam acutissima nanque iacula sunt verba dolosa impiorum, quibus vulnerant & perimunt innoxios.

25 *Iacta super dominũ curam tuã: * & ipse te enũtriet: * non dabit in æternum fluctuationẽ iusto.*

25 At tu qui horũ cupis malitiam effugere, proice curam omnem, omnemque solicitudinem tuam super dominum Deum tuum, & illi te toto corde, plenissima fiducia totum committas, ac super illum securus innitere: * ipse enim te fouebit, custodiet, & educabit solicitè, quasi nutrix puerũ, quasi filium mater: * & non patietur iustum periclitari imperpetuum, nunquam illũ sinet cadere in perditionem. 26 At verò impios illos bonorum perturbatores, tu Deus scelerum vltor & vindex, demerges in lacum perditionis, in puteum abyssi, in profunda inferni, vnde egredi nunquam possint, neque vllam debeant sperare liberationem. 27 Et quidem in hoc seculo viri homicidæ sanguinem sitientes, oppressoresq; bonorum, frequenter nõ pertinguut ad dimidium dierum suorum, quo secũdum naturalis complexionis cursum, videbantur posse viuere: sed ante tempus præmatura morte hinc abripiuntur, comprehensi in iniquitatibus suis, vel gladio, vel alio quolibet mortis genere, ante tempus propter impietatem occumbentes. In vniuersum quoque, homines peccatores pertingere non valent ad dimidium dierũ quod sibi præstituunt, & quod sibi vt terminum vitæ suæ præscribũt. Existimant nanq; in æternũ se victuros, sic viuẽtes, quasi nunquam finienda esset vita præsens: & tamen post paucos annos, coguntur abscedere, sicq; conceptos dres ne dimidiant quidem: * ego verò de tua misericordia confidens, in te Domino Deo meo semper sperabo, & sub hac tua spe degam securus, donec placitum tibi erit de mundi huius iniquitate educere afflictam pauperculam animam meam.

Vt supra.

Vt supra.

Vt supra.

exercitationem. Et ex Hebræo vertit Hieronymus,Humi-
Luc. 22 liatus sum in meditatione mea.Versu quarto,& quinto,Cor
Ibidem meum conturbatũ est in me.Hęc verba optimè in Christum
competũt in agonia illa nouissima positum, quãdo tristis fa
cta est vsque ad mortem anima eius,quãdo cœpit pauere,&
tædere,contristari,& mœstus esse,ita vt etiam guttæ sangui-
nei sudoris præ agoniæ difficultate in terrã deciderent.Quæ
autem sequuntur versu sexto , & septimo ,Quis dabit mihi
pennas sicut columbæ.Ecce elongaui,fugiens ad Christi la-
tibulum,& absconsionem,in deserto referẽtur,cũ de Christo
Domino voluerimus Psalmũ exponere.Saluator enim, pro-
pter rabiem persequutionis Iudaicæ, volẽs persequentiũ im
probitati ad tẽpus cedere , legitur subinde secessisse in loca
deserta cũ discipulis suis:vbi à tempestate & persequutionis
impetu liber agebat,vt colũba gemens pro peccatis generis
humani,& meditãs de perficiẽda saluatione eius. Quæ verò
deinde versu nono,decimo,& vndecimo, sequũtur de ciuita-
te peruersa,ad Hierosolymam videntur referẽda,in qua ad- B
uersus innocentem dominũ plurima celebrabãtur quotidia-
na concilia,in qua auaritia vsqueadeò dominabatur, vt etiã
principes sacerdotum populum docerẽt , propter auaritiam
Matth.15 præcepta Dei humanis traditiũculis postponere, ad auaritiã
Ioan.12 compositis.Illa verò quæ deinde ponuntur versibus decimo-
secundo,decimoquarto,& decimoquinto,de Iuda proditore
commodissimè videntur intelligi:qui cùm procurator esset
negotiorum Christi,loculos sibi creditos gestãs , eius fami-
liaris cõuiua atque Apostolus,cum eo ambulãs, & comedẽs,
dolũ tamen pessimum machinatus est aduersus optimũ præ
ceptorem,cui proinde iustam,& condignam mortem denũ-
tiat. Versu decimosecũdo, Quoniam si inimicus meus ma-
ledixisset mihi,sustinuissem vtique,Si ad literam Dauidi ap-
plicemus Psalmũ,apparet ipso tempore quo compositus est,
singulare aliquid accidisse Dauidi,de amici cuiuspiã aut ad-
modum familiariter noti infidelitate:vt scilicet persequutio
nem tunc sustinuisse intelligatur ab aliquo, cũ quo prius val
de familiariter & amicè viuebat , quem aliquãdo velut à se-
cretis& omnino intimum habuerat.Quemadmodum(exem
2.Reg. 22 pli gratia)cùm Doeg Idumæus qui forsitan Dauidi se fami-
liarẽ exhibuerat,donec ageret in aula Saulis,post eiectionẽ,
aduersus ipsum crudeli accusatione sæuiebat. Et cũ in Absa-
lonis

lonis persequutione , Achitophel ipsius consiliarius contra 2. Reg.15
ipsum cõiurauit,Vnde Chald.Parah.apertè hoc loco memi-
nit Achitophelis,cùm ait,Tu Achitophel,homo secundũ or
dinem meũ,vel similis mihi præceptor meus, qui me docui-
sti,& scire fecisti sapientiam. Cũ verò Christo Domino Psal
mus accommodatur, de Iuda pars ista (vt suprà diximus) ex-
ponitur:qui cũ vnus esset ex duodecim familiarissimis Chri
sti conuictoribus,tradidit dominum suum. Iuxta quem mo-
dũ,in alio Psalmo dicitur,Homo pacis meæ , in quo speraui, Psalm. 40
qui edebat panes meos,magnificauit super me supplãtatio-
nem.Potest & vnusquisq; iustus in querimoniam hoc trahe-
re,dum cõsiderat non solùm ab extraneis & inimicis tribula
tionem se perpeti,verũetiam ab amicis, & familiaribus non
esse secum:quod sanè vehementer hominem excruciat , ni-
mirum ab iis,quos coniunctissimos habere te putas,pati ca-
lumniam.Modus autem loquendi in his tribus versibus , ex
vulgato vsu sumptus videtur.Sic enim loqui solẽt homines,
cùm ab iis iniuriam accipiũt, quos minimè æquum erat fa-
cere iniuriam. Versu vigesimo,Quoniã inter multos erant
mecum.Clarius ex Hebræo vertit Hieronymus,Multi enim
fuerũt aduersum me.In quem ferè sensum accipere oportet
quod habet vulgata lectio,vt intelligamus,Inter multos fue
rũt mecum ad nocendum mihi,vel cũ multis : quasi dicatur,
Ipsi atque alij similes complures mecũ fuerunt,mihi appro-
pinquauerunt:mihi se adiunxerũt,ex aduerso contra me ap-
propinquauerunt, ad nocendum mihi. Versu vigesimosecundo,Non enim est illis commutatio. Exposuimus de commutatione in bonum à malitia,quod clarius aliquãto habet versio Hieronymi,Nõ enim mutantur,& non timẽt Deum: D hoc est,spes nõ est mutationis,vt resipiscãt & agant pœnitentiã,sed in eo quod sunt,obstinati permanẽt,id est,in impœnitentia sua.Apertissimè cõsonat his,quod habet Para. Chald. Peccatores nõ mutantur à viis suis pessimis,& nõ timent ab aspectu Dei. Versu vigesimoquarto , Molliti sunt sermones eius super oleũ,& ipsi sunt iacula.Significatverba impiorum lenia , blanda,& maximè mollia esse(sicut oleum blandum est lene,ac molle)cùm tamen maximè sint noxia,& animam perimãt,vt venenata,sed melle tincta iacula.Nonnulli in bonam partem interpretãtur,ad hunc modum, Sermones eius(Dei videlicet)molliti sunt super oleum : id est,mollio-

res sunt oleo, lenes sunt, dulces sunt, iucundi atque amabiles sunt: attamẽ ipsi sunt iacula, quibus condemnabũtur & perdentur impij, qui inobedientes fuerũt aut increduli sermonibus Dei. Verba enim Dei cõdemnabunt impios, iuxta quod
Ioan. 12 in Euãgelio Saluator ipse ait, Sermo quem loquutus sum vobis, ipse vos iudicabit in nouissimo die. Alij sic intelligũt: Sermones Dei, secũdum impiorum existimationem, molliores sunt oleo, ita vt nihil formident ab eloquiis Dei: attamẽ ipsi sunt iacula, quibus perimentur, inq; perditionem cõdemnabuntur. Prima tamẽ expositioni (quam & solam in Elucidatione cõstituimus) magis consonat lectio Psalterij Romani, Mollierũt sermones suos super oleũ, quod manifestè de ipsis impiorũ verbis blandiloquis debet intelligi. Similiter quod ex Hebræo vertit Hieronymus, Molliores sermones eius oleo, cũ sint lanceæ. Itẽ quod Felix, Leniora fuerũt verba eius supra oleũ, & ipsa sunt gladij, vel maledictiones, vel præliamanifestè satis primæ expositioni astipulãtur: maximè cũ in præcedentibus non nisi de impio faciant hi sermonẽ. Versu vigesimoquinto, Iacta super dominũ curã tuam, & ipse te enutriet. Psalterium Romanũ habet, procura cogitatũ. Iacta in Deũ (inquit) cogitatũ tuum, estq; cadẽ vtriusque lectionis sententia: Si quid tibi curæ est, si quid cogitas quod perfectũ velis, si tibi pro re qualibet solicitudo est, Deo cõmenda negotium, & ipse faciet. Cõsonat autem his pulcherrimè, quod princeps Apostolorum Petrus, suis in exhortationem proponit, dicens, Omnẽ vestram solicitudinẽ proiicientes in Deũ,
1. Petri. 5 quoniam ipsi cura est de vobis. Versu vltimo, Viri sanguinum, & dolosi nõ dimidiabũt dies suos. In Elucidatatione duplicem huius versiculi monstrauimus intelligentiã. Prior nõ habet in omnibus generalem veritatem, cùm videamus plerosque homines Belial, impios, & crudeles pauperũ oppressores, vsque in multam caniciem vitam producere, neque vel quicquam aduersum perpeti. In multis tamẽ id verũ est, ante tempus occumbere homines sanguinolentos & aliorum oppressores. Plerunque enim mala morte subitò ante tẽpus maturitatis suæ abripiuntur casu aliquo, Deo sic iusto suo iudicio disponẽte, vt qui alios vita ante tẽpus per vim priuare desiderant, ipsi similiter ante tempus eodẽ vulnere cadant. Exemplum habemus in Saule, qui optimũ Dauidem tam obsti-
1. Reg. 31 nato animo vsque in diem mortis suæ nõ desiit persequi, ad

auferendam animam eius, Ipse verò antè tẽpus sublatus est, in proprio gladio cadens super mõtes Gelboe, pariter cum filijs ac seruis suis: Nam & hos iste vir sanguinũ impius secum in hoc perttraxit, vt non dimidiarent dies suos, quo ma- 3. Reg. 1
nifestior esset Dei vltio pro sanguine Dauidis, quem ille tanta auiditate quæsierat. Dauid autem in multam senectutem vixit diuino munere: neque tantũ dimidiauit, sed & prorsus compleuit dies vitę suæ. Possunt similia exempla plurima ex aliis scripturæ locis paruo negotio huc adferri: veruntamen (vt diximus) non est vniuersalis veritatis hæc prior expositio. Posterior autem altera, vniuersalior est. Omnibus enim impiis hoc est commune, nõ pertingere ad dimidiũ dierum atq; tẽporũ quæ sibi præstituũt, aut quæ concupiscũt, optant enim semper viuere, vt semper peccare possint, & sua impia semper adimplere desideria. Et licet secũdũ contẽplationem cognoscãt plurimi, se nõ posse semper viuere, sed debere aliquando morte deficere: semper tamen diẽ mortis elõgant a se, & lõgissimum tempus imaginãtur vitæ suæ, sic quasi longissime adhuc absit tempus mortis eorũ, ita vt in multa cani cie vix iam de mortis propinquitate valeãt cogitare: sicq; ad dimidiũ dierũ, quos ipsi somniãt, & quibus se victuros putãt, nõ perueniunt. Cũ enim tẽpus mortis aduenerit, tũ iudicant non nisi horulam sese in vita transegisse. Denique sic viuũt homines impij, quibus non est Deus in oculis, quasi persuasum habeãt se imperpetuũ victuros, nihil cogitantes neque de mortis necessitate, neq; de diuini iudicij districtiõe, neq; de terribilibus tormentis quæ illos manẽt in vẽturo seculo. Itaq; fit, cum post paululũ abscedere coguntur, qui sibi æternitatem modo quodam spondebant, vt rectè dicamus, illos non ad dimidiũ, imò longè citra dimidium, ac vix etiam ad principium perduxisse dies suos. At verò homines iusti, in quorũ oculis versatur Deus, hi quandocũq; tandem mortem Gobierint, semper dies suos compleuerũt: quoniam nulla sibi vitæ tẽpora præfigunt, sicq; viuũt semper quasi cras morituri, imò quasi per horas singulas diuino iudicio præsentandi, neq; diutius cupiunt viuere, quàm Deo placitũ sit ipsos hinc Philip. 1
suscipere. Cupiũt enim dissolui & esse cũ Christo, sciẽtes me 1. Cor. 5
liorẽ se expectare mãsionẽ, ædificationẽ ex Deo nõ manufactã (vt ait sanctus Apostolus) & æternã in cælis. Atq; ita fit, vt quacũq; hora Deus illos euocauerit, ipsi compleuisse se re-

putent dies suos: maximè cum de tempore hoc labili transeant ad stabilem æternitatem.

QVINQVAGESIMIQVINTI PSALMI ARGVMENTVM.

IN magna persequutione positus fidelis, Deo proponit querimoniam aduersum tribulantes: ipse tamen nequaquam diffidens propter persequutionem, sed fortiter confidens propter spem Dei. Proponit autem intimicorum suorum malitiam, & nimiam nocendi cupiditatem: simul adiungens iustam iniquitatem, eorum vltionem, iuxta Dei promissum facilem & semper promptam exaudituram: pro qua vicissim, ingratitudinis protestationem, laudis vota offerre pollicitus (quæ in sese) liberatori & saluatori suo.

QVINQVAGESIMIQVINTI PSALMI ELVCIDATIO.

OSTENDE mihi misericordiam tuam Deus, quoniam opprimũt me homines maligni persequutores mei, ac veluti pedibus me cõculcauerunt, & quasi in imum præcipitium deiecerunt, supra modum me humiliantes & affligentes: * non cessant persequendo & oppugnando affligere animam meã, iugiterq; cupiunt & quærunt nocere mihi 2 Oppresserũt, & veluti sub calcibus protriuerũt me inimici mei iugiter, nõ concedentes mihi à molestiis vllam requiem: valde enim multi sunt, qui me persequũtur, & infesti sunt mihi. 3 An verò ab altitudine diei ego timebo? nũquid à superbia prosperitatis seculi huius, ab æstu persequutionis humanæ, quæ contra me grassatur & sæuit, ego expauescam, & animo deiiciar propter eam? * Nequaquam: sed magis in Deo ponam fiduciam, in quo speraas nõ confundar, quicũque tandem & quanticunque aduersus me insurrexerint aduersarij. 4 In Deo ad laudem proferam sermones meos, verba mea in Deo ad ipsius laudem cõponam, curaboq; in verbis meis laudare Dominũ Deum meum: * in ipso quoq; spem meam fixi & immobilem constitui, ac proinde non timebo ab vlla humana potestate, nõ timebo ab omni eo quod potest facere homo: qui non nisi infirma caro est, & creatura imbecillis atque paupercula. Scio enim creatorem Deum (qui spiritus est

*1 Miserere mei Deus quoniã conculcauit me homo: * tota die impugnans, tribulauit me.*

2 Conculcauerunt me inimici mei tota die, quoniam multi bellãtes aduersum me.

*3 Ab altitudine diei timebo. * ego verò in te sperabo.*

*4 In Deo laudabo sermones meos: * in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo.*

Ioan. 4

est & spirituum pater) potentiorẽ esse omnibus hominibus, Num. 16. atque adeò vniuersa creatura sua. Propter quod vnum, hunc 5 habens protectorem, ab omni sum humano timore securus. 5 Iugiter tota die etiam verba mea obseruabãt inimici, & cauillabantur atque execrabãtur ea, cum non possent inuenire in opere, quod reprehenderent aut calumniarentur: * omnes cogitationes eorum aduersus me erant in malum, ni hil aliud cogitabant, nihil meditabãtur aliud, quàm me perdere, aut quoquo modo (siue in re, siue in nomine, siue in cor pore, siue in anima) nocere. 6 Inhabitabunt mecũ, mecumq; conuersabuntur, & in abscondito se ponent, vt explorent ad calumniam cũcta verba & opera mea: abscondentque etiam animũ nocendi, simulantes amicitiam: * & interim ipsi obseruabunt calcaneum meum, cõsiderabunt opportunitatem * ipsi calcanocendi, insidijsq; dispositis captabunt occasione præcipitan di me, supplantandi, atque perdendi. 7 Tu verò Domine, per vltionem iustitiæ tuæ reddes eis mercedem, secundum 7 ea quæ ipsi aduersum me patrarunt. Sicut enim ipsi animam meã expectauerũt & obseruauerũt, ad auferendã eam, meq; perdendum, ita tu pro nulla re salutẽ dabis illis, nullo pretio redimentur à perditione, nullum persoluere tibi poterũt pretiũ redemptionis animæ suæ, quo à te valeant salutem comparare, aut tuæ vltionis euadere sentẽtiam: * sed in implacabili ira tua populos in suis malitiis obstinatos & perseueran tes in impœnitẽtia sua conteres, atq; in æternã perditionem proijcies. 8 Ecce ego vitam meam istam, quam dego in afflictione & miseria, notam feci tibi cum querimonia: * & tu fletum lachrymarum mearum, nõ despexisti, neque abiecisti, sed acceptasti, gratas habuisti & reposuisti eas ante conspectum tuũ, quę ego in oratione lachrymans postulaui impleturus in tempore suo. 9 Sic (inquam) acceptasti lachrymas meas, sicut & erat in promissione tua, quemadmodum promisisti misereri miseris, misericordiam tuã præstare postulantibus, auxiliumq; opportunum adferre in tribulationi bus: * ac tũc quidem cum tibi sic placitum erit acceptare ora tionem meam, inimici mei erubescent confusi, cogẽturque magna sua confusione à proposito desistere. 10 Ego ve-

5 Tota die verba mea execrabantur aduersum me.

6 Inhabitabunt & abscondent: ipsi calcanei eius insidiabuntur animæ meæ.

8 Deus vitã meã annum fletus meos, in conspectu tuo.

9 Sicut & in promissione tua.

10 In quacũque die inuocauero te, ecce cognoui quoniã Deus meus es.

* & tunc conuertentur inimici mei retrorsum.

rò iam frequẽti experientia edoctus hoc inueni, hoc didici, & firmissimũ habeo, quòd in quacunq; die te ex affectu cordis inuocauero, tu mox adsis mihi, vt Deus meus, mox te mihi Deũ & optimum dominum ostendis, per facilitatem tuæ exauditionis, potẽter me liberando de periculis & angustiis, è quibus ad te clamauero. 11 Et in gratiarum actionẽ ego in Deo totam meam spem reponam, eiq; laudẽ proferam, & cõponam illi verba mea, quibus eum laudẽ atq; magnificẽ. ad Deũ (inquam) pro laude aptabo & componam sermonem meũ, vt in meis sermonib⁹ semper laudetur dominus meus: atq; ita in Dei laudib⁹ memetipsum oblectãs, & in ipso spẽ figens, non timebo ab omni nocumẽto humano, quod mihi poterit obuenire, sciẽs fortiorẽ esse ad saluandũ qui mecum est omnipotentem dominũ, quàm sit ad nocẽdum quiuis inter homines. 12 In me Deus parata ego habeo vota, quæ tibi reddam atque persoluam, nempe laudationes & gratiarũ actiões. Hæc enim laudis sacrificia, vt tibi acceptissima sunt super omnia holocaustomata, ita mihi sunt facillima atque promptissima, vtpote quæ in me habeo, & aliũde adferre nõ egeo, sed ex memetipso, ex penu grati animi semper valeo depromere. 13 Et meritò quidẽ has laudationes tibi debeo semper persoluere. Tu enim es qui saluasti me, & custodisti vitã meam, animam meã à morte & perditione sempiterna saluasti, ne perderet eã hostis impius: * & pedes meos custodisti, ne laberẽtur in profundum peccati & inferni, per tuam gratiã me à peccatis custodiẽs, & de periculis plurimis tam corporis quàm animę fidelissimè liberans: * vt vel tantis beneficiis à te Domine prouocatus, meritò debeam omni conatu, totisque viribus cõtendere, ad complacendum tibi, digneque & placidè conuersandum, in præsentia conspectus tui: idque in lumine sancto spiritus sancti, quod est lumen omnium fidelium tuorum, vera vita ex fidei lumine viuentium: atque ita tandem placere valeam ante conspectum vultus tui, in illo perfecto & plenissimo lumine gloriosè tecum viuentium in secula seculorum, Amen.

11 *In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonẽ:* * *in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo.*

12 *In me sũt Deus vota tua, quæ reddã laudationes tibi.*

13 *Quoniam eripuisti animã meã de morte:* * *& pedes meos de lapsu:* * *vt placeam coram Deo, in lumine viuentiũ.*

ANNOTATIONES IN *Psalmum quinquagesimumquintum.*

VERSVS tertius, Ab altitudine diei timebo? Videtur hæc pars versus legenda per modũ interrogationis siue percunctationis, vt intelligatur responsio negatiua, Nequaquam timebo, ac deinde, quasi per cõtrarij vehementiorẽ assertionem subiungatur. Imò verò ego in te semper sperabo, propter quod minimè formidabo. Posset tamẽ legi absque quæstione, ad hunc sensum, Ab altitudine quidem & superbia fastus seculi, quantũ ad meam fragilitatẽ ego timebo, cõscius propriæ fragilitatis & tenuitatis attamẽ q in meipso timeo, in te domine sperabo, & in tua spe confortabor vehemẽter, quantumcũque tandem se eleuet altitudo diei. Intelligimus autem per altitudinem diei, superbiam & fastũ prosperitatis huius mundi, quæ profectò simplicibus admodum esset formidabilis, si non in illo spei haberẽt locatam fortitudinem, qui dixit, Confidite, quoniã ego vici mundum. Versu quarto, In Deo laudabo sermones meos. Iuxta sensum, quem in Elucidatione explanauimus, videtur oratio accipi satis improprièmon ita tamen quin conueniens satis atque probabilis videatur expositа intelligẽtia. Alij autem sic intelligunt, Laudabo & probabo sermones meos, qui de Deo fuerint. Alij rursum ita accipiunt, Sermones meos in Deo laudabo: hoc est, si quid loquor boni, non mihi ipsi asscribam: neque meipsum pro his laudabo, sed Deum, à quo habeo vt bonum loquar. Sit suum cuique iudicium liberum. Nobis, quod in Elucidatione positum est, & proposito & literæ aptius quadrare videtur. Versu sexto, Ipsi calcaneum meũ obseruabũt. Potest hæc obseruatio calcanei dupliciter intelligi. Primò veluti ad apprehendendum, atq; ita in terram proficiendum: hoc est (vt apertius dicam) ad supplantãdum & prorsus humiliandum siue perdendum. Atque hoc pacto calcaneum obseruant, qui insidias struunt ad supplantationem proximi. Aliter, calcaneum obseruat, qui gressus siue viam considerat innocẽtis, vt videat quomodo illum commodius seducat, & vbi facilius valeat nocere: sicq; idem est calcaneum siue plãtam obseruare, quod obseruare vestigia. Ambo autẽ hi modi in idem secundũ rem coincidũt. Nocere enim cupit tam is qui ad supplantandũ quærit apprehendere calcaneũ, quàm is qui ad seducendũ obseruat vestigia simpliciter gradiẽtis.

Loan. 16

Versu nono, Sicut in promissione tua. Videtur hęc particula secundum sententiã coniungenda cũ fine versus præcedentis, hoc modo: Posuisti lachrymas meas in cõspectu tuo, sicut & erat in promissione tua: hoc est, quemadmodũ & tu fuisti

fuisti pollicitus. Quod verò deinde sequitur, Tunc conuertetur inimici mei retrorsum, diuisim legi debet, & quasi per se efficere sententiã. Quæ distinctio in Psalterio Romano manifestè obseruata cõspicitur. Versu decimo, In quacunq; die inuocauero te, ecce cognoui quoniam Deus meus es. Potest hoc primo sic intelligi, Ecce cognoui, quòd tu Deus meus sis, in quacunque die te inuocauero: id est, quòd verè Deus meus sis, custos, protector, prouisor, & pater optimus, quotiescunq;, & quandocunq; te inuocauero. Vel aliter ad huius sensum: In quacunq; die te inuocauero, ecce cognoscere me facis, & mõstras hoc mihi tuo auxilio, quòd verè Deus meus sis, Dominusq; ac pater meus. Versu duodecimo, In me sunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi. Constructio in hoc versu difficilis apparet, propter verborũ (vt videtur) perturbatam implicationẽ: maximè autẽ propter nomẽ, laudationes, quod nõ satis videtur cum cæteris cohærere. Proindè hic ordo accipiatur sermonis: In me sunt Deus vota tua, quæ reddam tibi, nempe laudationes: vt dictio laudationes oportunè iungatur cũ nomine, vota tua. Psalteriũ autem Romanum hoc loco sic habet, In me sunt Deus vota, quæ reddam, laudationis tibi. Cuius lectionis sensus satis planus est, In me sunt vota laudationis, quæ reddã tibi. Beatus autem Hieronymus, omisso relatiuo sic vertit, In me sunt Deus vota tua, reddam gratiarum actiones tibi. Versu vltimo, Vt placeã coram Deo in lumine viuentium. Ex Hebræo vertit Hieronymus, Vt ambulem coram Deo, atque ita vertunt & cæteri. Quod magis fauet priori expositioni, in Elucidatione posita, quæ de vita præsenti loquitur in lumine fidei, quàm posteriori, quæ de vita futura in lumine gloriæ. Per fidẽ enim modo ambulamus, dum ad Deũ tendimus. Tunc verò magis requiescemus, & (vt ita dicam) otiabimur in eo.

QVINQVAGESIMVS EXTVS PSALMVS ARGVMENTVM.

PSALMVS iste post magnam tribulationem, atq; abortam sedam liberationem, videtur fuisse compositus in commemorationẽ Diuini beneficij, & magnificationem gloriæ Dei. In quo statim post inuocationem de tribulatione, supernum describitur auxilium misericordiæ & veritatis Dei, quibus se de medio catulorum leonum fidelis homo constituit ereptum post hæc, versu septimo, in Deum præ nimio gaudio

gaudio transiliens, breuitérque vno versu commemorata sæuitia hostium, rursum in Deum resilit, paratum cor offerens ad cantandas Dei laudes, séque ipsum ad idem excitans, & musica instrumenta in spiritus eleuatione quasi rationabilia animantia alloquens atque inuitans, quò laudem personare valeat pleniorem: vult quoque confiteri & Psalmos dicere in omnibus gentibus, propter altissimam eius misericordiam & veritatem, quæ super omnes extenditur: sicq; in dulcissimos ad Deum transitu, canticum iucunditatis terminat, maxima spiritus exultatione.

QVINQVAGESIMVS EXTVS PSALMVS ELVCIDATIO.

1 *Miserere mei Deus, miserere mei, quoniã in te cõfidit anima mea.*

2 *Et in vmbra alarum tuarum spe rabo, donec transeat iniquitas.*

3 *Clamabo ad Deũ altissimũ, Deũ qui benefecit mihi.*

4 *Misit de cœlo, & liberauit me: * dedit in opprobriũ conculcãtes me.*

5 *Misit deus misericordiã suã & veritatem suã: * & eripuit animã meã de medio catulorum leonũ: * dormiui cõturbatus.*

MISERERE mei Deus piissime, & misericordiam tuam demonstra mihi, tuæ opis maximè indigo: quoniam spem meam in te reposuit, & fiduciam habet in te spiritus meus, tu inter tot tribulationes quibus premor, vnicum es firma meorum fiduciæ meæ. 2 Et sub custodia protectionis tuæ sub alis potentiæ tuæ fixam habebo fiduciam spei mei, donec finiatur iniquitas & crudelitas persequutorum meorũ, & omnium qui quærunt malum mihi: sub alis tuis requiescam & latitabo, neque egrediar, donec contra me stare videbo aduersarios meos: qui si vel modicum à te abscederem, mox me quo vellent abriperent, agerentque mecum pro libito. 3 Sub his autem alis protectionis tuæ positus, clamabo ad te Deum altissimum, in oratione mea, pro auxilio & liberatione contra omnes hostes meos: ad te (inquam) pientissimum & liberalissimum benefactorem meum, cuius ego toties expertus sum beneficia. 4 Me autem clamante & inuocante Dominum, misit ipse desuper auxilium mihi, & in virtute potentiæ suæ liberauit me ab omnibus inimicorũ periculis: * deditq; in opprobrium, & planè confusos effecit eos qui me conculcare volebant, & existimabant prorsus opprimere. 5 Per misericordiam suam & veritatem suam, Deus venit in auxiliũ mihi: per misericordiam quidem iustè patienti compatiens, per veritatem autem & iustitiam, iniustè persequentibus irascens, * sicq; propter misericordiam & veritatẽ suam eripuit animam meam, & saluauit de hostibus ferocissimis, in modum catulorum leonum, qui me obsidebant per circuitũ: * inter quos etiam dormiui cõturbat

bat

6 *Filij homi num dentes eorũ arma & sagittæ: & lingua eorum gladius acutus.* 7 *Exaltare super cælos Deus: & in omnẽ terrã gloria tua.* 8 *Laqueum parauerunt pedibus meis, & incurauerũt animam meam.* 9 *Foderunt ante faciem meã foueã: * & incidẽrũt in eam.* Psalm. 9 10 *Paratũ cor meum Deus, paratũ cor meũ: cantabo, & psalmum dicam.* 11 *Exurge gloria mea.* * *exurge psalterium & cithara.* * *exurgam diluculo.*

batus, ita vt nullã præ timore habuerim plenã requiem, sed etiam cum timore & cõturbatione dormierim, quoties me quieti dedissem. Quomodo enim fieri posset, vt in medio tam rabidissimorũ & ferocissimorũ hostium, securus absque cõturbatione dormirem? 6 Catuli autem isti leonũ quos dico, nõ illi sunt qui in syluis habitãt irrationabiles bestiæ, sed impij sunt filij hominũ, qui adeò crudeles sunt, vt videantur dentes eorũ arma atq; sagittæ, & lingua acutus gladius: hoc est prorsus crudelissimi & sæuissimi sunt, maximè cupientes me pauperculũ dilaniare, dilacerare & perdere. 7 Tu verò, ô Deus, super cælorũ altitudinẽ magnificare & glorificare, & gloriã potentiæ tuæ demonstra in vniuersa terra: fac vt vniuersi inhabitatores eius gloriã tuam & sublimitatẽ cognoscant, id quod maximè declaras, cũ innocentes misericorditer saluas de manibus potentũ seculi iniustè opprimẽtium, ipsos verò pauperũ oppressores iusta sententia tua mittis in perditionem. 8 Vide domine studiũ malitiæ inimicorum meorũ, vt fis ad miserendum facilior. Ecce parauerunt pedibus meis laqueos mortis, insidias struxerũt vt in mortem me capiãt, & detrahere quærũt ad nihilum vitam meã, præcipitare atq; deiicere laborant animã meã in mortem. 9 Foderũt ante me foueã vt incautè inciderẽ in eam, mortisq; callidas insidias struxerũt & machinati sunt mihi: * verùm diuino iudicio factũ est, vt ipsi inciderint in foueã quam fecerãt, vt in mortẽ ceciderint quã ipsi parauerant mihi. Siquidem 10 Domiuus iudex iustissimus, super impios reuoluit malũ impietatis suæ. 10 Propter hoc, ô potentissime Deus, paratum est cor meũ, & modis omnibus iterũ iterúmque paratũ, ad te laudandũ, te glorificandũ, tibiq;, vt dignũ est, per omnia famulandũ, cantabo corã te, & laudes dicã tibi, ppter maximã gloriam tuam. 11 Exurge mihi alacriter omnis gloria mea, quicquid est in meroboris, quicquid virtutis, quicquid vigoris, quicquid fortitudinis, ingenij, memoriæ, cæterarúmque viriũ: exurge mihi (inquam) promptè & alacriter omnis decor meus & gloria, quæ intra me existis, siue secundum corpus, siue secundum animam aut spiritũ, vt in tota virtute dignè psallatur magnificentissimo domino: * & quo sit laus plenior, etiam instrumentis decantata musicis, accedite huc in manus meas psalterium & cithara: venite, vt in vobis Psalmum canam altissimo Domino: * & ego primo manè, admod

admodũ diluculo, exurgã de strato quietis meæ, vt in tempore illo quietissimo simul & amœnissimo diuinas laudes cum alacritate valeã decãtare. 12 Celebrabo te, laudẽq; tibi dicã in gẽtibus, Domine: & in omnibus per vniuersum orbẽ terrarũ diffusis nationibus populorum, te laudabo in Psalmis & cãticis. 13 Iustũ verò ac rationabile est, vt tibi psallã in omnibus gentibus & nationibus: quoniã misericordia tua magnificata, glorificata, & exaltata est vsqu ead cælos: & veritas tua vsq; ad nubes magnificata est: hoc est, vtraq; adeò sublimis & excelsa est, vt à nobis cõprehendi non valeat. Nemo enim sufficit cõprehẽdere numerum & mensurã magnitudinis misericordiæ & veritatis tuæ. 14 Fac potentissime Deus, vt super cælos cognoscatur maiestas tua, fac per ostentionẽ potẽtiæ tuæ cognoscere homines altitudinẽ gloriæ & sublimitatẽ altissimæ maiestatis tuæ, quæ cælis est altior, & nec cælorũ amplitudine, siue altitudine comprehenditur, sed in immensum ſuperexcedit altius: * & super omnem terram * fac cognosci celsitudinem gloriæ tuæ, vt in omnibus finibus orbis terrarum cognoscaris & habearis is qui verè es potentissimus Deus ac dominus vniuersæ creaturæ.

12 *Confitebor tibi in populis domine: et psalmum dicam tibi in gentibus.*

13 *Quoniã magnificata est vsque ad cælos misericordia tua, & vsq; ad nubes veritas tua.*

14 *Exaltare super cælos Deus: * & super omnẽ terrã gloria tua.*

ANNOTATIONES IN *Psalmum Quinquagesimum sextum.*

ADVERTE, hũc Psalmũ satis cõmodè totũ exponi posse in persona Christi, de sua liberatione per resurrectionẽ gratias agentis patri, Potest etiã accipi in persona totius Ecclesiæ, gratias agẽtis Deo pro sua liberatione de manu dæmonũ, hostiũ ferocissimorũ, eiusq; gloriã magnificari, & nomen sanctificari postulãtis. In Elucidatione autẽ, generalem tantũ expositionẽ dedimus, quæ etiã cuilibet iusto pro sua liberatione Deo gratias agenti conueniat. Versu quinto, Misit Deus misericordiã suam & veritatẽ suam. Duę res sunt (vt ita loquar secundũ humanũ captũ) quæ Deum faciunt miseris de tribulatione clamantibus ferre auxiliũ. Misericordia enim facit, vt super iniustè persequutionẽ patientibus cõmoueantur viscera eius, sicque ad auxiliandum accurat, maximè aduocatus. Deinde veritas siue iustitia iram Dei excitat in vltionem, contra eos qui iniustè affligunt innocentes, atque ita vltionem, prouocat in illos, libertatis de angustia afflictis. Deinde, veritas siue fidelitas Deum veluti com

compellit opem ferre poſcentibus miſeris. Exigit enim veritas, vt ſeruet quæ eſt pollicitus. Propter hoc ergo, quia miſericordia, & veritas Deũ mouent ad miſerendũ clamantibus, ſecundũ nouũ quendam loquendi modum, hic dicitur miſiſſe Deus miſericordiam ſuam & veritatẽ, ad liberationem tribulati. Si verò hũc Pſalmũ applicare maluerimus toti Eccleſiæ, & de ſalute generis humani accipere preſentem verſicu-
Ioan.14 lum, intelligemus per miſericordiã & veritatem Dei Chri-
1.Ioan.1 ſtum dominũ, qui ſeipſum teſtatur eſſe veritatẽ, & quem Io-
1.Corin.1 annes teſtatur eſſe propitiationẽ pro peccatis totius mundi. Paulus verò, iuſtitiã & iuſtificationẽ noſtrã: per quam ſanè Dei miſericordiã & veritatẽ, genus humanũ, vniuerſum erep-
tũ eſt de medio catulorũ leonũ, inter quos conturbati dormiebãt, id eſt, de manu, poteſtate & ſocietate dæmonũ, in quorum medio iacebant in idololatriis & peccatis ſuis. Verſu
nono, Foderunt ante faciem meã foueam. Ante faciẽ meã, impropriè dictum eſt, pro ante me. Siquidem ante faciẽ, propriè ſonat, ante cõſpectũ, vel in oculis meis, ſiue me aſpiciente. Quomodo autẽ volens ponere inſidias, eas ponet in oculis meis? Quomodo me aſpiciente fodiet foueã, q me velit in eam incidere? Nonne magis occultè fodiet? Intelligatur ergo, Foderũt ante me foueã: id eſt, inſidias opportunas poſuerunt, in quibus me exiſtimabant comprehendere. Beatus Hieronymus vertit, Foderunt ante me foueã. Verſu duodecimo, Confitebor tibi in populis domine, & Pſalmũ dicam tibi in gentibus. Poſſunt hæ duæ particulæ accipi, vt idẽ valeant, ſicq; propter vehementiã eiuſdẽ ſententiæ poſita repli-
catio, id quod frequenter fieri ſolet. Alii autẽ malunt diuiſim intelligere, priorẽ quidem partẽ de Iudæis, poſteriorem de gentibus. In vtriſque enim populis confeſſio datur nomini domini, poſtquàm Deo placuit ſuam gloriam manifeſtare mundo. Poteſt autẽ illud in populis & gentibus intelligi, inter populos & gentes, vel ſuper populis ac gentibus: quòniã videlicet vbique gentiũ ſuam miſericordiã Deus oſtendit. Quod autẽ in verſu ſequenti dicitur, Magnificata eſt vſq; ad cælos miſericordia tua, & vſq; ad nubes veritas tua, ſatis intelligitur ex iis quæ dicta ſunt in annotationibus Pſalmi xxxv. circa verſum quintum eiuſdem Pſalmi, qui ferè idẽ eſt cũm huius penultimo. Sic enim illo in loco admirans exclamat Propheta ſanctus, Domine in cælo miſericordia tua, &

& veritas tua vſque ad nubes. Nolumus autem quæ illo in loco ſemel dicta ſunt iterare denuo, ne nimia & ſuperflua prolixitate adferamus properanti lectori moleſtiam.

QVINQVAGESIMI SEPTIMI

PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVS iſte qui ſequitur, magna & admodũ ſingulari vehementia contra impios iniqua cogitantes, loquentes, & operantes inuehitur. In quo Propheta velut profundũ impietatis & cordium latibula conſpiciens, amara vel interrogatione impios aggreditur, inueteratam ab infantia eorum malitiam, atque in malitia continuum profectum deſcribẽs: ac deinde etiam obſtinationẽ in impietate, quam pulchrè admodum per comparationem aſpidis aures ſuas obturantis vt non audiat vocem incantantis, depingit. Atque hæc vſque ad verſum ſextum. A quo deinde, impiorum punitionem multiplici comparatione deſcribit, per confractionem leoninorum dentium, per aquæ defluxum, per ceræ liqueſactionem, per ſpinarum in ira ſubitam abſorptionem: tandem verſibus duobus nouiſſimis gaudium ſubiungens, atque profectum bonorum, in punitione impiorum.

QVINQVAGESIMI SEPTIMI

PSALMI ELVCIDATIO.

VOS ô filij hominum, ô impiorũ cõgregatio, an verè quod iuſtũ eſt loquimini? an vobis vtique videmini loqui iuſtitiã? nũ iuſti & recti vobis videntur ſermones veſtri? * & æquo libramine iudicate, diligẽter trutinate & expẽdite, ô filij hominum, num (vt interrogo) verè loquamini iuſtitiam, ne forte vobiſipſis blandientes, malũ dicatis bonũ, aut bonũ malum: id eſt, iuſtitiã eſſe perſuadeatis quod verè iniuſtitia eſt. 2 Et quomodo hoc vobis perſuadere poteritis, quòd loquamini iuſtitiã, quandoquidẽ in corde veſtro iniquitates operamini ſuper terrã, in cordibus & cogitationibus veſtris iniquitatẽ voluentes atq; meditantes, quomodo ſcilicet iniquitatem faciatis cũ proximis veſtris: * & ex cordis plenitudine manus veſtras ad iniuſtitiã faciendam cõponitis, nõ tantum corde malitiam cõcipientes, ſed meditatam etiam opere ſedulo perpetrãtes. Quomodo ergo iuſtitiam loqui poteritis, cum & cor, & manus plena ſint impietate? 3 Homines impij in iniquitatibus ſuis reprobi, alieni facti ſunt à Deo, ab eo

*1 Si verè vti que iuſtitiã loquimini: *recta indicate filij hominum.*

*2 Etenim in corde iniqui tates operamini in'terra: * iniuſti tias manus veſtræ cõcinnant.*

3 Alienati ſunt peccato res à vulua, errauerunt ab vtero

ipso tempore quo egressi sunt de vulua matris suæ, à tẽpore quo egressi suat de vtero errauerũt à via iustitiæ: ab infantia sua, per opera praua sese alienauerũt, & extraneos fecerũt à Domino: habentes in sese primũ ipsam ab origine inditã carnis corruptionẽ, qua ad omne malũ proni facti sunt, deinde, parentũ sui similium malam institutionẽ & exempla pessima, quibus corrupti sunt, vt tanquã viperarũ fierent genimina, atq; ita cũ ætate semper proficientes in malitia, cõtinuò amplius sunt elongati à Deo atq; iustitia: * loquuti sunt falsã cõtra proximos suos, mentientes & detrahentes in malum eorũ, suis mẽdaciis & falsis accusationibus etiam innocẽtes in mortis discrimen adducentes. 4 Obdurata illorum aduersus bonos iracundia, inueterataq; & obfirmata uidia aut indignatio illorũ qua contra bonos aguntur, est ad modum venenati serpentis, quòd suũ virus quærit in hominem (siue per impetũ, siue per insidias) effundere, vt noceat. Sic enim & ipsi modis omnibus crudelitatẽ iræ suæ cupiunt in innocẽtes, siue per vim, siue per insidias ostẽdere: * speciliter verò serpẽti aspidi cõparantur, qui surdum seipsum facit obturando aures suas. 5 Qui serpẽs ad hoc surdum faciẽt seipsum, & aures obturat, vt non capiat auribus vocé eorum, qui per magiæ incantamẽta norunt certis quibusdam carminibus angues ad mansuetudinẽ cogere, vt venenum ponant. * vt nõ exaudiat (inquam) vocẽ veneficij ac magi, quantumuis sapienter & sciẽter iuxta artem suam faciat incantamenta. Ad hunc nanq; modum, & isti in sui furoris veneno obstinati, aures suas obturãt, vt nullis monitionibus quantũlibet dulcibus, nullis exhortationibus quantumuis piis atq; efficacibus, valeant à proposito malitiæ suæ reuocari, vt venenum furoris sui ponant, & in mansuetudinem redigantur. 6 Et quoniam ipsi in sua malitia obstinati permanẽtes, nullis sese patiuntur modis à proposito reuocari, idcirco ictu grauissimæ punitionis feriet illos vltor omnis iniquitatis Deus omnipotẽs: ficq; eos grauiter in maxillam percutiet, vt dentes confringat, qui sunt in maxillis oris eorũ: * ferocissimorum illorũ leonum maxillas vel molares dentes, dẽtes robustissimos, confringet: hoc est, punitione grauissima æternæ damnationis feriet illos (tametsi videãtur sæui & fortissimi) qui est omnipotẽs. 7 Dilabentur in nihilum, omni eorum ablata potestate, & omni pereunte corũ robore, quemadmodum aqua quæ decurrit in terram, & dilapsa absorbetur ab arẽte terra: * extendit omnipotẽs ad vindictam aduersum illos potentiam suã, vt pro remuneratione seu præmio malorum operũ, ad summam humiliationem atque afflictionem æternam perducat eos: neq; poterũt euadere in omni virtute sua extentam manum ipsius. 8 Auferentur de terra viuentium, & in perditionem abibũt, ad modum cæræ liquescentis à calore ignis nimij. Sic enim & ipsi tabefient, dissoluentur, & vera perditione cõsumentur, à facie caloris iracundiæ Dei: * cecidit super eos ignis furoris & iracũdiæ Dei, tetigit eos ira Dei, & proiecti sunt in perditionem æternam in tenebras exteriores & sempiternas, vbi imperpetuũ non videbunt lumen. 9 Priusquam spinæ eorũ peruenirent & crescerent vsque ad rhamnos, antequam eorum malitia potuit in perfectum excrescere, antequam iuxta propositum ad plenum effectum perducere potuerunt cõceptam malitiam: * subitò de vita abripiet & absorbebit illos vltio furoris Dei, quasi viuos proiiciens in infernum: antequam credant ipsi, repentè veniet super eos inexpectata Dei vindicta, quæ illos inopinatò rapiet, quasi in tempestate, de medio viuentium, coniicietq; in lacum mortis & inferni. 10 Iustus verò & innocens cum viderit vltionem Dei in impios, ipse afficietur gaudio: partim quidem vt congaudens diuinæ iustitiæ rectitudini, partim verò sua causa, videns se Dei misericordia talem damnationem euasisse, insuper & de condemnati peccatoris manu liberatum: * profectum quoque accipiet ex vltione facta in impium, dum seipsum studebit magis elongare in omni impietate, & in operibus virtutum, quibus solis illa impiorum pœna effugitur, amplius exercitare. 11 Et cum viderint homines seueram impiorum vltionem, dicent adinuicem, atque iutra seipsos fideliter loquentes. Profectò vtique iustis merces est suæ iustitiæ, profectò vtique Deus est, qui iudicium facit in terra inter filios hominum, discernens iustos ab impiis. Nequaquam ita est vt impij existimabant, non esse iusto suæ iustitiæ remunerationem, neque impiũ suæ impietatis manere vltionem: sed in veritate est vnicuique sua merces reposita, quæ licet ad tempus modicum differatur, suo tamen tempore opportunè reuelabitur: quemadmodum iam experientia nobis in hac impiorum punitione demonstrat.

Loquuti sunt falsa.

4 Furor illis secũdum similitudinẽ serpentis:

**sicut aspidis surdæ & obturãtis aures suas.*

*5 Quæ non exaudiet vocẽ incantantium: * & venefici incantantis sapienter.*

*6 Deus cõteret dẽtes eorum in ore ipsorũ: * molas leonũ cõfringet Dominus.*

Psalm. 3.

7 Ad nihilũ deuenient tanquam aqua decurrens:

**intẽdit arcum suũ donec infirmẽtur.*

*8 Sicut cæra quæ fluit auferentur: * supercecidit ignis, & nõ viderunt solem.*

Matth. 22.

*9 Priusquã intelligerent spinæ vestræ rhamnum: * sicut viuentes, sic in ira absorbet eos.*

*10 Lætabitur iustus cũ viderit vindictã: * manus suas lauabit in sanguine peccatoris.*

11 Et dicet homo, si vtique est fructus iusto, vtique est Deus iudicans eos in terra.

ANNOTATIONES IN Psalmum Quinquagesimum-septimum.

QVIDAM ea quæ in hoc Psalmo dicuntur de malitia & punitione impiorũ, peculiariter applicant Iudæis in odio Christi obstinatis, alij consiliariis impij Saulis. Nos in Elucidatione generalẽ tenuimus explanationẽ, neq; ad hos, neq; ad illos restringẽtes intelligentiã, sic tamen vt liberum sit vnicuiq; referre quod voluerit. Versu primo, Si verè vtiq; iustitiam loquimini? recta iudicate filij hominũ. Hunc versum secundum accentũ diuersimodè licet proferre. In Elucidatione siquidem priorẽ partem secundum interrogationis accentum exposuimus, posteriorem verò secũdum exhortationem, velut cũ inctepatione & amaritudine prolatã, vt primum proponatur quæstio, moxq; subdatur admonitio, vt de respõsione bene deliberent, & diligẽter de eo quod interrogatur, sese examinent. Alij verò totum absq; interrogatione legunt in hũc sensum, si vos ô filij hominum loquimini iustitiam, si ea quę bona sunt loqui nostis, vel naturali lumine, vel lege instructi, ne existimetis id vobis esse satis, sed pergite recto iudicio iudicare quæ loquimini, vt sic scilicet agere decernatis in opere quomodo sermo vester sonat in ore. Nihil enim prodest ore loqui iustitiã, si cor meditetur, manusq; operetur iniustitiã. Deinde recto ordine cõsequitur, atqui vos iniquitates operamini in corde, & manibus cõponitis iniustitias. Rursum & alia potest dari cõmoda sententia talis, O filij hominũ, recto ac verò iudicio iudicate, num verè vtique loquamini iustitiã: id est, passionibus malis sepositis, recto iudicio apud vosipsos expẽdite, an cũ & de proximis vestris
Matth. 12. loquamini quæ recta ac iusta sunt, & non magis quæ iniqua, quę impia, quæ ꝓximis noxia. Ecce enim iniquitatẽ cogitat cor vestrũ, & manus operatur iniustitiã: & quomodo poteris bona loqui, cũ sitis mali corde & opere? In hac autẽ expositione cõiunctio etenim in versu sequẽti posita, propriè accipi poterit, vt causalitatem notet, vel occasionẽ præcedentis admonitionis. Iuxta verò secundã videtur accipienda magis vt aduersatiuæ significationis loco sed, siue verũtamen. Versu secundo, Etenim iniquitates in corde operamini. Operari G in corde iniquitates, nõ aliud videt esse, quàm corde voluere & meditari, sicq; modo quodam velut fabricare iniquitates.

Malum

Malum enim quod in corde cõcipitur, ac tandẽ de corde per os vel opus progreditur, rectè dici potest in corde operatũ. Versu tertio, Alienati sunt peccatores à vulua, errauerũt ab vtero. Duæ hæ particulæ idem valent. Dicuntur autẽ peccatores alienari à vulua, & ab vtero errãtes, quia ab egressu ex vulua & vtero: hoc est, statim ab infantia, semper in malitia proficientes: quomodo per cõtrariũ, quos à puero virtuti deditos nouimus, dicimus iã inde ab vtero & à vulua quæsiisse dominũ. Versu quarto, sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas. Ferũt, serpentes carminibus cogi vt virus ponant, & manuescant. Aspidi ergo surdæ, id est, obturãti aures suas ne vocem audiat incantatoris (qui illi quidẽ nihil nocere cupit, sed tantũ ex latibulo eam educere, & veneno abiecto in mãsuetudinẽ redigere) comparat Psalmista homines in malitia obstinatos, qui aures claudũt, nequando educãtur de horridis latibulis pessimarũ conscientiarum suarum, nequãdo respicant ad pœnitẽtiam, aut posita iniquitate ad virtutẽ conuertantur: q scilicet nec internis Dei inspirationibus, nec externis bonorũ exhortationibus, nec vllis cõgruis mediis se patiũtur ad virtutẽ adduci: q dicunt Deo, Recede à nobis, scientiam viarũ tuarum nolumus. Tales sese monstrabant Iudæi, quãdo Stephano pleno gratia & fortitudine veritatem ipsis annũtiante, continuerunt aures suas, ne audirent verbũ salutis: & impetu facto, venenũ effuderũt in sapienter incantantẽ: id est, lapides insaniæ suæ miserunt in virũ sanctum, veritatis doctrinam, salutarẽ incantationẽ illis proponentẽ. Nemo verò ex hoc putet, magiam siue artẽ magicam probari à scriptura. Nõ enim hic facit magiæ mentionẽ, vt eam commendet, sed tantũ ad accipiendam aptã proposito cõparationẽ. Est enim hæc scripturarũ vsitata libertas, vt etiam rebus malis & turpibus secundũ comparationẽ bene vtatur. Cæterũm, quod de aspide vulgo adducitur, quòd ad euadendũ incantationẽ magi, ne audiat incantatoris carmina, alterã aurem terræ adfigat, alterã cauda obturet: si verũ esset, non malè, neq; magno negotio secundum mysticam intelligentiam proposito posset accõmodari. Non est tamẽ necesse, ad propositi loci explicationẽ, rem illam incertam adferri: præcipuè, cũ ij qui ex professione animaliũ naturas speciatim descripserũt probati autores, nihil tale de aspide tradiderint. Versu sexto, Deus cõteret dentes eorũ in ore ipsorum. Quomo-

do perdẽtium in ore confractionẽ intelligatur grauis vltio siue percussio, latius diximus in expositione Psalmi tertij, circa versum penultimũ, qui sic in Hebræo habetur, Percussisti inimicos meos in maxilla, dẽtes impiorum cõfregisti. In secunda autem parte, per molas leonum intellige molares: id est, dentes fortissimos & firmissimos, quibus potissimũ molunt ac terũt quod manducãt. Vnde tam Hieronymus, quàm Felix, molares verterunt: quanquam possunt per molas intelligi & mandibulæ, siue ipsæ etiam maxillæ, cõtinentes molares dẽtes. Versu septimo, Intendit arcũ suum, donec infirmentur. Clarior esset sententia, si loco infirmentur, poneretur cõterantur, quemadmodum vertit beatus Hieronymus. Intendit enim arcũ suum Deus, id est, vltionem dirigit contra impios, donec ad intentionem & perditionem perducat eos, pro suis meritis. Versu octauo. Supercecidit ignis, & non viderunt solem. Quidam intelligũt de igne malæ concupiscentiæ: quo cadente super impios, & eorũ intima occupante: inq; eis acquirente dominium, obscurantur ne videant solem, illũ videlicet de quo in libr. Sapientiæ dicitur, Sol intelligentiæ nõ est ortus nobis. Atq; ita sensus erit, Deum excæli, vel lumen cæli, lumen spirituale non viderunt, non in esse susceperunt, quoniam capaces fieri noluerunt. Nos autem in Elucidatione ignem infernalem sumus interpretati, & solis priuationem, carentiam luminis æterni, & perpetuas tenebras: iuxta quod in Psalmo XLVIII. de impio dicitur, Introibit vsque in progenies patrum suorũ, & in æternum non videbit lumen. Versu nono, Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum. Nouo loquendi modo, secundum expositionem in Elucidatione positam, dictum est, Priusquam intelligerent spinæ rhamnum, loco huius. Priusquam experirentur spinæ rhamnum: hoc est, Priusquam peruenire possent vsque ad rhamnum, & in rhamnum excrescere, siue ad rhamni perfectionem pertinere. Inter spinas autẽ & rhamnos hæc videtur differẽtia, quòd spinæ teneriores sunt, & licet pro sua acutie pungentes, tamen propter teneritudinem frագiles & facilè cõfringibiles, neq; vsq; adeò formidabiles. Rhamnus verò rubus est, aculeis acutissimis & admodũ duris in rectũ extensis: feruntq;, vnum esse è generibus sentium asperrimum, ac proinde maximè ad dilacerandum validum. Constat ergo, secũdum perfectũ & imperfectũ accipiendam hanc

Sapien.5.

Psal.48.

hanc cõparationem spinarum rhamnum. Impij enim priusquam perfectã pro suo placito acquirant nocendi potestatẽ, quasi spinæ sunt, pungentes quidẽ semper, & ab initio quantum valent nocẽtes: verùm priusquã in rhamnos excrescant, Dei iusto iudicio (qui pro bonis semper facit cũ tentatione prouentum) subitò auferuntur de medio viuentium, & quasi viuentes coniiciuntur ante tempus in baratrũ mortis: sicque vsq; ad rhamni mensuram, acutiem & duritiem peruenire nõ permittuntur, ne fiant electis intolerabiles. Hinc & de illa pessima spina (quam proferet in sui consummatione seculum istud nequã, abũdante malitia) filio perditionis, Antichristo, ex ore domini dictũ audiuimus, quòd propter electos succidetur, & priusquam in rhamnum excrescat, subito absorbebitur in ira domini: quãdo (vt Paulus Apostolus ait) interficiet illum dominus Iesus spiritu oris sui, & destruet illustratione aduẽtus sui. Sic & in dignis fide historiis, diuina dispensatione frequẽter euenisse legimus pessimis istis spiniis, quòd cũ iam rhamno fierẽt proximæ, ita vt bonis & electis inciperet fieri intolerabilis eorũ crudelitas, succisi sunt & absorpti, priusquam ad extremũ pertingerent. Quod autẽ in secunda parte dicitur, Sicut viuentes, sicut in ira absorbet eos, secundum eũ modum accipiendũ videtur, quo supra dictũ est, Descendant in infernũ viuentes: ad significandum videlicet subitam & apertam punitionẽ: quemadmodum viui leguntur Dathan & Abyron descendisse in infernum. Indu- cũt autem alij alias huius loci expositiones, quas propter confusionem vitandam omittimus. Illud autẽ dilgenter notandum, non rectè quosdam codices habere, Sicut viuẽtes, sic in ira absorbet eos: priore loco sicut, posteriore ponendo sic. Hæc enim variatio dictionis, prorsus turbat rectam intelligentiam: sed legendum est vtrobique sicut hoc modo, Sicut viuentes, sicut in ira absorbet eos. Nam & in Græco vtrobique eadem dictio ponitur: ὡσεὶ ζῶντας, ὡσεὶ ἐν ὀργῇ. Et beatus Hieronymus eadem dictione vertit. Quasi viuẽtes, quasi in ira, tempestas rapiet eos. Versu decimo, Lætabitur iustus cum viderit vindictam. Quomodo Deo non est beneplacitum in morte peccatoris, neque delectatur ipse in perditione hominum: sic neque viri iusti, qui Deo cõformes esse debent in omnibus oblectantur in perditione malorũ, neq; in ipsa eorum punitione per se gaudiũ aut beneplacitũ habẽt,

1.Cor.10.

Matth.24.

2.The.2.

Psalm.54.

Num.16.

Sapien.1.

Non ergo sententia huiusmodi ex versu præsenti accipi debet, quæ prima facie se offert, sed ea quæ in Elucidatione exposita est, de cõgratulatione & applausu rectitudinis iustitiq; Dei, simul & de euasione propria ab horribili illa damnatione, in qua impios illos sub se positos conspicient. Versu vltimo. Et dicet homo, si vtique est fructus iusto. Hunc versum in Elucidatione ita explanauimus, vt absque vlla interrogatione cũ assertione totus pronuntietur: secũdum quam expositionem, coniunctio si, impropriè accipi debet, vt non dubitationem aut conditionem aut interrogationem denotet, sed magis assertionẽ: secundum quem modũ ex Hebræo vertit Hieronymus, merè assertiuè, Et dicet homo, verè fructus est iusto, verè est Deus iudicãs in terra. Similiter etiam vertit Felix, nec aliud habet Chald. Paraphrasis. Estq; huius lectionis sensus, acsi dicatur. Conspecta hac impiorum vindicta, vulgo dicent, vel vnusquisq; homo apud se dicet, experientia doctus, Profecto (vt video) fructus est iusto, & vtique Deus est iudicans in terra. Cui satis cõsonat quod habet Paraphra Chald. Et dicent filij hominis, profecto est præmium bonum iusto, profecto est Deus cuius iudicia extẽduntur in terra. Alij verò vulgatam nostram lectionẽ ita distinguũt, vt illud si vtiq; est fructus iusto, per modũ interrogationis proferant: id verò quod subsequitur, tanquam responsionem adiungant, in hũc sensum, Quæret igitur nunc homo, post dicta hæc omnia, an verè merces sit iustis pro sua iustitia. Indubiè sciat, iusto mercede m expectandã suæ iustitiæ: quoniam verè est Deus in terra, iudicãs inter bonos & malos, iusto & æquo iudicio. Alij verò totam orationẽ vno contextu sic accipiunt, vt conditionalis vel potius causalis sit enuntiatio, ad hunc sensum, Et dicet homo, quoniã vtiq; est fructus & merces à Deo, idcirco necesse est Deũ esse iudicem impiorũ in terra, qui pro iustis contra impios debitam faciat vltionem. Quemadmodũ enim piis bona redddit præmia Deus, sic ex aduerso consentaneum est, malis illum reddere mala.

QVINQVAGESIMI OCTAVI PSALMI ARGVMENVVM.

1.Reg. 19 EX TITVLI *indicio claret, hunc Psalmũ fuisse à Dauide compositum, postquam Saul missis militibus iussisset custodiri, & obsideri domum eius, vt adducerent eum ad interficiẽdum, quãdo per artificiũ Michol vxoris pro Dauide statuã in lecto reponẽtis, atq; ægritudinem viri simulãtis, fuga euasit manus Saul, & militũ eius. Vnde totum hic Psalmus magna vehemẽtia in impios & crudeles huiusmodi homicidas inuehitur: nunc ipsorũ crudelitatem & impietatẽ, nunc eorundem punitionem cõdignam describens. Et primũ quidẽ, suam proponens innocẽtiam, postulat à Deo peculiariter suam liberationẽ: ac deinde generaliori deprecatione, vniuersarum gentium misericordem visitationem pro omnibus vbiq; terrarum, simili qualem ipse experiebatur malitia oppressis: subiungẽs deinde per versus plures impiorum multiplicem peruersitatem & condignam retributionẽ, in laudis propositio, cum gaudio spiritus liberatori domino Psalmum claudit.*

QVINQVAGESIMI OCTAVI PSALMI ELVCIDATIO.

SALVA me Deus saluator meus, de manu aduersariorũ meorũ, & ab iis qui in me sæuisima persequutione insurgũt libera me, vt cordis sui desiderij in me nequeant adimplere, te conatus eorũ faciẽte irritos. 2 Erue me ab operarijs iniquitatis, ab hominibus peruersis, qui mala meditãtur cõtra me: & ab hominibus homicidis sanguinẽ inno centẽ sitientibus, quærẽtibus mortẽ meam, saluum me facito, vt nõ oblectari illos permittas in omnimoda perditione mea. 3 Ecce enim quasi canes rabidi venati sunt, & quasi cepérũt venatione pauperculam animã meã, dum permissione visi sunt acquisisse potestatẽ super me, ad me afficiendum morte: * irruerũt super me valẽter, impetu magno, potentes aduersarij, tota virtute & potestate sua quærẽtes me perdere. 4 Neq; tamẽ iniquitas aut peccatũ vllum in me est, propter quod me persequi debeant: nõ est in me offensa aduersum illos, propter quam cũ ratione me valeant persequi: nihil illis nocui, neq; quicquã peccaui aduersus illos, quẽadmodum tu Deus optimè nosti: * Nã absq; iniquitate via vitæ huius ego perambulaui cũ magna diligẽtia abstinens ab omni offensa & peccato, & direxi vitã meã in via innocẽtiæ, vt nõ valeant habere aduersarij mei causam rationabilẽ persequutionis meæ. 5 Tu ergo domine, q optimè nosti innocẽtiam meam, exurge mihi in occursum: surge pro me, & veni ex aduerso, quasi obuius factus mihi, & attende ad me siue ad causam meam, ad rẽdam opem iniuste patienti: ad faciendum

1 *Eripe me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgentibus in me libera me.*
2 *Eripe me de operantibus iniquitatẽ: & de viris sanguinũ salua me.*
3 *Quia ecce ceperunt animã meã:* * *irruerunt in me fortes.*
4 *Neq; iniquitas neq; peccatum meũ domine* * *sine iniquitate curri & direxi.*
5 *Exurge in*

*occursum meũ, & vide: * & tu domine Deus virtutũ, Deus Israël. 6 Intẽde ad visitãdas omnes gẽtes: * non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem. 7 Cõuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes: * & circuibunt ciuitatem.*

*8 Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labijs eorũ: * quoniam quis audiuit:*

*9 Et tu domine deridebis eos: * & ad nihilum deduces omnes gentes.*

pro iniuste oppresso iudicium vltionis: * Et tu, ô potentissime Deus, exercituum cælestiũ dominus, qui es Deus Israël populi tui. 6 Intende, quæso te, & cor appone ad visitandos omnes populos per vniuersum orbem terrarũ, & quasi iudex vniuersalis attẽdas ad omnes qui vbiq; locorum ab impijs patiuntur calumniam, & attendens facias pro eis iudicium. Neque enim solus ego sum qui iniustè patior, sed vbique gentium video regnare improbitatem, & bonos à malis iniustè opprimi: propter quod, generalem peto fieri in omnibus gentibus visitationem tuam: * non misereris, non parcas omnibus qui ex prauitate & malitia animi operãtur aduersum bonos iniustitiam, qui proximos & innocẽtes opprimunt per fraudẽ & malitiam: sed exerce contra illos vltionem & vindictã tuam. 7 Ipsi sera pœnitẽtia ducentur, cum aduenerit iudicium eorum, sicq; velut ad vesperam nimium sero conuertentur: & quia non in tempore opportuno ad veritatem connersi non sunt, perpetuò famelici permanebunt, & fame vehementissima ac rabidissima torquebũtur, cuiusmodi est fames canum: * & non poterunt intrare in ciuitatem requiei, vbi panis est sãtietas, sed exclusi erunt ab hac: & clausa ianua, velut per circuitum ambulare, eamq; circuire cogentur, neq; introire poterunt, vt cum bonis cibum sumant: sed foris permanebunt, vt perpetua esurie velut canes rabidi esuriant. 8 Ecce enim non aliud quàm iniquitatem & iniustitiam loquuntur in ore suo, & quasi gladium habent in labijs suis: dum nihil aliud quàm de nocendo & perdendo, de interficiendo, de opprimendo loquuntur aut cogitant: * idque faciunt sine timore, tanquam si nemo audiret eorum praua consilia, veluti adinuicem dicentes, Quis sciet quæ nos agimus & tractamus? quis videre possit? quis pro hoc nos possit arguere? quasi non sit Deus, qui cuncta eorum secreta consilia audiat, & reponat in iudicium? 9 Tu verò domine illorum impios conatus ridebis, & ridicularis facies cogitationes eorum: dum tua potentia, vbi voluerit, illorum omnia consilia & omnes cogitationes pores nullo negotio infringere: * tibi pro nihilo est fortitudo atque potentia omnium populorum, & quasi pro nihilo reputabis, ac velut nihilum superare potes omnes populos, ita vt dissipare possis pro tuo placito consilia gentium, & cogitationes populorum reprobare, atque in nihilum redigere-

10 Et ego ad te seruabo fortitudinẽ meã, non deficiã viribus, Psalm. 32
Arametsi ad tẽpus duret afflictio: sed fortis & inuictus perstabo in perseuerãtia virtutis ac fortitudinis meæ: * quoniã scio quòd tu domine susceptor atq; defensor meus es, qui nequaquã me derelinques, sed in opportuno tẽpore auxiliũ & salutẽ adferes: * Deus meus misericordia tua præueniet me vt in tẽpore opportuno succurrat mihi laborãti, antequã succũbã, antequa deficiam. 11 Non solũ autẽ misericordia tua mihi adueris, præueniẽs periculũ verũetiam indicasti mihi de vltione inimicorũ meorũ quid facturus sis eis: * ego tamẽ oro, ne subito occidas eos, protinus interficias in mortẽ: ne sic per oblitionẽ & desidiã torpeant populi mei, ne deficiẽte exercitio negligãt, & negligẽter agãt boni serui tui. Bonũ est, malorum improbitate exerceri seruos tuos, ne mala securitate torpeãt, aut negligẽter siue obliuiosè agãt, sed iniquitatis potius stimulis excitãti vigilanter se gerant in operibus tuis. 12 Attamen disperde illos domine, & potestatẽ eorũ dissipa, atq; prohibe per fortitudinẽ tuam: & humilia eos, ac deiice à proposito malitię suæ, & de potestate sua illos depone, vt nõ quantũ velint valeant nocere, sed quãtum tu satis esse nosti, ad salutarẽ exercitationem, & bonũ profectum populorum tuorum. 13 Propter delictum oris eorum, & propter sermonem labiorũ ipsorum, quoniam per os suum & labia sua non aliud loquuntur, quàm impietatẽ & iniustitiam contra proximos suos: quam vt implere noo possint, postulo impediri, & dispergi eos potentia tua: * superbia & vanitas cordis eorũ sit ipsis in confusionẽ, & comprehendat, atq; in laqueum inducat eos superbia eorũ. 14 Et propter abominationem & mendaciũ (quæ operantur) accusabuntur, & tanquam punitione digni numerabuntur in consummatione malitiæ suæ, postquam fuerit consummata & matura eorum impietas: * siue in seculi consummatione, quando non amplius cum tritico permittentur zizania, sed separabuntur in caminum ignis: * annuntiabuntur (inquam) ita in ira consummationis, in tempore quo manifestabitur ira iudicis terribilis ad consummationem & perditionem impiorum omnium, electorũmque beatam præmiationem: * ac tũc quidem in perdi-

*10 Fortitudinem meam ad te custodiam: * quia Deus susceptor meus es, * Deus meus, misericordia eius præueniet me. 11 Deus ostẽdit mihi super inimicos meos: * ne occidas eos, nequãdo obliniscãtur populi mei. 12 Disperge illos in virtute tua: & depone eos protector meus domine. 13 Delictum oris eorum, & sermonem labiorum ipsorum: * & comprehendantur in superbia sua.*

Matth. 25

*14 Et de execratione & mendacio annuntiabuntur in ira consummationis: * & non erunt.*

15 Et sciēt, quia deus dominabitur Iacob, & finium terræ.
16 Conuertēt ad vesperā: * & famē patiēntur vt canes Sapient. 5 * & circuibūt ciuitatē.
17 Ipsi dispergētur admā ducādū: * si verò nō fuerint saturati, & murmurabunt.
18 Ego autē cātabo fortitudinē tuā: Matth. 25 * & exaltabo mane misericordiam tuam.
19 Quia factus es fusceptor meus et refugiū meū in die tribulationis meæ.
20 Adiutor meus tibi psallā, quia Deus fusceptor meus

tionē mittentur æternam, & non erunt vltra in numero vicentium, sed quasi nō sint, in morte æterna erunt. 15 Et tunc reipsa cognoscent & videbūt, quòd Deus dominetur populi sui, & seruorū suorum faciat iudicium in vniuersa terra: cum viderint hos quidem de malo liberatos, se verò in perditionem æternam coniectos: cum viderint hos ante conspectum Dei in vitam inductos, se verò à vultu Dei in mortē reprobatos: hoc (inquā) modo cognoscent, quòd verè Deus dominus sit & iudex in terra, qui suo tempore vnicuiq; iustum adducet iudicium. 16 Tunc verò sera ducti pœnitētia, intra se dolebunt, & angustiabuntur præ timore horribili, cum perditionem sensérint, dicentes intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gemētes, Ecce quomodo facta sunt nouissima nostra sine honore, & perditio ac mors in portionē venerūt nobis: * & esurie æterna punientur vt canes rabidi, pro temporali affluētia qua in hoc seculo de pauperum rapina fuerint satiati: * & clausa ianua, ibunt per circuitū ciuitatis sanctorū, vbi est copia panis: & nō pōterunt intrare in terrā fertilitatis, in ciuitatem abundātiæ, in societatem sanctorum Dei. 17 Dispergentur cum se in die illa consummationis egentes inuenerint, & quasi desperati huc illucq; cursitabunt, si cubi valeant inuenire quod comedant: volēt tunc exire ad emendū panem, & in lampadibus oleum, sed heu sero nimīū: * & cum viderint se non posse saturari, cū non potuerint cibū vitæ adipisci, eò quòd nimium sero & inopportuno tēpore quæsierint, loquentur malè, & blasphemabunt aduersus iustitiā Dei omnipotentis, qui tale contra ipsos protulerit iudicium. 18 Ego autē simul & omnis iustorum Ecclesiā, illis blasphemantibus, cantabimus virtutē fortitudinis tuæ, quam in impiorū punitione potissimum ostendis: * & exaltabimus in opportuno tēpore, primo diluculo, in trāquillitate cordis & corporis, altissimā misericordiam tuam, quam exhibes potissimum in saluatione sanctorum tuorum. 19 Tu enim factus es defensor noster & refugiū nostrum in tēpore tribulationis nostræ: tu nos in defensionē atq; protectionem suscepisti, vt in tēpore tribulationis nos defendas ab insultibus aduersariorum nostrorum. 20 Tibi ego Psallam, & laudes cantabo omnibus diebus vitæ meæ, atque etiam in perpetuis æternitatibus, ò potētissime & fidelissime auxilia tor meus: tu enim verè defensor meus es, tu (inquā) domine Deus

Deus meus, qui es misericordia mea, qui facis mecum pro tuo beneplacito misericordiam. *es, deus me⁹. misericordia mea.*

ANNOTATIONES IN PSALMUM QUINQUAGESIMUM OCTAVUM.

TOTVM hunc Psalmum expositores quidam catholici non inconuenienter personæ Christi applicant, ad patrem pro Iudæorum oppressione clamantis, & per resurrectionem de manibus illorum saluari postulantis. Atq; hi, punitionem quæ in hoc Psalmo describitur, de Iudæis peculiariter interpretantur, idque satis rationabiliter: quemadmodum in annotationibus consequentibus suo loco monstrabimus. Nos tamen (vt in aliis plerisque Psalmis) totum etiā hūc generali expositione in Elucidatione prosequuti sumus, vt siue personæ Christi, siue personæ Dauidis, siue alij cuilibet iusto in tribulatione posito possit applicari. Versu tertio, Quia ecce ceperunt animā meā. In Græco est ἐθήρευσαν, quod sonat, venati sunt, vel venatione ceperunt, quemadmodū feræ capi solent venatione. Vnde lectio beati Augustini habet, venati sunt, loco ceperūt. Beatus verò Hieronymus ex Hebræo verti, insidiati sunt. Propter quod in Elucidatione exposuimus venatione ceperunt. Comparātur enim persequutores (propter nimiam importunitatē & crudelitatē) venatoribus, qui nullis parcunt laboribus, vt feram valeant comprehendere. Versu quarto: Sine iniquitate cucurri, & direxi. In Elucidatione exposuimus, direxi viam meam. Potest tamē & ad aliorum directionē referri, vt dicat, non solū sese absq; iniquitate cucurrisse, sed insuper alios etiā similiter direxisse, quomodo in alio Psalmo aiebat Dauid: Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Versu quinto, Et tu domine virtutum, Deus Israël. Manifestum est hanc posteriorem partem versus quinti, debere coniungi secundum sententiæ necessitatē, cum initio versus proximè sequē tis, hoc modo, Et tu domine virtutum Deus Israël, intende ad visitandas omnes gentes, Circa hanc autem visitationem quæ postulatur, notandum est, sī Christi personæ Psalmus accommodaretur, posse eam intelligi de visitatione per Euangelicam prædicationem, & gratiæ ac spiritus communicationem: vt Christus quasi pertæsus nimiæ malitiæ & incredulitatis, qua Iudæos conspiciebat sibi contradicere, vsque Psalm. 50

ad

ad supplicium crucis,ac post etiam amplius cõtradicturos veri
Actu. 13 tati eidẽ per Apostolos prædicandæ,postulet à patre, vt illis
Rom. 9 iuxta suam ordinationẽ relictis in obstinatione sua(quando-
quidẽ indignos se facerent)ad gentes cõuerteret misericor-
diã suam,quas vsque tunc videbatur ignorasse, & quasi non
gentẽ reputasse:ipsorum verò Iudęorũ, qui ex certa malitia
Rom.11 agnitæ veritati cõtradicebant,nõ amplius misereretur, do-
nec in cõsummatione tẽporis,vbi intrasset plenitudo gẽtiũ,G
reliquiæ Israël quasi ad vesperã saluæ fierent. Nam secũdum
hãc expositionem, admodum rectè quadrabit versus septi-
mus:Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt ca-
nes & circuibunt ciuitatẽ,ad conuersionem Iudæorum circa
finẽ seculi,postquam plenitudo gentium fuerit ingressa. Si-
quidem ille in fine temporis ad fidem Christi accessus,rectè
videtur conuersio ad vesperam nuncupari. Patiẽtur autẽ fa-
mẽ tunc vt canes,quoniam maxima auiditate quærent panẽ
fidei & verbi Dei tanto vtique auidius, quanto diutius hoc
pane caruerunt:& ciuitatẽ circuibunt,Ecclesiam sanctam di-
ligenter in ea panẽ prædictum à viris fidelibus requirentes,
quomodo solẽt,qui vehementer esuriunt, discurrere ad re-
quirendũ panem.Aut ista fames in malam partem accipi po
terit,vt sit hic sensus totius versus.Conuertentur quidem ipsi
Iudæi ad vesperam in consummatione temporis,interim ta-
men(in vltionem incredulitatis & impugnationis veritatis)
famẽ patientur maximam & summam egestatem veri panis
& salutaris doctrinæ:quẽadmodum hoc tẽpore videmus,eos
maxima laborare egestate veri panis & verè scientiæ Dei,
cũ nihil eorum quæ in sacris literis tenent, rectè vt oportet
Apoca.3 intelligunt, nimirum claue abiecta, id est, Christo domino
(qui est clauis Dauid)abnegato. Ciuitatẽ quoq; interim cir-
cuibunt in vltionẽ:quoniam per mundum vniuersum iacen-
tis vagãtur sedibus,tributarij viuẽtes in dispersionibus suis.
Ioan.11 Euenit enim eis quod timebant, perdideruntque locum &
gentẽ,dispersi per ciuitatem,per vniuersam habitabilem ter H
ram profugi,& paternis expulsi sedibus, sub captiuitate ser-
uientes,qui veritatem noluerant recipere, quæ sola illos po-
tuisset liberare. Versu nono, Ad nihilum deduces omnes
Ioan. 8 gentes.In Græco habetur ἐξουδενώσεις, quod aliquando si-
gnat ad nihilum deducere,siue(vt ita dicã) annihilare quem-
Psalm.13 admodum & in Psalmo XIII. Ad nihilum deductus est in
con

cõspectu eius malignus. Aliquando verò accipitur pro nihil
facere,vel pro nihilo habere,quemadmodũ Psal.c v.dicitur: Psalm. 105
Pro nihilo habuerũt terrã desiderabilẽ,vbi in Græco eadem
dictio inuenitur quæ hoc loco posita est. Et secundum hunc
sensum habet etiam hoc loco Psalteriũ Romanũ:Pro nihilo
habebis omnes gẽtes.Cui lectioni satis cõsonat,quod ex He
bræo vertit Hieronymus:Subsannabis omnes gẽtes:Vnde &
nos in Elucidatione vulgatã nostram lectionem ad hanc po-
tissimũ sententiam explicauimus. Versu decimo,Fortitu-
dinẽ meã ad te custodiam. Hunc versiculum non satis appo-
sitè quidã remissioris disciplinæ amatores citare solent in
confirmationẽ suæ remissionis,quasi ex Prophetæ autorita-
te formidantes,vel vigiliis,vel ieiuniis,vel aliis paulò durio
ribus corpus affligere,ne fortè non ad dominum custodiant
suam fortitudinẽ:non satis attẽdentes, quod Paulus Aposto-
lus harũ rerum optimè expertus,de seipso ait. Cũ infirmor, 2. Cor.12
tũc fortior sum:&,Virtus in infirmitate perficitur. Qui etiã 2. Cor. 8.
alibi in laboribus,ieiuniis,& vigiliis,supra modũ gloriatur, & 11
& castigat corpus suum,atq; in seruitutẽ redigit, ne efficia- 1. Corin.9
tur reprobus;cum hi interim molles pugnatores,Prophetica
ista se voce bene munitos existimant, aduersus omne quod
A affectioris videtur seuerioris q; disciplinæ. Sciendum autẽ est,
Dauidi talẽ sententiam nunquam neque per somniũ venisse
in animum,neq; vlla ratione hoc illum velle quod isti existi-
mant:sed illud sentit potius,quod explicat Elucidatio, nimi-
rum,velle se ad Deum conseruare spiritus fortitudinẽ,& ne-
quaquam deficere aut abiicere animũ,sed expectare potius
& sustinere defensorem dominũ.Vel per fortitudinem vires
omnes siue animæ accipiãtur,quas vir sanctus domino custo
dire proponit,quoniã nõ nisi ad gloriã Dei illis bene vti de-
cernit,cuius esse nouit quę in ipso sunt omnia. Versu vnde
cimo,Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas
eos,nequãdo obliuiscantur populi mei. Si ad Iudæos Christi
aduersarios sermo hic referatur, significat Christus domi-
nus sibi ostensam à patre vindictã,quã esset facturus aduer-
sum illos:ipse verò orat,nõ prorsus occidi,neq; prorsus dele-
ri populũ Iudaicum:sed vel reliquias remanere, ne penitus
in obliuionẽ veniat populus eius,& ne in totum repulisse ac
repudiasse videatur populũ suũ,quẽ olim habuit tã peculia-
rẽ:pœnã tamẽ dispersionis in omnes gẽtes, & humiliationis

siue

siue depositionis, in priuatione regni, admittit, inversu sequẽ
ti dicẽs, Disperge illos in virtute tua, & depone eos, protector
meus domine. Illud quoque breuiter annotandũ est, oratio-
né illam, populi mei, ab aliquibus accipi in casu genitiuo, ab
aliis verò casu nominatiuo, numero plurali, sicque diuersam
iuxta diuersas istas considerationes facere sententiã. Nostra
Elucidatio casum accipit nominatiuũ, quo casu etiam Felix
vertit, & alij plures ex Hebræo interpretes, numero singulari
Nequãdo obliuiscatur populus meus. Versu decimotertio,
Delictũ oris eorũ, sermonem labiorũ ipsorum. Videtur sub-
audienda præpositio propter, aut similis, hoc sensu: Propter
delictum oris eorũ, & propter sermonem labiorum ipsorum.
Cui cõsonat quod beatus Hieronymus vertit geminata præ-
positione, dicens: In peccato oris sui, in sermone labiorũ suo-
rũ. Possent tamen accusatiui isti referri ad verba præcedẽ-
tia, disperge aut depone, vt sit sensus, Disperge cũ illis, simul
& depone delictum oris eorum, & sermonẽ labiorum ipso-
rum: nimirũ vt nihil eorũ quæ illi superbè & impiè loquuti
sunt, impleatur, sed tua virtute impediãtur eorũ iniqua decre
ta. Psalteriũ verò Romanum per nominatiuũ casum habet:
Delictum oris eorum, sermo labiorum ipsorum. Quę lectio
per subauditionẽ verbi substantiui perfectum sensum habet.

Versu decimoseptimo, Si verò nõ fuerint saturati, & mur-
murabunt. Si de Iudæis hoc exponatur iuxta modum su-
pradictum sensus erit, Iudæos magna auiditate in consum-
matione seculi ad vesperam quæsituros panem doctrinæ,
& veritatis quo tanto iam tempore fraudantur miserè in-
sanientes, vt fameliei canes, atq; ita auidè quæsituros, vt vix
possint satiari: vt hoc murmurare, non aliud indicet quam
dolorem, si non satisfiat desiderio.

QVINQVAGESIMONONI PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVS iste à Dauide compositus videtur, post glorioſas il-
las victorias, quæ describuntur 2. Regum. 8. capitulo, postquam
videlicet percussit & humiliauit Philisthiim, frænumq; tributi
tulit de manu eius. Moab quoq; percussit, & sub tributo seruire fecit
Syriã, itẽ & filios Ammon: quando etiam reuersus à capta Syria,
in valle Salinarum nomẽ sibi fecit, cesis decem & octo millibus, & in
Gebelem ad viginti tria millia: quãdo etiam vniuersa Idumæa (posiis
custo-

2. Aegũ. 8 & 12

custodibus & præsidio) Dauidis ditioni ad tributum subiugata est.
Post has ergo victorias tam mirabiles & tam multas, ipsi Dauidi
diuinitus præstitas, Psalmum sequentem pro gratiarum actione
videtur cecinisse. In quo Psalmo, vt euidentior fiat magnitudo Di-
uinæ beneficij, oppositis ex aduerso iuxta positis, primùm inducit pri-
stinam populi derelictionem, in qua nonnunquam Israëlem domi-
nus ventre permiserat sub manus hostium: partim propter peccata
eorum, partim propter exercitium & virtutis custodiam: idq; facit
versibus quinque primis. Deinc verò regni sui statum glorioſum,
qui tanta gentium circunquaque subiectione insignis erat, sequenti-
bus versibus aperit, similitudinibus variis ad subiectionem perfectam
designandam vtens: totamq; victoriam omnium summam nouissi-
mis versibus Deo ascribit, in cuius virtute expugnaße se dicit ho-
stium ciuitates munitas: in quo etiam modo (contempta spe humanæ
fortitudinis) viriliter & fortiter se semper acturum confidit. Qui-
dam verò sanctorum patrum totum hunc Psalmum Ecclesiæ accom-
modare laborant. Quod nos sanè libenter sequeremur, si illa quæ de
partitione Sichimæ, mensuratione conuallis tabernaculorum, de pos-
sessione Galaad, Manasse, & cætera huiusmodi Psalmo non suis-
sent vt præcipua in medio inserta. Nam reliqua satis rectè ad Ec-
clesiæ tribulationes & postulationem auxilij superni, possent ac-
commodari. Verùm illa quæ in medio interpositæ sunt, omnino dif-
ficile est (nisi admodum longinqua & difficili expositione, ex
ipsa interpretatione nominum accepta) aptare Ecclesiæ.

D Nos tamen nequaquam illorum pietati, qui mysticas
quærunt intelligentias, volumus contradicere:
sed sensum eligimus faciliorem, qui &
titulo & historiæ magis appa-
ret cõsentaneus. Vt enim
in Psalmorũ ex-
positione
vitio datur, perpetuò historijs & literæ inhærere, & non
magis spectare spiritum: ita profectò non erit lau
dandum, sic vbique mystica (quocunque tan-
dem modo) quærere, vt nusquam hi-
storiam aut literalem senten-
tiam putes acce-
ptandam.

PSALMI ELVCIDATIO.

*1 Deus, repulisti nos, & destruxisti nos, *iratus es, & misertus es nobis.*

*2 Cõmouisti terrã, & cõturbasti eã: *sana cõtritiones eius, quia commota est.*

*3 Ostendisti populo tuo dura: *potasti nos vino compunctionis.*

4 Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus.

Psal. 7.

Ro. 1. & 2.

*5 Vt liberentur dilecti tui: *saluum fac dextera tua, & exaudi me.*

*6 Deus locutus est in sancto suo.

DEVS, tu nos videbaris abiecisse à te, & dissipaueras nos atque disieceras, iratusq; nobis tradideras nos in manus hostium nostrorũ, cum olim propter peccata iustam aduersum nos iram tuam voluisses ostendere: * at nũc vicissim ad misericordiam rediisti, iam placatus iterum colligere & erigere nos incipies. 2 Commoueri olim faciebat terram nostram persequutione & oppugnatione aduersariorum, & vehementer eam cõturbari tumultibus bellorum permisisti: ita vt necesse haberent clamare ad te, & dicere: * medere malis istis, & à cõturbatione huiusmodi liberam fac terram tuam potentia tua: quoniam verè nimium commota & conturbata est, & agnoscit fortitudinem manus tuæ. 3 Dura ostendisti, & ad tolerandum grauia prop suisti populo tuo: permisisti populum tuum grauibus affligi miseris: dedisti nobis bibere vinum amaritudinis, potum lachrymarum, tribulationis & angustiæ, ad compunctionẽ & afflictionem animæ nostræ. 4 Et in his tribulationibus corporis, aduersitatibusq;, temporalibus, dedisti seruis tuis te metuentibus velut signum quoddam & indicium venturæ vltionis tuæ, vt effugiant arcũ illum, quem iam tetendit fortissimus iudex, vt vltionis illius vẽturæ (quæ erit absq; misericordia) sagittas euadant. Quod enim aduersitatibus & malis temporalibus tu domine populum tuum nunc affligis, id circo facis, vt eum à malis reuocando salues à ventura districtione nouissimæ iræ tuæ, quæ parata est in tempore suo reuelari, quẽadmodum arcus iam extentus ad sagittas iaciendũ paratus est. 5 Vt sic (inquam) à facie arcus liberentur electi serui & amici tui, quos ad salutem tuam prædestinasti ante secula, & nõ simul cũ reprobis in damnationem inuoluantur: * salua tu domine populũ tuum per omnipotentiam virtutis tuæ, & hac in re exaudi me: tu consiliis quibus bonum videtur in occultis tuis, siue per prospera, siue per aduersa, age cum populo tuo: hac tantum vna in re exaudi me, vt dextera tua salues electos tuos. 6 Olim quidem ista quæ commo-

morauimus, dura ac tristia pati fecisti populum tuũ. At verò nunc aliud decreuisti, & loquutus es, in sanctuario tuo: * videlicet quòd ego vt rex & princeps populi tui lætabor in triumphis victoriæ, ex virtute dexteræ tuæ, contra aduersarios populi tui, & diuidam terram Sichem, tanquam bello partam, populo meo: * & vallem illam, quæ Sochot dicitur, id est, tabernaculorum, ego dimetiar tanquam meo domino & iuri subiectam. 7 Populus Galaadites mihi subiectus est, similiter & Manasse: populus autem Ephraim. præcipua & velut capitanea est fortitudo mea, & quasi robur ac virtus capitis, id est, principatus mei, vtpote aliis tribubus potentior, bellicosior & numerosior. 8 Tribus Iudæ regnum mihi præstat, in qua & principium fuit regni mei: * populus Moabitarum est mihi velut olla & lebes oblectationis, vnde haurire possim delicias & oblectationẽ, eisq; liberè vti iuxta desiderium. 9 Super filios Edom extẽdam calciamentum meũ, super illos calcabo tanquam perfecta subiectione plenissimè subiectos mihi: * Philisthiim, Amalechitę, & alie nigenæ per circuitũ facti sunt mihi tributarij, & subiecti ditioni meæ, 10 Et quis est qui me perduxit vsque in ciuitates munitas, vt loca etiã munitissima obtineré? quis me deduxit in ciuitates Idumæorum, admodũ robustas & populosas, vt eas cogerẽ sub imperium regni Dei? 11 Quis alius præter te domine, qui olim videbaris abiecisse nos, ac velut prorsus deseruisse absq; auxilio: & non volebas cum exercitibus nostris ad pugnam egredi, nolebas pugnare cũ exercitibus nostris, nolebas tua præsentia defendere populũ tuum pugnantem, sed quasi à prælio absens permisisti vinci exercitus nostros ab aduersarijs? Profectò tu, qui olim ita repulisti populũ tuum, & cum eis nolebas egredi ad pugnam, idem ipse nunc respexisti nos, & egressus nobiscum dedisti nobis præclaras victorias. 12 Tu itaque domine, semper præsta nobis de tribulatione auxilium: si insurrexerint aduersum nos aduersarij & tribulatores populi tui, succurras tu nobis auxilio tuo: * verè enim vana est salus quæ expectatur ab homine, & prorsus vanissimum est, auxilium & salutem expectare ab humana potẽtia, cũ tu illam habeas in manu tua.

egredieris Deus in virtutibus nostris?

*12 Da nobis auxilium de tribulatione: * quia vana salus hominis.*

*lætabor, & partibor Sichimam *& conualem tabernaculorũ metibor.*

7 Meus est Galaad, & meus est Manasses, & Ephraim fortitudo capitis mei.

*8 Iuda rex meus: *Moab olla spei meæ.*

*9 In Idumæam extendam calciamentum meum: *mihi alienigenæ subditi sunt.*

10 Quis deducet me in ciuitatẽ munitam? quis deduxit me vsq; in Idumæam?

11 Nonne tu Deus, qui repulisti nos: & non

13 *In Deo faciemus virtutem: * & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.*

13 Ex nobis quidē prorsus imbecilles & impotentes sumus, magnū aliquid efficere: sed in tuæ virtutis fiducia & auxilio, fortiter agere poterimus magnæ virtutis opera, agemusq; tua virtute cōfortati viriliter: * tu quoq; facillimè destrues, & absq; omni labore, siue molestia ad nihilū deduces omnipotenti fortitudine tua aduersarios nostros, quāticunq; tandem siue numero, siue fortitudine extiterint: propter quod, in te semper fiducialiter perstare volumus, & tuo sancto cultui semper inhærere, neq; abscedere abs te imperpetuum.

ANNOTATIONES IN *Psalmum quinquagesimumnonum.*

VERSV primo, Deus repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es, & misertus es nobis. Tria illa priora, repulisti, dē- A struxisti, iratus es, simul debēt coniungi, tanquā ad idē tempus præteritum pertinētia: deinde, facta diuisione, subiungi debet quasi oppositum, & misertus es nobis, vt referatur ad tempus status præsentis, in quo florebat tum Dauid, eū Psalmum hunc caneret. Versu secundo, Sana contritiones eius, quia commota est. Videtur hæc deprecatio interposita tanquam pertinens ad tempus desolationis, & debere subintelligi aliquid, quemadmodum in Elucidatione indicauimus. Vnde ex Hebræo quidam sic vertit, cura (orabamus) contritiones siue confractiones eius, quoniam commota vel inclinata est. Aliqui simpliciter intelligunt, nullo verbo subaudito Prior autem sententia connexioni magis fauet. Versu quarto, Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus. Per arcum Dei solet & aliàs diuina vltio designari, vt Psalmo septimo, Arcum suum tetendit, & parauit illum: & in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. Significatio autem datur metuentibus dominum, vt fugiant à facie arcus, dum dispensatione prouida misericorditer Deus nunc suos electos permittit exerciteri, interdum temporalibus aduersitatibus, vt sic à vitijs cohibeantur, ad quæ prona semper est humana infirmitas, potissimū autem in tēpore prosperitatis, quando pro voto succedunt omnia: atq; etiam si in peccatis sint, vt per afflictionem ad Deū sese cōuertere compellantur, vexatione dante B intelellectum. Qua de re pulchram admodum posuit exhortationem is qui sanctam Machabæorū cōscripsit historiam, ad legentium consolationem post multa præmissa nimium terri

Psalm.7. Gene.6. & 8. Esa.28.

terribilia, ita scribēs, Obsecro autē eos qui hunc librum le- 2.Mac.6.
cturi sunt, ne abhorrescant propter aduersos casus: sed reputent ea quæ acciderūt, non ad interitū, sed ad correptionem esse generis nostri. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium. Nō enim sicut in aliis nationibus dominus patiēter expectat, vt eas cum iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat: ita & in nobis statuit: vt in peccatis nostris in finē deuolutis ita demum in nos vindicet. Propter quod, nunquam quidē à nobis misericordiam suam amouet: corripiēs verò in aduersis populū suum, non derelinquet. Ex quibus lectu vtiq; & ruminatu dignissimis verbis, euadit manifestum, quomodo hæc per aduersa tribulatio, significatio quædam est sanctis, fugiendi à facie arcus, atque ad salutem perueniendi. Versu sexto, Deus loquutus est in sancto suo. Elucidatio interpretatur, In sanctuario suo, in tēplo sancto suo, id est, in cælo definiuit & statuit. Intelligi etiam potest, Deus loquutus est in sanctitate sua, hoc est per suam sanctitatē: quoniam videlicet sanctè firmiterq; statuit & definiuit. Alij verò exponūt in genere masculino, Deus loquutus est per sanctum suum, videlicet Nathan C Prophetam, per quem mihi istas victorias prædixit. Expositioni nostræ primæ, quam in Elucidatione solam ponimus, fauet quod vertit Hieronymus, In sanctuario suo: & Chald. Paraphrasis, Deus loquutus est in domo sanctuarij sui. Felix autē vertit, In sanctitate sua. Versu octauo, Iuda rex meus, 2. Reg. 2.
Moab olla spei meæ. Idcirco dicit Iudam regē suum, quoniā à Iuda regni accepit. Statim enim post mortem Saulis vnxerunt eum seniores Iuda in Hebron, vt regnaret super domum Iuda: super alias tribus regnante Isbosseth filio Saul. Nam tum temporis, sola domus Iuda sequebatur Dauid. Valde autē noua & insolita comparatione dicit, Moab esse ollam siue lebetem spei suæ, quoniam videlicet Moabitæ in plenissimam subiectionem perduxerat. Percutiens 2. Reg. 8.
enim eos (vt sacra regnorum testatur historia) mensus est funiculo, & coæquauit eos terræ: mensusq; est funiculos duos, alterum ad viuificandum, alterum ad occidendum, & factus est Moab seruiēs sub tributo. Quia ergo ita plenissima subiectione Moab deuicerat, exigere tributi quantum volebat poterat ab eis: & cum esset populus potens & abundans val-

de, quasi ex olla plena haurire pro suo placito liberè poterat; quo modo etiam vulgo dicere solét homines, vbi magna est abūdantia, hauriri illic omnia ex ollis plenis, idq; magnis co clearibus. Versu decimo, Quis deducet me in ciuitatem mu nitam? Licebit hìc facili intelligétia singulare accipere pro plurali, vt sit quæstionis sensus, Quis potés esset, aut erit in ci uitates munitas & fortissimas deducere, & de eis mihi dare victoriā? Quis ad victoriā populi Edom robusti & validi ad- D modū, me perducere poterit, nisi tu Deus, &c? Alij verò sin gulariter dictū accipiunt, de Rabbath ciuitate regia filiorū Ammon munitissima, ita vt multū negotij præberet Ioab principi militiæ, antequā expugnare posset eā: in cuius expu gnatione etiam Vrias Etheus mortuus est cum plerisque de populo Dauid. Versu vndecimo, Nónne tu Deus, qui repu listi nos, & nō egredieris Deus in virtutibus nostris? Nos in Elucidatione sic interpretati sumus, quasi vnica sit interro gatio. Alij verò quasi duplicé faciunt interrogationem, hoc modo, Nonne tu Deus deduces nos, qui olim nos repulisti? vtiq; facies. Deinde: & nō egredieris Deus in virtutibus nostris? vt iterum subaudiatur noua respōsio, vtiq; egredieris.

2. Reg. 12.

SEXAGESIMI PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVS iste oratio est & laudatio totius populi fidelis, Deo liberatori suo cum gratitudine, pro benigna exauditione & patenti liberatione sibi cælitus præstita, versibus quinque prioribus con fitentis; ac deinde futuræ hæreditatis æternæ expectationem, & Messiæ regis cum suis electis æternum regnum commemorantis, veritatem quoque & misericordiam eius admirantis, vetáq; laudis æternæ pollicentis.

1 *Exaudi Deus deprecationē meam, inten de orationi meæ.*
2 *A finibus terræ ad te clamani: * dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me.*

SEXAGESIMI PSALMI ELVCIDATIO.

EXAVDI Deus deprecationem meam, quam E fundo ad te esto intentus ad orationem meam, illiq; appone aurē tuam & cor tuū, vt quod postulo tua benignitate impleas. 2 Ab extremis orbis terrarū supplex clamauit ad te populus tuus, cultor nominis tui: ex omnibus partibus orbis ad te clamant vndiquaq; terrarū serui tui: * tu verò non defuisti seruis

tuis te inuocantibus, sed exaltasti nos in petra, dū à tribu lationibus & persequutionibus impietatis auxiaretur cor nostrū subduxisti nos, & quasi in altū subleuasti in rupē fortem & validam, in qua ab inimicis securos fecisti nos. 3 Dux nobis fuisti, protector, atq; defensor, per periculosissima & multiplici discrimine plena itinera seculi huius, securos nos deduces atque tutissimos: propterea quòd factus sis spes nostra, quoniam in te elegimus ponere fiduciam: * quasi turris fortis, & arx munitissima factus es nobis aduersus inimicos nostros, ita vt te nos protegente, illi nobis nocūmenti nihil queant inferre. 4 Non deseret autem tuam protectionem populus tuus, sed cōcludet se intra te, & quasi habitationem suam in te firmabit, vt in te tanquam in tabernaculo suo inhabitet in sempiternum: & nunc quidem vt in tabernaculo militiæ, post verò in aula triumphali quietis æternæ: * & protegetur, defendeturque ab omnibus malis populus tuus, sub operatione & obumbratione alarū siue scapularum tuarum: hoc est sub protectione omnipotentiæ tuæ, & sub expansione atque cōmunicatione æternæ bonitatis siue misericordiæ tuæ. 5 Tu enim Deus noster exaudisti orationem seruorum tuorum, qua de huius mūdi angustiis vndiquaque clamatur ad te: * seruis tuis ægnoscentibus & colētibus sanctum nomen tuum, fecisti donationem præclaram hæreditatis regni æterni, & terræ beatæ viuentium: quam sanè hæreditatem incorruptibilem, immarcessibilem, æternam, conseruatam in cælis, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, G tu firmissima attestatione policitus es omnibus timētibus nomen tuum. 6 Ipsi autem regi populi tui, Christo filio tuo (per quem nobis, populo tuo, obtinget hæc beata hæreditas) dabis annos æternitatis, dabis illi, dies super dies, id est, diem æternitatis: faciesque illum coram te in æternum viuere atque regnare, & annos eius perduces atque extēdes vsque in omnes generationes, in omnia secula seculorum. 7 In æternitate stabilis & immutabilis permanet coram Deo patre suo, sedem habens à dextris eius, tanquam is cui par subiecit omnia sub pedibus, & cui dedit omnem potestatem in cælo & in terra: * Quis autē inuestigare posset,

3 *Deduxisti me, quia factus es spes mea: * turris fortitudinis à facie inimici.*
4 *Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula: * protegar in velamēto alarum tuarum.*
5 *Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meā: * dedisti hæreditatem timētibus nomē tuum.*
1. Pet. 1.
Esa. 64.
1. Corin. 2.
Matth. 16.
1. Corin. 15.
Psalm. 8.
Matth. 28.
6 *Dies super dies regis adijcies: annos eius vsque in diē generationis & generationis.*
7 *Permanet in æternū in cōspectu Dei * misericordiā & veritatē eius qui requiret?*

& inuestigando pernoscere misericordiam & veritatē eius, quas in populi sui saluatione mōstrauit, & quibus opus salu-

8 *Sic Psalmum dicam nomini tuo in seculū seculi: vt reddam vota mea de die in diem.*

uationis huiusmodi potēter est operatus? 8 Pro his autē innumeris misericordię tuæ beneficiis, ita nos Psalmos canemus, & laudes dicemus altissimo nomini tuo in æternū, quādo in cōspectu tuo astabimus, possessores facti promissæ hæreditatis nostræ, vt etiam interim, donec in hac paupercula vita degimus, nunquā cessemus à tuis laudibus, sed iugiter per dies singulos vota nostra reddamus tibi, id est, pia desideria, pias affectiones, pias laudationes, pias gratiarū actiones: quibus digniſsimū est nos tantis beneficiis deuinctos, te quantū possumus celebrare, & nūc, & in omnia secula seculorū, Amē.

ANNOTATIONES IN Psalmum Sexagesimum.

VERSV primo, Exaudi Deus deprecationē meā. Aduerte Psalmū hunc, tametsi exposuerimus eum in persona totius populi fidelis, siue Ecclesiæ, posse tamē absq; omni incommodo etiam vnicuiq; iusto, singulariter accommodari, idq; citra omnem difficultatem, quemadmodū per se quisq; facilè videt. Versu secūdo, A finibus terræ ad te clamauī. In Elucidatione exposuimus in persona Ecclesiæ, ex omnibus partibus orbis terrarū. Si autē vni alicui applicetur, rectius tum exponetur, ab infimo vel extremo terræ, quasi eximo terræ ad te in altissimis habitantem. Cui cōsonare videtur, quod vertit Hieronymus, De nouissimo terræ ad te clamaui. Exaltationē autē in petra, de qua fit in altera parte sermo. Elucidatio interpretatē subductionē & ereptionē à periculis, quasi in rupe fortis, ad quā non sit accessus inimicis. Per quod intelligitur specialis liberatio ex Dei potentia, perquam iusti à periculis malorū salui euadunt. In verbo autem exaltasti, potest accipi emphasis, vt dicat rupem hanc altiorem se fuisse, ita vt eam non potuisset per se ascendere, hoc est, ad talem salutem se non potuisse suis viribus attingere, nisi per Deum fuisset ad eam exaltatus. Quam emphasim vtcunque explicat Chald. Paraph. quæ sic habet, Cum triste fuerit cor meum, in arce munita, quæ cōstructa est super rupem altiorem meipso, deduxisti me. Et ex Hebræo verti potest, In rupem quæ exaltatur à me, vel super me: id est, quæ altior est, quàm vt in eam per me possim conscendere. Licebit autem A per

per hanc petram, etiam Christum dominū accipere, in quo exaltatur super suos inimicos fidelis populus, ex gratia & virtute Dei ipsum sic magnificantis. Nam & Apostolus petram nouit, & testatur significari Christū, dicens, Bibebāt autem de spiritali consequēte eos petra, petra autē erat Christus. Versu quinto, Dedisti hæreditatem timētibus nomen tuum. Hæreditas ista est, de qua in alio loco dicitur, Hæreditas eorū in æternū erit, quam beatus Petrus incorruptam, immarcessibilem, & æternam dicit, conseruatam in cælis, paratā reuelari in tēpore nouissimo: quæ quidem hæreditas ab æterno dispositā & data est omnibus præordinatis ad vitā, & specialiter per mortē & resurrectionē Christi, quasi itefū data est: verūm latet adhuc & absconditā est, neque nobis traditur, donec in vita hac degimus. Accepturi autem sumus eam, cum (Deo volente) hinc emigrabimus in sinum ipsius, propter quod, in verbo suprà allegato dicebat Petrus, conseruari eam in cælis, tanquam paratam reuelari in tempore suo. Et in alio Psalmo dicitur multitudo dulcedinis superniæ, quæ ad hanc hæreditatem pertinet, absconditimentibus dominum. Donata tamen est eis iam hęc hæreditas, & est in Dei secretario iam signata donatio, vt reuocari seu prohiberi non possit, quin accipiatur ab eis in tempore suo.

1.Cor.10.

Psalm. 36.

1.Petr. 1.

Psalm.30.

SEXAGESIMI PRIMI PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVS iste totus moralis est, *in quo seipsum vir iustus ad iustam subiectionem & debitam obedientiam Deo præstandam exhortatur: cùm in ipso suum omne bonum agnoscat repositum, aduersarios (qui eum à Deo volunt abstrahere) cum increpatione insultans, suam verò animam aduersùm illorum malitiosos conatus fortiter confirmans, propter bonum omne quod à Deo accipit & expectat. Atque hæc, vsque ad versum octauum. Hic verò animam suam peculiariter alloqui cessat, exhortatione generali transiens ad vniuersos, monens eos in domino spem ponere, & coram illo cor effundere: nequaquam verò vanis filijs hominum & mendacibus assimilari, neq; in iniquitate sperare, neque rapinas concupiscere, neq; diuitijs cor apponere: proponens in fine Psalmi, ad terrorem malorū & consolationem bonorū, duo illa quæ certissimò nobis sunt ex Dei verbo cognita, nempe potentiam Dei, & bonitatem siue misericordiam.*

secundum quæ redditurus est vnicuique pro operibus condignam mercedem, vt ob hoc merito & iustas habeat in Deo suo consolari, & impius de sua nequitia pertimescere, siue potius ab ea sese ad Deum conuertere.

SEXAGESIMI PRIMI PSALMI ELVCIDATIO.

1 Nonne Deo subiecta erit anima mea?
* ab ipso enim salutare meum,
2 Nam & ipse Deus meus & salutaris meus, susceptor meus: * non mouebor amplius.
3 Quousq; irruitis in hominem?
* interficitis vniuersi vos.
* tanquam parieti inclinato & maceriæ depulsæ.
4 Verumtamen pretium meum cogitauerunt repellere:

CERTE Deo subiecta esse debes, ô anima mea, qui te ad imaginẽ suam nobilem valde creauit, suæ fœlicitatis capacem, corporiq; cõiunctam, bonis sempiternis deputauit: Deo certè perfectam omnino debes subiectionẽ, & plenã obediẽtiã: * ab ipso nanq; pendet salus mea, & meũ omne bonũ ex ipso est: ipse me in suam tutelam suscepit, fidelémq; protectorẽ se præstitutum promisit: propter quod, iustũ est, vt illi esse subditam. 2 Ipse (inquam) est dominus Deus meus & saluator meus, ex quo tota spes dependet salutis meæ, susceptor, defensor, & propugnator meus fidelissimus: * propter quod, nolo ab eo moueri vltra in æternũ, nulla ratione posthac me quisquã amouebit ab obediẽtia & subiectione eius, nemo me à proposito virtutis auocabit aut ad mala vitia pertrahere impellere. 3 Quousque igitur tandem vos hostes mei, pessimi dæmones praua suggerentes mundus nequam offerens concupiscibilia, molestæ caro ad mala semper solicitans: quandiu tandem impetũ facietis, & insultus tentationum vestrarũ aduersum me cõcitabitis? * quasi coniuratione facta, pariter ad interficiendũ concurritis & collaboratis, vniuersi aduersarij mei: * quasi contra parietem inclinatum ad casum, & contra maceriam iam impulsam minaremini ruinam. Vos enim sic me existimatis, quasi ruinæ proximus, atque tanquam si paries sim aut murus iam casui proximus, atque ob id toto impetu conamini (vt video) me prosternere. Sed frustra omnino laboré impẽditis Sũ enim amodo, vt murus quẽus & immobilis: nõ mouebor amplius, cõfirmatus proposito firmissimo in domino Deo meo. 4 Quantumcunq; autem ego contra luctor & reclamo, illi in hoc absque fatigatione inuigilant, & sunt ad hoc semper soliciti, vt pretium & honorem meum mihi auferant, partim quidem, vt honorem illũ in quo me Deus condidit secundũ animæ nobilitatem, per peccati fœditatem & vilitatẽ conculcent: deinde vt honorẽ illũ, ad quẽ me Deus exaltare decreuit gloriæ eternũ, per peccati cõsensum mihi subripiant. Est enim hîc summus aduersariorũ meorum conatus, vt priuare me valeãt honore & dignitate in qua me Deus creauit, & ea ité ad quam me ipse prædestinauit: * ego verò illorum vidés malitiosum conatũ, tãto amplius ad propositum mihi supernæ vocationis brauiũ cucurri, magno desiderio maximoq; ardore festinaui & sectatus sum, vt cõprehendã, nec prohibear aduersariorũ malitia, * & ipsi quo facilius decíperẽt, blanda quidẽ offerebant in ore, & proponere videbãtur placentia, primáque fronte admodũ arridentia: cor autẽ eorum ad nocendũ erat, & nonissima atq; intima eorũ maledictione, execratione, & morte plena erãt. 5 Attamẽ, ô anima mea, quãtumcũque hi tumultuẽtur & insaniãt, tu semper permane firma in obediẽtia & subiectione domini Dei tui: in ipso te firma, & plenissima subiectione te illi consecra. Ita enim futurum est, vt illi prorsus nihil tibi nocere queãt, quantumcunq; machinentur malé: * ab ipso enim erit tibi virtus sustinẽdi & præstolandi dominũ cũ patiẽtia: ipse tibi dabit vt possis sustinere, & absque nocumẽto euades insultus hostiũ. Fidelis enim est ipse, & cũ tentatione faciet prouentum, vt possis sustinere. 6 Et quidẽ ipse est Deus saluator, adiutor, protector atque defensor meus: ipse vnus est mihi omnia, ita vt extra ipsum nulla re indigeam, ipse mihi vnus aduersum hostium mille millia est sufficientissimus: * propter quod, firmissimo proposito statui nunquã ab eo moueri, nunquam ab eo me separare in æternũ, sed in eo semper fixus & stabilis permanere. 7 Neq; verò gratis in ipso permaneo; si fideliter permaneo. In ipso enim pariter habeo quæ mihi necessaria sunt vniuersa. Siquidẽ in ipso tota mea salus est, & vniuersa mea gloria: ipse est Deus auxiliator meus, qui solus mihi potest in tribulatione ferre auxilium, & spes mea tota in Deo posita est. Ipse enim solus potens est me saluare, neque extra ipsum vllæ est vera ac solida gloria, & præter eum non est quisquam potens & certus auxiliator. 8 Neque verò sic illum mihi facio peculiarem, vt cæteros generis mei excludam ab eo: imò verò multò magis ad vniuersos verba faciens, generali exhortatione omnes populorum congregationes absq; exceptione admoneo, vt in ipso spem suam constituant: * & vt corda sua prorsus effundant ante cõspectum eius, cunctos & sira:

* cucurri in siti.
Philip. 3
* ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.
5 Verumtamen Deo subiecta esto anima mea:
* quoniã ab ipso patientia mea.
1. Cor. 10
6 Quia ipse Deus meus & saluator meus, adiutor meus:
* non emigrabo.
7 In Deo salutare meum, & gloria mea Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est.
8 Sperate in eo omnis congregatio populi:
* effundite coram illo corda vestra:

cogi

cogitatus & affectus cordis sui aperientes ante oculos bonitatis eius, imò curas omnes & solicitudinẽ proiicientes ante pedes maiestatis ipsius, tanquam coram eo qui posit, & velit cũcta bene adimplere, & omnia in bonũ cõuertere: * securi autem audete, quoniam dominus Deus ipse est adiutor noster in æternũ, ipse est absq; discretione omniũ sibi subditorum auxiliator & consolator, neq; est apud eũ personarum acceptio, vt hunc quidem adiuuet ac consoletur, illum verò minimè: sed in omni gente & tribu, qui sperat in eo, sentiat bonitatẽ illius. 9 At verò filij hominũ qui spem suam non ponunt in domino, sed in gloria & diuitiis seculi huius, ipsi sunt vani, dũ vanitatibus per fiduciam inhærent: * mẽdaces sunt in stateris tuis, mẽtiuntur absq; rubore, vt seinuicẽ fraudent ac decipiant: etiã in iis instrumẽtis quæ ad mensurandũ iustitiam cõmuni iure sunt instituta, fraudẽ facientes, dolosis videlicet vtẽtes stateris: * vt sic de vanitate & propter vanitatẽ, quæ eis prodesse nõ potest, decipiant in idipsum, vt pariter se mutuo hic illũ, ille hũc fraudent atq; circunueniant. 10 Nolite quæso, ô filij hominũ ita agere, nolite vsqueadeo hisce inhærere vanitatibus, vt propter hoc fraudẽ vlli hominũ, aut dolũ faciatis. Nolite in iniquitate spem ponere, & nolite cõcupiscere quæ per iustitiã acquiruntur, per dolũ & circunuentionẽ proximorum: quẽadmodum faciunt homines auari & rapaces, qui per fas & nefas diuitias cógregãt: * imò & si vltrò accedãt, affluantq; diuitiæ, si etiã per iustitiam vobis contingat copia diuitiarũ, cauete tamen, ne his rebus cor inhæreat, ne affectũ in eis collocetis: sed habete tanquã non habentes, & possidete tanquã non possidentes: sic vt non aliquando per affectum auaritiæ excæcati, ad iniustitiam, diuitiarum amore declinetis: quemadmodũ plerisque cõtingit, aut in superbiam & ambitionem ex affectu diuitarum efferamini, aut quomodocunq; in obliuionẽ & neglectũ Dei veniatis: ne postquã incrassati fueritis, impinguati, & dilatati, obliuiscamini dominum Deum vestrum. 11 Verbum Dei vnum est simplicissimũ & firmissimum, semel loquitur, & non repetit iterum, quoniam simplex eius assertio firmissima & certissima est, nõ minus quàm si millies idem replicet. * & ego ex verbo eius duo hæc didici, & certo cognoui, quòd ipsi cõueniat summa potestas, maximaq; virtus & potentia super omnem creaturam, ita vt eius potestati nemo vale-

* *Deus adiutor noster in æternum.* Roma.1.

9 *Veruntamen vani filij hominũ:* * *mendaces filij hominũ in stateris:* * *vt decipiant ij si de vanitate in idipsum.*

10 *Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere:* * *diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.*

1. Cor.7.

11. *Semel loquutus est Deus:* * *duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi domine misericordia:*

Deute.31. Heset.13. Iudith.6.

leat resistere: neque tamen potestas sola, sed coniuncta etiam summa bonitas & misericordia, ne sola potentia à bonitate separata tyrannis existimetur: * & per hæc duo, per potestatem dico & misericordiam, tu domine omniũ iudex, reddes vnicuique mercedem iuxta meritum operum suorũ: iis qui bene egerunt, vitam æternam: qui verò malè, æterni ignis incendia. Propter quod vanissimum omnino est sperare in iniquitatibus, rapinas concupiscere, aut diuitiis cor apponere, quæ in illo die causa erunt condemnationis sui statoribus: omnino autem saluberrimum, sperare in domino, & in illius obedientia persistere.

* *quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua.* Matth.16 Ioan.6

ANNOTATIONES IN PSALMUM SEXAGESIMUMPRIMUM.

VERSV primò, Nónne Deo subiecta erit anima mea? Hæc interrogatio magnam habet vehementiam: neq; tanquam à dubitante proponitur, sed tanquam ab eo qui vehementissimam indicare assertionem, quemadmodum cum dicit filius matri, Nónne ego te diligam, mea charissima mater? Quasi dicat, Nisi te diligam, ero omnium qui viuunt ingratissimus, & prorsus vita indignus. Nemo enim est cui magis, imò cui æque debeam, vt tibi amoris dilectionem. Nos in Elucidatione hanc vehementiam assertionis absque interrogatione explicare tentauimus, per aduerbium affirmationis, certè. Versu tertio. Quousque irruitis in homines? interficitis vniuersi vos tanquam parieti iuclinato & maceriæ depulsæ. Hæc inuectio in aduersarios, similis est illi, quod æquali vehementia in Psalmo dicitur, In domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem sicut passer? iuxta expositionem quam præmonstrauit Elucidatio. Quasi dicat in spiritu vehementi vir iustus, Frustra conamini, in vanum laboratis & fatigamini, tẽrationibus ac malitiosis conatibus mihi insultantes. Nihil enim proficietis aduersum me, qui iam firmissimo cordis proposito, Deo meo sum adglutinatus, ita vt ab eo separari amodo non possim: quemadmodum dicebat beatus Apostolus, Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, &c? Et deinceps, Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque

Psalm.10

Roma.8

pro

profundū,neq; creatura alia poterit nos separare à charitate Dei,quæ est in Christo Iesu domino nostro. Quod autē dicitur in fine versus: Tanquā parieti inclinato, & macerię depulsæ,ratione cōstructionis facit difficultatē. Non enim prima frōte apparet cui valeat coniungi. Facilius tamen videtur, vt iūgatur cū verbo irruitis,altero illo,interficitis vniuersi vos, per modum parēthesis interiecto,sicq; sensus iste habebitur, Quousq; ò aduersarij,irruitis in hominē tanquā in parietem inclinatum,& maceriā depulsam? quasi dicat, An existimatis me esse similē parieti inclinato, & maceriæ iam mināti ruinam,vt ita spē cōcipiatis,vos facilè posse me in terrā prosternere? Nam cum parietē iam inclinatū videt homines, & velut minitantē ruinam,facilè appositis humeris sperant posse illum in terrā deiicere,vbi alioqui si rectus & fortis perstaret murus,nihil tale quisquā attentaret. Similiter & de maceria,quæ iā partim depulsa est,& ad casum tēdit. Ad hūc ferè modū & aduersarij nostri,quos videt ad casum & lapsum declinantes,per cōcupiscentiæ cupiditatē,hos audacius & validius oppugnāt,cōcepta spe victoriæ,donec prorsus incurues, & in terrā prosternant. Quos verò velut muros validos conspiciunt,animo forti & inuicto proposito fortiter perstantes in sua rectitudine,hos nō ita libēter solēt saltem apertis congressibus oppugnare,veluti pertimescētes illorū fortitudinē: tametsi fere velut latrunculi per insidias adoriātur huiusmodi,per superbiā,vanam gloriam, contentionē, æmulationē,hæresim,atq; id genus alia. Ait ergo vir iustus, increpando aduersarios, An me existimatis velut parietē iam ruinæ proximū,aut maceriā incipientem concidere,vt sic in me irruatis,concepta fiducia victoriæ? Longè certe aberratis,si ita existimatis. Ego enim in Deo iam stabilitus sum, vt nullo modo à rectitudine mea patiar me dimoueri donec viuam.

Versu octauo, Effundite coram illo corda vestra. Videtur idē hic dici quod supra Psalmo xxx. Reuela domino viam tuā,& ora eū,& ipse faciet. Et iterū in alio Psalmo, Iacta super dominū curam tuā,vel cogitatū tuū, & ipse te enutriet. Tunc enim cor suū effundit homo coram Deo,quando omnia cordis secreta,omnes cogitatus,& affectus denudat ante oculos maiestatis Dei, plenissimè eius fidei vniuersa committēs,& in manus eius cuncta commendāns: ita vt quicquid hic egerit, ille sit æquissimo & grato animo susceptурus.

Qui autem aliquam partem siue cogitationum, siue affectionum suarum celare voluerit ante dominum, quēadmodum faciunt illi quid dissimulare volunt peccata, aut excusationum palliis obtegere, item & qui non omnia sua plena resignatione in manus Dei cōmendant, hi non rectè effundunt corda sua corā domino: ac proinde eorū merito fiequēter cōtingit, vt non cōsequantur auxiliū salutis Dei. Versu decimo, Diuitiæ si affluāt, nolite cor apponere. Hoc scilicet est, quod docet Paulus Apostolus, Thimotheo scribens, in hunc modum: Diuitibus huius seculi præcipe, neq; sublimē sapere, non sperare in incerto diuitiarum, &c. Apponit autē cor diuitiis (generali sermone loquendo) omnis qui affectu inordinato eis inhæret, ita vt propter eas vel in superbiā elevetur, vel in contēptū aut neglectū Dei perueniat, vel deniq; aliquid agat eorū quæ saluti officiunt, siue eorū quæ salutaria sunt aliquid omittat. Versu vltimo, Semel loquutus est Deus, duo hęc audiui. Quod Deus semel dicitur loqui, potest referri vel ad firmitatē & certitudinem asseuerationis, quoniam illius verbo simplici non minus quàm frequentissimè iterato, ac multiplicibus iuramentis firmato fides debetur, vel ad vnitatem veritatis verbi Dei. Verbum nanque Dei vnissimū est, & sibi prorsus maximè consentaneū, in quo nihil inuenitur repugnās, nihil contrariū. Et cum ita sit vnissimū, duo tamē hæc quæ videntur repugnantia, docet cōuenire Deo: potestatem scilicet iustitiæ, & bonitatem misericordiæ, ad reddendum vnicuique secundum opera sua. Omnis enim scriptura, duo ista in Deo coniuncta prædicat, potentiam & bonitatem, iustitiāmque & misericordiam. 1. Timo. 6

SEXAGESIMI SECVNDI PSALMI ARGVMENTVM.

QVOD *huic Psalmo præmittitur, Psalmus Dauid, cum esset in deserto (siue Idumæa) vt habent vulgati codices) siue Iudææ (vt habent Hebræa) manifestè docet, hūc Psalmum à Dauide compositum, cum adhuc in deserto vagaretur, exularétque à terra Israël, & populo Domini, propter persequutionem Saulis. In hoc enim exilio, & in hac fuga positus, dum corpore abesset ab hæreditate domini nec illi liber daretur in corporale templum aut tabernaculum domini accessus, tanto amplius spiritu se contendit Deo exhibere præsentem: declarans initio Psalmi, quomodo & anima & corpore*

multi

multipliciter ad Deum vigilet atque sitiat, positus in terra deserta, vnde tamen ad Deum tota spiritus virtute sedulo conscendit, ad contemplandum Dei gloriam, inque ea sese oblectandum: quam etiam labijs laudare, & in vita benedicere: ex corde pleno spirtualis deuotionis adipe, pollicetur: insuper & noctibus, & matutino tempore iugiter de eo meditari. Versibus autem duobus nouissimis, inimicorum suorum condemnationem, suámque liberationem, fidenti corde, ex Dei auxilio futuram prænuntiat: vnde & se, & seruos omnes Dei fideles, asserit habituros lætitiam.

SEXAGESIMI SECVNDI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Deus deus meus ad te de luce vigilo.*

2 *Sitiuit in te anima mea: *quàm multipliciter tibi caro mea.*

3 *In terra deserta in via & inaquosa sic in sancto apparui tibi: vt viderem virtutem tuã, & gloriam tuam.*

2. Corint. 5

4 *Quoniam melior est misericordia tua super vitas:*

VIDE mi domine Deus (qui & generaliter es omniũ & peculiariter secundum beneplacitũ assumptionis tuę meus dominus) quãdo ad tui bonitatẽ ferar desiderio, qui prima luce, summo mane ad te vigilo: videlicet de te meditando, ad te suspirãdo, & modis omnib⁹ in te affectũ cordis excitando, sicq; me in pressuris mundi huius tuæ bonitatis cõtẽplatione consolando. 2 Anima mea & spiritus ad te ardet ac sitit, tuam mirũ in modum desiderans præsentiam: *atque etiã corpus hoc meum infirmum & fragile, quod multis iam est obnoxiũ malis, & corruptionibus ac variis subditũ afflictionibus, admodũ multis rationibus, vehementi ad te fertur desiderio, quasi desiderans per te de afflictionibus nimiũ magnis, nimiũ multis, nimiumq; diuturnis, inuenire requiẽ. 3 Ecce ego hîc positus in terra deserta & inaccessã, derelicta; q;, & solitaria, vbi non sunt refocillantes aquæ, ita in sanctitate & iustitia meipsum exhibere studui ante conspectũ tuũ, vt contemplarer potentiam fortitudinis tuæ, & gloriam altissimę maiestatis tuę: positus in loco isto peregrinationis, in hoc mundo (qui verè desertũ est & solitudo, qui ex sese veræ cõsolationis aquas nõ habet) tametsi corpore peregrinatus fuerim à te, spiritu tamẽ meipsum cõtendi tibi exhibere præsentẽ, ad cõtemplationem maiestatis tuæ. 4 Tua nanq; misericordia, qua cõsolaris eos qui ad te sitiũt, melior, amabilior, & optabilior est, quàm vita quæcunq; aut qualiscunq; super terram. Iucundius enim est tuã misericordiã, & bonitatem contemplari, sicque in ea secundum spiritum consolari, quàm sit vólupta somnis, quæ in hac vita quãtumuis etiam secun

secundum speciem fœlici possit homini contingere: *quod ego cõsiderans, ex bono corde per labia mea gratias aga altissimæ bonitati tuæ, & laudes cãtabo quantas potero. 5 Nõ solũ autem labiis te laudabo, sed corde etiã & animo benedicam tibi, donec viuam, & in tota vita mea, quantus sum, & quantũ vtiq; potero: *& in laude nominis tui, siue in oratione mea, ego extollam ad cælũ manus meas, vt sic etiam corporis gestu, & congruis ex corde prodeuntibus cerẽoniis, Hostendã piam erga te animi mei deuotionẽ: vt suppleãt corporis gestus & membra, quod nõ ad plenũ iuxta desiderium prævalet animus. 6 Quò sit autẽ gratius & acceptius tibi sacrificiũ laudationum mearũ, oro, vt spiritũ meũ repleas delitiis spiritus tui, bonis charismatibus, & suauibus visitationibus, quæ sunt spiritui meo quasi adeps & pinguedo, quibus pellatur macies ariditasq; animæ meæ: * vt sic ex abũdantia internæ deuotionis, ex plenitudine cordis, labiis bene vnctis, labiis gaudiosis laudare te valeam in laude perfecta, per os meum: ne forte si spiritui desit pinguedo visitationis tuæ, carescant siue marcescant laudes labiorũ meorum. 7 Ita ego media nocte memor fui nominis tui, dum cubarem in stramento meo: etiam mane primo cũ expergiscerer, statim ad te, & in te direxi meditationẽ cordis mei, neq; noctu, neq; interdiu à primo mane aliud quàm te cogitans, meditans, aut desiderans: *neq; verò immeritò semper ad te meditor, nõ mirum si tu mihi semper sis in animo: quandoquidem solus tu fuisti adiutor meus in omnibus meis tribulationibus: tu auxiliator vnicus, qui hactenus me saluasti de angustiis omnibus, quemadmodũ & imposterũ te facturum minimè ambigo. 8 Et sub protectione scapularũ tuarum, sub custodia & defensione potentis misericordiæ tuæ ego gaudebo cũ exultatione & tripudio cordis mei in tua fideli protectione optimè securus: * propter quod, etiam adhæsit tibi spirtus meus, per amorẽ se tibi agglutinans & cõueniens, & per fiduciam plenam tibi indiuulsè affixus: * potentia enim tua Deus suscepit me in protectionem & defensionẽ suam, vereq; defendit & protexit me à cunctis hostium insidiis & oppugnationibus. 9 Ipsi verò, te conatus eorum faciente irritos, frustra quæsierunt vitam meam; quoniam quòd quęsierũt, te prohibente, non sunt consequuti, neque (spero) consequuturi sunt aliquando: * insuper & pœnam reportabũt malitiæ suæ, vt in

1 Deus deus meus ad te de luce vigilo.

*2 Sitiuit in te anima mea: *quàm multipliciter tibi caro mea.*

3 In terra deserta in via & inaquosa sic in sancto apparui tibi: vt viderem virtutem tuã, & gloriam tuam.

4 Quoniam melior est misericordia tua super vitas:

*5 Sic benedicã te in vita mea: *& in nomine tuo leuabo manus meas.*

*6 Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: * & labijs exultationis laudabit os meum.*

*7 Sic memor fui tui super stratũ meũ, in matutinis medi tabor in te: * quia fuisti iutor meus.*

*8 Et in velamẽto alarũ tuarũ exultabo: * adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.*

9 Ipsi verò invanũ quæsierunt animã meã: introibunt

*in inferiora terræ: *ibunt in manus gladij: *partes vulpium erunt.*

loca mittantur obscura inferni, vt ab legentur ad mansiones infernales, vbi in loco vilissimo & omniũ infimo, in sempiternis tenebris degãt, atq; pœnis immẽsis: * dabunt diuina iustitia in potestatẽ gladij, in pœnã condẽnabuntur dãnationis æternæ: * erũt portio vulpiũ, proijcientur in partẽ vulpibus, malignis & callidis dæmonibus dabũtur voradi atq; crudeli imperpetuũ, quibus donec vixere super terrã, ad exercendam malitiam, suas cõcesserunt voluntates: vt quibus seipsos subiecerãt in culpa, eisdẽ tuo Diuino iudicio tradãtur in pœnam. 10 Is autẽ quem tu regẽ fieri & consecrari voluisti, dispersis hostibus suis, ex Dei potentia lætabitur magnificè in Deo saluatore suo: * gloriabũtur quoq; omnes q tibi dominio Deo Diuinum tribuũt honorẽ, & cultũ supremũq; aliud nomen nõ norunt per quod iurent, neq; alium dominum in quo iuramentũ faciant, cũ ita res poposcerit: * ideirco autem tam rex quàm cæteri veri Dei serui lætabũtur in Deo, quoniã cõfusos videbunt impios, quoniã obstructa erunt ora eorũ qui solẽt loqui impia cõtra Deũ & ꝓximos suos: sicq; partim de vltione Dei, vt cõgratulãtes rectitudini diuinæ iustitiæ, partim de sua liberatione & salute, vt extra motũ omnẽ positi, magnificè in Deo lætabũtur & gloriabũtur in secula.

10 *Rex verò lætabitur in Deo: *laudabuntur omnes qui iurant in eo: * quia obstructum est os loquentium iniqua.*

B

C

ANNOTATIONES IN

Psalmum sexagesimumsecundum.

Galat. 5.

VERSV secũdo, Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. Videtur huic cõtrariũ, quod ait Apostolus, Caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ. Hæc enim sibi inuicem aduersantur. Nam si contraria cõcupiscunt, quomodo hoc in loco dicitur, & de anima siue spiritu quòd cõcupiscat Deũ: aq; item de carne, quòd quàm multipliciter Deũ concupiscat? An nõ hæc manifestè videntur repugnantia? Verùm sciendũ est, quod Paulus ait de contrarietate, intelligi debere de carne, secũdum prauam illam corruptionem quæ in ipsa inhabitat, ipsiq; radicitus inhæret ex prima vitiosa origine, ratione scilicet fomitis praui, qui semper ad mala sollicitat, cum spiritus ex aduerso deprecetur ad optima. Hic verò de carne loquitur, vt reformata per exercitium spiritus, ipsiq; spiritui subiugata: quæ sanè quo

Philip. 3.

maioribus est subiecta miseriis, eò amplius & pluribus rationibus ad Deũ sit, qui (iuxta Apostoli vocem) reformaturus est corpus istud humilitatis nostræ configurando ipsum corpori

corpori claritatis suæ. Cũ enim vnaquæq; res sitiat, & vehemẽter appetat suã perfectionẽ, quomodo non vehemẽter desiderabit misera ista caro (quę nunc tãtis est miseriis, infirmitatibus, passionibusq; subiecta) absolui ab his omnibus molestiis, & ad reformationẽ illã gloriosam perduci, quę ipsam manet in præcellẽti gloria? Potest verò istud corporis desiderium ad Deũ & aliter intelligi, quoniã videlicet in viris perfectis, ꝓpter abundantiã & plenitudinẽ gratiæ spiritualis quæ in anima inhabitat, etiã corpus ipsum ad Deo seruiendũ, & peragendũ quæ Dei sunt, promptũ sese offert, & quasi exposcit in diuinis sese occupare obsequiis, inq; eis libenter exercitatur & oblectatur. Versu tertio, In terra deserta, inuia, & inaquosa. Quidã istud ad literam intepretãtur de locis deserTis in quibus vagabatur Dauid, cũ hunc Psalmum cõponeret in persequutione Saulis. Præstat tamẽ spiritualiter seculum istud mũdi huius intelligere, quod reuera terra deserta aptissimè dici potest, & inuia & inaquosa: vbi magna est egestas, & raritas nimia bonorũ, vbi vix inuenitur qui faciat bonũ, vbi omnia vanitas sunt, laborq́ue, & afflictio spiritus: vbi via veritatis spinis & tribulis, omnibusq; malis passionibꝰ operta, non agnoscitur: vbi aquæ mundæ, aquæ veræ consolationis nõ reperiuntur, sed tantũ cisternę dissipatæ, quæ non habent aquas: aut si habẽt, immundas, fœtidas & sordidas habẽt, è quibus neq; libitũ neq; licitũ est bibere iis qui Deum sitiunt. Quod autẽ dicitur, In sancto, aliqui exponunt in sanctitate, quomodo vertit Felix, & interpretatur nostra Elucidatio. Alij intelligunt, in sacrario, vt sit sensus, In hoc mũdo deserto positus, licet absens corpore, spiritu tamen præsens, quasi in sanctuario tuo apparui coram te. Alij intelligunt, in sancto spiritu, vel in sancto desiderio: id est, per sanctũ spiritum, vel per sanctũ desiderium. Versu quarto, Melior est misericordia tua super vitas. Clarius exprimit sensum Hieronymus, Melior est misericordia tua, quàm vitæ. Quanquam autẽ vitæ numero plurali nõ multum sit receptum Latinis, ꝓpter tamen conseruandam veritatem sermonis Hebraici, numerũ interpretes cõsulto non mutarunt: quemadmodũ & in Psalmo L. diximus, in versu illo, Libera me de sanguinibus. In vtroque enim horum locorum Hebraica lectio similiter & Græca, numerum pluralem posuerunt. Potest autem in hoc numero plurali accipi emphasis quædã sentẽtiæ,

Psalm. 13.

Eccles. 5.

Hiere. 2.

vt significetur, meliorem esse misericordiam Dei, qualibet quantūcunq; secūdum speciē fœlici vita huius tēporis: quē admodū in Elucidatione indicauimus. Chald. Parap. hāc misericordiam refert ad tempus futuri seculi. Sic enim habet, Bona misericordia tua, quam facies iustis in mundo venturo, magis quàm vitæ, quam dedisti impiis in mundo isto.

Versu sexto, Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labiis exultationis laudabit os meū. Quidam Deum laudāt labiis, sed non labiis exultationis: magis autem labiis torpētibus & frigidis, quoniam nō bene, perūctis, iddq; ex defectu interrioris adipis siue pinguedinis: quoniam videlicet deest illis pinguedo spiritualis gratiæ: quæ si mētem & affectū impinguarent spirituali lætitia, nō ita torpida pateretur esse, neq; adeò macilenta labiorū cantica. Rectè ergo vir sanctus primū adipe & pinguedine repleri animam postulat, vt hinc landem gratā Deo decantet in labiis exultationis. Pro labiis autē exultationis, beatus Hieronymus vertit, Labiis laudantibus canet os meū. Alij labiis ouātibus, vel laudabundis. Versu nono, Partes vulpiū erunt. Quēadmodū boni & iusti in partē veniūt Christo agno & sanctis angelis eius, dum eorū animas secum adducunt in beata gaudia, suis inferēdas ordinibus: ita ex aduerso diabolo & angelis eius veniunt in partē ac possessionē impij, quorū animas è corpore emigrantes secū arripiunt in profundum baratri. Assignant autē alij alias expositiones. Nos ea quam in Elucidatione posuimus cōtenti sumus. Versu vltimo, Rex verò lætabitur in Deo. Loquitur Dauid de semetipso, quasi de alio, sub persona tertiæ: si de persona Dauidis exponatur. Quod si secundū mysticam intelligentiā accipiamus, poterit quilibet fidelis qui regnū Dei intra se habet, passionibus malis bene imperans, & suas vires omnes rectè gubernans, rex appellari: queadmodum & verè est. Qui verò totum hunc Psalmum in persona Christi exponunt, vt positi in deserto, & ad patrem suum suspirantis ac sitientis, hi regem Messiam in patre lætantē intelligunt.

SEXAGESIMI TERTII PSALMI ARGVMENTVM.

ORAT vir iustus hoc Psalmo, contra inimicos: quorum seuitiam in cupiditate nocendi, & studio struendarum insidiarum præmittens, subiungit deinceps, quomodo irritæ factæ sint Dei virtute machinationes & impia consilia illorum: iustis quidem de impiorum crudelitate liberatis impijs verò pro sua temeritate iusta vltione in terrorē omnium percussis: quod bonis omnibus profunda contemplatione Dei opera considerantibus, materiam præstat gaudij, laudis, & gratiarum actionis, meritōq; prouocat, vt in Deo spem ponant securi.

SEXAGESIMI TERTII PSALMI ELVCIDATIO.

G

EXAVDI domine pater deprecationē meā, qua oro ante faciē tuam: libera animā meā à timore aduersariorū q me persequūtur, & ad mortem requirunt. 2 Protexisti & saluū fecisti me à consilio malignantiū aduersum me, & impiè contra me machinantiū, à multitudine eorū qui contra me ad nocendū mihi multo studio magnaq; diligentia operantur impietatem. 3 Ipsi enim ad vehemēter nocendū studiose aptauerunt linguas suas, ad eū modum quo solēt homines acuere gladios, vt facilius certiusque pugnent in eis, & quasi acutū gladium reddiderunt linguas suas: * quasi arcū tetenderūt, pro sagittis habētes rem amaram, sermonē amarissimum, verbū odij & nocumēti, vt abscondītè, & quasi per insidias sagittare queāt innocentē: parant sese, vt quibus modis valuerint, noceant bonis. 4 Et vt facilius contra iustitiā sua perficiāt cōsilia, subitò & quasi inopinatò solēt sagittas suas aduersus innocentes dirigere, vt sic nō præmeditatū facilius opprimerēt, vel præueniēdo obruerēt; & non timuerūt neq; Deū neq; homines, in hac impietate sua: * stabili decreto inter sese firmarūt sermonē pessimū, rem pessimā in suis consiliis statuerūt, de innocētis videlicet oppressione, cogitantes opprimere & interficere eū, q mortē nihil cōmeruit. 5 Dixerūt adinuicē, vt insidias ponerēt innocēti, cogitantes & pertractātes, quomodo eū dolo tenerēt & occiderēt: * persuaserūt sibi, & ad mutuo sese confortandū dixerūt: quis videbit nostras insidias? nemo faciūt nostrum cognoscet, absq; omni impedimēto & rubore voti facilè efficiemur cōpotes. 6 Ipsi profunda inuestigatiōe & cōsideratione intima scrutati sūt, & exquisierūt iniqua consilia: * verūtamen defecerūt in adinuētionibus suis, nō potuerunt præualere in eo quod propo fuerūt, & exquisitū nequiuerūt iuxta desideriū suū perficere.

6 *Scrutati sunt iniquitates: * defecerunt scrutantes scrutinio.*

1 *Exaudi Deus orationē meā, cū deprecor: à timore inimici eripe animam meā.*

2 *Protexisti me à conuentu malignātium: à multitudine operantium iniquitatem.*

3 *Quia exacuerunt vt gladium linguas suas: * intenderūt arcū rē amarā, vt sagittent in occultis immaculatum.*

4 *Subitò sagittabūt eū: & non timebūt: * firmauerūt sibi sermonē nequā*

5 *Narrauerūt vt abscōderēt laqueos: dixerunt quis videbit eos?*

7 *Accedet homo ad cor altũ: * & exaltabitur Deus.*
8 *Sagittæ parvulorum. facti. sunt plagæ eorũ: * & infirmatæ sunt cõtra eos linguæ eorum.* Lucæ 19.
9 *Cõturbati sunt omnes qui videbant eos, * & timuit omnis homo.*
10 *Et annũtiauerunt opera Dei: * & facta eius intellexerunt.*
11 *Lætabitur iustus in domino, & sperabit in eo. & laudabũtur omnes recti corde.*

7 Homines verò ista videtes,irritos scilicet fieri conatus & adinuẽtiones astutorũ istorum, ingrediẽtur intra sese in secretum cordis,vt illic attẽtius cõsiderent mirabilẽ hac in re prouidentiã Dei:quę & suos nonit in tẽpore opportuno liberare de angustia, & aduersariorũ vires infrigere,ne ꝓ libito A quãtum voluerint noceãt:* & cũ ita ad cor ꝓfundũ intrauerint boni,exaltabitur, magnificabiturq; dominus in cordib⁹ eorũ,cum illum tam piũ aduertent erga bonos,tam verò iustum & seuerũ scelerum vltorẽ in impios. 8 Plagæ & verba eorũ quibus scilicet affligere & nocere putabãt nobis,factæ sunt quasi paruulorũ sagittæ:nulla habuerunt potentiã, nullam ad nocendũ fortitudinem : quẽadmodũ sagittæ puerorũ in plateis cursitãtium,nullam vim inferunt,nullamq; lesionem vel homini,vel volucri,sed tantum laborẽ & fatigationem faciunt puerulis sagittãtibus : * & linguæ eorũ quibus iustis nocere laborabãt,infirmatæ sunt cõtra eos: malum linguæ eorũ in ipsos reflexum est, quoniam ex verbis suis iudicatur & cõdemnatur impius. 9 Conturbatione magna velut attoniti facti sunt omnes qui viderũt eos in se vltionem Dei portãtes,& suo conatu frustratos: * & præ admiratione maxima subitæ mutationis & grauis Dei vltionis: expauerunt omnes homines qui rẽ considerauerũt attentius. 10 Et annũtiauerunt cũ laude fideles homines,in aliis videtes Dei B vltionẽ,mirabilia opera Dei,quæ tam potenter simul atque sapienter operatur pro liberatione electorũ suorum:* & ipsi alieno malo edocti intellexerunt opera mirabilia altissimi, quod verè sit liberator & protector seruorum suorum,& impiorum terribilis vindex. 11 Lætabuntur iusti in Domino, hãc impiorum vltionẽ conspicientes, & firmabuntur in spe sua:adiicientq; vt in Domino firment amplius spem suam: * & lætitia magna exultabunt atque glorificabuntur omnes qui sibi sunt bene conscij,in quibus est cor rectũ & integrũ, nulla curuitate malitiæ distortum:gloriabuntur(inquam)in contemplatione misericordiæ & iustitiæ domini Dei sui.

ANNOTATIONES IN Psalmum Sexagesimumtertium.

VERSV primo,Totũ istum Psalmũ aptissimè sancti patres applicant Christo Domino, aduersus quem tantis conatibus,totq; consiliis agẽtes Iudæi, obstinati infidelitate C & odio, nihil profecerunt. Quorum etiam punitionem omnes populi gẽtium iã obstupescunt mirabilem,*in iudiciis*

uis Deũ glorificantes. Nos in Elucidatione expositionẽ vtcunque generalem dedimus,vt siue Christo propriè,siue iusto cuilibet generali applicatione possit æqualiter cõpetere.

Versu tertio,Intẽderunt arcum , rem amaram,vt sagittent in occultis immaculatum. Interiectio accusatiui illius, rem amaram,orationẽ reddit aliquantulũ difficilem. Hoc enim omisso,si tantũ diceretur,Intẽderunt arcũ,vt sagittent in occultis immaculatũ,minor esset obscuritas. Fiet autẽ sententia facilior, si res amara pro amaro verbo accipiatur,sicq; arcum & rẽ amaram simul iungantur ad idẽ vetbũ intẽderunt, hoc sensu. Tetẽderunt arcũ,tetenderunt verbũ amarũ, quasi sagittã,ad perimendum innoxium. Cui sentẽtiæ fauet,quod ex Hebræo vertit Hieronymus,Tetẽderunt sagittã suã,verbum amarissimũ:hoc est, Ceu tenso arcu,amara verba ꝓ sagittis emittũt & eiaculãtur in innoxios. Versu septimo.Accedet homo ad cor altũ,& exaltabitur Deus. Qui nõ attẽdũt ad opera Dei,neq; considerãt profunda mẽtis cõtemplatione mirabilia altissimi,in his nõ magnificatur, non exaltatur Dominus.Qui verò ad cor altũ, ad cor profundũ ingrediuntur,secum diligenter meditantes in omnibus operibus Domini,exacta pensiculatione secũ perpendentes mirã illã harmoniam & consonantiam misericordiæ & bonitatis Dei in bonorum saluatione,iustitięq; ac seueritatis in impiorũ condemnatione:hi nimirum Deum magnificant,vt in operibus suis verè magnum,verè mirabilem,in huiusmodi hominum cordibus exaltetur mirabilis Deus. Alij verò præsentẽ versum de Christo Domino sic exponunt:Accedet homo Christus in passione sua ad cor altũ:id est, ad perficiendum secretum & abditissimum patris consilium,quod cogitatũ fuerat: & ab æterno propositũ in secretario Diuinitatis,& exaltabitur Deus : quoniã post passionẽ apparebit gloria Domini in mundi redẽptione, generisq; humani saluatione,& tyranni diaboli potẽti dejectione.Iuxta illud quod apud Ioannẽ ex ore suo dominus pronuntiat,dicens,Ego si exaltatus fuero à terra,omnia trabã ad meipsum.Et rursum, Cũ exaltaueritis filiũ hominis,tũc cognoscetis quia ego sum. Versu octauo, Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. In Elucidatione hunc versum ita sumus interpretati , vt conuerso sermonis ordine nominatiuus posterior plagæ eorum intelligatur*ſ* appositum verbi prior autem sagittę paruulorum,re-

Ioan.12.
Ioan.8.

gatur à posteriori parte, ex vi verbi substãtiui, ad hunc sen-
sum, Plagæ eorum factæ sunt sagittæ paruulorum, secũdum
quem ordinem plagæ impiorũ dicuntur, non quas ipsi acci-
piunt, sed quas inferre aliis conãtur. Veruntamẽ etiam si or-
dinem sequamur, quẽ habet litera, nihilominus cõmodã ha-
bebitur intelligentia talis, Sagittæ paruulorũ: id est, humi-
lium atq; simplicium (vtpote Apostolorũ discipulorumque
Domini, ac similium aliorũ sequentiũ) prædicationes, quas
velut sagittas acutas emiserunt, factæ sunt plagę impiorum,
potentũ seculi. His enim sagittis Apostolorũ, vulnerati sunt
& interfecti dæmones, estq; ad nihilũ redacta potestas eorũ:
vulnerati sunt scribæ & Pharisęi, potẽtes ac sapientes mun-
di, quando cruciati sunt inuidia, liuore ac dolore, videtes im-
pleri cõtraria iis quæ ipsi volebant, videntes Dei & Christi
gloriã effulgere, quam conabantur viribus totis opprimere. E

SEXAGESIMIQVARTI PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVS iste secundum mysticam intelligentiam expositus, pulchrè admodum describit fœlicitatem temporis nouæ legis, & anni gratiæ fœcunditatem. In quo primum Dei bonitatem nunquam satis laudabilem considerans, & ex aduerso humanam iniquitatem considerans populus Dei, orationem fundit illi quem decet semper laudatio: fœlicitatem obiter commemorans illorum, quos iam assumpsit sibi Dominus in atria sua: ad quæ licet corpore absens, spiritus tamen iam aspirat, exaudiri postulans ab eo qui summa mõtium simul & profunda marium in potestate habet. Atque hæc septem primus versibus: Deinde verò, ad describendum fœlicitatem temporis gratiæ procedit, asserens, omnes populos ortus & occasus à signis mirabilibus conturbandos, atq; etiam lætificandos, propter Dei singularem visitationem, qua in tempore gratiæ dignabitur visitare populum suum, & Ecclesiam suam spiritualibus bonis omnibus ditare: quæ beneficia, populo fideli magnæ erunt laudis materia, vt clamantes hymnum dicant munificentissimo suo Domino.

SEX

TE DEVS summe & optime laudatio decet in Sion, tibi æquũ est offerri laudis cantica in Ecclesia fideliũ tuorũ, dignus es cui laudem canat populus tuus: * & in superna Hierusalem vota reddent tibi beati incolæ ciuitatis illius, plenã cordis sui deuotionẽ reddent tibi in laudatione perpetua, & inessãbili voce cãtici. 2 Exaudi Deus orationem quam ad te fundit populus tuus, hîc in carnis adhuc miseria positus, & præsta quæ petimus dona gratiarũ tuarum: * tu enim es iudex, omniũ habens potestatẽ, cuius vultui omnis caro præsentabitur, ante cuius tribunal omnis homo viuens in carne manifestabitur, vt referat vnusquisq; prout gesst in corpore, siue bonũ siue malum. 3 Verba impiorũ malè permisimus prævalere nobis, suggestionibus malis consensum dedimus: partim ignorantia decepti, partim concupiscentia propria abstracti & illecti, sicque in multis te laudabilẽ dominũ offendimus: * tu verò es cui soli competit propiciari iniquitatibus nostris, qui solus tam potẽs es vt valeas peccata dimittere, tam insuper bonus vt velis, quotiescũq; misericordiam pœnitentes poscimus. Propter quod, tuam bonitatẽ contemplantes, nostram ex aduerso impietatem considerantes, meritò ad te clamamus, exaudiri postulantes. 4 Illi verò beati sunt, quos tu ab æterno prædestinatos elegisti tibi in filios adoptionis & regni tui, quosq; iam assumpsisti ex huius seculi miseriis & infirmitatibus carnis, ad fœlicitatẽ regni tui; & in tuam perpetuam familiaritatẽ tibi iam associasti, vt amodo securi inhabitẽt in aula illa amplissima & speciosissima cælestis regni tui: quos (inquã) ad hanc fœlicitatem iam euocasti ex ærũnis corporis huius, meritò nos dicimus beatos. 5 Illic enim abũdantia erit & perfecta satietas omnibus incolis beatæ hæreditatis illius, ibi & nos cũ illis qui priores assũpti sunt, pariter satiabimur in plenitudine bonorũ, quæ præstabis nobis in ostensione gloriæ & aspectu vultus tui: * prorsus mundũ & sanctũ est hoc glorioſum templũ tuum, in quo cũ tuis beatis perpetuò inhabitabis, & est in iustitia, mũditia, & puritate admirabile, ita vt sanctius, mũdius, purius, immaculatius nihil valeat excogitari, adeò vt nihil coinquinatũ in eũ valeat introire, nihilque vel minima ex parte

1 *Te decet hymnꝰ Deus in Sion:* * *& tibi redd detur votum in Hierusalem.* Actu. 10. Matth. 28. Rom. 14. 2. Corin. 5.
2 *Exaudi orationẽ meã* * *ad te oĩs caro veniet.* Iacobi 1.
3 *Verba iniquorum præualuerũt super nos:* * *et impietatibus nostris* Iacobi 3. *tu propitiaberis.*
4 *Beatus quem elegisti, & assumpsisti: inhabitabit in atrijs tuis.* Psalm. 16.
5 *Replebimur in bonis domus tuæ:* * *sanctũ est templũ tuum, mirabile in æquitate.* Apoc. 21.

*6 Exaudi nos Deus saluta-ris noſter: * ſpes omniũ finiũ terræ, & in mari longe.*
*7 Præparãs mõtes in virtute tua accinctus potẽtia: * qui cõturbas profundũ maris, ſonũ fluctuum eius.*
*8 Turbabuntur gẽtes, & timebũt qui habitãt terminos à ſignis tuis: * exitus matutini & veſpere delectabis.*
*9 Viſitaſti terrã, et inebriaſti eam: * multiplicaſti locupletare eã.*

Lucæ 1.
1. Cor. 1.

10 Flumen Dei repletũ eſt aquis:

in ea poſsit inueniri. 6 Et hoc proinde qui adhuc in periculis verſamur corporis huius, multis quotidie delictis obnoxij, abſq; ceſſatione te precamur, piiſsime Deus ſaluator noſter, vt noſtris impietatibus iugiter propitiũ te exhibeas, & peccata dimittas debitorib⁹: ne forte impedimẽto fiãt nobis pertingẽdi ad ſanctũ illud templũ tuũ: * tu (inquam) ſaluator noſter, q̃ es ſpes & fiducia omniũ inhabitantiũ ſuper vniuerſam terrã, in omnibus finibus eius, atq; etiã in extremis maris in nouiſsimis inſulis procul à terra diſtãtibus. 7 Tu qui infortitudine virtutis tuæ mõtes eleuas in altitudinẽ ſuam, eosq; aſcẽdere facis in ſublimitatẽ altitudinis ſuę, paratus ad opus, & quaſi accinctus in potẽtia tua, quæ te facit ad omne opus (quantũuis humanis viribus impoſsibile) ſufficiẽtẽ & validũ: * & ſicut in ſupremis mõtiũ operaris in potentia tua, ita ſimiliter & in ℔fundo maris plenũ habes imperiũ, & operaris ℔ tuo libito: ipſum cõturbans vbi volueris, etiã in profunditate ſua, nedũ in aquarũ ſuperficie, ſonũq̃ ac tumultũ fluctuũ ſeſe magno horrore collidẽtiũ. Tu enim & in altiſsimis mõtiũ, & in ℔fundiſsimis mariũ, æquã & eãdẽ habes poteſtatẽ. 8 Specialiter verò in plenitudine tpis oſtẽdes admirabilem potẽtiam tuã, quando propter admirabilia ſigna, atque prodigia inaudita, cõturbabis gentes præ admiratione, & timere facies omnes populos, etiã qui habitant in extremis finibus terræ: * populos exitus matutini ſiue oriẽtis, ſiue occidentis, tu delectabis & lętificabis in mirabilibus prodigiis tuis, quæ exhibiturus es humano generi. Vniuerſi enim habitatores orbis (etiã qui in extremis oriẽtis, vnde ſol mane egreditur ſuper terrã, & in extremis occidẽtis, quo ſol veſpere reuertitur, habitãt) mirũ in modũ præ admiratione cõturbabũtur & lætificabũtur ℔pter nouitatẽ ſignorũ quæ fient in fine tẽporũ, & annũtiabunt̃ per orbẽ vniuerſum. 9 In plenitudine enim tpis, quãdo tibi placuit, manifeſtare miſericordiã tuã, viſitaſti populũ tuũ, habitãtes ſuper terrã, in dulcedine gratię tuæ, mittẽs eis Meſſiã liberatorẽ & reſtitutorẽ omniũ: per quẽ copioſẽ implesti, abũdęq; irrigaſti & fœcũdaſti eos aquis ſalutaris doctrinę, & ſpiritualis gratię, quas tũ tpis copioſẽ feciſti ſup terrã fluere: * multipliciter valde ditaſti, & plurimũ locupletaſti habitatores terrę, eos q̃ antè fuerant pauperes, inopes, famelici, & ſiticuloſi, abũdãter cũctos implẽs bonis, ita vt nihil iam eis deſit in vlla gratia. 10 Impleuit De⁹ flumẽ ſuũ aq̃s, omnipotẽs pater Chriſtũ ſuum (per quẽ mũdũ voluit ſaluare & irrigare) impleuit gratiis ſpiritus ſancti, dãs eis nõ ad mẽſuram ſpiritũ, vt ſic de eius plenitudine oẽs acciperent: * ſicq; ex plenitudine huius fluminis cibũ & potũ illis q̃ habitãt ſuper terrã paraſti, ſancte pater omnipotẽs, vt eſurientes paſceres, & potares ſitientes. Ita enim debuit fieri prępparatio terræ, ita debuit, & ita volui ſi eã viſitari & renouari per aquas fluminis tui, & cibũ ſpirituale, quẽ paraſti eis. 11 Sãctos Apoſtolos diſcipulos atq; prędicatores tuos (in quos Chriſti plenitudo deriuata eſt, quẽad modũ à fluuio in riuulos aqua deducitur) copioſẽ implebis ſpirituali gratia & ſalutari doctrina, ſicq; ex eorũ abũdantia multiplicabũtur nouæ plãtationes, & generabũtur in te plurimi generatione noua quę ex Deo eſt regenerari: * lætabit̃ terra germinãs in guttulis gratiæ Dei, per riuos defluẽtibus atq; ſtillãtibus in ipſam deſuper, & ℔fectũ ex deſuper ſtillãte gratia accipiẽt habitatores eius: quẽadmodum terra corporalis quodãmodo lætatur & gaudet, ſtillantibus ſuper ipſam guttulis pluuiæ tẽporaneæ. 12 Benedices tu Domine toti plenitudini & circulo tẽporis illius gratiæ & miſericordiæ, dabis benedictionẽ, & pones miſericordiã tuã toti tẽpori gratiæ (quod ab aduentu Meſsiæ ad cõſummationẽ vſq; ſeculi perdurabit) omnibusq; partib⁹ tẽporis illius benedices, ita vt nunquã claudas miſericordiã tuam, aut gratiã abſcondas à tuis electis, donec annus iſte, ſiue hoc tẽpus gratiæ durabit, ſed permanebis cum eis vſq; ad cõſummationẽ ſeculi: * & ex gratia tuæ benedictiõis, cãpi tui (id eſt Eccleſiæ tuę, quas tibi colis ad ferendũ ſpiritualẽ fructũ, quemadmodum agricola campũ colit ad ferendos fructus corporales) repleb̃ur abũdantia omniũ bonorũ ſpiritualiũ, onuſtiq; erũt bonis fructib⁹ virtutũ & virtuoſarũ actionũ, cuiuſmodi fructus tu requiris. 13 Ex eadẽ quoq; benedictionis tuæ gratia pinguesc̃ẽt & fœcũdabunt̃ paſcuæ deſerti, quod prius fuerat aridũ, ſterile & infœcũdũ: populus gentiũ, q̃ fructũ nullũ faciẽs Deo, quaſi deſertũ reputabat̃, cœleſti gratia conuerſus & impinguatus, fœcundabitur cæleſti munere, vt fructus faciat dignos Deo: * & qui in populo Dei fuerint eminẽtes, more colliũ, prępoſiti ſimplicib⁹, peculiari exultatiõe lętabũtur, & veluti accingentur, tanquã ad miniſteriũ ſibi creditũ prõpti & expediti: cũ viderĩt ſibi cõmiſſos cõtinuo ℔fectu in Deo creſcere. 14 Ipſi (inquã) ℔poſiti & prælati in Eccleſiis, q̃ ante cęteros gradiuntur, verbo & exemplo ſuis ſubditis ducatũ viæ

Ioan. 3.
Ioan. 1.
** paraſti cibum illorũ, quoniã ita eſt præparatio eius.*
*11 Riuos eius inebria, multiplica genimina eius: * in ſtillicidijs eius lætabitur germinans.*
*12 Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: * & campi tui replebũtur vbertate.*
Matth. 28.
*13 Pinguescẽt ſpecioſæ deſerti: * & exultatione colles accingẽtur.*
14 Induti ſunt arietes, ouiam:

Universidad de Deusto Biblioteca

prestãtes eosdẽq; per Euãgeliũ Christo gignẽtes) ad eũ mo-
dũ quo arietes ante oues gradiũtur, iisdẽq; sunt generationis
principiũ) induti sunt exultatione & gaudio, cũ viderint fi-
lios suos in veritate ambulantes, ditari in omnibus spiritua-
libus bonis, quo maius non potest contingere gaudium spi-
ritualibus patribus:* humiliores autem, & præpositis subdi-
ti in Ecclesia populi, nullius boni defectum patientur, sed a-
bũdabunt frumento & pabulo spirituali, fructumq́ue ferent
copiosum bonorum operum:* ac tunc quidẽ maiores ũmul
atque minores, præpositi vnà cum subditis, vna voce clama-
bunt in voce gratiarum actionis, & cantabunt laudem tibi
beneficentissimo & liberalissimo Domino, qui præstiteris
illis misericordiam tuam in seculum, Amen.

** & valles abundabũt frumento: *clamabũt, etenim hymnũ dicent.*

ANNOTATIONES IN
Psalmum Sexagesimumquartum.

VERSV primo, Te decet hymnus Deus in Sion. Psalmo
XXXII. dicitur, Rectos decet laudatio. Hîc autẽ, Deũ de-
cet hymnus siue laudatio. Et vtrũque verè dicitur. Nã rectos
decet, hymnũ & laudẽ offerre Deo: ipsum autẽ Deũ, à rectis
decet accipere. Illos decet, vt soluãt: hũc, vt suscipiat. Alteram
autẽ partẽ versus huius, Tibi reddetur votũ in Hierusalẽ, ita
in Elucidatione explanauimus, vt diuersam habeat sententiã
à priore. Per Siõ enim Ecclesiã istam militantẽ, per Hieru-
lẽ verò triũphantem intelleximus. Votũ autẽ reddendum di-
ximus in superna Hierusalẽ, quoniam illic Deũ pleno corde
incessãter laudabimus. Donec enim in hac carne degimus,
laudare Deũ pro voto nõ possumus, propter carnis multimo
das miserias. Ibi autẽ, omni semoto & lõgissimè exclaso im-
pedimẽto, plenã Deo & perpetuã laudẽ incessãter offere-
mus: quomodo de quatuor animalibus in sacra Apocalypsi le
gitur, quòd requiẽ non habebãt nocte ac die, clamantia atq;
dicentia, Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus noster om-
nipotens qui est, & qui erat, & qui venturus est. Si cui tamen
hæc distinctio nõ arriserit (maximè quòd in Hæbræo nõ ha-
beatur particula illa, in Hierusalem) poterit has duas partes
sub vna concludere sententia, vt idẽ sit posterior quod prior,
sitque sensus, Te decet laus in Ecclesia, & tibi debet reddi
votum, siue pia cordis affectio, laudis, gratiarum actionis,
& amoris in populo tuo. Versu secundo, Exaudi oratio-

Apoc. 4

nem meã: ad te omnis caro veniet. Præter sensum in Elucida-
tione positũ, potest & iste assignari, Exaudi tu domine quam
ad te fundo orationẽ, quoniam tu es ad quem venit, supplica-
ndi & orandi gratia, omnis homo viuens: quoniã ad te ve-
nit omnis homo, quicunq; postulare aliquid voluerit, te de-
bemus in omnibus semper requirere, tibiq; de omnibus quę
desideraũmus supplicare: quando quidẽ omniũ tu habes po-
testatẽ. Versu tertio, Verba iniquorũ præualuerunt super
nos. Quomodo primis nostris parẽtibus præualuerunt ver-
ba impij serpẽtis, quando illi cõsensum præbentes, miserè se-
ducti fuere: ita & nos eorũ posteri quotidie verbis impiorũ
seducimur, partim per ignorantiã, quę nos cæcutire facit, vt
malũ bonum existimemus & bonũ malum: maximè vbi sua-
siloquij alicuius seductoris blãda & elaborata suasio acces-
serit: partim verò concupiscentia propria abstracti & illecti.
Vnusquisq; enim (vt Iacobus sanctus ait) tentatur, à propria
cõcupiscẽtia, abstractus & illectus. Facillimè enim verba im-
piorũ mala proponentium nobis præualent, si concupiscen-
tiæ quæ proponuntur arriserint. His ergo modis facilè fit,
vt quotidie in multis omnes offendamus: sed iucundum est
quod mox adiungitur, verbũ miserationis. Et iniquitatibus
nostris tu propitiaberis. Et est pulchra admodũ sermonis pro
positi correspõdentia, in partibus sibi inuicẽ oppositis, cum
prius dicitur, Super nos præualuerũt verba impiorũ: mox ve-
rò ecõtrario subditur, Et iniquitatibus nostris tu propitiabe
ris. Versu quarto, Beatus quẽ elegisti, & assumpsisti. Electio
nem hanc & assumptionẽ Elucidatio interpretatur, ad patriã
cœlestẽ introductionẽ: vt sit sermo talis, qualẽ solent homi-
nes in mundo adhuc habitantes, suãmq; multiplicem mise-
riam & quotidianas offensas recogitantes, loqui in gemitu
cordis, dicẽtes, O quàm beati sunt ciues illi superni, qui istas
iam miserias transierũt, quàm beata est illorũ sors qui iam
in pace secura sunt compositi. Attamen qui volet, intellige-
re poterit etiam de præsenti vita, beatos esse secundum spẽ
vitę æternæ: quos Dominus elegerit ad saluandũ, & quos as-
sumpserit ipse in suam protectionẽ, curam, custodiam, & in
suam familiaritatẽ sibi adiunxerit, vt eos in huius mundi tu-
multibus securos custodiat à malo, sicque ad beatã vitã tan-
dem bono fino perducat. Versu quinto, Sanctum est tem-
plum tuum, mirabile in æquitate. Secundũ vsitatum loquẽdi
modum

modũ dicitur tẽplum Dei mirabile in æquitate, id est pleniſsi-
mũ æquitate, itavt nihil poſſet ibi iniquitatis inuenirj vel in-
tromitti: quẽadmodum cum dicimus hominẽ diuitiis ſapiẽ-
tia aut potẽtia admirabilẽ, ſignificare volentes, eum plenum
diuitiis, ſapientia, aut potentia. Verſu ſeptimo, Præparans
montes in virtute tua. Præter expoſitionem quæ in Elucida-
tione poſita eſt, poteſt verſus iſte aliter intelligi. Qui mõtes
ornas, & veſtis herbis, graminibus atq; arboribus per fortitu-
dinẽ tuam, ſicque præparas, vel ornas, vel inſtruis in virtute
tũa. Cui expoſitioni ſatis fauet, quod habet Cald. Parap. Qui
præparat cibũ ibi cibus montium, in virtute fortitudinis ſuæ.
Quaſi enim præparãtur & ornantur montes, quando arbori-
bus, herbis, atq; graminibus, veſtiũtur & ornantur, vt valeãt
in eis animalia inuenire ſuũ pabulũ. Nonnulli verò montes
iſtos Dei virtute præparatos, ſpiritualiter intelligũt, ſanctos
Apoſtolos, & Apoſtolicos viros, quos Deus præparauit in exi-
mia virtute ſua, ad ædificium Eccleſiæ, & fundamentũ ſolidæ
veritatis in æternũ ſtabilitẽdæ: myſticè itẽ intelligentes con-
turbationẽ profundi maris, & ſoni fluctuũ eius commotionẽ
populi gentiũ, quæ facta eſt tempore gratiæ ad prædicationẽ
ſanctorum Apoſtolorum. Verſu octauo, Exitus matutini &
veſpere delectabis. Magna videtur in hac parte eſſe difficul-
tas, quoniã in ea nulla apparet cõpleta ſententia. Fiet autem
facilior lectio, ſi aliquid ſubaudiatur, iuxta quod in Elucida-
tione indicauimus, ad hũc modũ, Homines exit* matutini &
veſpere delectabis, vel habitatores exitus matutini & veſpe-
re capiẽdo totũ illud exitus matutini, vt ſit genitiui caſus, pro A
oriẽte, ex quo ſol mane egreditur: & veſpere pro occidẽte, ad
quẽ ſol veſpere reuertitur, vt intelligãtur habitatores orientis
& occidẽtis. Cui ſententiæ ſatis accedit, quod ſecundũ ſenten-
tiam quidã vertit ex Hebræo, Facies lętos ouare, qui agũt ad
ortũ ſolis, quique ad occaſum. Poſſet etiã ſubaudiri ablatiuus
tẽpore, ad hũc ſenſum, Timebũt qui habitant terminos à ſi-
gnis tuis, lætificabis habitatores orbis, tẽpore exitus matuti-
ni & veſpere: hoc eſt mane & veſpere lætos facies eos, vt can-
tẽt laudẽ & hymnum tibi, vel lætificabis, & cãtare facies eos
à ſolis ortu vſq; ad occaſum. Atq; huic conſonat quod habet
Chald. Paraph. Ab ortu matutino & veſpere, ordinabis in ore
eorũ laudẽ. Beatus Hieronymus ex Hebræo vertit. Egreſſus
matutini & veſperi laudãtes facies, quod eandẽ habet cũ no-

ſtra lectione obſcuritatem. Quod autem quidam pro dele-
ctabis, legunt delectaberis. Vitioſum eſt. Nam & in Græco
& in Hebręo & in correctioribus codicibus Latinis, verbum
actiuum ponitur, non paſsiuum. Verſu decimo. Flumẽ Dei
repletum eſt aquis. Poteſt per hoc flumen Dei, præter expo-
ſitionem in Elucidatione poſitam, intelligi populus fidelis
qui à fonte Chriſto impletur aquis, dum eius plenitudine
accipiunt omnes credentes. In poſtrema autem parte, cum
dicitur: Quoniam ita eſt præparatio eius, relatiuum eius ac- Ioan. 1
cipiatur genere fœmineo, referãtque terram de qua in prio-
re verſu dictum fuerat, Viſitaſti terram, & inebriaſti eam,
iuxta ſententiam in Elucidatione poſitam. Alij verò putant
B referri ad cibum. Neque ſic incommoda habebitur ſenten-
tia. Beatus tamen Hieronymus in ſua verſione ex Hebræo
priori ſententiæ apertè aſtipulatur, genere fœmineo ver-
tens, Quoniam ſic fundaſti eam: quod manifeſtum eſt ad ci-
bum referri non poſſe. Verſu vndecimo, Riuos eius ine-
bria, multiplica genimina eius in ſtillicidiis eius lætabitur
germinans. Pronomen eius tertio repetitum, vbique referre
videtur terram: quoniam eodem caſu fœmineo, tam in Græ-
co quàm in Hebræo, quolibet prædictorum locorum poni-
tur. Riuos autem in Elucidatione diximus ſanctos Apoſto-
los, idque comparatione (vt arbitror) non inepta. Eſt enim
Chriſti diuinitas, ſiue ipſe Deus pater, quaſi fons vnde ma-
nat originaliter omnis gratia viuificans: Chriſtus autem ho-
mo, veluti flumen eſt, quod à fonte prædicto ſecundum ple-
nitudinem impletur: ſancti Apoſtoli atque eorum ſucceſſo-
res, velut riuuli ſunt, per quos aquæ fluminis deriuantur in
vniuerſam terram. Neq; enim per ſemetipſum Chriſtus do-
minus ſecundũ humanitatis formam vbiq; terrarum prædi-
cauit Euangelicã gratiam, ſed miſsis Apoſtolis in omnẽ ter-
ram diffudit gratiæ ſuæ plenitudinẽ. Quod ſi cui non place-
bit hæc comparatio, poteſt ſimpliciter intelligere per riuos,
ſiue ſulcos terræ omnes humiles & contritos corde, qui ſe di-
uinæ gratiæ capaces effecerint per pœnitentiam. Huiuſmo-
di enim qui corda ſua (iuxta Prophetæ monita) ſciderint per Ioël.
pœnitentiam, implebũtur & irrigabuntur aquis gratiæ Dei. 1. Petri 5
Siquidẽ humilibus Deus dat gratiam. Verſu duodecimo,
C Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. Annum diuinę be-
nignitatis vocat Pſalmiſta tẽpus nouæ legis & gratiæ, quod

Paulus

Esa. 49
2. Cor. 6
Esaiæ. 61
Lucæ 4

Paulus Apostolus ex authoritate Esaiæ prophetæ appellat tempus acceptabile,& diem salutis,cum ait, Ecce nunc tempus acceptabile,ecce nunc dies salutis.Quod tempus & alibi apud Esaiam capitulo LXI. annus acceptus vocatur, in ea Prophetia quæ de Saluatore Christo loquitur, in hunc modum,Spiritus domini super me,eo quòd vnxit me,euangelizare pauperibus misit me,&c.prædicare annum domini acceptum,& in diem retributionis. Facit autem difficultatem nonnullam sermonis,quòd non dicitur simplicicer,; Benedices anno benignitatis tuæ(.Nam id facilem vtcunque haberet intelligentiam)sed dicitur,Benedices coronæ anni benignitatis tuæ.Difficile autem videtur , quid sibi velit corona ista anni benignitatis Dei. Accipiendus est ergo propositus sermo,ad hunc sensum, Benedices anno gratiæ per circuitū, perque totum circulum,& (vt ita dicam) coronatim: vt hoc loquendi modo insinuetur totalitas & plenitudo, quaatum ad temporis gratiæ benedictionem, secundum sententiam in Elucidatione prolixiùs expositam.

SEXAGESIMIQVINTI PSALMI ARGVMENTVM.

VIdetur huic Psalmo dedisse materiam insignis aliqua victoria, aut liberatio magnifica de manu hostium,sub quibus Israeliticus populus ante graui seruitute fuerat afflictus:pro qua salute gratias agere volens Psalmista,in persona populi totius. Psalmum hunc cecinisse putatur:in quo,ad Dei laudem conuocat vniuersos habitatores terræ,ad considerandum opera admirabilia altissimi, quæ operatur pro filijs hominum, specialiter commemorans memorabilem illam maris rubri pro patribus exiccationem,ac deinde factam populi liberationem(præmissa iterum laudis exhortatione) proponens,quòd per ignem & aquam eduxerit populum suum Deus in refrigerium. Propter quod,in gratiarum actionem,holocausta omnis generis offerre,& vota in tribulatione promissa persoluere pollicetur, in gratitudinis testimonium. Rursum versu decimoquinto,velut ad contionem conuocans omnes timentes Deum , exponit ad finem vsque Psalmi,quam in oratione à Deo accepit misericordiam,sicq; in Dei benedictione(vti incæpit)plenus gaudio Psalmum terminat.

PSALMI ELVCIDATIO.

IVBILATE Deo omnes inhabitatores orbis terræ,psalmos & hymnos canite nomini eius, quod est gloriosum & benedictū in secula: *date gloriā,& exhibete omnē honorem laudi eius,ipsumq; super omnia laudabilē vt laudandus est glorificate. 2 Dicite domino in cōfessione magnitudinis eius , quàm admirabilia & quàm stupenda sunt opera tua potentissime Deus,quę tu ostendisti in creatione, gubernatione , dispositione & instauratione rerū omnium, peculiariter quoq; pro salute electorum tuorum: * tam terribilia(inquam)sunt opera tua,vt ob magnitudinem potentiæ tuæ, etiam inimici tui,qui ex corde te non amant , metu seruili compulsi mentiantur tibi , simulantes seruire tibi & velle implere voluntatem tuam , cum non ex animo velint, quemadmodū impius Pharao fortitudine manus tuæ cōpulsus,& plagis perterritus ac fatigatus , pluribus vicibus promisit seruo tuo Mosi dimittere populum , quod tamen relata manu tua nō præstabat. 3 Omnes qui inhabitāt terram, summū tibi impēdere debent honoré,teq; vt summū & super omnia excelsum solum verū Deum adorare,tibiq́ue laudem decantare:psallere debent omnes & cantare dulcia laudis, & gratiarū actionis cātica,nomini tuo magno & benedicto in secula. 4 Venite vniuersi habitatores orbis , adiungite vos mihi, mecumq; pariter attendite,vt profundiori cōtemplatione cōsideretis opera Dei:qui Deus terribilis est,nimiumque admirabilis ac stupendus in cogitationibus suis,quas cogitauit de filiis hominum,in iis quæ voluit operari & facere pro seruis suis vilibus & infirmis,de genere mortaliū. 5 Qui per virtutem suæ potentiæ mare rubrum ita exsiccauit , acsi fuisset terra arida, ita vt non solùm transnatare,verumetiam per medium siccati aluei siccis vestigiis perābulare possent patres nostri,filij Israël,fugiētes Aegyptios:* in loco fluminis , vbi prius aquæ fuerant copiosissimæ , pertransibant pedibus suis patres nostri:ibi lætabātur magnificè in ipso Deo suo , qui tanta suo populo ostendisset ad salutem suam pro-*

1 *Iubilate Deo omnis terra , psalmum dicite nomini eius:* Psalm. 118. * *date gloriam laudi eius.*

1 *Dicite deo, quàm terribilia sunt opera tua domine: * in multitudine virtutis tuæ mentiantur tibi , inimici tui.* Exodi. 8.9 & 10.

3 *Omnis terra adoret te, & psallat tibi:psalmum dicat nomini tuo.*

4 *Venite & videte opera Dei terribilis in cōsilijs super filios hominum.* Exodi.14.

5 *Qui conuertit mare in aridam:*

* *in flumine pertransibunt pede,ibi lætabimur in ipso.*

*6 Qui dominatur in virtute sua in æternũ: * oculi eius super gentes respiciũt: * qui exasperant, non exaltentur in semetipsis.*

Hebr. 4.

7 Benedicite gẽtes Deũ nostrũ: et auditũ facite vocem laudis eius.

*8 Qui posuit animã meã ad vitam: * & nõ dedit in cõmotionem pedes meos.*

*9 Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti: * sicut examinatur argentum.*

Esa. 1.

*10 Induxisti nos in laqueũ: * posuisti tribulationes in dorso nostro: * imposuisti homines super capita nostra.*

11 Transiuim⁹ per ignẽ

digia. 6 Ipse est qui in virtute omnipotẽtiæ suæ dominatur, & imperiũ tenet vniuersale super vniuersum orbẽ, nullo vnquã temporis fine claudendũ, sed absq; termino imperpetuũ duraturum: * oculi eius ad omnes populos respiciũt, cõtemplatur per suã omniscientiã bonos & malos, vt vnicuiq; reddat pro suis operibus congruã mercedẽ: * atq; ob hoc, homines inobediẽtes, rebelles, & qui irritant suis impietatibus Deũ, caueant sibi à superbia, nõ gloriẽtur in semetipsis, quasi impunè sint euasuri. Non enim effugiẽt manus eius, cuius oculis nuda & aperta sunt omnia, & cui nõ potestas deest aut potentia, ad inferẽdam vindictam. 7 Benedicite omnes populi, & collaudate dominum Deum nostrum, & voces laudis eius facite audiri palam omnibus, ita vt resonẽt vbiq; voces laudationis eius: in publico & aperto detis illi cõfessionẽ, vt palàm exaudiãt omnes. Dignissimus enim est, cuius laudes resonent per ora omniũ super vniuersam terrã. 8 Ipse enim cõstituit animas nostras ad vitam qui ex bonitate electionis suæ nos elegit ad vitam, & à morte præseruando custodiuit ad vitã: * non permisit cõmoueri in lapsum & morte pedes nostros, non est passus nos mortificari ab hostibus nostris. 9 Quanquam enim hactenus nos populũ tuũ multis passus es calamitatibus corporalibus affligi ab hostibus, non idcirco egisti vt nos deleres, vel morti traderes: sed ad nostrum cõmodũ omnia disposuisti, vt nos probares & examinares, vtrũ in lege tua cõstantes inueniremur: * quẽadmodũ in camino ignis examinatur ac purificatur argentũ, ita nos in camino tribulationis voluisti probare & mundare, per patientiam ad purũ excoquendo scoriam, vt essemus coram te velut argentũ probatissimũ. 10 Permisisti olim tua voluntate super nos venire, & ad tempus permanere laqueũ captiuitatis, iugũ seruitutis sub gentibus alienigenis, quæ in circuitu nostro sunt, & principibus eorũ: * passus es graues tribulationes & afflictiones super nos venire, quas portare & sustinere debuimus, ac velut incuruato dorso gestare: * sub vilissima seruitute hominũ alienigenarũ & infideliũ fuisti subiectos nos fieri, seruitute vtiq; tanta, tam graui & tam contẽptibili, vt quasi super capita nostra viderentur ambulare dominatores nostri, qui nos sibi subiugauerant. 11 Ita nos trãsiuimus per

per difficillima & laboriosissima discrimina: experti sumus & passi, te permittẽte, quæ videbãtur intolerabilia, quomodo si quis ignẽ & aquam transeat: * nunc autem eduxisti nos in refocillationẽ & requiem qualẽcunq; , à tantis laboribus, postquã placuit tibi iterũ reuerti ad populũ tuum, & præstare nobis de inimicis victoriam, sub quibus antè victi ac prostrati iacebamus. 12 Proinde de tribulatione, tuo munere liberati, introibimus ante cõspectum tuum, in tẽplum sanctũ tuum, cũ holocaustis quæ offerimus corã te, in testimonium gratitudinis: * persoluemus tibi vota quæcũq; pro nostra salutione, vel pollicitatione certa tibi consecrauimus, vel etiã oppositio bono offerre decreuimus, cũ adhuc in tribulatione ageremus, quæ aperuerũt vel egressa sunt labia nostra: hoc est, quę per labia nostra polliciti sumus, vel cõsecrauimus tibi. 13 Et quæcunq; per os nostrũ loquuti sumus, cũ adhuc in tribulatione essemus, ea tibi promptissimo animo volumus cũcta persoluere: neq; iam extra periculũ positi ita infideles erimus, vt obliuiscamur eorũ, aut persoluere ea negligamus, quæ in tribulatione nostra polliciti sumus. 14 Holocausta electissima, pinguissima, ac delicatissima, medullis & adipe plena, offeremus tibi, simul & arietes quos incẽdemus in holocaustũ corã te: * offeremus tibi boues pariter & hircos, nõ viles, neq; minimi pretij hostias, ne de peioribus aut vilioribus tibi faciamus immolationẽ: & in vniuersum ex ommib⁹ quæ tibi grata esse cognouerimus ad sacrificandũ, ea offeremus ante conspectũ tuum, eaq; & pretiosissima & electissima. 15 Accedite verò huc ad me omnes qui timorem habetis domini, & auribus percipite quæ ego vobis dicturus sum: & narrabo vobis, quãta fecerit pauperculæ animæ meę. Nequeo enim celare aut intra me cõtinere Dei beneficia, tam sum gaudio plenus, vt necesse mihi sit in commune effundere omnibus: 16 In tribulatione positus ad ipsum ex cordis intimo per os meũ clamaui, ipsum in oratione fideliter inuocaui & exaltaui, magnificauiq; eũ in lingua mea, ipsum solum Saluatorẽ confitendo, ipsiq; vota tacitè faciendo pro consequutione auxilij. 17 Veruntamen si iniquitatem vllam aspexissem in corde meo, si vllius mihi peccati fuissem conscius, profectò non exaudisset me dominus, auertisset à clamore meo aures misericordiæ suæ, donec per pœnitentiam studuissem cor meum ab iniquitate emundare.

*& aquam: * & eduxisti nos in refrigerium.*

*12 Introibo in domũ tuã in holocaustis: * reddã tibi vota mea, quæ dilinxerũt labia mea.*

13 Et locutũ est os meum in tribulatione mea.

*14 Holocausta medullata offerã tibi cũ incenso arietũ: * offerã tibi boues cũ hircis.*

15 Venite, audite, & narrabo oẽs qui timetis Deũ, quãta fecit animæ meæ.

16 Ad ipsũ ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea.

17 Iniquitatẽ si aspexi in

corde meo, nõ exaudiet dominus.

18 Et quia omni cura studui corde purgato ad illũ orationẽ meã effundere, idcirco exaudiuit me dominus, & auertẽ suam inclinauit ad exauditionẽ vocis meæ. 19 Et verè benedictus sit atq; laudatus in æternũ dominus Deus meus, qui nõ abiecit orationem serui sui, neq; repulit eam à cõspectu suo, sed accedere permisit, & ascendere fecit vsq; ad thronum gratiæ suæ, vt exauditionem reportaret: neque item misericordiam amouit aut prohibuit à seruo suo, sed eam vsq; ad me venire permisit, mihiq; auxiliũ & salutẽ ferre præcepit sola bonitate sua: etiãsi ex memetipso tãta gratia minimè dignꝰ existã.

18 *Propterea exaudiuit Deus, et attẽdit voci deprecationis meæ.*

19 *Benedictus Deus qui non amouit orationem meam & misericordiã suã à me.*

ANNOTATIONES IN Psalmum Sexagesimumquintum.

VERSV secundo, In multitudine virtutis tuæ mentiẽtur inimici tui. In hoc verè maxima declaratur Dei potentia, quod etiam inimicos compellit interdũ sua potestate, ad exhibendũ sibi ficta obsequia: quemadmodũ in exẽplo Pharaonis quod proponit Elucidatio, manifestissimè apparet: qui cũ plagis Dei affligeretur, Mosen petiit apud dominum

Exodi 8.9. 10. fieri pro se interceſſorẽ, promittẽs populum Dei dimittere: quod tamẽ à plaga Mosi oratione liberatus facere recusabat

1. Reg. 6. donec aduenientes plaga alia rursum mẽtiri compelleret, iam ante fœdifragũ: Simile ferè & de Philisthinorũ principibus, propter arcã Dei fœdissimo vulnere percussis, legimus: qui cõsilio sacerdotũ & diuinorum, ad placãdum Dei ira, & satisfaciẽdum pro peccato, quòd arcam Dei infideles apud se detinuissent, iuxta numerũ prouinciarum suarũ fecerunt p quinque anos aureos, & quinque aureos mures: quoniam in his plagis fuerant percussi, sicq; compulsi gloriam dederunt Deo Israël, vt manũ suam reuelaret ab eis, & à diis suis, & à terra sua: quando & plaustro nouo ob reuerentiã imposuerũt arcam domini, iungentes in plaustro duas vaccas fœtas, quibus iugũ non fuerat impositum: ipsis quoq; satrapis vsq; ad terminos Philisthiim insequentibus. Cum hæc (inquam) timore & vltione dira compulsi, facerent alienigenæ Philisthæi, veri Dei inimici, animo neutiquam rectò ad colẽdum Deum, sed tantũ necessitate quadam ad euasionẽ pœnæ, reipsa tamen gloriam illi dantes, quem sic similiter timebant: nónne rectè dicemus, quòd & hîc præ multitudine virtutis

2. Mac. 9. Dei, mẽtiti sunt illi inimici eius? Idẽ omnino de impio Antiocho dicẽdũ, qui in diebus suis nouissimis, morbo fœdissimo

mo à Deo percussus, epistolas scripsit ad Iudæos, plenas fictę, & solis tormẽtis extortæ pietatis: cũ antè obstinatissimo animo aduersus locũ sanctũ, & legẽ Dei sanctã impiissimè desæuisset. Versu quarto, Venite, & videte opera Dei, terribilis in cõsiliis super filios hominũ. Secundũ vulgatam lectionẽ nostrã, dictio terribilis, accipi debet casu genitiuo, ac iungi cũ genitiuo Dei, vt sit sensus, Videte opera Dei terribilis in cõsiliis, id est, Dei qui est terribilis. Psalteriũ autem Romanũ sic habet, Videte opera domini, quàm terribilis in consiliis super filios hominũ. Iuxta quam lectionẽ nominatiuo casu accipi debet terribilis, quomodo habet etiã lectio Græca ὡς φοβερὸς ἐν βελαῖς. Versu quinto, Qui cõuertit mare in aridã, in flumine pertrãsibũt pede. In Elcuidatione vtrãq; partẽ de transitu maris rubri exposuimus. Posset tamen pars prior sola, de maris rubri diuisione intelligi: posterior autẽ, de diuisione Iordanis fluuij, qui exiccatus fuit diuina virtute, vt transirẽt per eũ filij Israël ad terram promissionis. Vtrunque enim horũ, admirabile & celeberrimũ opus fuit. Et huic expositioni manifestè consonat Chald. Paraphrasis, quæ sic habet, Qui cõuertit mare rubrũ in siccum, in flumine Iordanis transierũt filij Israël pedibus suis. In eo autẽ quod sequitur, Ibi lætabimur in ipso, videtur tempus futurũ poni pro præterito, & persona prima pro tertia, vt sit sensus, Ibi lætabuntur, scilicet patres nostri, in ipso Deo Saluatore suo. Vel secundum tempus futurũ, lætabimur nos etiã posteri in ipso domino, quotics recordabimur ista quæ pro patribus fecit mirabilia, confidentes quòd similiter & nos velit ac possit etiam de maximis periculis liberare. Vel secundũ mysticam intelligentiã, nos fideles & Christiani, ibi lætabimur, in ipso Saluatore: quoniã ille maris rubri transitus per quẽ effugiebant patres Israëlitici Pharaonis imperiũ, signũ erat & figura nostri baptismi, quo diaboli euadimus imperium: propter quod nos ibi lætamur in spiritu, mysticam intelligentiam & significationẽ rei gestæ considerantes. Versu octauo, Qui posuit animã meam ad vitã: & nõ dedit in cõmotionem pedes meos. Pulchrè hic versus secundũ mysticam intelligentiam accõmodari poterit ad vitã futuram, vt Deus per suam prædestinationem & protectionẽ intelligatur electos suos ponere, aut cõstituere ad vitam seculi futuri, & non dare in cõmotionem pedes eorũ: quoniam pedes eorũ in lapsu præ-

seruat,atq; eruit,si in peccatū inciderint. Consentit huic sententiæ quod habet Paraphrasis Chaldaica, Qui connumerauit animā nostrā in vitā mundi venturi: & nō permisit commoueri pedes nostros. Versu vndecimo, Transiuimus per ignem & aquam,& eduxisti nos in refrigeriū. Transisse per ignem & aquam prouerbialiter dicitur, qui per difficillima quæque probatus euasit,qui nihil non est difficilium rerū & miseriarū expertus. Ambo enim hæc elementa, & sola,pro-

Num. 31. bant ac purgant. Vnde Numeri xxxi. Eleazar sacerdos,viris exercitus qui pugnauerant aduersus Madianitas,præscribit,dicēs,Aurum & argentū,& æs,& ferrum, & plumbum,& stannū,& omne quod potest transire per flāmas, igne purgabitur:quicquid autē ignem nō potest sustinere , aqua expiationis sanctificabitur. Populus itaq; domini,qui plenè se variis tribulationibus agnoscit probatū,dicit per ignē & aquā se trāsisse. Prouerbialiter quoq; & illud quod in priori versu dicitur imposuisti homines super capita nostra,significat vilē & ignobilissimā,angustissimamq; seruituté,sub imperiosis & crudelibus dominatoribus. Contemptū enim sonat &

Iosue.17. ignobilē subiectionē,quod dicitur, Homines imposuisti super capita nostra. Vnde in lib. Iosue,principes Israēlitici exercitus , ex iussu ducis Iosue , colla regū quinq; eductorū de spelūca calcauerūt,Iosue promittēte calcantibus,quòd similem victoriam populo suo dominus esset daturus de vniuersis hostibus suis. Versu duodecimo, Reddam tibi vota mea, quę distinxerūt labia mea. Clarius Hieronymus ex Hebræo: Quæ promiserūt labia mea. Felix nobiscū habet. Quæ distinxerūt labia mea, vel quæ aperuerūt:hoc est, quæ egressa sunt per labia mea,quæq; semel ꝓmisi & voui. Quasi enim labia distinguit,diuidit & aperit promissum, quod ex ore egreditur atq; ita diligēter attendendū est,quod secūdū constructionē,quę relatiuū nominatiui casus,est verbi suppositū:& labia mea accusatiuus à verbo transitiuo à posteriori parte rectus. Vota enim labia distinguūt atq; aperiūt,quoniam, per labia egrediūtur:tametsi cōmunius & vulgatius cōtraria accipiatur cōstructio,vt labia intelligant distinguere vota,id est,loqui vel ꝓmittere. Quantū autē ad id quod de votis reddēdis hīc dicitur,illud aduertēdū est,non satis esse, si homo ea reddat quæ tanquā vota promittit,cū obligatione,absque libertate reuocādi aut omittēdi(quæ nūc vsus habet peculiariter

vota appellari)sed insuper etiā conuenire & iustū esse , vt ea quę firmo proposito tātū decreta sunt, absq; huiusmodi libertatis abdicatione,& necessitatis cōstructione,Deo post liberationem persoluantur. Cōtingere enim potest,vt absq; vllo speciali tali voto,solū propositum animi bonū , Dei misericordia respiciens,hominē liberet de tribulatione,siue corporali,siue spirituali,pro cuius liberatione clamat ad dominū. Quo casu,ingratus ꝓculdubio iudicabitur homo iste, si liberatus bonum cordis propositū,quod Deus aspiciebat nō studeat adimplere. Quēadmodū(exempli gratia) si quis in infirmitate graui positus,propositū bonū faciat,bona cuncta pauperibus pro Dei amore se distributurū,si Dei clementia permaneat superstes,Deus autē propositum bonū aspiciens,desiderīū impleat ægrotantis,& de lectulo doloris faciat cōsurgere laborantē:quis non huiusmodi hominē vt ingratum,& male fidū,atq; iniquum iudicabit,si post recuperatam sanitatē negligat quę in tribulatione proposuit? An non hoc agere, Deo est illudere? Nō solū ergo vota illa,quæ vulgò vota vocamus,vir iustus de tribulatione liberatus debet reddere,sed etiā quæ generaliter vota nūcupantur , pia cordis proposita, & affectiones deuotas , ad exequutionē meritò debet deducere,si perfectè iustus & pius velit haberi. Plura super hac re diximus in annotationib⁹ Psalmi xlix. pertractātes versiculū illū,Immola Deo sacrificium laudis , & redde altissimo vota tua. Versu decimoquarto,Holocausta medullata offerā tibi, cum incenso arietū:offeram tibi boues in hircis. Possunt hæc secūdū mysticam intelligentiā pulchre exponi, vt per holocausta medullata intelligatur deuotio cordis, ꝙ charitatē ad Deū rendētis,& quæ sub hac cōprehenduntur spiritus exercitia,Deo gratissima, velut holocausta medullata: per incēsum arietū,concrematio motuū interiorum: per ignē charitatis,obsequiū Dei:per boues,vires omnes tā corporis quàm animæ,simul & corporis mēbra,quæ Deo sacrificamus,cū diuinis obsequiis,& exequutioni voluntatis eius deputamus ac cōsecramus:per hircos verò,fœdos sensuales motus, quos iugiter Deo iugulare & immolare debemus,ꝙ Deo placere volumus. Versu decimosexto,Et exaltaui sub lingua mea. Deprauate hīc nōnulli legūt exultaui, ꝓ exaltaui. Exaltaui enī legēdū est,p a,in secūda syllaba,nō per u,exultaui:id quod tā ex Græco quàm ex Hebræo sit manifestū. Siquidē in Græco

habetur ὑψωσα, quod exaltaui significat. Similiter & eius quod in Hebræo ponitur radix est verbũ, quod significat extulit, exaltauit, vel eleuauit. Cõsentit etiam translatio beati Hieronymi ex Hebræo, quæ habet exaltaui, nõ exultaui. Alij verò ex Hebræo interpretes vertũt genere passiuo. Exaltatus est sub lingua mea, quod eandẽ habet sententiam cum lectione nostra. Exaltare autẽ Deũ sub lingua, aliqui dictum putãt, pro in lingua, quẽadmodum beatus Hieronymus vertit ex Hebræo, Exaltaui in lingua mea: quẽadmodum illud in alio Psalmo, Sub lingua eius labor & dolor, quidã intelligunt idem esse, quod in lingua eius. Alij verò proprietatem significationis particulæ sub cõsiderantes, dicunt sub lingua exaltare idẽ esse quod in corde exaltare, ac velut in occulto silentio. Quoniam enim de cordis profundo ad linguã ascendere debet sermo, ob hoc, quasi sub linguæ esse dicitur exaltatio, dũ adhuc in cordis secreto continetur. Secũdum quam expositionẽ, apta valde habebitur sententia. Qui enim ore ad Deum clamat, neque solo ore, sed corde pariter Deum exaltans, ac deinde omnem iniquitatem, quę impedire posset exauditionem, abiicit, hunc indubitatum est à Deo exaudiri.

Psalm. 9.

SEXAGESIMI SEXTI PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVS *iste versibus breuis, sed affectu maximus, oratio est populi fidelis, Dei fauorem, misericordiã, & benedictionẽ multa verborum replicatione postulantis, pro omnium populorum illuminatione, & ad vnius veri Dei cultum conuersione.*

SEXAGESIMI SEXTI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Deus misereatur nostri & benedicat nobis.* * *illuminet vultum suũ super nos, & misereatur nostri.* 2 *Vt cognoscamus in terra viam tuam,*

MISEREATVR populi sui dominus Deus noster peccata dimittendo debitoribus, & gratiã conferẽdo pœnitentibus: ac benefaciat nobis, sua benedictione spirituali nos fœcũdando & locupletando in omnibus verè bonis: * illuceat scere: faciat super nos benignũ aspectũ vultus sui, ostẽdatq; nobis placatã faciem suam, & faciat nobiscũ misericordiam. 2 Vt à respectu & irradiatione vultus eius illuminati, cognoscere valeãmus in terra ista, absq; te domine tenebris & caligine plena, viam in qua tu nos ambulare præcepisti, & per quã ad te peruenire valeamus: vt intelligere possimus viam mandatorũ tuorum, & nõ ambulemus vias tenebrosas, vias malas peccatorum, quæ perducunt in damnationẽ: * vtque à te ô lux prima, illuminati, cognoscamus in omnibus gentibus, tribubus, populis, & linguis, salutẽ tuam quam voluisti cõmunem esse toti generi humano, vt huius salutis cunctæ nationes, queant fieri participes. 3 Ita fac domine, vt de tua luce illuminati populi te agnoscãt, in te credant, tibiq; laudẽ dent ac confessionẽ, non alienis diis, quos pleriq; ignorãtes colũt, sed tibi soli vero & viuo Deo: * ita (inquam) fac vt tibi dẽt confessionẽ vniuersi populi, & vno animo omnes seruiant tibi. Sic enim dignũ & iustũ est, vt omnes tibi seruiant & confiteantur, qui omnes æque solus tua potẽtia, sapientia, & bonitate condidisti. 4 Fac lætentur in te nationes, & in te summo gaudio spiritus exultent, fide te agnoscentes: quoniã tu vt iudex æquissimus populis præsides, iudicans eos in summa iustitia, nemini calumniam faciens, neminẽ per vim opprimens, neminẽ potestate tyrannica supplantans: sed in summa æquitate omnia agis & dispensas, & in eadẽ summa æquitate tua populos moderaris atq; gubernas infinita & inæstimabili sapientia: quæ populis meritò iusta debet esse lætitiæ & exultationis causa, si tantũ tui vultus lumine illustrati, talem te fide cognoscãt. 5 Ita fac suauissime Deus, vt tibi confessionẽ & laudẽ persoluant omnes populi, vt te vna fide & vno animo omnes adorẽt ac prædicẽt, quẽadmodũ dignus es solus ab omnibus confessionẽ & gloriam accipere: * nam terra fructũ suum ex tua benignitate largitur omnibus populis, de cuius diuitiis, tua gratia, vniuersi reficimur & sustentamur: proferente ipsa ex virtute benedictionis tuæ ciborum cõmodum, ad sufficientiã omnibus populis: vt vel hoc solo merito tibi sint deuincti, tuoq; seruitio astricti. 6 Benedictionẽ suam largiatur omnibus nobis Deus pater omnipotẽs, increatus, & ingenitus: benedictionẽ largiat nobis Deus ingeniti patris vnigenitus filius, verbũq;, ipsius cõsubstãtialis, & p omnia coæquale, q pro nobis homo fieri dignatus est in tẽporis plenitudine, benedictionẽ largiatur nobis Deꝰ spiritus sanctus, à patre & filio indifferẽter ꝓcedens, patriq; ac filio consubstantialis, & per omnia coæqualis: * hunc Deum, tum in essentia, timeant, reuereantur, diligant, colant, honorent, & adorent omnes mortales, vbicunque tandem loco-

* *in omnibus gẽtibus salutare tuum.* 3 *Confiteantur tibi populi Deus:* * *confiteantur tibi populi omnes.* 4 *Lætẽtur & exultent gentes, quoniã iudicas populos in æquitate, & gẽtes in terra dirigis.* 5 *Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes:* * *terra dedit fructum suum.* 6 *Benedicat nos Deus noster, benedicat nos Deus:* * *& metuãt eum omnes fines terræ.*

rum habitantes, etiam qui extrema orbis incolunt, & fines terrę inhabitant. Solus enim ipse Deus trinus & vnus est, qui ab omnibus debet venerari, & super omnia adorari: qui est benedictus in secula, Amen.

ANNOTATIONES IN Psalmum Sexagesimumsextum.

VERSV primo, Illuminet vultum super nos. Illuminet positum est pro illustret. Clarior enim & magis propria est oratio, si dicamus, Illustret vultū suum super nos, quomodo vertit Hieronymus: hoc est, Vultum suum lucere faciat super nos, suo vultu nos illustret vel illuminet, lucis suæ radio nos collustret, vt ex eius videlicet aspectu, & ipsi suscepto in nobis radio illuminemur, quemadmodum sol corporeus, cum faciē suam illuminat vel illustrat super homines, sui luminis radio eosdem collustrat & illuminat, vt videlicet p qui ante Solem illucescentem degebant in tenebris. Hoc autem quod in proposito ponitur, Deum illuminare vultum suum super homines, contrarium est, Deum abscondere faciem suam ab hominibus. Abscondit enim à peccatoribus impœnitentibus Deus vultum suum, sed super homines bonæ voluntatis, aut pœnitentes peccatores, vultum suum illuminat. Versu secundo, In omnibus gentibus salutare tuum. Hæc est latitudo veræ charitatis, vt omnium salutem totis præcordiis sitiamus, & iugiter apud Deū postulemus. Propter quod in oratione hac saluberrima, nō sat erat dixisse, Vt cognoscamus in terra viam tuam: sed adiicitur quod latius est, & ad omnes se extendit nationes, In omnibus gentibus salutare tuū. Cui etiam secundum cōsimilem generalitatem consonant quæ sequuntur, Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes. Versu quarto, Lætentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate. Verè iusta exultationis materia est populis, quòd talem habeant iudicē, qui in æquitate iudicat. Ita enim certò quisque scire potest se (modo velit) salutem consequuturum, id est, si à malo velit abstinere, & operari bonum. Quod si iniquum haberemus iniquum, qui non secundum æquitatem dicem faceret iudicium, nemini certa esset spes salutis. quantumcunque diligenter ac sedulò in vita bonis vacasset operibus. Semper enim metueret de iniquitate iudicis: ne forte (vt frequenter solet in humanis rebus fieri) præter meritum omnē & omnē culpā posset per iniustitiā, aut per calumniā, falsasve accusationes: in condēnationē præcipitari. Et reuera vt nihil cōsolabilius est homini in vita hac bene operāti, quàm probata & certa æquitas iudicis illius, qui de operibus viuentiū feret iudiciū: ita ex aduerso nihil esse posset formidabilius hoc hominibus bonę volūtatis, qui nō cupiūt nisi quę recta sunt operari, quàm si post omnia peracta scirent ad nō æquū tribunal suas actiones debere adduci, & corā iudice nō iusto examinari. Super hac autē re dictū meminimus in Annotationibus Psalmi quadragesimiseptimi, in expositione versiculi illius, Lætetur mons Siō, & exultent filiæ Iudæ, propter iudicia tua domine. Versu quinto. Terra dedit fructū suū. Mystice potest hæc terra intelligi, benedicta & immaculata genitrix Dei, Maria: quæ absq; virili susceptō semine, sola sancti spiritus fœcūdatione de sua substātia, de carne sua immaculata, fructū edidit saluberrimū, qui est cibus, pabulum, & refectio salutaris animarum: quēadmodū terra, cœlesti in eā virtute operāte, fructū progignit de sua materia. In Elucidatione tamen, de terra materiali & fructu eius interpretati sumus. Versu vltimo, Benedicat nos Deus, Deus noster: benedicat nos Deus, & metuāt eū omnes fines terræ. In hac trina deitatis replicatione, iuxta patrū autoritatem, lab mysterio intelligi datur super benedicta in personis diuinis Trinitas. In eo autem, quòd relatiuum subiungitur numero singulari, Et metuant eum omnes fines terræ: non autem eos, numero plurali essentialis vnitas designatur: quoniā tres in diuinis personæ, in vnam conueniunt essentiam. Idipsum à laudatissimis antiquissimisq; patribus, tam Græcis quàm Latinis, annotatū inuenimus in illo cātatissimo vsitatissimóq; trishagio, Sāctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus sabaoth, plena est omnis terra gloria eius: quod astātes Deo seraphici spiritus, in visione Prophetica, domino decantabāt: quod postmodū dilectus etiā domini discipulus in sacra Apocalypsi, ab animalibus quatuor, indeficienti voce, nocte ac die cantari audiuit, pauculis in fine cantici immutatis, ad hunc modū, Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus noster omnipotens, qui est, & qui erat, & qui venturus est. Dū enim ter sanctus replicatur, mysterium superbeatæ Trinitatis innuitur. Dum verò post ter replicatum sanctus numero singulari

Psalm. 47

Esa. 6

Apoc. 4

gulari subiũgitur, dominus Deus exercituum, vel dominus Deus noster omnipotens, apertè vnitatis veritas designatur. Suaui quoque contemplatione annotare possumus, non absque mysterio, secundo loco dictum esse Deus noster, quod nec primo, nec tertio loco adiicitur, forsitã ob id, quòd persona filij peculiari quodam modo Deus noster sit, Deus (inquam) populi sui, propter specialissimam coniunctionem quam nobiscum habet, humanam habens naturam, & habitu factus est vt homo, verus nihilominus Deus permanẽs in
Philip.2 omnipotentia sua: secundum quã naturam assumptam, etiam frater noster voluit appellari. Non mirum ergo, si filium peculiariter nostrum Deum dicamus, ob eximiam familiaritatem, & societatem singularem, quam nobis ipse apertius monstrauit. Neque enim pater aliquando similitudinem assumpsit carnis humanæ, neque item spiritus sanctus nobiscum pater aut spiritus sanctus nobiscum visibiliter conuersati sunt, neque pro nobis passi, aut salutem nostram exercitus operati, sed sola persona filij.

SEXAGESIMI SEPTIMI PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVM *qui sequitur, ex illuminatissimo spiritu & corde admirabiliter pleno reuelationibus Dei processisse tam ipsa verborum maiestas, quàm supereminens dignitas sententiarum, & absconditorum propositio mysteriorum aperte demonstrant. In quo contemplans spiritu illuminato Propheta, venturam in tempora plenitudine humano generi salutem, ac principis tenebrarum excellentiam in vehementia spiritus inimicis Dei primùm insultat, & improperat suam impotentiam: sanctos verò inuitat ad laudem reddendam Deo, cuius in seipso sublimitatem & erga genus humanum benignitatem, multis versibus commemorat, versu decimo specialius ad beneficia populo noxæ legis in tempore gratiæ exhibita descendens, eáque ad finem Psalmi prosequens. Inter quæ potissimum mentionem facit de pluuia voluntaria Euangelicæ doctrinæ & gratiæ spiritus sancti, quam Deus super hæreditatem suam nouam copiosè effudit, idque ministerio Apostolorum & primorum Christi discipulorum, euangelizantium verbum Dei in virtute, de quibus multa admodum Psalmus hic loquitur sub comparationibus diuersis: quos reges appellat, à Deo constitutos super montem pinguem & coagulatum, qui est ecclesia. Versu autem decimooctauo & deinceps, de curru Dei loquitur, qui ex myriadibus angelorum constat,*

de ascensu Christi ad superos, & spiritualium donorum in homines effusione, incredulorum consequuta conuersione, inimicorum grauiori ruina, gentilis populi (qui per Basan significatur) conuersione. Rursum autem de Apostolis & primis ecclesiæ magistris loquitur versu vigesimo septimo, quos principes appellat, item & fontes Israël, aliquot eorum specialibus etiam proprietatibus describens. Nouissimè verò versu trigesimoprimo, post enarrata plurima beneficia, quæ cœlitus accepit Ecclesia, orat Psalmus, diuina virtute bona hæc cœlestia in nobis confirmari, vt in omnibus templis in pace munera offerri possint nomini eius: seculi autem potestates veritati resistentes (quas per feras arundinis intelligit) prohiberi postulat & cohiberi virtute Dei, ne non sint impedimento Ecclesiæ sanctæ in profectu suo: prædicit quoque futurum, vt Aegyptus se submittat fidei, & item Aethiopia festinet conuertere seipsa ad dominum Deum suum. Propter quæ omnia deinceps a versu trigesimo, ad finem vsque, non nisi ad laudem exhortatur, & gratiarum actionem reddendam, omnia regna, omnesque populos, vt iuxta magnificentiam gloriæ suæ, ipsum vniuersi fideles benedicant in secula.

SEXAGESIMI SEPTIMI PSALMI ELVCIDATIO.

EXVRGAT populo suo Deus, vel tandem in hora nouissima: in rẽporis plenitudine exurgens visitet mundum, quẽ ab initio sub tyrãno crudelissimo, principe tenebrarũ, passus est detineri: ipsoq; aduenière, iuxta promissum, ad saluandũ populum suum, mox dissipabuntur ac dispergẽtur velut ad nihilũ redacti, vniuersi inimici eius, principes tenebrarũ vnà cum angelis suis, cunctisq; sibi adhærentibus: * & disfugiẽt quantocyus à cõspectu præsentię eius omnes qui oderũt eum: cuncti eius aduersarij, qui ab initio suæ conditionis illi cõtumaciter sese opposuerunt, ad eũ modum quo raptor aliquis sola fraude, præter omne ius raptã ciuitatem occupãs, ciuitatẽ deserit, & quatocyus fugam adornat, vbi regem cuius est ciuitas cũ virtute perceperit aduenire, recipiẽdę ac liberãdæ ciuitatis suæ gratia. 2 Deficient & diffugient ad eũ modũ quo fumus mox vt exortus fuerit, in altum, euanescit subito, neq; vestigiũvllum derelinquẽs, ita euanescẽt, ita disperibunt & aufugient subitò à præsentia aduenièntis domini: * quemadmodum cæra ignis virtute liquescit, ac liquefacta

1 *Exurgat Deus, et dissipentur inimici eius:* * *& fugiãt qui oderunt eum à facie eius.*

2 *Sicut deficit fumus, deficiant:* * *sicut fluit cæra à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.*

cta cõsumitur ab igne: sic à præsentia diuinitatis (quæ ignis
Hebr. 12 cõsumens est) consumentur impij dæmones, & in perditionẽ
ignis collabẽtur. Nõ enim poterũt ferre illi tenebrarũ prin-
3 *Et iusti epulẽtur, & exultent in cõspectu dei, & delectentur in lætitia.* cipes, aduenientẽ ad saluẽ populi sui lucis principem, lucisq; autorem, & tanquam gelida glacies dissoluantur à conspectu D eius in perditionẽ atque in nihilum. 3 Iusti vero ac fideles, gaudẽtes in Messia saluatore suo, exultabũt, epulabũtur atq; delitiabũtur in gaudio spiritus, lætitiaq; magna delectabũtur ante conspectũ Dei sui, qui tales eos gaudio intus ac foris lætificabit, propter saluẽ & fœlicitatẽ quam allaturus est mũ-
4 *Cantate Deo psalmũ dicite nomini eius: * iter facite ei qui ascendit super occasum: * dominus nomen illi:* do. 4 Cantate domino, & psalmos, laudũmq; cantica canite benedicto nomini eius: * in reuerẽtiæ signũ, & debiti honoris testimoniũ, viam facite illi tam magnifico domino, tã nobilissimo principi, tã fortissimo pugnatori, tã gloriosissimo triũphatori: qui super occasum tanquam victor ascendit, qui mortẽ resurgẽdo superauit, déq; morte & mortis domino gloriosè triũphauit: propter quod, illi vt victori & triumphatori proclamamus parari iter, & viam fieri, vt gloriosè trãseat in põpa solẽnitatis, vt tam glorioſum decet triũphatorẽ: * & si nomẽ eius requiritis, nomẽ habet Deus dominus. Solus enim à seipso esse habet, & nõ est ab alio, à quo cætera
Apocal. 19 omnia quæ sunt, esse habent: quẽadmodum & omniũ est dominus, omnia cõtinens in sua ditione, rex regũ, & dominus
5 *Exultate in conspectu eius: * turbabuntur à facie eius patris orphanorũ & iudicis viduarum.* dominantiũ. 5 Proinde vos iusti omnes exultate in cõspectu eius, aduenientẽ cũ gaudio suscipite. Venit enim ad vos in pace, vt liberet populũ suũ: * impiis autẽ erit formidabilis, & inimici eius cõturbabuntur timore horribili in aduẽ E tu eius, & præsentiã eius formidabũt ac fugient: eius (inquã) qui est pater orphanorũ eorum qui ab hominibus derelicti sunt, paternã curam & nutritiã solicitudinẽ gerens, quique pro viduis iudicat, eas quę humano patrocinio & solatio orbatæ sunt, singulari solicitudine defendendo, ac pro eis contra oppressores iudicãdo: vt meritò à facie eius cõturbari debeãt impij dæmones, qui genus humanum ante Messiæ aduentum velut patre ac viro destitutum, dissimulante ac permittente Deo, grauiter opprimebãt: quemadmodum pupillorũ & viduarũ oppressores confunduntur & conturbantur, vbi potens aliquis aduenerit, qui pupillorum & viduarum
6 *Deus in loco sctõ suo:* causas tueri voluerit. 6 Ipse est Deus inhabitans in so-lio gloriæ suæ, in throno maiestatis, in aula cælesti, quam

sanctificauit sibi in habitationẽ ęternã: * ipse est Deus, qui ho-
* *Deus qui habitare facit vnius moris in domo* mines vnius moris, homines vnius animi, in vna fide, in vna spe, in vno fideli proposito, habitare facit simul per cõcordẽ
1. Tim. 3 charitatẽ, & fidei vnitatem, in Ecclesia sancta, quę est domus F ipsius. Ipse enim ex diuersis gẽtibus & linguis homines in vnã hãc domũ cõuocat, & cõgregat per fidei vnitatẽ, & charitatis cõcordiã: estq; ipsius desideriũ semper cõgregare, & in vnũ colligere, quomodo inimici ipsius principis tenebrarũ, per discordiã & disidia dispergere semper atque diuidere.
7 *Qui educit vinctos in fortitudine:* 7 Ipse est, qui vinctos cõpedibus & vinculis irretitos peccatorum educit in virtute diuinitatis suæ, qui eõscientias peccatis onustas, & velut in carcere mortis conclusas, dimissis peccatis potest sua virtute libertati pristinæ restituere: * ani-
* *similiter eos qui exasperãt, qui habitant in sepulchris.* mas etiã patrum antiquorum in lymbo inferni captiuitate detentas, confractis inferni claustris, fortitudine cunctis dæmonibus treméda liberauit: * itẽ & homines incredulos atq; inobedientes, qui Deum suis peccatis exasperant, & qui iam lõga peccãdi cõsuetudine velut sepulti sunt in terrenis cupiditatibus, potens est educere de sordibus peccatorũ suorũ, & in vitã bonã cõstituere. 8 O Deus magne, cum tu olim co
8 *Deus cum egrederis in conspectu populi tui:* rã populo Israëlitico egredereris, tanquã ductor eorũ & pro G pugnator tua virtute eos in signis prodigiisque maximis de-
* *cum pertransieris in deserto.* ducẽs & saluãs: * cum pertrãsires cum eis per desertum illud vastissimũ, in columna nubis per diẽ, & in colũna ignis per noctẽ: quanta tunc edebas coram patribus nostris mirabilia
9 *Terra mota est, etenim cæli distillauerũt, à facie Dei Sinai, à facie Dei Israël.* signa atq; prodigia, quàm familiarẽ ac beniuolum tũc exhibebas teipsum populo tuo? ? A præsentia Dei Israël in mõte Sinai legẽ dãtis populo suo terra tremuit, & moueri visa
Exod. 19 est, cũ ipse ad ferẽdum legem in magna gloria & maiestate descẽderet: in igne, nube, fulgure, coruscationibus, & clãgore buccinæ, ad populi terrorẽ, & suæ præsentię ostensionẽ: neq; mirũ si terra mota fuit, quãdoquidẽ & cæli desuper iussione Dei manna ad modũ roris stillauerunt. Quòd si veteri illi populo tãta ostẽdisti beneficia, quanto magis cum in fine temporũ egredieris ante nouum populum tuum, & transiẽs per desertum mundi huius, non iam in ostensa columna ignis & nubis, sed in assumpta forma carnis, quanto (inquã) tunc maiora exhibebis beneficia, quanto magis & tũc commouebitur terra, cum nouam legem dabis in amore, qui veterem illam tuleras in terrore, & quanto tunc suauius efficaciúsque

caciúſq; mãna de cęlo ſtillare facies ad oſtẽſionẽ dulcedinis H
10 *Pluuiam voluntariã ſegregabis Deus hæreditati tuæ:* tuę? 10 Pluuiã electã & valdè ſingularẽ Euangelicæ doctri-
næ & cũ ea ſpiritualis g. .tiæ tuæ dabis ac diſpẽſabis ſpecia-
li electione beneplaciti tui,nouæ hæreditati tuæ, Eccleſiæ
ſanctę,in tuo aduẽtu ædificandę,tibiq; in ſempiternã poſſeſ-
ſionẽ vẽturæ,quam pluuiã ex ſolo tuo beneplacito, non exi-
ſtẽs vllius boni debitor,effundes ſuper hæreditatem tuã, eò
quòd tibi ſit in ea beneplacitũ:qua etiã pluuia irrigabis cõ-
**et infirmata eſt.* modè,& affatim fœcũdabis illam:*fuit tamen hæreditas tua
Deus in ſuis primordiis,ac deinde etiã in ſucceſſu temporũ,
admodũ afflicta,humiliata atq; infirmata, per oppugnatio-
**tu verò perfeciſti eam.* nẽ principis tenebrarũ,ſatellitũmq; eius ſeculi potentũ:*ſed
tu omnibus potẽtior,ita eã fundaſti,ac ſtabilem cõſtituiſti,
ita firmã ſtare feciſti,vt euerti ac deſtrui penitus non poſſe-
11 *Animalia tua habitabũt in ea:* rit,quãtumuis videatur aduerſis oppugnari aduerſariorũque
oppugnatione infirmari. 11 Habitabunt in hac hæreditate
Eccleſiæ ſanctæ,ſimplices & innocẽtes fideles, veræ oues paſ-
cuæ tuæ Inhabitabũt enim ipſi in tua hæreditate, quaſi
oues in ciuitate ſua,quaſi domeſtici ac filij in domo ſua, quaſi
** paraſti in dulcedine tua pauperi Deus.* oues in ouili ſuo:*& tu quaſi paſtor ac pater eorũ paraſti pau-
peribus ſpiritu, humilibus ac mãſuetis,cibũ tam tẽporalem A
quàm ſpiritualẽ,& neceſſariorum omniũ ſufficientiã,in dul-
cedine & benignitate dilectionis tuæ:quoniam cõplacuiſti
12 *Dominus dabit verbũ euãgelizantibus,virtute multa.* in eis. 12 Dabit enim Deus omnipotẽs ſanctis Apoſtolis ac
prædicatoribus gloriæ ſuæ(quos per vniuerſum orbẽ mitter
in tẽporis plenitudine,prædicare regnũ Dei & iuſtitiã eius)
ſermonẽ efficacem & conſtantem loqui in multa efficacia &
virtute,ita vt per ſuæ prædicationis virtutem operaturi ſint
Lucæ 12 mirabilia.Non enim ipſi erunt qui loquantur,neque ipſi o-
pus habebunt cogitare quomodo,aut quid loquẽtur:ſed ſpi-
ritus patris erit,qui loquetur in eis quiq; in illa hora dabit
quid loquantur,etiam coram regibus, præſidibus, cunctiſq;
1. Cor. 12 ſeculi potentibus & ſapientibus.Neque erit verbum prædi-
cationis eorũ in ſublimitate ſermonis,aut in perſuaſibilibus
humanæ ſapientiæ verbis,ſed in oſtenſione ſpiritus & virtu
Matth. 16 tis,Deo ſermonem confirmante per varia ſigna atque pro-
digia, ita vt per virtutem prædicationis ſuæ audeant reſi-
ſtere vniuerſæ mundanæ poteſtati atque eruditioni ſe-
culi, plurimóſque & potentum & ſapientum valeant ſuis
ſermonibus,ſimplicibus quidẽ,ſed efficaciſſimis, ſuperare.
13 Da

I q Dabit(inquam)dominus ille,q eſt rex virtutũ,rex glorio- 13 *Rex virtutũ dilecti*
ſus,pater dilecti,imò dilectiſsimi filij ſui, in quo ſibi eſt be- *dilecti, & ſpeciei do-*
neplacitũ,etiã ſpolia diuidere ſuis euangelizatoribus,ad ſpe- *mus diuidere ſpolia.*
ciem,decorem, pulchritudinẽ,& ornatũ domus ſuæ, quæ eſt
Eccleſia ſancta,Dabit enim Deus pater vnigeniti dilectiſsi- 1. Timo. 3.
miq; filij,Apoſtolis ſuis, per verbũ prædicationis ita multos
vbiq; ſuperare,atq; ſalubriter quaſi iaculis vulnerare, vt ſin-
guli ꝑ ſua portione plurimos ſint accepturi in ſorte ſua, vn-
de vberẽ fructũ reportent:ad modũ eorũ qui in bello victo-
res fiũt,q vbi alios proſtrauerint, ad ſpolia deinde ſe cõuer-
tũt,& ſui laboris atq; victoriæ præmia requirũt. Eritq; hæc
ſpoliorũ diuiſio atq; diſtributio fideliũ per varias partes Ec-
cleſiæ ad magnã ſpeciem & decorẽ magnificũ domus Dei,
quæ in multitudine filiorũ & credentiũ decorat. 14 Vos ve- 14 *Si dormiatis inter*
rò,ô ſancti euãgelizatores ac prædicatores verbi Dei, quib' *medios cleros: *pennæ*
Eccleſię ornatus creditus eſt,ſuper omnia diligẽter curate,vt *colũbæ dealbentatæ, & poſterioræ*
colũbam Dei ſanctã Eccleſiã decore ſuo adornatis. Si enim *dorſi eius in pallore auri*
vos in medio duarũ ſortiũ habitatę atq; quieſcere velitis,ſi
medij inter cælestẽ ſortẽ & ſortẽ terrenã habitare eligatis,
ita vt terrena hæreditate prout oportet(id eſt, nõ niſi ad ne-
ceſſitatẽ corporis)vtamini,in cæleſti autẽ ſorte prout opor-
tet delectemini,id eſt,toto corde ad eã anhelãtes properaue-
ritis:*ſi ſic(inquã)inter medias ſortes dormire elegeritis,e-
rit indubiè ſpecioſa & pulchra admodũ ad videndũ vnica co
lũba illa altiſsimi:quẽadmodum ſecundũ corporalẽ pulchri-
tudinẽ,pulchra eſt colũba, quæ pẽnas habet velut deargẽta-
tas,ſecundũ ſpeciẽ argenti relucentes & ſupremũ dorſi ad ſi-
militudinẽ fului ſiue pallẽtis auri. 15 Dũ cæleſtis ille rex vir- 15 *Dum diſcernit cæleſtis reges ſuper eã, nine dealbatur in Selmon:*
tutũ deſignabit,deputabit, & cõſtituet reges ſuper hanc do-
mũ ſuam,ſuper hanc colũbam ſuam, dũ ſuper Eccleſiã ſuam
præfectos cõſtituet ſanctos Apoſtolos,eorũq; ſucceſſores, vt
eã paſcant ac regant,tũ quaſi ad modũ niuis dealbabũtur ha
bitatores in Selmon,quod eſt,in vmbra vel obſcuritate: hoc
eſt,qui prius ante aduentũ atq; prædicationẽ Apoſtolorũ, in
D tenebris errorũ viuebãt,& in vmbra mortis,per Apoſtolorũ
prædicationẽ efficientur albi & cãdentes in decore ſpiritus
quẽadmodũ nix corporalis lucet & candet in ſua pulchritu-
dine:*& in horũ prædicatione mõs Dei ſurrexit atq; creuit, **mõs Dei, mons pinguis,*
ſancta Eccleſia,populus fideliũ,per fidem in modum montis
ſublimis & bene ſtabilis,cõgregatione multorũ populorum

magnus,lõgus & latus,qui mons admodum etiã pinguis est, omniũ spiritualium charismatũ pinguedine & duitiis plenissimus. 16 Mõs iste est quasi mõs coagulatus siue incaseatus,ad eũ modũ quo lac coagulatur & incaseatur. Quẽadmodũ enim immisso in lac coagulo,per coaguli virtutẽ lac congregatur,& velut in vnũ coit ac cõuiscatur, vt fiat partiũ adglutinatio & mutua adhęsio:ita in sancta Ecclesia,fides est vice coaguli,quæ populos multos in vnũ constringit & cogit, atq; adnuicẽ corda fidelũ omniũ conuiscat & cõglutinat,vt vnũ corpus & vnus spiritus fiãt. * Et licet coagulatus mons sit,est tamẽ electus admodũ,delicatus & pinguis,omniũ spiritualiũ charismatũ pinguedine refertus: *vt quid verò, ô increduli quicunq; intra hunc montẽ coagulati nõ estis,suspicamini & cõfingitis ac persuadetis vobis alios , nescio quos mõtes coagulatos?vt qd alias vobis congregationes diaboli & synagogas Satanæ cõstruere molimini?cũ hic vnicus mõs sit verè coagulatus & pinguis,& nõ extra Ecclesiã hanc vnicã salus:vestri autẽ mõtes inanes & macri sunt, pleni mortifero veneno,vt mortis filij sint,quicunq; coagulentur in eis.

16 *Mõs coagulatus:*

**mons pinguis:*

**vt quid suspicamini montes coagulatos?*

17 Mons iste Dei vnicus est,in quo est Deo patri & Christo filio eius beneplacitũ,vt in eo habitet:neq; solũ ad tẽpus aliquantulũ,sed prorsus vsq; in cõsummationẽ seculi & in æternũ.Erit enim Deus cũ suis fidelibus (iuxta promissum) vsq; in cõsummationẽ seculi, & mãsionẽ sibi faciet sempiternam in cordibus eorũ. 18 Currus autẽ Dei quo in magnificentia gloriæ suę vehitur,& super quẽ equitat ipse, nulla quidẽ necessitate vectoribus opus habẽs,sed tantũ ob magnificẽtiam glorię ita vehi ac ferri volens,ex multiplicatis decem millibus vehentiũ cõponitur,id est,ex innumerabili vehẽtiũ multitudine:* infinita millia sunt cælestiũ spirituum , angelorũ sanctorũ,super quos residet Deus , tanquã super currum suũ, & à quibus vehitur,maxima ipsorum exultatione & gaudio p inenarrabili,quod ex aspectu habẽt , & præsentia eius quem vehunt in gloria sua.Millia enim millium sunt quæ ei ministrãt,& decies cẽtena millia sunt quæ assistũt ei: & hi omnes pro curru sunt illi,comitãtes illum semper & vehentes,quocunq; pergere voluerit:in quo curru simper residet in amplitudine magnificẽtię suæ, neq; vnquã descendit ab eo:* & in his ipsis millibus qui p curru ei sunt,olim Deus veteri populo apparuit,in monte Sinai,in loco sancto : quando aduersit in

17 *Mons in quo beneplacitũ est Deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finem.*

Matth. 28. Ioan 14.

18 *Currus Dei decem millibus multiplex* **millia lætantium:* Dan.7.

**dominus in eis in Sinai, in sancto.*

in terrore & ostẽsione potentiæ ad ferendã legẽ populo suo, per quorũ etiam ministetiũ terribilia circa montẽ illum tũc operata fuere,ad præsentiã currus huius & aurigæ demonstrandã. 19 Atq; hoc ipso curru vectus,post peractũ in carne laboriosum certamen,post mortẽ morte deuictã, post resurrectionẽ à mortuis,omni opere peracto ad quod veneras,redire voluisti tu magnificẽtissime domine,in propria : ad patris dexterã(vnde exieras)angelico stipatus exercitu,glorioſ ascẽdisti:* quando etiã tecũ abduxisti pro tuis captiuis patres illos,quos ad inferos descẽdẽs, sub diabolo captiuos inueneras:quósq; tua morte & descẽsu ad inferos de captiuitate illa liberaueras:quãdo hos (inquã) antè sub diabolo quodãmodo captiuos & in lymbo in vmbra mortis cõclusos, tecũ abduxisti, captos de manu diaboli , in libertatẽ gloriæ filiorũ Dei,in amplitudinẽ regni:* simul & genus humanum vniuersum,quod antè sub principis tenebrarũ imperio detinebatur , cepisti in manu eius , ac ad cælestẽ hæreditatẽ tecũ abduxisti , ipẽ firmã tuo proprio ingressũ omnibus præbens credẽtibus,& ius introẽundi eis restituẽs:quod donec sub diaboli captiuitate vincti tenebant,nõ habuerant:: quãdo etiam post ascensionẽ hanc tuã in cælũ,à patre (à quo tibi sunt omnia) dona accepisti,siue pro hominibus:quæ videlicet hominibus,quos in mũdo secundũ carnis præsentiã reliqueras,Apostolis ac discipulis tuis,de cælo mitteres. Accepisti à patre tuo,vt spiritũ sanctũ(iuxta p̃missum)cũ omnibus donis suis mitteres mundo,impartiẽs illum credẽtibus omnibus,vsque ad consummationẽ seculi:ité & varia spiritus dona, sapientiam,intelligentiã,scientiã,potestatẽ miraculorum, genera linguarũ,interpretationẽ sermonum , animi fortitudinẽ , fidem,spem,charitatẽ,aliáq; his similia , quæ omnia operatur in homine vnus atq; idẽ spiritus veritatis. 20 Et quidẽ hoc insuper ascendens in altũ accepisti à patre tuo,vt illos qui te adhuc in carne agẽte increduli fuerãt(siue ex gentibus idolatriæ,siue ex Iudæis in te impij, tibiq; repugnãtes) post tuã ascensionẽ in cælũ iam inhabitet dominus Deus,pater & spiritus sanctus,atq; ita & tu ipse:vt post ascensionẽ tu simul cũ patre & spiritu sancto, ad eos iam cõpunctos & pœnitentes per Apostolorũ prædicationẽ,familiari dignatione veniatis, & mansionem apud eos faciatis. 21 Benedictus sit proinde, ac semper laudatus dominus Deus, tam magnificentissimus

19 *Ascendisti in altum;*

**cepisti captiuitatem:*

**accepisti dona in hominibus.*

1.Cor. 12.

Ibidem.

20 *Etenim non credentes inhabitat dominum Deum.*

21 *Benedictus dominus die quotidie:*

Ioan.14.

* *prosperũ iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.*

22 *Deus noster, Deus saluos faciẽdi:*

Matth.1.

* *& domini domini exitus mortis.*

Apoc.1.

Roma. 6.

Ioan.3.

23 *Veruntamẽ Deus cõfringet capita inimicorũ suorum:*

* *verticẽ capilli perambulantium in delictis suis.*

24 *Dixit dominus ex Basan conuertã:* * *conuertã in profundum maris.*

25 *Vt intinguatur pes tuus in sanguine.*

erga populũ suum de die in diẽ, hodie, heri, cras & quotidie: sitq; benedictus semper & in secula: * omnia nobis faciet prosperè cedere, omnia faciet nobis cooperari ad bonũ, & recta via in salutẽ præparatã nos adducet ipse Deus salutis nostræ, omniũ saluationũ nostrarũ autor: quo autore, ab omnibus periculis salui fore confidimus in æternũ. 22 Deus noster, Deus potentissimus est, Deus est ad saluandũ, qui solus homines potest facere saluos à peccatis, siue à morte, siue ab inferno, siue à diabolo, & ab omni malo: propter quod etiam Iesus siue Saluator, nomen est illi: * & solius domini Dei, domini (inquã) Dei nostri solius, sunt exitus mortis. Sol⁹ enim ipse mortẽ primus pertrãsiit, illæsus, solus à morte teneri nõ potuit, cũ verè fuisset ad tẽpus mortuus: sed potẽtia suæ diuinitatis à morte exiit, rediẽs ad vitã & viuus permanẽs in secula seculorũ. Neq; soli sibi exitũ à morte inuenit, sed omnibus etiã in se credentibus exitũ dabit à morte: quandoquidẽ in hoc venit in mundũ, vt omnis q in ipsum credit, in morte nõ maneat, sed à morte trãseat ad vitã sempiternã. 23 Quãquam verò ipsius domini nostri sunt exitus à morte, vt credentes in se quos voluerit faciat exire à morte: ij tamen qui aduersus ipsum inimicitias obstinato animo seruãnt, qui in ipsum corde obdurato credere recusauerint, ipsumq; vt Deũ verũ & summũ nõ voluerint debito agnoscere famulatu, horũ capita ipse potẽter in seueritate iustitiæ suæ cõcutiet, & valde cõquassabit, ita vt cõfringat: * cõfringet (inquã) verticẽ capilli eorũ q in delictis suis, obstinato animo & malo vitate, per superbiã & inobedientiã perseuerãt: verticẽ capitis horũ cõcutiet & cõminuet, id est, in mortẽ crudelẽ æternę punitiõis vltrice seutẽtia sua, huiusmodi cõdẽnabit. 24 Dixit quidẽ dominus, & ita definiuit, quòd ex Basan (quod est cõfusio vel ignominia) hoc est, populo nationũ, q prius miser erat, & cõfusione atq; ignominia, propter idololatriã, & alia fœdissima facinora plenus, cõuersurus esset plurimos ad agnitionẽ veritatis, & verũ cultũ suũ ac filij sui: * dixit quoq; cõuersurũ se multos etiã eorum qui habitãt lõge à terris, insulis maris: proposuit & voluit, plurimos tã ex terra, quàm ex mari Apostolica prædicatione ad suum cultũ cõuertere. 25 Illos tamẽ inimicos q obstinati elegerũt permanere in impietatib⁹ suis ita confringet & interficiet (vt i dictũ est) vt vniuscuiusq; pertrãseuntis pedes intingi possent in sanguine. * &

* & vt linguę canũ vniuscuiusq; pertrãseuntium possint lambere de sanguine, effluxit ab inimicis: quẽadmodũ in prœliis C magnis tãta solet strages hominũ fieri, & in tanta copia sanguis effundi, vt pertrãseuntes per riuos sanguinis, ab hostiũ corporibus defluẽtes, debeãt sanguine pedes suos cõmaculare, & canes sanguinẽ lambãt: hoc est, vltio fiet grauissima, & plaga horribilis, aduersum obstinatos in malitia: * idq; ab ipso fiet vltore Deo, qui sicut pœnitẽtes atq; credẽtes suauissimis refocillabit benedictionibus, ita inimicos suos grauissima feriet vindicta. 26 Viderũt fideles tui, ô Deus, ingressus tuos, quib⁹ ĩ mũdũ aduenisti, rursumq; à mũdo in cęlũ redisti, & incessus tuos omnes, omnémq; cõuersationẽ, quibus in hoc mũdo cũ hominibus cõuersatus es, & operatus in nobis opera tua, ad quę missus fueras à patre: * ingressus (inquam) tuos, ô Deus meus, ô rex meus, qui habitas in sancto solio glorię tuę, & in sanctitate tua. Fideles enim tui viderunt ingressus tuos. nõnulli quidẽ etiã corporali visu, vtpote sancti discipuli tui, cũ quibus familiarẽ duxisti cõuersationẽ: quib⁹ datũ fuit oculis te videre, auribus audire, & manibus etiã palpare: cæteri verò oculis mẽtis te cõspexerũt, in lumine sanctæ fidei, illorũ verbis inhęrẽtes qui tuos ingressus oculis cõspexerãt. 27 Illi autẽ qui tuos ingressus videre meruerũt, sancti fuerũt Apostoli tui atq; discipuli, qui cæteros fideles omnes prœuenerũt, primi à te dignãter vocati, primíq; te feruẽter & obediẽter corpore & animo insequuti: quos tu proinde principes esse fecisti, progenitorésq; & rectores omnium nationũ & Ecclesiarũ, quas ipsorũ prædicatione ad fidẽ tuã vocari voluisti: hi (inquam) principes & primitiui discipuli, prœuenerũt ante omnes: * neq; ipsi tamẽ soli aduenerunt, tamẽtsi prœuenerũt, sed psallẽtibus fidelibus sua prædicatione cõuersis comitati & sociati. Mox enim adiũcti sunt illis non pauci numero, qui illorũ prædicatione cõpũcti, appositi sunt ad illos cũ gaudio & lætitia spiritus psallẽtes, & gratias agentes Deo, pro vocatione sua sancta & ineffabilibus beneficiis: * mox verò inuẽti sunt principes isti nostri in medio iuuenculorũ tympanistriarum, in medio Ecclesiarum multarũ nouiter exurgentium, ac succrescentium nouellarum plantationum: quæ tanquam bonæ tympanistriæ, dulcissimas melodias tam corde, quàm ore & opere, atque etiam musicis instrumentis pro tempore adhibitis, in gloriam Dei sponsũ

* *linguæ eorum tuorũ ex inimicis:*

* *ab ipso:*

26 *Viderũt ingressus tuos Deus:*

* *ingressus Dei mei, rex mei, qui est in sãcto.*

1.Ioan.1.

27 *Prœuenerunt principes:*

* *coniuncti psallẽtibus:*

Act.2.

* *in medio iuuenculorũ tympanistriarum.*

& patris tui resonabāt:in quarū iuuēcularum medio, prineipes illi à Deo positi sunt,vt hīc quidē plantarēt,illic rigarēt, hīc secarent,illic insererēt,omni solicitudine laborātes suas

2. Cor. 11. iuuēculas(quas vni viro Christo virgines exhibere despōderant)& custodire immaculatas,& in Deo reddere perfectas.

28 *In ecclesijs benedicite Deo Domino:* * *de fontibus Israël.* 28 Proinde omnes vos qui in Ecclesijs estis, qui mēbra estis & filiæ iuuencularum istarū tympanistriarum,laudē date,& gratias agite Domino Deo vestro: * idq; de principibus vestris,qui & fontes sunt Israēl,quod videlicet per tales principes ad fidē suā & spē salutis æternæ vos adduxerit, quod per fontes istos omnes populos atq; Ecclesias irrigare sit dignatus,& salutaris doctrinæ fluentis copiosē refocillare. Fontes enim sunt Apostoli sancti, à Deo primitiis spiritus copiosissimē impleti,ex quib⁹ orbis vniuersus siti & arriditate iādiu emortuus,humectatus est & irrigatus,salutaris Euangelicæ doctrinæ prędicatione,& spiritus sancti charismatumq; eius

29 *Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu.* liberali cōmunicatione. Et hi sanē fontes Israēl fuerūt, quia ex populo Israēlitico electi à Deo,qui ex Iudęis salutē voluit y oriri,& diffundi in omnes nationes. 29 Inter hos autē fontes Israēliticos, qui suis fluctis tympanistrias iuuēculas irrigarunt & viuificarunt, vnus nō infimus fuit de tribu Beniamin,cæteris fratribus & Apostolis posterior vocatus(quēadmodū Beniamin inter fratres suos natu minimus erat) Paulus nomine:qui in extasi mētis supra se raptus,in paradisum, vsq; in tertiū cælum audiuit ibi arcana verba quæ non licet homini loqui,illicq; in mētis excessū hausit ac didicit, quod postmodū iuuenculis de sua plenitudine effunderet: neq; ab homine,neq; per hominē,sed per reuelationē,in excessu mētis,doctus Euāgeliū Dei:qui plus omnibus laborauit,iuuenculasq; plurimas egregias genuit & educauit,plātauit atque rigauit:vt meritò debeat huius nomen inter fontes cæteros nō omitti,tāetsi tēpore aliquāto posterior,& (quomodo Benamin in senectute patris genitus)post domini sui ascensionē primum vocatus. 30 Duces fidelium & antesignani illi, de quibus iam antè diximus,fuerūt principes & primi quidā de tribu Iuda & stirpe regia, alij de tribubus Zabulon & Neptalim. Ex Israēlis enim tribubus eligi debebāt primi lutis prædicatores,& Euangelicæ gratiæ præcones,vt iuxta promissiones patribus factas,ex Iudæis salus oriretur,atque ita demū ad nationes deriuaretur. 31 Nunc verò,Deus piis-

30 *Principes Iuda,duces eorum, principes Zabulō, & principes Neptalim.*

31 *Manda Deus virtuti tuæ*

sime,posteaquàm tā plurima,tamq; maxima beneficia cōtulisti populo tuo,quæ nisi tua virtute & beneficio tuo non poterunt cōseruari,ne tanta tua beneficia pereant, commenda Deus,ac præcipe virtuti tuę(quādoquidē humanas vires excedit negotiū)tantorū in nobis bonorum cōseruationē: * & tua ipsius virtute,in qua ea cōtulisti & operatus es,intēde ad custodiā,conseruationē & promotionē eorum quę operatus es in nobis:vt per spiritū tuum sanctum Ecclesiarū rectorem firma sint & stabilia dona gratiarū tuarū,& opera tua,quę potenter & mirabiliter operatus es in nobis. 32 Fideles autem tui,etiam reges & potētes,pro gratiarū actione offerent tibi deuota munera, p omnes Ecclesias in locis tuo nomini sacratis,incipiēdo à tēplo illo tuo sancto, quod est in Hierusalem nominatissimū,& sub tuo nomine apud omnes populos gloriosum. Atq; ita:& ordine cōsequēti, per omnes Ecclesias in locis tuo nomini sacratis,offerēt tibi nobiles siue potētes cū pusillis & ignobilibus deuota munera,siue cordis in laude & oratione:siue etiā corporis in externis quibuscunq; oblationibus,ex abundantia pij cordis. 33 Veruntamē vt nō opprimātur aliena malitia Ecclesiæ,iussū tuo ædificatæ compescæ (quæsumus) & phibe seculi potētes infideles,qui tanquā feras se exhibēt aduersus sanctū nomen tuū & populū fidelem tuū,animo feroci & crudeli insultantes, vimq; inferētes electis,& velut cornupetæ bestię, suæ potētiæ cornu sanctos interficere cupiētes:sed arūdineæ ferę sunt,& nullius solidi roboris,si ad tua potentiā conferantur, ita vt tibi nō valeāt resistere,possisq; eos ad modū arūdinis pro nihilo confringere, cū omni sua seculari potentia: has lasciuas,petulātes,& crudeles feras,quas tibi ita facilē sit confringere, petimus, vt tu cōpescas,ne iuxta furorē suum queant in sanctos agere,& in Ecclesiā p voto desæuire: * omnis eorū virtus non aliud est quàm cōgregatio, siue exercitus indomitorū taurorū, id est, ducū ferocium & efferatorū,in omne facinus quodcūq; prin ceps cogitauerit paratorū,vnà cum multitudine populorum subiectorum,qui sunt quasi vaccæ tauros insequentes,quodque suos principes viderint priores facientes, libenter insequentes: * quorum omnium simul coniunctorum propositum & desiderium in hoc est, vt excludant à veritate fidei,& prohibeāt,ac cessare faciant ab opere suo & commisso sibi officio, sanctos principes tuos, eos qui coram te elo-

32 *A tēplo tuo in Hierusalem, tibi offerent reges munera.*

33 *Increpa feras arundinis.*

* *cōgregatio taurorū, in vaccis populorum.*

* *vt excludant eos quò probati sunt agentes.*

34 Dissipa gentes quæ bella volũt. * venient legati ex Aegypto. * Aethiopia præueniet manus eius Deo.

35 Regna terræ cãtate Deo, Psallite domino:

36 Psallite Deo quia ascendit super cælum cæli * ad orientem.

37 Ecce dabit voci suæ vocem virtutis:

Act. 1. Matth. 25. Ioan. 5.

* date gloriã Deo super Israël, magnificentia eius & virtus eius in nubibus.

Act. 1. Apo 1. Matth. 25.

38 Mirabilis Deus in sanctis suis:

cti & probati sunt, quasi argẽtũ, quos tu examinatos & probatos habes: vt etiã cæteros simpliciores excludãt & impediant à veritate fidei suscipiẽda, & cõsequẽda salute. 34 Dissipa ta Domine, virtute omnipotẽtiæ tuę, populos qui bella mouere & persequutiones suscitare moliũtur aduersus Ecclesiam tuam, eorũq; comprime potestatẽ, vt non præualeãt populo tuo: * te verò rebelliũ & persequentiũ potentiã dissipare & humiliare volente, mox ad pacẽ cõuenient regiones populorũ, & legatos mittet pacis nũtios, ad principes & capita fideliũ: specialiter Aegyptus fœdus inire volet cũ Ecclesia tua, & sanctamq; fide suscipere, vt in corpus Ecclesiæ tuæ cõpingatur: * insuper & Aethiopia festinabit dare manus suas Deo, sese victã humiliter prosternere ante Deũ in humilitate gratia postulãs salutis, quæ est in populo sancto tuo. 35 Propter hæc autẽ tam multa, tamq; immẽsa toti orbi à Deo præstita beneficia, cãtate Deo omnia regna terræ: quoniã cõmunis ilus est, & cõmunia sunt ex æquo omnibus, quæ iam commemorauimus, & psalmos canite tã munificẽtissimo Domino. 36 Psalmos canite (inquã) altissimo Deo, qui morte deuicta ascẽdit super summũ cælorum, in summa altitudinem, super omnes cælestes orbes & exercitus beatorũ spirituum: * ad patris dexterã, locum nobilissimũ, vbi perpetua procession filius à patre exoritur sicut lumen increatũ, & immẽsum de increato & immẽso lumine. 37 Ecce qui secundũ assumptã carnis formã ascendit ad patris dexterã, in summũ cælorum idem ipse sic vẽturus est, quẽadmodum ascendit in cælum in magnifica gloria, cum angelis suis & virtute multa: & tunc quidẽ dabit voci suæ, vt sit vox virtutis & maximæ porentis: ita vt omnes qui in monumẽtis sunt audiant vocem eius, & procedant in reassumptis corporibus suis, vt recipiãt pro suis operibus condignã mercedem: ac tunc quidẽ consummatio erit & finis omnium quæ ab initio pro electis est operatus, mirabilium: * proinde gloriã date Deo super mirabilibus quæ operatus est in Israël populo suo fideli: magnificẽtia gloriæ eius, virtusq; potentiæ eius in nubibus, & apparuit olim, quando in nube assumptus est in cælũ, & apparebit iterum, quando veniet cũ nubibus, in potestate multa, cum angelis, in gloria patris sui, & videbit eũ omnis oculus in maiestate sua 38 Verè mirabilis est Deus erga sanctos suos, mirabilia sunt, stupenda vixque credibilia, quæ ipse pro salute electorum

ctorum suorum dignatur operari: * neq; dubito, quin Deus fidelium daturus sit virtutem & fortitudinem spiritualẽ populo suo & omnibus in eum credentibus, vt nullis vnquam tentationibus, nullis impulsibus excidant à salute, ad quam Dei gratuita bonitate sunt prædestinati: * sit benedictus, & laudatus in sempiternum tam admirabilis in omnibus sanctis suis: Deus, de quo tam stupẽda, longa iam verborum serie cõmorauimus: laus eius perduret in secula seculorum, Amen.

* Deus Israël ipse dabit virtutem & fortitudinem populo suo

* benedictus Deus.

ANNOTATIONES IN Psalmum sexagesimumseptimum.

VERSV primo, Exurgat Deus & dissipẽtur inimici eius. In Elucidatione increpatoriã hanc orationẽ dirigimus peculiariter aduersus principes tenebrarũ, aduersus spiritualia nequitiæ in cælestibus, qui se ab initio hostes exhibuerũt diuino nomini. Hos enim quãuis per multa secula velut dissimulãs permisisset Deus tenere mundi imperiũ, & dominari in filiis hominũ, veniente tamen plenitudine tẽporis, condemnatos iusto suo iudicio eiecit foras, Deoq; exurgẽte, dissipati, & dispersi sunt aduersarij nominis eius, qui Deo dissimulante & quasi dormiẽte suam in mundo exercebãt tyrannidẽ. Posset tamen generaliter ad omnes Dei inimicos hæc oratio dirigi. Versu tertio, Et iusti epulentur & exultent in conspectu Dei. Epulentur positũ est, pro iocundentur. Vnde in Græco habetur εὐφρανθήτωσαν, quod significat, iocũdentur, vel lætentur. Et ex Hebræo beatus Hieronymus vertit, Iusti autẽ lætentur, & exultẽt. Versu quarto, Iter facite ei q ascendit super occasum, Dominus nomẽ illi: In solemnibus (quos vocant) actibus, vbi multa est populorũ frequentia, solent ij qui dignitate præeminent, sub præconis voce introduci: qui præco tumultuantẽ, & in vnũ compactam multitudinem iubet sese diuidere, & veniẽti locũ facere: simul & nomẽ eius, & officij appellationẽ cõmemorans, vt audientes tanto prõptius reuerentiusq; iter præbeãt, & parẽt viam trãsituro. Ita mihi videtur accipiendũ, quod hic dicitur, Iter facite ei qui ascẽdit super occasum: Dominus nomen est illi, vt sit quasi vox præconia, triumphatoré præcurrens Dominum: quemadmodũ & in alio Psalmo diximus, de versibus illis, Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ, ac deinde interrogantibus abintus, Quis

Ephe. 6.

Ioan.

est iste rex gloriæ? respõsio adhibetur, Dominus fortis & potens, Dominus potẽs in prælio. Dominus virtutũ, ipse est rex gloriæ. Si cui tamẽ hæc sermonis iocũditas nõ arriserit, accipiat quod dicitur, vt simplicẽ exhortationem, qua moueatur fideles Domino via præparare, per conscientiæ & cordis expurgationẽ, vt tanto visitatore & inhabitatore digni fieri valeant, qui nomen habet pro sua dignitate superãs omne nomen. Occasus verò super quẽ Deus ascendit, præter expositionẽ in Elucidatione monstratã, intelligi cõmodè posset vtiorũ occasus, id est conuersio à peccatis: super quẽ occasum Dominus ascẽdit, quoniã libenter ad illos aduenit, in quibus occidũt vitia, & surgunt virtutes, qui derelinquẽtes malã, bonis se dicant operibus. Versu octauo, Deus, cum egredereris in cõspectu populi tui, cũ pertransieris in deserto. Quod secundo loco dicitur, iuxta Latinos codices vulgatos, cũ pertransieris, accipiendũ videtur, pro sententiæ maiore cõmoditate, p loco pertrãsires, vt sit conformitas in tempore & modo, cum eo quod præcedit, cum egredereris. In Græco autẽ, per infinitiuũ, vtrunq; horum effertur, hoc modo ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαι σε, ἐν τῷ διαβαίνειν σε: hoc est, ad verbũ, in egredi te, & in pertransire te. Quidã verò codices, etiã primo loco habent, Cum egredieris, nõ cum egredereris. Sententia tamen cõmodior est, si egredereris dicatur, & pertransires. Dicitur autẽ Deus egressus in cõspectu populi sui, nõ quòd locum vllum egredi possit, secundum suæ substãtiæ præsentiam: sed secundum similitudinẽ ducis egrediẽtis ante populum suum, cuius dux est, sermo iste venit accipiendus. Erat enim illis Dominus pro ductore, per diem simul atq; per noctẽ. Posset tamen versus iste totus vnà cum sequẽti, accommodari ad populum quæ legis, hoc modo, Deus cum tu egressus à patre in mũdum venires in cõspectu populi tui, cũ pertrãsires per deserta mundi huius, cum hominibus, tanquã vnus ex nobis conuersando: tunc mota est terra per pœnitentiam, ad vocem prædicationis tuæ & mirabilium signorum tuorum. Nam & cæli Apostoli sancti (qui in aliis locis frequenter cælorum nomine intelliguntur) distillauerunt sanctæ Euãgelicæ doctrinæ pluuiam: non quidem à seipsis, sed à facie Dei ipsius eiusdem, qui olim legem tulit, & terribiliter apparuit in monte Sinai, à præsentia (inquam) Dei Israël. Versu duodecimo, Dominus dabit verbum euangelizantibus, virtute multa. Rex

Philip. 2.

Rex virtutũ dilecti dilecti, & speciei domus diuidere spolia. Ablatiuus virtute multa, cõstrui debet nõ cũ participio euãgelizãtibus, sed cũ verbo dabit, vt sit sensus, Dominus euãgelizãtibus dabit verbũ in multa virtute: hoc est, cũ magna efficacia & fortitudine, vt operetur videlicet sermo eorũ mirabilia, vel cũ virtute magna, ad faciẽdũ signa & prodigia. His enim duab⁹ rationib⁹, verbũ Dei cum virtute multa datur à Deo. Primũ, quia verbũ quod ex Deo loquebãtur sancti Apostoli, ita magnæ virtutis & efficacię erat, vt corda penetraret audientiũ, multósq; potentũ etiã & sapientũ seculi ad Deum cõuerteret, à cõsuetudinibus & errorib⁹ patriis: regna quoq; & imperia ad Christũ adduceret. Et licet aures propter simplicitatẽ, nõ demulceret eorũ sermo, corda tamẽ propter virtutis efficaciã permouebat. Quod autẽ sequitur, Rex virtutũ dilecti dilecti, cũ nominatiuo prioris versus, dominus, cõiungi debet, quasi secundũ appositoriã cõnexionem, hoc modo, Dominus existẽs rex virtutũ, dilecti dilecti filij sui, id est dilectissimi filij sui, supple pater. Siquidem per geminationẽ hãc, dilecti dilecti, vehemẽtia dilectionis indicatur, quasi dicas, charissimi filij pater: In quo tacite indicatur cur dominꝰ pater daturus sit euãgelizãtibus verbũ in tãta efficacia: nimirũ quia rex virtutũ ipse est & pater charissimi sui filij, cuius gloriã annũtiabunt illi euãgelizatores. Vnde quia rex virtutũ est, à quo omnis est fortitudo, manifestum est posse ipsum dare verbũ virtutis: & quia filij sui dilectissimi gloria prędicãda est, quomodo non verbo illi daret virtutẽ, quo erat illa annuntiãda quã optat super omnia? Quod deinde sequitur. Et speciei domus diuidere spolia, mirabili constructione cũ prioribus iũgitur, ita vt infinitiuus diuidere, nectatur cũ verbo dabit, repetitio ex versu priori hoc sensu, Et dabit Dominus rex virtutũ, dilectissimi filij pater, euãgelizãtibus diuidere spolia. Quod autẽ supereſt speciei domus, datiui casus est, quẽadmodũ ex Græco est manifestum, & valet ad speciẽ domus, hoc est, ad decorẽ domus. Et hæc quidẽ, quantum ad grãmaticæ constructionis congruitatem. Quantum verò ad sensum, videtur hic sermo respicere cõsuetudinẽ prędiantiũ, qui post peractã pugnã, prostratis & interfectis hostibus, ad diuisionẽ spoliorũ deinde se accingunt, atque ex reportatis post triumphũ spoliis domus suas ornãt, in altitudine suspẽdentes quæ magis electa videntur, in testimonium victoriæ

& virtu

& virtutis quam in bello fecerũt. Sic & Apostoli, qui quasi viri pugnatores egressi sunt cũ verbo Dei, quasi viri sagittarij, sagittis acutis armati, plurimas nationes & imperia prostrauerũt Christo: accipiẽtesq; singuli sortes suas, quasi spolia diuiserũt, ex qbus ædificarẽt & ornarent domũ Dei. Ornamenta enim domus Dei, fructus est eorũ qui ad Deũ Euangelica prædicatiõe fuerint cõuersi. Versu decimoquarto, Si dormiatis inter medios cleros, pennæ colũbæ deargẽtatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. χλώρος Græcè, sortè Latinè significat. Inter medios autẽ cleros idem valet, quod in medio clerorũ, vel in medio sortiũ, quemadmodũ Græcè dicitur ἀνὰ σέσον τῶν κλήρων. Sortes autẽ istæ duæ sunt, sors cælestis & terrena. In medio sortiũ istarum dormire vel requiescere vel excubare prælatos Ecclesiæ, est affectu, nec penitus inhærere terrenis plusquã necesse est, neq; ita etiã solis velle inhærere cælestibus, vt cura negligatur subditorũ: sed mediũ modo quasi inter vtrunq; habitare, vt neq; omnino occupentur terrenis distractionibus, neq; semper inhæreant cõtemplationis solitudini. Columba autẽ ista de cuius pẽnis & dorso hic dicitur, sancta Ecclesia est, de qua spõsus in Cãticis canticorũ loquitur, dicens, Vna est colũba mea, perfecta mea. Et iterũ, Surge, propera, amica mea, colũba mea, formosa mea, & veni: colũba mea, in foraminibus petræ, in cauerna macerię. Ostẽde mihi faciẽ tuam, sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Quod autẽ hic dicit de colũbę pẽnis de argẽtatis, & de posterioribus dorsi in pallore siue in fulgore auri, pulchritudinẽ exprimit colũbæ. Corporali enim pulchritudine illa colũba bene formosa est, cuius pẽnæ quasi deargẽtatæ, sic niueo candore resplẽdẽt, supremũ verò dorsi quasi auri palentis, siue ad viredinẽ tendentis, habet speciem. Per quam corporalẽ pulchritudinẽ colũbæ intelligitur spiritualis pulchritudo interior Ecclesiæ. Est itaq; totius huius versiculi sensus, Si vos, ô Apostoli, Apostolorũq; locũ tenentes, si vos quicunq; præpositi estis Ecclesiarum, in medio duarũ sortium excubaueritis, atq; requieueritis (vt suprà declaratũ est) ita fiet, vt Ecclesia ipla vobis cõmissa, columba Dei formosissima & speciosissima fiat. Quẽadmodũ ecõtrario, si inter medios cleros dormire recusaueritis, admodũ deformẽ (quantũ quidẽ in vobis erit) colũbam istã redderis. Cum enim præpositi ac rectores Ecclesiarum bene se gerunt opti-

Cant. 6,

Canti. 2.

optimè proficit populus, & quasi peculiari pulchritudine nitet atq; resplẽdet Ecclesia. Cũ verò nõ in solicitudine debita præsunt gregi pastores, grex deficit, & Ecclesia plumis suis deformis redditur, pristinũq; perdit nitorẽ. Cõtingere autẽ potest duabus rationibus, vt nõ inter medios cleros, nõ in medio sortiũ habitãtes prępositi Ecclesiarũ, colũbæ suũ auferãt decorẽ. Sunt enim quida sorti inferiori, id est, parti terrenæ penitus vel certè nimiũ inhęrẽtes: per gulã, luxuriã, comessationes, ebrietates, ambitionẽ, auaritiã, aliáve his similia, quæ omnia de mũdo sunt. Qui per hęc tetra vitia, dũ & exemplo malè docẽt subditos, & per vitã malã verbo etiã (quod sorte prędicãt) autoritatẽ & fidẽ derogant: non mirũ si colũbæ suæ pulchritudinẽ vehemẽter obscurẽt, vt nõ appareat pẽnis deargẽtatis & dorso aureo colore fulgẽte. Rursum, alij nimiũ sibi vacare volũt, nimiũ quieti intẽdere, superiori sorti pluquã pastoralis cura permittat immanere volũt, neq; satis circuerunt gregẽ, nõ satis attẽdunt qui lupi obambulẽt, quis infirmetur ex grege, quis inficiat cõciues: negligũt multa, multa dissimulãt: quoniã molestiã fugiũt & laborem, ne à quiete (vt aiunt) impediantur. Et hi certè quanquam sint prioribus tolerabiliores, tamen magna ex parte frequenter colũbę pulchritudinem obscurãt, & plumas atras multas succrescere sinunt, quas tempestiuè non euellunt. Qui autem columbam in suo nitore, in quo eã acceperunt à Deo, conseruare volũt: ita necesse est in medio duarũ harum sortium dormiant, habitẽt atq; excubent, vt neque nimium terrenis se implicent, neque plusquam necesse est, cõtemplationi & quieti insistere velint. Hoc enim exẽplum Saluator (qui hanc formosam colũbam genuit, & in sui sanguinis balneo tali pulchritudine donauit) ipse nobis reliquit, nõ perpetuò inter populares turbas agere voluit, sed frequẽter in deserta orationis gratia secessit, semper tamen ad erudiendos Apostolos ac cæteras turbas opportuno tempore rediit. Idẽ & Apostolos legimus fecisse, eorumq; legitimos successores. Atq; vtinã nostro quoq; sęculo hęc nõ deesset fœlicitas. Vtinã non toti in sorte infima dormirent pleriq; eorũ, quibus hîc clamatur, Si dormieritis inter medios cleros. Haberemus profecto columbã Iesu Christi nõ ita multis atris piceisq; plumis commaculatam, haberemus candidã vt olim, splendidã, vt olim, alis deargentatis vt olim, dorso pallente in fulgore auri vt olim.

Sed

Sed benedictus per omnia Deus, q vbi volet, fœliciter restituet nobis omnia. Nõnulli verò colũbę pẽnas deargentatas, & posteriora dorsi in pallore auri secũdum mysticas intelligẽtias aliter exponũt: quas apud alios promptũ sit inuenire, nos propter prolixitatẽ nimiã vitandã pertrãsimus, Versu decimoquinto, Niue dealbabũtur in Selmon. Quod apud Latinos duabus dictionibus dicitur, niue dealbabuntur, Græce vnico verbo habetur χιονωθήσονται, quod adverbũ sonat, acti cõficto vocabulo dicamus niuabũtur, vel deniuabũtur, id est, in modũ niuis dealbabũtur. In quo sensu etiã accipiendũ est, quod dicitur in vulgata lectione, niue dealbabuntur, hoc est quasi nix albi fiẽt: quẽa modũ sermo teutonicus dictione cõposita sneeuvvit appellat, qui in modũ niuis vehemẽter sunt albi, atq; ecõtrario peckſvvart, eos qui vt pix nigri sunt, vulgari appellatione dicũt. Selmõ verò, quod secundũ Hebraicã orthographiã scribi deberet Zalmõ, significat obscuritatem vel tenebrositatẽ, aut (secundũ alios, qui Zalemoth legunt) vmbrã mortis. Vtrunq; autẽ gentili populo cõuenit, imo & Iudaico, quoniã ante horũ regum (id est Apostolorum) super orbẽ cõstitutionem, ante apostolicã prædicationem, omnes sub tenebris ignorãtię & mortis vmbra residebãt: qui Apostolica prædicatione, per pœnitentiã veram, facti sunt veluti nix cãdidi, dealbati & lucidi. Per montẽ verò Dei, intelligit Elucidatio sanctã Ecclesiã, quã prius columbã diximus, Posset tamẽ etiã ipse Christus intelligi, qui mons est Dei sublimis, mõs pinguissimus plenus spiritu sancto, mons coagulatus: quoniã omnes fideles ipsius mẽbra sunt, & omnes per fidei coagulũ sibi counitos habet, qui vnus est mõs verè coagulatus & perfectus, in quo beneplacitũ est toti diuinitati, secundũ plenitudinẽ (vt Paulus ait) corporaliter inhabitare.

Versu decimooctauo. Currus Dei decem millibus multiplex. In Græco, totũ hoc, decẽ millibus multiplex, dicitur vnica voce μυριοπλάσιον, quòd Latinè vno verbo reddi cõmodè nõ potest: sed per circũloquutionẽ debet explicari, myriadibus multiplex, id est, decẽ millibus multiplex, quod est, ex decẽ millibus multiplicatis ac frequẽter replicatis compositus. Nã vna myrias continet decem millia. Myriadibus ergo multiplex idẽ est quod decẽ millibus multiplex. Aut efficta voce dici posset, decẽ millecuplex, si nõ innueretur replicatio myriadũ. Hoc enim modo, quemadmodũ millecuplex dice

Edicéretur currus, q ex multitudine mille cõstaret vestorũ, ita μυριοπλάσιος, hoc est, decẽ millecuplex diceretur, qui ex decẽ millib⁹ cõponitur. Nãvna myrias (vt iã dictũ est) decẽ millia cõplectitur. Per hũc autẽ numerũ, siue decem milliũ, siue (iuxtã quod verisimilius est) myriadũ multiplicatarũ, intelligimus innumerabilẽ multitudinẽ angelorũ, q sunt currus Dei. Vnde Hieronym⁹ ex Hebręo vertit, Curr⁹ Dei, innumerabilia millia abũdatiũ. Atq; ita etiã accipi posset vox Græca suprà posita, myrioplasios, vt valeat infinite multiplicatur, hoc est, ex infinita multitudine cõpositus. Nã μύρια plurali numero, neutro genere, Græci dicũt infinita: myriadẽ verò, numero singulari, genere fœmineo, tantũ decẽ millia. Quidã verò hũc currũ accipiũt populũ Dei, electos ex hominibus, aut salte hos illis cõiungunt: sed præstat angelorũ exercitus intelligere, in qbus etiã vectus apparuit in Sinai mõte sancto. Maximè cũ scripturarũ mos sit iste loquẽdi, vt dicãt Deũ super angelos sedere, vel equitare: quẽadmodũ in Psal. XVII. Ascẽdit super Cherubim, & volauit. Et alibi, Qui sedes super Cherubim. Versu decimonono, Cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Captiuitas ista (vt in Elucidatione indicauimus) vel peculiariter ad patres in lymbo detẽtos referẽ, vel generaliter ad vniuersum genus humanũ. Omnes enim sub diaboli manu detinebamur captiui, donec veniret ille fortior qui fortẽ armatũ alligasset, & vasa captiuitatis eius diripuisset. Et quidẽ iuxta textũ nostrę lectionis Gallicanæ, non habet difficultatem quòd dicitur CHRISTVS in altũ ascendens cepisse captiuitatẽ. Quod autẽ in Psalterio Romano legitur, Captiuã duxisti captiuitatem (quomodo tã in Hebręo, quã in Græco apertè cõspicim⁹) videt maiorẽ habere difficultatẽ. Nã siue patres intelligas è lymbo eductos, siue homines vniuersos è diaboli potẽtia ereptos: quomodo dicetur CHRISTVS eos quos liberauit captiuos duxisse? An nõ verius diceretur, Liberã dimisit, vel liberã eduxit captiuitatẽ? Attendendũ proinde est, duplicẽ in his verbis indicari captiuitatẽ: alterã durã & pessimã, qua sub diabolo fuerãt detenti: alterã verò optimã, dulcissima, & diutissimè expectatã, qua videlicet per CHRISTVM & priore durissima fuerũt liberati. Ad hoc enim CHRISTVS ereptos duxit vel cepit captiuos, vt liberos faceret. Qui enim extra captiuitatem abducuntur, ad libertatem abducuntur. Quemadmodum si rex quispiam audiens

Psal. 17

Psal. 79

Lucæ 11

audiēs ſubditos regni ſui à tyrāno aduerſario in captiuitatē abductos,atq; in carceres immanes retruſos,in potentia ſui exercitus veniēs,expugnato tyranno populū illum ſuum de captiuitate mortis excutiat,ac ſecū abducat: rectè dicemus, illū captiuā ſecū abducere captiuitatē, non quòd ipſos vltra captiuos detinere velit,ſed quia de manu eius qui prius illos in captiuitatē concluſerat,cepit. Captiuitas prior ſeruitutis erat:poſterior,libertatis. Notandū prætereà,cū dicimus (iuxta ſecūdam expoſitionē)totū genus humanū CHRISTVM aſcēdētem duxiſſe captiuū,etiā ſi intelligatur quòd ſecū abduxerit in cælos,nō debere hoc falſum neq; abſurdū videri: Epheſ. 2. ſed ita accipi debebit,quomodo Paulus Apoſtolus in Epiſtola ad Epheſios loquitur,dicens, Deus qui diues eſt in miſericordia,propter nimiam charitatē ſuam qua dilexit nos,& cū eſſemus mortui peccatis,cōuiuificauit nos in CHRISTO, cuius gratia eſtis ſaluati,& cōreſuſcitauit,& conſedere fecit in cæleſtibus,in CHRISTO IESV. Ait nos iam conſedere in cæleſtib⁹, in CHRISTO,ſiue per CHRISTVM: nō quòd illic iam agamus, ſed quia per ipſum certā ſpem & ſecurā habe- 1. Ioan. 3. mus expectationē,illū obtinendi. Ita plane omnes nos aſcēdens CHRISTVS cepit à diabolo,ac ſecū abduxit: quoniam de morte nos trāſtulit ad vitam iuxta dictū dilecti diſcipuli: & mortis imperio exemptis, ad hæreditatē vitæ æternæ nobis reſtituit acceſſum. Verſu eodē, Accepiſti dona in hominibus. Mirabile videtur, quomodo præſentē verſum allegās Paulus Apoſtolus,capite quarto Epiſtolæ ad Epheſios,diuerſo modo citauerit,dicēs, Aſcendens CHRISTVS in altū, Epheſ. 4. captiuā duxit captiuitatē, dedit dona hominibus: cū hīc dicat, nō de datis donis,ſed de acceptis. Multum enim intereſſe videtur inter hæc duo, Dedit dona hominibus, & accepit dona in hominib⁹. Verùm ſi ſenſum vtriuſq; lectionis penitus introſpiciamus,cōperiemus manifeſtò,nō magnā inter ea eſſe diuerſitatē. Nō enim potuiſſet filius dare neq; ſpiritū ſanctū, neq; vllum donū hominibus, niſi à patre accepiſſet, vt dare poſſet & daret. Quæcūq; enim habet filius,à patre ſe cōfite- Matt. 11. tur habere,dicens, Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Ac Ioan. 5. rurſum, Nō poſſum ego à meipſo facere quicquā. Et de ſpi- Ioan. 15. ritu veritatis, cū diſcipulis eū promitteret, dicebat à patre ſe Ioan. 14. illis daturū, Cū venerit (inquit) paracletus quē ego mittam Ibidem. vobis à patre. Et iterū, Paracletus quē mittet pater in nomine meo. Item, Rogabo patrē, & alium paracletum dabit vobis,ſpiritū veritatis. Vt ergo hominibus ſpiritū,ac dona eius filius in altū ſcādens daret,prius oportebat accipere in hominibus,id eſt,pro hominibus, vel vt in hominib⁹ diffunderet. Vnde videtur Paulus idem clarius & apertius dixiſſe, mutata verborū forma,quod obſcurius cōtinet lectio Pſalmi: quēadmodū & in aliis aliquot locis ſcripturarū citandis feciſſe cognoſcitur. Alij verò præſentē particulam, Accepiſti dona in hominibus,ſic intelligūt, Accepiſti tu ô CHRISTE, poſtquā victor aſcēdiſti in cælū,dona in hominibus:id eſt,ex hominibus,ex genere humano,quādo ſcilicet prædicātibus Apoſtolis,tuis in terra vicariis,multa hominū millia & innumerabiles populi tuæ ditioni ſunt ſubacti & ſubiugati: quādo(iuxta Pſalmi alterius Prophetiā)datæ ſunt tibi gētes in hæreditatem,termini orbis terræ in poſſeſsionem. Eccleſia ſancta tua Pſalm,2. per orbem Apoſtolica prædicatione dilatata. Secundū quam expoſitionē Pauli allegatio ita deberet cōcordari, quia prius erat,vt Chriſtus ſua dona daret hominibus, vt ſpiritum mitteret in corda Apoſtolorū, quàm poſſet ex hominibus accipere dona,id eſt, populos ſuo imperio acquirere ſubiectos. Nūquam enim orbis terrarū ita ſe Chriſto ſubiecīſſet,niſi de cælo demiſiſſet ſuū ſpiritū,qui Apoſtolos ad rem tantam ſufficientes fecit,cuiusq; virtute ſancti Apoſtoli cuncta mirabilia fuerunt operati. Verſu vigeſimo, Etenim non credentes inhabitare dominū Deum. Depēdet hic verſus ſecundū conſtructionē à priore: quoniam totū hoc, Non credētes inhabitare dominū Deum, verbo accepiſti debet cōiungi. Idq; fieri poterit ſecundum duplicem conſtructionē. Primo, vt accuſatiuus poſterior dominū Deum, ab anteriori parte verbi inhabitare regatur: prior autē non credentes, à parte poſteriori: totum verò hoc, dominū Deum inhabitare non credentes, ſit pro accuſatiuo vno qui regatur à verbo tranſitiuo, accepiſti, hoc ſenſu, Etenim accepiſti dominū Deū, inhabitare nō credentes: hoc eſt. Accepiſti vt dominus Deus inhabitet nō credētes, eos videlicet qui antè nō credebāt, qui olim increduli fuerāt, vt illos Deus pater, & tota diuinitas iam inhabitet per gratiā, poſtquā de cælo miſiſti tui ſpiritus dona. Spiritus ſanctus enim de cælo demiſſus, corda idololatrarū & infidelium quæ inuenit habitacula dæmonū, conſecrauit in tēplo Chriſti & Dei patris. Altera cōſtructio eſt, ſecundū quam accuſa-

tiuus,nō credentes,regitur immediatè à verbo accepisti:infinitiuus autē qui sequitur,Græcorū more, pro gerundio accipitur,ad hunc sensum,Etenim accepisti nō credētes:ad inhabitandū dominū Deū in ipsis,hoc est, Eos qui antè increduli fuerāt,à patre tuo post spiritus sancti missionē accepisti domino,vt ipse dominus Deus habitaret in ipsis. Et harū constructionū vtranq; rectè patiē etiā versio Hieronymi ex Hebræo, quę eadē est cū vulgata lectione:nisi quòd loco,etenim,ponit insuper &,hoc modo,Insuper & nō credentes inhabitare dominū Deū.Sciendū tamen est,quòd in Græcis exemplaribus, itē & in Romano Psalterio alia habetur distinctio. Finitē enim versum in infinitiuo inhabitare, ac deinde à casu nominatiuo,Dominus versus alterius initiū sumunt:Nā Græci libri sic habēt,καὶ γὰρ ἀπειθοῦντας. τὸ κατασκηνῶσαι: ac deinde κύριος ὁ θεὸς εὐλογητὸς, hoc est (vt Romanū habet Psalterium) Etenim q nō credūt(id est incredulos)inhabitare, Dominus Deus benedictus,&c. Quę lectio Græca,nō nisi posteriore parte constructionē,vt sit hæc sententia,Etenim accepisti non credētes ad inhabitandū,vt scilicet eos inhabitares,quos antè inhabitat diabolus. Verū lectio vulgata,Hebræo originali magis aptè respōdet. Versu vigesimoprimo,Benedictꝰ dominus die quotidie, ꝓsperū iter faciet nobis Deus salutariū nostrorū.Cū dicit Latina trāslatio,die quotidie,conata est expri mere figurā sermonis Græci,q habet ἡμέρας καθ' ἡμέραν,quod sonat ac si dicas,die & die:hoc est,p singulos dies, vel quotidie,vel semper. Solet enim illa replicatio vniuersalitatē significare,quēadmodū cū dicitur, Generatio & generatio laudabit opera tua,id est,omnes generationes, Item, à ꝓgenie in ꝓgenies,id est,in omnes progenies siue generatiōes.Figurā sermonis Græci conatꝰ etiā exprimere lectio Romani Psalterij,quę habet,Benedictꝰ dūs de die in diē.Quod autē sequitur,Prosperū iter faciet nobis Deꝰ,intelligi debet ex cōmuni modo hominū,secūdū spē bonā fidenter loquētiū: q etiā solēt dicere, Deo donāte. Bene cedēt omnia, Fortunabit omnia Deꝰ,Dabit omnipotēs ꝓsperū exitū nostris negotiis,Dominus omnipotens rem nostrā diriget & prosperū faciet negotiū in manibus nostris.Illud tamē sciēdū est,in sermone Græco ꝓ toto illo,prosperū iter faciet,poni vnicum verbū κατευοδῶσαι, quod significat,faciat prosperè cedere.vel ꝓsperū iter faciat. Idem vocabulum & Paulus vsurpat 1.cap. Epistolæ ad Rom

Psal. 144.
Lucæ.1.

Romanos,vbi Latina lectio habet,Si quo modo tādē aliquādo prosperū iter habeam in voluntate Dei, veniendi ad vos.

Versu vigesimosecūdo, Deus noster,Deus saluos faciendi:& domini domini,exitus mortis.Græcè est, ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ θεὸς τοῦ σῶσαι, καὶ τοῦ κυρίου κυρίου αἱ διέξοδοι τοῦ θανάτου:hoc est, Deus noster,Deus ad saluandū, & ipsius domini domini sunt egressus aut trāsitus mortis:quod aliquāto clarius est quàm habet nōstra lectio vulgata. Et manifestū est domini domini, esse casus genitiui:exitus autē casus est nominatiuus, numeri pluralis.Istos autē exitus mortis,prēter expositionē in Elucidatione positā,exponunt alij exitus ad mortē, vt duæ partes versus cōtrariā ꝓponāt.Prior enim dicit,domini esse saluare:posterior verò,domini esse perducere ad mortē,& ad mortis exitū perducere quos voluerit:vt significetur vno versu isto,tam vtæ quàm mortis Deus habere æqualē potestatē, quēadmodū ex ōre domini dicitur,Ego percutiā & sanabo, occidam & viuere faciā. Versu vigesimotertio.Veruntamē Deus confringet capita inimicorū suorū,verticē capilli perambulantiū in delictis suis. Quod hīc dicit de cōfringendis capitibus inimicorū,& de confringēdo vertice perābulantiū in delictis suis, secundū metaphorā significat vltionē grauissimā & seueriſsimā iustitiæ Dei,in impios obstinatos exereendā:quæ huiusmodi metaphorica loquutione in scripturis ferè solet significari Quēadmodū Psalm.111.Percussisti omnes aduersantes mihi sine causa,dentes peccatorū cōtriuisti: vbi per maxillæ percussionē(quomodo in Hebraico habetur)& dentiū cōtritionē, similiter hæc vltio damnationis impiorū significatur, quēadmodū illo in loco apertius declarauimus.Similiter & illud quod dicitur versu secūdo,loco post hūc sequēte:Vt intingatur pes tuus in sanguine,lingua canū tuorū ex inimicis ab ipso,secundū trāslationē accipi debet,ex cōsuetudine prēliorū,in quibꝰ sanguinis copiosissima fit effusio,videturq; (quātum ad sententiæ cōuenientiā) rectius versus ille vigesimusquintus debere immediate huic vigesimotertio copulari,accipiēdo eū,qui interponit vigesimoquarto quasi per parēthesim interiectū:quāquā & aliē dari possint expositiōes,secūdū quas nō foret necesse ita accipere, quas tamē breuitatis studio omittimꝰ. Circa versum autē vigesimū,nota illud,in profundū maris,accipiēdū pro de profundo,vel ex,vel in profundo maris,id est,de insulis lōginquis à terra,in mari lōgè sitis.

Psal.3.

Deut.32.

Atq; ita vertit beatus Hieronymus ex Hebræo: de profundo maris In versu verò vigesimoquinto,cum dicitur,Pes tuus & canũ tuorum,sermo videtur fieri nõ determinate ad aliquẽ, neq; ad Deum,neq; ad hominẽ,aliquem determinate, sed in genere ad vnumquẽq; qui prælio interfit. Sic enim persona secunda nõnunquã vti solemus. Vt(verbi gratia)cũ dicimus, Videas plerosq; omissa via recta,sectari de via, tantundẽ est, acsi dicamus:Videre quilibet facilè potest,& cætera. Deniq;, illud ab ipso,in versu vigesimoquinto, quod in Elucidatione exposuimus,A Deo vltore,alij intelligũt secundũ numerum pluralẽ,Ab ipsis inimicis:vt sit(iuxta scripturæ vsitatũ morẽ) perissologia,eiusdẽq; rei inculcatio:alij, Ab ipso principe inimicorũ:alij,Ab ipso sanguine ex inimicis effluente. Versu vigesimoseptimo,Præuenerunt principes,cõiuncti psallentibus,in medio iuuencularũ tympanistriarum. Totũ hũc versum in Elucidatione secundũ intelligentiã mysticam enarauimus.Poterit tamẽ,& ad literã intelligi, secũdum ordinem qui fit in solennibus gratiarũ actionibus,vbi præueniunt,seu antecedũt principes,idq; intelligẽdo potius de præfectis seu principibus cantorũ,quàm de principibus populi:hos deinde subsequebãtur cãtores,psallentes & cõfitentes domino quoniam bonus,quoniã in seculũ misericordia eius: quibus coniungebãtur iuuẽculæ in tympanis tympanisantes, & choros ducẽtes cũ gaudio.Atq; hũc sensum clarius explicat,quod habet versio Hieronymi ex Hebræo, Præcesserũt cãtatores eos q post tergũ psallebant,in medio puellarũ tympanistriarum,

Versu vigesimooctauo,In Ecclesiis benedicite Deo domino,de fontibus Israël. Elucidatio interpretatur de fontibus, vt significet quasi materia benedictionis, ad quã fit exhortatio,quasi dicatur,Benedicite Deo super fontibus Israël, Aliter verò intelligi poterit, Benedicite in Ecclesiis domino, vos q estis de fontibus Israël geniti,id est,per sanctos Apostolos(qui fontes sunt regenerationis)ex Israël regenerati.Quod magis videtur quadrare ad versionẽ Hieronymi ex Hebræo, quæ habet numero singulari,De fonte Israël,vel (vt alij vertũt)de vena Israël:siue de scaturigine Israël: q̃ Hebræi quidã exponũt,quicũq; estis de semine vel progenie Israël: quãquam:& hæc intelligi possint de fonte,siue vena,siue scaturigine Euãgelicæ prædicationis, quæ ex Israël in mũdũ defluxit vniuersum per omnes populos nationũ. Versu vigesimo-

Gen.49.

nono,Ibi Bẽiamin adolescẽtulus in mẽtis excessu. Quòd hũc versum de beato Paulo exponimus,primùm nõ absq; grauissimorũ virorũ autoritate facimus,deinde nec præter rationẽ, nec præter similitudinis cõuenientiã.Nã beatus Augustinus nõ solũ quod hic scribitur,verũetiã quod in Genesi in prophetia Iacob de Bẽiamin dicitur,Beniamin lupus rapax,mane rapiet prædã,& vespere diuidet escas, putat de Apostolo Paulo intelligendũ.Paulũ quoq; de tribu Bẽiamin fuisse, ipsiusmet cõprobatur testimonio,capite 111. Epistolæ ad Philippẽses, Philip.3. ita de se loquẽtis,Si quis alius videtur cõfidere in carne, ego magis circũcisus octauo die,ex genere Israël, de tribu Bẽiamin,Hebræus ex Hebræis,&c. De extasi autẽ in qua fuit Paulus,legimus Act.1x.cap. quomodo in profectione ad Damascũ,luce cælesti tactus desuper,& voce Dei audita,postquã ad manus deductus fuisset in ciuitatẽ à comitibus,tribus diebus permãserit nõ videns,neq; manducans,neq; bibẽs,in oratione,p excessum (vt videtur)totus eleuatus. Id quod loquẽs ad Ananiã dominus,indicabat,dicẽs, Surge, & quære Saulũ nomine Tharsensem:Ecce enim orat.Vbi cũ ait dominus,Ecce enim orat,indicat Paulũ triduo illo, dum ita à cibo potuque abstineret,item & visu nõ vteretur,non mente alienatũ fuisse,sed cũ Deo prorsus occupatũ.Et verisimile est,tũc in mentis excessu ipsum fuisse,& à Deo didicisse quæ statim post receptum visum audacter & fiducialiter de Christo,etiã in Synagogis,& palàm omnibus gẽtibus atq; Iudæis cœpit prædicare:maximè cũ ipse aperte testetur, humano magisterio se nõ didicisse mysteriũ fidei Christianæ, sed per immediatã Galat.1. reuelationẽ Dei.Sic enim Galatis scribit.Notum vobis facio fratres,Euangeliũ quod euangelizatum est à me, quia nõ est secundum hominẽ. Neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; didici,sed per reuelationem Iesu Christi. Et verisimile est,idem fuisse hoc tempus in quo illi datum est in tertiũ cælum scãdere & ineffabilia verba audire, de qua re scribit in Epistola posteriore ad Corinthios,in hæc verba.Scio homi- 1.Cor. 12. nẽ in Christo ante annos quatuordecim (siue in corpore, sine extra corpus,nescio,Deus scit)raptum huiusmodi vsq; ad tertiũ cælum. Et huiusmodi hominẽ(siue in corpore,siue extra corpus,nescio,Deus scit)quoniã raptus est in paradisum, & audiuit arcana verba quæ nõ licet homini loqui. Hæc ergo extasis est adolescẽtuli nostri & paruuli Bẽiamin.Nũc ve-

rò & congruentiam videamus cõparationis: Beniamin inter omnes fratres suos natu minimus fuit, & fratrum vltimus: quẽ pater in senectute genuit, ac tenerrimè dilexit. Ita Paulus, Apostolorũ omniũ vltimus, vocatus est, quasi in senectute patris: quoniam post Christi ascensionem in cælos. Vnde de seipso confitetur scribens Corinthiis, quòd nouissimè omniũ, post Apostolos omnes viderit dominũ, quasi abortiuus, addẽs & causam, Ego (inquit) sum minimꝰ Apostolorũ, qui nõ sum 2. Cor. 15. dignus vocari Apostolus, quoniã persequutus sum Ecclesiam Dei. Audis Beniamin fratrem minimũ, in senectute Christo genitum. Vis autẽ audire, quare ita tenerè pater (tametsi minimum & in senectute gentium) hũc dilexit? Lege quod sequitur, Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua nõ fuit, sed abũdantius illis omnibus laboraui. Non ego Ibidem. autẽ sed gratia Dei mecũ. Ad hæc Beniamin matris suæ Rachelis (vt ita loquar) interfector fuit. Siquidẽ in partu mater mortua est, & sepulta in via quæ ducit Bethleem. Egrediente quoq; anima præ dolore, mater appellauit illũ Bẽnoni, id est, filium doloris mei: pater verò nomen cõmutauit, appellãs illum Beniamin, id est, filium dextræ, sicuti manifestè docet hi Genes. 35. storia Genesis. Hæc autẽ omnia aptissimè secundũ mysticam intelligentiã Paulo accõmodantur gentiũ Apostolo. Deum enim ita fortiter per omnes epistolas suas mõstrare conatur legis veteris abrogationẽ, dum vbiq; cõtra Iudæos mordicus tenere volentes, sua legalia cõstanter agit pro Euangelica libertate, nónne tibi Synagogæ matris suæ, in qua educatus & edoctus fuit, & veteris legis in qua genitus, quasi interfector quidam fuisse videtur? Nónne rectè tibi videtur Synagoga vetus hũc posse appellare Bennoni, id est, doloris mei filium, qui matrẽ, à qua educatus & institutus fuit, deficere fecit, & (vt ita loquar) voluit interire? Quis enim Apostolorũ omniũ ita legalium euacuationem docet, quis ita pro Euangelicæ gratiæ libertate dimicat, vsq; ad sanguinẽ, vt hic adolescẽtulus Beniamin? Et licet Synagoga mater videns se præ dolore expirare animã ac deficere, vocet illũ doloris sui filiũ, licet illũ crudelissimo odio prosequeretur ipsius populus: pater tamẽ Beniamin illũ appellauit. Deus pater nõ patitur filiũ doloris nuncupari, sed cõmutato nomine Beniamin appellat, id est filiũ dextræ. Quid autẽ est, quod à Deo filius dextræ vocatur? Nẽpe id quod ad Ananiã dicebat, Vas electionis est mihi, Actu. 9. vt

vt portet nomen meũ corã gẽtibus, & regibus, & filiis Israël. Ego enim ostẽdã illi quãta eũ oporteat pro nomine meo pati. Quis igitur miretur, si in hoc Psalmo, vbi copiosissimus sermo habetur de nouæ Ecclesiæ ædificatione, quę ex gentibus potissimũ cõstat, de hoc Paulo gẽtiũ primo Apostolo peculiaris fiat mentio? si etiã priori loco ante alios exprimatur sub figura Beniamin. Versu trigesimo, Principes Iuda, duces eorũ, principes Zabulõ, & principes Neptalim. Fuerũt Apostolorũ aliqui electi ex tribu Iuda, vt Iacobus & Ioannes filij Matth. 4. Zebedæi: itẽ Iacobus minor, Iudas & Simõ fratres, ac inter di Ioan. 1. scipulos Ioseph iustus, qui omnes filij erãt sororis matris domini. Porrò Zabulõ & Neptalim, in Galilęa sitę sunt, vnde dominus Petrũ, & Andreã assumpsit, & Philippum, qui & ipse à Bethsaida Galilææ erat, & Nathanaelẽ discipulũ, & alios plerosq; ex Galilęæ partibus: quẽadmodũ 1. cap. Act. Apostolorũ Actu. 1. testantur stupẽtes linguarũ miraculum, cũ admiratione dicẽtes, Nónne ecce omnes isti qui loquũtur, Galilæi sunt? Et angeli ascendente domino, Viri Galilæi, quid statis aspicientes Ibidem. in cælũ? Versu trigesimosecũdo, A tẽplo tuo in Hierusalem, tibi offerent reges munera. Quidã huius versus principium coniungũt fini præcedentis, hoc modo, Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis, à templo tuo in Hierusalẽ: id est, quod in Ecclesia tua operatus es, incipiendo à templo sancto tuo, quod est in Hierusalem, quia illic primũ cœpit Euangelium prædicari, & Ecclesia ædificari. Aut, Confirma hoc à tẽplo sancto tuo, id est, virtute desuper missa, & spiritu sancto de cælo demisso, de sanctuario tuo, quod est in superna Hierusalem, quod vbi feceris, in gratiarum actionẽ offerent tibi reges munera, per vniuersum orbem terrarum. Versu trigesimotertio, Increpa feras arũdinis, congregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludant eos qui probati sunt argẽto. Per feras arundinis, in Elucidatione principes seculi intelligimus Euangelio repugnantes: per tauros, illorum duces & præfectos: per vaccas, vulgus ipsum in malo consentiens. Aut per feras arundinis, intellige hæreticos vel sapientes seculi, cõtra Christum & Ecclesiam inani timore superbiæ & simulatione falsa scientiæ insurgentes: per congregationem taurorum, exercitus principum & potentum quos contra fidem mouent, vt persequutionem faciant Ecclesiæ: Aut per feras arũdinis, malignos & fœuos spiritus erroris accipe: de-

inde, per tauros seculi potẽtes & sapientes, quos feræ illæ exagitant, & quorum vtuntur ministerio, ad perficiendum concupitam sibi malitiam. Quod autem per tauros, potentes significantur atque maiores: per vaccas minores & vulgus hominum qui alios sequũtur, docet etiã Psalmus XXI. vbi dicitur, Circũdederũt me vituli multi (quod ad ministros & vulgus refertur Christum cõprehendentium) auri pingues absconderunt me, quod ad Pharisæos & primos Iudæorum spectare dinoscitur. Quod autem in fine dicitur, Vt excludant eos qui probati sunt argẽto, intelligitur, probati sicut argentum: quẽadmodum suprà, Niue dealbabũtur, id est, quasi nix dealbabuntur. Alij verò per argentum intelligunt verbum Dei, optimè sonorum, quẽadmodum est argentum bene tinniens. Sicque sensus talis est, Vt excludant & impediant eos qui probati sunt & instructi verbo Dei, id est, prædicatores & Apostolos Christi. Versu trigesimoquarto, Venient legati ex Aegypto, Aethiopia præueniet manus eius Deo. Videtur hæc completa tempore Apostolorum, quando in Alexandria Aegypti (vt Philo Iudæorum disertissimus testatur) schola erat celeberrima Christianorum, ad formam Ecclesiæ Hierosolymitanæ communiter viuentium, sub Marco Euangelista, primo Alexandriæ Episcopo; quorũ vitæ ordinem summa commendatione idem hic Philo latè in libris suis prosequitur. In Antiochia verò primùm cognominatos fuisse discipulos Christianos, discimus ex cap. XI. Act. Apostolorum, vbi & Ecclesia iam in principio nascentis fidei erat cõgregata. Post verò Matthæus Apostolus atque Euangelista, eandem in suæ prædicationis sortem fertur accepisse, populosq; plurimos ad fidem cõuertisse. Quod autem dicitur: Venient legati ex Aegypto, secundũ translationem dicitur sumptum ab iis qui pacem quærunt: quorum consuetudo est, legatos mittere, qui de pace simul cum hostibus tractent. Neq; aliud per horum legatorum aduẽtum significatur, quàm ipsorum pax cum Ecclesia & populo Dei, per susceptionem fidei. Similiter de Aethiopia, quòd præueniet vel festinabit dare manus Deo, secundũ metaphoram dicitur, comparatione sumpta ab iis qui in bello se victos dedunt. Hi enim dare manus dicũtur, nimirũ supplicandi gratia, itemq; vt vinciantur, efficianturque captiui, si placitum fuerit hostibus, ne vitam perdant, rem omnibus rebus magis optatam.

Psal. 21.

Philo.

Actu. 11.

SEX

SEXAGESIMI OCTAVI

PSALMI ARGVMENTVM.

QVemadmodum ex sacris Euangelijs & Apostolorum scriptis edocemur, necesse est hunc Psalmum Christo domino applicari. Pleraq; enim eorum quæ hic Psalmus continet, tam in sacris Euangelijs, quàm in alijs Apostolicis scriptis, de Christo scripta perhibentur. Cuiusmodi est illud versu quinto. Oderunt me gratis. Ioan. 15. quod apud Ioannem dominus de se dictum testatur, cum ait, Sed vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. Item & illud versus decimisecundi, Zelus domus tuæ comedit me, apud Ioannem Apostoli recordati sunt de Christo scriptum fuisse, postquam flagello vendentes columbas eiecisset de templo. Ipan. 2

Alteram verò partem versus eiusdem, Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me, Paulus Apostolus cap. XV. epistolæ ad Roma. 14. Roma. ad Christum accommodat, eius humilitatem in exemplum adducens, vt discant non superbè sapere. Idem cap. XI. versus vigesimiseptimi & vigesimioctaui. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum. Obscurentur oculi eorũ, &c. de vindicta contra Iudæos Christi inimicos, manifestissimè exponit. Petrus verò in act. Apostolorum, primo capite, de Iuda proditore coram fratribus verba faciens, & alterius substitutione, versum trigesimum. (Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet) de Iuda proditore & eius complicibus, testatur à spiritu sancto per os Danidis prolatum. Illud quoque quod habet versus vigesimussextus de felle & aceto, Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto: nonne luce clarius ad historiam pertinet dominicæ passionis? Negari igitur à fidelibus non potest, Psalmum istum ad personam Christi pertinere: tametsi forsitan & Dauid, quatenus Christi typus erat, secundum literam possit applicari, in tribulationibus grauissimis constitutum, atque etiam ad fidelium singulos, quatenus Christi membra sunt, & quatenus eius passioni in varijs tribulationibus conformantur. Clamat itaque in hoc Psalmo ad patrem Christus, in passionum angustia positus, secundum similitudinem hominis in aquis periclitantis, pedes lutoso cœno infixos habentis: qui vsque ad rauim exclamans pro auxilio, & vsque ad oculorum defectum, huc illucq; respiciens, nullum percipit liberatorem: quam metaphoram mox versu quinto, ac deinceps apertè exponit, sucrum persequutorum multitudinem & ferocitatem multis versibus, multáque verborum inculcatione manifestans, causam ue persequutionis, dicens: Ze- Actu. 1. Ioan. 19.

Q

lum esse domus Dei: ex quo, cũ increparet superbos increpationis impatientes, in tantam venit miseriam. A versu autẽ decimosexto, & deinceps, magna vehemẽtia auxilium patris inuocat cõtra aduersarios, suámque innocentiam, & ex aduerso maximam miseriam proponit vsque ad versum vigesimumseptimum. Hinc verò vsque ad versum trigesimumquartum, de sua tacens miseria, eam quæ super inimicos secundum ordinem paternæ iustitiæ vẽtura erat vltionem & postimam retributionem, quasi per imprecationis modum, secundum conformitatem Diuinæ volũtatis, prædicit. Nouissimè verò, à versu trigesimoquarto, ad finem vsque suam à passione & morte salutem, ac resurrectionis victoriam proponens, laudemq; patri promittens super omnia vtera sacrificia gratissimam, vniuersum fidelium cœtum ad considerandum & magnificandum opera Dei mirabilia exhortatur. Imo in spiritu & plenitudine, cælum, terram, mare, & quæ in eis sunt, omnia ad laudem Dei conuocat & inuitat, propter ædificationem Ecclesiæ sanctæ, eiusq; constabilitionem, vsque in consummationem seculi.

SEXAGESIMIOCTAVI PSALMI ELVCIDATIO.

1 Saluũ me fac Deus: quoniã intrauerũt aquæ vsque ad animam meam.

SALVA tu me Deus saluator meus, ad quem solũ ab omnibus derelictus clamito, & quatocyus prauissimè periclitati fer opẽ: quoniam tribulationes plurimæ & angustiæ intolerabiles me affligunt, & iam occupauerunt vniuersum cor meum, tanquam si aquæ per eos copiosè ingrediantur ad suffocandũ cor, & extinguẽdum animam. Et planè in tantis his tribulationibus sic consisto, quomodo is qui in profundo aquarũ vsq; ad os ascẽdentium cõsistit, periclitatur de vita corporis, nisi accurrat auxiliator.

2 Infixus sum in limo profundi: & nõ est substantia.

2 Ad modum eius qui secundum corpus in limoso luto infixus est, in profundo aquarum (ita vt mouere se non possit aut enatando periculum euadere) ira nunc ego in profundo tribulationum hæreo infixus, ita vt per me non videam euadendi viam: & non est mihi vlla firma subsistẽtia, nihil est solidum vbi subsistam, non est vbi firmum possim ponere vestigium pedis mei, sed continuò immergor profundius: quoque amplius laboro, eo infigor altius: sicut qui in limoso profundo consistit, quo plus laborat corpore, vt se extricet, eo magis ac magis cœno infigitur. 3 Deueni iã vsq; in profunditatem maris totus immersus vndis tribulationũ, vt vix

3 Venit in altitudinẽ maris:

videat mihi posse mergi profundius: * & tribulationum impetus atq; tumultus in modum tempestatis, quasi fluctus sæui maris tumultuantis atq; feruentis, penitus obruerunt me atq; absorbuerũt, ita vt ex me prorsus desperem posse euadere. 4 In tantis autem angustiis positus, clamaui voce excelsa inuocans auxilium, & clamando vim magnã mihi feci, & laborẽ exhibui, vt clamaré efficacius: & præ clamore nimio quasi raucæ factæ sunt fauces meæ, vt iam clamare vix vltra possim. Maximo enim desiderio & affectu profundissimo, de tantis tribulationibus inuocaui auxilium: * caligauerunt oculi mei præ nimia obseruatione liberationis, dum iamdiu intentos teneo oculos ad dominum Deum saluatorẽ meum, in quẽ spero, & quem inuoco: nimiũ expectat, nimiũ differt exaudire, vt non sufficiant ad eum vltra aspicere præ defectu oculi mei. 5 Crescit in dies numerus inimicorũ meorũ, & maximo numero iam multiplicati sunt qui me absque causa præter omnem rationẽ, contra omnem æquitatẽ, odio habẽt & prosequuntur, ita vt præ multitudine iam vel dinumerari vel dinosci omnes non possint: quẽadmodum capilli capitis mei præ multitudine non valent dinosci neque dinumerari. 6 Non solum autẽ secundũ numerũ multiplicati sunt: sed etiam viribus inualuerunt, & fœuitia aduersus me aggrauati sunt aduersarij mei, qui me iniuste præter omnẽ æquitatem persequuntur: cũ ego illis mali nihil fecerim, neq; occasionẽ vllam huius malitiæ contra me præstiterim: * illis autẽ contra me prævalentibus & ira sic exardescẽtibus, ego exoluere debui quæ non rapui: passiones & afflictiones sustinere coactus fui, tanquam malefactor, quas nõ commerui: pœnã sustinui pro culpa, quam nõ admisi, & cuius mihi non eram conscius: quẽadmodũ cum quis à furto innocens, cogitur quasi furti reus exoluere & pœna pati. 7 O Deus, cuius oculis nuda & aperta sunt omnia, tu nosti insipientiam meam & malitiam meã: tu scis, an in me sit insipientia illa & malitia, quam mihi obiiciunt, dicentes me blasphemum, seductorem, seditiosum, & huiusmodi multa: * & tibi occultum non est, an peccata commiserim, ob quæ has miserias sustineo: tu optime nosti, num verè mihi insint peccata quæ isti per calumniam mihi impingunt, obiiciunt, & testificantur aduersum me. Tu enim nosti meam innocentiam atque iustitiam, & quòd hæc omnia quæ fero, absque mea culpa sustineo.

** & tempestas demersit me.*

*4 Laborauí clamãs, rauca facta sunt fauces meæ: * defecerunt oculi mei, dũ spero in deũ meum.*

5 Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.

*6 Confortati sunt qui persequuntur me inimici mei iniustè: * quæ non rapui tunc exoluebam.*

7 Deus, tu scis insipientiam meam: Hebre. 4. Ioan. 7. Lucæ 23.

** & delicta mea à te non sunt absconsa.*

8 Nõ erubescãt in me qui expectãt te domine, domine virtutum.

9 Non cõfundatur super me qui quærunt te, Deus Israël.

Matth. 26
Lucæ 22

10 Quoniã propter te sustinui opprobrium, operuit cõfusio faciẽ meã.

11 Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ.

12 Quoniã zelus domꝰ tuæ comedit me.

8 Ne patiaris, ô domine cælestiũ exercituum, eos quite expectant, & à te salutem cõsequi desiderãt, confundi propter miseriã passionum istarum mearum: totum genus humanũ, quod à te salutem expectat, nõ cõfundatur in me, nõ propter istã meã humilitatem & miseriam passionis frustretur expectatione sua. 9 Nõ patiaris (inquã) ô Deus Israël, cõfundi & frustrari spẽ fidelium tuorum, qui seruiunt tibi, & expectant à te salutẽ atq; redemptionem: sed ab hac tribulationũ mearum miseria me liberatum, fac à morte resurgere, vt tic populo tuo diu expectata salus, per mortis victoria posit contingere. * Atq; ita fac per subsequentis resurrectionis gloriã, vt nõ sit fidelibus meis in opprobrium & cõfusionem humanitas passionis meæ: sed magis gloria sit illis opprobrium eruditis, vbi per eã talis prętita fuerit salus & victoria. 10 Quoniam enim nunc opprobria sustineo maxima, ab aduersarijs meis illudẽtibus, me velantibus, conspuentibus, ridentibus, verberibus ridiculis atque gestibus fœdis subsannantibus: item & quod nunc sustineo quæ ignominiosa sunt & confusione plena, & quibus solẽt homines maximè erubescere, publicam contusionem & publica opprobria tu nosti pater sancte, quod non propter mea peccata ea sustineam, sed propter tuam voluntatem: quoniam tu me hæc tanta pro hominum salute voluisti perferre, vt pro eorum peccatis tuæ iustitiæ satisfacerem, neq; nisi ex obedientia à te missus ad hanc deueni humilitatem. 11 Etiã fratribus meis, cognatis, vicinis, & conciuibus factus sum extraneus, & filiis matris meæ, filiis synagogæ, filiis populi mei, factus sum quasi peregrinus & extraneus: etiã qui mihi proximi erãt & amicissimi, præ miseria me nolũt agnoscere, quasi extraneos se gerunt, & quasi me nunquam cognouerint fugiunt à me, propter confusionis opprobriũ. 12 Omniũ autem tribulationum mearũ origo hinc est, quia zelus & ardẽs æmulatio siue desideriũ pro gloria domus tuæ siue populi tui, totũ possedit & absorbuit atq; deuorauit me. Propter quẽ zelum, dũ ferre non potui (vt nec debui) abominationes & impietates quas videbã inter eos, pro tui nominis gloria cõfidẽter illis restiti, illòsq; priuatim & palàm redarguí, vnde primũ aduersum me odium conceperunt, quod me tandẽ in ista pertraxit miseriam. Item & cum populum docerẽ, quę tu mihi pręcepisti docere, propter zelũ salutis populi tui & gloriæ tuæ, cúmq; miracula ederem, illi aduersum me

indignabãtur, & per indignationẽ atq; inuidiã huc tandẽ me adduxerũt: * & opprobria eorum qui per suas prauitates tibi exprobrabãt, super me ciderũt, ego tanquã proprias cõtumelias reputaui, imò maioris existimaui q̃ proprias: propter quod illas ferre nec volẽs nec potẽs, fiducialiter illis cõtradicebã, eósq; arguebã pro iis in quibus tuæ gloriæ (quam semper quæsiui) derogabãt. 13 Ego verò non reddebã illis malũ pro malo, neq; pro odio odium, cũ mihi exprobrarẽt & maledicerẽt: sed meipsum afflixi in ieiunio & oratione pro inimicis meis, tã propter tui nominis cõtemptũ, quàm propter illorũ impœnitentiã, vt pro malo redderem bonum: * & hoc ipsum vbi perceperũt, mihi verterũt in opprobrium, ob hoc me deridentes, ampliúsq; velut vanũ & ridiculum hominem cõtemnentes. 14 Et vt perfectior esset acceptabiliórque pro inimicis meis pœnitentia, etiã vestitu lugubri incedebã, sacco & cilicio: hoc est, tristis & mœrens, mœrore etiam foras se prodente exteriori habitu, tum propter tuã inhonorationẽ, quòd in eis nihil proficerẽ, tũ quòd illos ita videbã & dolebã in sua obstinatos malitia: * & factũ est hoc mihi, quòd ita mœrens & lugens inceßi in derisionem, quasi in prouerbium, parabolã, atq; iocũ publicum, vulgatũ per ora hominũ. 15 Aduersum me loquebantur palàm qui in publicis cõuenticulis residebant, vtpote qui in porta sedebant, vbi publicus erat hominum plurimorũ cõuentus, & continuus multorum transitus, homines ditiores & potentiores qui illic residebãt: * & in opprobrium meum carmina sua cantabant bibentes vinum in conuiuiis publicis: in meum contemptum, cantica vulgaria de me cõposuerunt, quæ decantarent aduersum me potores vini, in conuiuiis & comessationibus suis. 16 Ego verò inter hæc omnia orationem meam dirigebam ad te domine coram te (qui solus eras tota spes & consolatio mea) effundebam precem meã, sicque tibi colloquendo meipsum consolabar aduersum improperia illorum: * veniat tandem, ô Deus, tempus beneplaciti tui, tempus beneuolentiæ, in quo complacitum sit tibi eruere miserũ de tantis angustiis: complaceat tibi tandem vt eruas me, & respice ad adiuuandum me. 17 Secundum multitudinem atque magnitudinem misericordiæ tuæ exaudi me, misericordiarum pater, pijssimè Deus, qui nunquam soles derelinquere ad te clamantes de tribulationibus: * exaudi me (inquam) in veritate

* & opprobria exprobrantium ti bi ciderũt super me.

Ioan. 8

13 Et operui in ieiunio animã meã: * & factũ est in opprobriũ mihi.

14 Et posui vestimẽtum meũ cilicium: * & factus sum illis in parabolam.

15 Aduersum me loquebantur qui sedebãt in porta. * & in me psallebant qui bibebãt vinum.

16 Ego verò orationem meam ad te domine:

Psal. 39

* tẽpus beneplaciti Deꝰ.

17 In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me: * in veritate

alutis tuæ

18 *Eripe me de luto, vt nõ infigar:* * *libera me ab his qui oderunt me, & de profundis aquarum.*

19 *Non me demergat tẽpestas aquæ, neque absorbeat me profundum:* * *neque vrgeat super me puteus os suum.*

Psal. 15

20 *Exaudi me domine, quoniam benigna est misericordia tua.* * *secundum multitudinẽ miserationũ tuarũ respice in me.*

21 *Et ne auertas faciẽ tuã à puero tuo:* * *quoniam tribulor, velociter exaudi me.*

22 *Intende animæ meæ, & libera eam:* * *propter inimicos meos eripe me.*

ritate salutis tuæ, quã pollicitus es exhibere & præstare omnibus qui te fiducialiter inuocant in necessitatibus: propter veritatẽ tuam, qua saluare pollicitus es fidentes tibi, exaudi & salua me. 18 Eripe me de angustia tribulationũ cui hæreo G infixus, quasi in luto, vt nõ in illis permaneã, non illis absorbeam: * saluũ me fac ab aduersariis & osoribus meis, qui malaquærunt aduersum me, & de magnis tribulationibus quibus immergor & obruor, quasi in profunditate aquarũ multarũ. 19 Non me penitus demergat magnitudo tribulationis, in modũ tempestatis aquarum sese accumulãtis & aggrauantis super me: neq; in profundũ absorberi me patiaris, vt nõ rursum emergã: sed à grauissimis istis tribulationibus quibus nũc premor, & penè suffocor, per resurrectionẽ à morte, iube me emergere: * neq; permittas puteũ inferni super me claudere ostiũ suũ, nõ derelinquas animã meã in inferno, neque corpus in sepulchro: non permittas detineri animã meam in lymbo inferni, cũ illuc ad liberandum captiuos patres descẽderit: sed extũ dabis illi, vt ad corpus redeat, vitámque corpori restituat. 20 Exaudi me pater domine, quoniam misericordia tua ineffabilis erga omnes omnino homines, suauis & benigna est, & exaudire auxiliariq; parata omnibus inuocãtibus: * secũdum multitudinẽ miserationum tuarum, quibus à seculo misertus es humiliter te inuocãtibus, etiã ad me respice benigno aspectu fauoris tui, vt de angustiis afflictũ liberes tuũ vnigenitum. Neq; enim tuum vnigenitum filium debes despicere: qui etiã seruulos clamantes non dedignaris exaudire. 21 Neq; auertere velis faciem tuam à me puero tuo, noli quasi iratus vultu auerso orationẽ repellere, quam offero tibi: * exaudi me quantocyus, & ne distuleris auxilium, quoniã vehemens est afflictio mea, & continuo profectu incrementum accipiens. 22 Aspice benigno aspectu fauoris tui in animã meam, vt saluam facias eã: * libera me propter inimicos meos, propter inimicorũ meorum rabiem, quoniã nõ cessant affligere animã meam, & crescit cõtinuò eorũ aduersum me sæua crudelitas: vt quanto illi aduersum me crudelius sæuiũt, tãto mihi tu fias ad auxiliandum atque saluandũ propinquior. * Insuper & propter confusionem inimicorum

tũ meorum saluum me fac, vt confundantur & frustrentur ab A iniquis cogitationibus suis. 23 Tu nanque optimè nosti improperia & cõtumelias, quibus me affecerũt aduersarij, cõfusionẽ quoque & erubescentiã meam: quàm multa, quàm fœda, q̃ ignominiosa ab eis perpessus fuerim, quomodo mihi illuserint, quomodo de loco in locũ cum ignominia publica traxerint, quomodo diffamauerint, quomodo accusauerint falso testimonio, & omnino quãtas cõtumelias, tam publicè quàm priuatim mihi irrogauerint. 24 Coram oculis tuis sunt, neq; latere te possunt (quem nullum latet occultũ) omnes aduersarij mei: tu eorum & numerum malitiam & corda habes optimè cognita, neq; ignoras quo animo, & quàm inquè cõtra omnẽ iustitiam mihi aduersantur: * ego verò paratus sum ad omnia quęcũq; tu permiseris, & in quãtiscũq; potestatẽ dederis eis: adeòq; nõ abhorreo ab his quas fero passionibus, vt etiã spiritus desiderio expectauerim improperia illusionũ, & passionum miserias, Desiderio enim desideraui, secundũ spiritus desiderium, calicem hunc bibere, quem tu B cælestis pater dedisti mihi. 25 Et considerauí, an esset aliquis qui in tãtis tribulationibus mihi ostẽderet compassionis signũ, nec inueni: sed vniuersa turba hominum, odio potẽtũ atq; principum excitata, simul omnis aduersum me clamitabat. etiam tunc cũ me in maxima conspiceret miseria: * & expectando considerauí, si fortè aliquis mihi veniret consolator, & non potui quenquam aduertere, qui mihi in tantis angustiis ferret solatium. Derelictus enim eram ab hominibus, & propter miseriã à me vniuersũ aufugerãt. 26 Quodque omnium immanissimum & crudelissimum erat, in nouissima angustia, accepta iam cruci sententia, vbi peruenissem ad locũ supplicij, cum misericordia erga reos, vti homines solent, & ad cordis confortationẽ dulce præbere poculũ, crudelissimi isti & passionibus meis insatiabiles hostes, dederunt mihi bibere acetum & vinum felle mixtũ, ne in tanta quidẽ mea miseria vlla tacti misericordia. 27 Propter hãc autem tã inauditam & immanem crudelitatem, quam contrà me principes Iudæorum, Scribæ atque Pharisæi cum senioribus exercuerunt absque misericordia, secundum ordinem atque definitam sententiam iustitiæ tuæ, grauissima C vltione punies eos pro impietate sua. Apparatus nanq; promissionum temporalium, in quas semper intentos habent

23 *Tu scis improperiũ meũ & confusionẽ meã, & reuerentiam.*

24 *In conspectu tuo sunt omnes qui tribulãt me:* * *improperium expectauit cor meũ & miseriam.*

Ioan. 18

25 *Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit:* * *qui cõsolaretur, & non inueni.*

Ioan. 19

26 *Et dederunt in escã meã fel, & in sitim meã potauerunt me aceto.*

Ioan. 19

27 *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueũ, & in retributiones:*

mentis

mentis suæ oculos: erit illis in occasionē mortis, tanquam laqueus quo irretiantur ad perditionē, & in retributionem finalem atq; nouissimam, post quam non sperent neque expectent alia: * item & in offendiculum, quod illos faciet ab æterna salute cadere: quia tēporalibus inhærentes promissis, cælestia & sempiterna longè potiora negligent. Nam propter temporaliū promissionum respectum, in quas ex legalis litteræ cōsuetudine intendūt semper oculos, Christum ablq; illis venientem cōtemptserunt, sicq; ab æterna retributione ceciderunt, & de peccato in peccatum malè scandalizati corruerunt. 28 Obscurabitur quoq; acies mentis eorum, sic vt veritatem fidei & Euāgelicæ veritatis videre nequeāt. Excæcabit enim eos odiū & malitiosa inuidia: vt non attendant sermonibus veritatis, sed magis resistant, omni sua virtute: *semper ipsi in ima respiciēt: quomodo solēt qui dorso incuuato incedunt, idque vel tēporalia semper bona respiciendo, D vel sub pōdere & seruitute legis grauiter sudādo. Ipsi nanq; qui illuminari potuerāt oculis, si veritati voluissent acquiescere magis q̄ repugnare, atq; per libertatē Euāgelicam potuerāt exonerati à legis onere, in sua cæcitate obstinati eligēt permanere obscurati mētis oculis, & dorso incuruato subpondere legis sudabunt. 29 Effundes tu sancte pater, super eos vindictā iræ tuæ: in abundātia iracundiæ, iusto tuo iudicio exercebis in eos vindictam magnam: *& indignatio tua magna ad quā te prouocauerunt, comprehendet eos, puniet eos, vltionēmq; de eis accipiet grauissimam. 30 Loca habitationis ipsorum, tuo iudicio fient deserta ab habitatoribus suis: & in ciuitatibus ac domibus eorū nō erit ex eis, neq; de semine eorū inhabitator. Eiicientur enim ipsi à ciuitatibus & domibus suis, & occupabūt alieni terrā eorum: eueinētque illis quod timere se simulauerant, vt locum suum & gentem simul perdāt: qui autē resīdui fuerint, captiui ducentur in omnes gentes & in regiones exteras, absq; spe redeundi in loca sua patria. 31 Quoniam quem tu propter scœlus populi tui ad verbera & passionē voluisti mittere, me filium tuum, ipsi odio crudeli, & irrationabili ira atq; inuidia grauissimē persequuti sunt semper contradicentes tam verbis quàm factis meis: *& propter insatiabile odiū quod contra me gerebant, dolorem super dolorem addiderunt mihi: non potuerunt satiari afflictionibus & miseriis meis: quæcunque excogitare potuerūt, crudeliter operati sunt in me. 32 Ita & tu in vltionē appones eis iniquitatē aliam super aliā, sines illos de iniquitate ruere in iniquitatē, de peccato in peccatū cadere patieris illos: * & nō ingrediētur in iustitiā fidei quam oppugnauerūt, quę est vera corā te iustitia: hęrebunt enim in lega sua iustitia vsq; in finē seculi, & nolent recipere iustitiā fidei, in qua iustus saluatur & viuit. 33 Delebuntur de libro viuentiū, id est, cū iustis nō inuenientur scripti in libro vitę. De numero enim nō erunt eorū qui vitam æternā percepturi sunt, tametsi falso sibi iustitiā & sanctimoniā persuadeant, sicq; deletos se inueneniēt in nouissimo: quia vbi scriptos se putabant, nō sese scriptos inueniēt, & salutem perdent de qua securos se existimauerāt. Inueniēt autē sese in libro mortis, sub reprobatione Dei, & simul cū filiis damnationis conscriptos. 34 Ego verò secundum hanc infirmitatē passionis, ad quā me perduxit illorū malitiosa rabies, vilis & pauperculus sum, vermis & nō homo, opprobrium hominum & abiectio plebis, nouissimus virorū, vir dolorum & sciēs infirmitatis: * scio autē & firmissimè confido: quòd me defendet atq; suscipiet salus tua, quæ non me derelinquet in passionibus meis, sed à morte resuscitatū saluum faciet. 35 Ac pro mea quidem liberatione & salute laudabo, mi pater, nomē tuum cū psalmis & canticis, prędicabo & exaltabo te in laudibus & iubilo, & ego & cuncti fideles fratres mei, vniuersa quæ per meam resurrectionē & salutem ædificabitur Ecclesia. 36. Eritq; tibi hæc benedictio laudis & gratiarum actionis multò acceptior & gratior, quàm oblatio vituli nouelli ac teneri anni vnius, cui cornua iam pro ratione ętatis enasci incipiūt, & indurari vngulæ: cuiusmodi oblatio acceptissima & cōmodissima esse solet in veteribus sacrificiis. Magis enim optas, & diligis sacrificiū laudis, à fidelibus tuis, quàm vel electissimas & delicatissimas corporales hostias. 37 Videant omnes humiles, māsueti, pauperes atq; fideles, quomodo me de passione liberauit pater resuscitatum: videant, quam mihi fecerit pater meus misericordiam, & quantam erga me fecerit commutationem: tam misere tractatum ac mortuum, ita gloriosè resuscitando ad vitam: & meritò lætentur in tanto Dei beneficio. Non enim mihi passus fiue mortuus fui, neq; item mihi, sed vobis omnibus ad saluttem resurrexi, vt meritò vos hinc gaudere deceat & lætari: * in synceritate fidei & puri-

& insēdalum.

28 *Obscurētur oculi eorum, ne videant:*

& dorsum eorum semper incurua.

29 *Effunde super eos irā tuā:* *& furor iræ tuæ comprehendat eos.*

30 *Fiat habitatio eorum deserta: & in tabernaculis eorū non sit qui inhabitet.*

31 *Quoniā quē tu percussisti, persequuti sunt:* Ioan. 11 Lucæ 21

& super dolorem vulnerum meorum addiderunt.

32 *Appone iniquitatem super iniquitatē eorum:* Aba. 2. Roma. 1.

& nō intrent in iustitiā tuam.

33 *Delēatur de libro viuētium: & cū iustis non scribantur.*

34 *Ego sum pauper & dolens:* Psalm. 21. Esa. 53.

salus tua Deus suscepit me.

35 *Laudabo nomē Dei cū cāntico, et magnificabo eū in laude.*

36 *Et placebit deo super vitulū nouellum, cornua producēte et vngulas.*

38 *Videant pauperes, et lætentur:*

quærite Deū, & viuet anima vestra.

tate vitæ quærite Dominum Deum vestrum, qui vos per gratiam suam à morte redemit ad vitam, & vitam habebunt ex eo animæ vestræ. Ipse enim est, qui vitam veram & spiritualem dat omnibus in se credẽtibus, qua carent increduli atq; perversi omnes. 38 Exaudiuit enim dominus pauperes & humiles fideles suos, qui multis iam seculis pro salute generis humani ad ipsum clamare nõ desierunt: * & genus humanum vniuersum, quod vinctũ erat atq; ligatum peccatorum vinculis, in carcere mortis, sub tyrannide principis tenebrarum, ipse nõ despexit, non neglexit, nõ est oblitus in finẽ: sed misericorditer respiciẽs, saluatorem misit illis in opportuno tempore. * Eos etiam qui in lymbo inferni vincti atq; captiui detinebantur, quasi in vmbra mortis spiritus dilectorum suorũ, non despexit neque neglexit, sed dulci visitatione per me filium suum de captiuitate eduxit. 39 Laudent illum & celebrẽt pro tantis beneficiis humano generi exhibitis omnia quæ creata sunt, cæli, terra, maria, & omnia quæ in eis sunt. Dignũ enim est, vt pro tanto beneficio ab omni creatura laudetur munificentissimus dominus, quoniam laudabilis est nimirũ, nec laudari sufficit, qui & cõdidit & reparauit omnia. 40 Quoniã dominus populum suum fidelem quẽ elegit, saluum faciet à peccatis, à damnatione mortis, atque tyrannide diaboli: * & per operationem gratiæ eius ædificabuntur ciuitates Iudæ, Ecclesiæ fidelium credentium & confitentiũ nomini eius erigentur & cõfirmabuntur, post Christi ascensionẽ, prædicãtibus Apostolis. 41 Et in ciuitatibus istis inhabitabunt fideles, tanquam domestici in domibus suis: tanquam conciues in ciuitatibus suis, tanquam oues in ouilibus suis: * & hæreditate possidebunt eas, in eis habitantes, nõ tanquã hospites & aduenæ, sed tanquam filij & hæredes, ciues facti sanctorum & domestici Dei. 42 Posteri quoque & nepotes fidelium patrum fidem insequentes, vsque in finẽ seculi possidebunt sanctã Ecclesiam, quasi hæreditatem suam: & amatores nominis tui vsque ad consummationem seculi habitabunt in ea, tanquam in domo sua. Nunquam enim destituetur inhabitatoribus fidelibus Ecclesia Dei, qui pro patribus nasci semper faciet filios, parentum fidelium imitatores fideles, quos constituat inhabitatores & possessores domus suæ vsque in seculum. ANNO

38 *Quoniã exaudiuit pauperes dominus: * et vinctos suos nõ despexit.*

39 *Laudent illum cæli & terra: mare & omnia reptilia in eis.*

40 *Quoniã Deus saluã faciet Sion: * & ædificabũtur ciuitates Iudæ.*

41 *Et inhabitabũt ibi: * & hæreditate acquirent eam.*

Ephe. 2. Rom. 8.

42 *Et semen seruorũ eius possidebit eã: & qui diligunt nomen eius inhabitabunt in ea.*

Psalm. 44.

ANNOTATIONES IN Psalmum Sexagesimumoctauum.

VERSV primo, Saluum me fac Deus, quoniã intrauerunt aquæ vsq; ad animã meam. Manifestũ est, in quatuor primis versibus, metaphoricã esse loquutionẽ. Assimilat enim se Christus in passionũ amaritudine, mortisq; periculo positus, homini consistenti in profundo aquarũ: qui cũ totus iam sit immersus, ita vt aqua ingrediatur per cunctos corporis meatus, & iam interiora omnia occupet, adhuc tamẽ periculũ patitur ex immersione in molle & viscosum lutũ, quod in fundo sub pedibus eius est, cui continuò altius infigitur: & quãto magis sese eximere laborat, tãto infigitur profundius: q; in tanto discrimine vitę se cõspiciens, vocẽ eleuat, & vsque ad raucedinẽ quantũ prævalet clamat, vndiq; circunspiciens, & si vsquã fortè videat, cuius possit inuocare auxiliũ. Qua cõsiderata metaphora, facilè erit versus quatuor priores intelligere. Quod autem versu secũdo dicitur, Non est substantia, Græcè est οὐκ ἔστι ὑπόστασις: quod verti potest, Non est subsistentia, quod clarius vertit ex Hebræo Hieronymus, Nõ possum consistere. Felix, Nõ est stabile. Versu quinto, Multiplicati sunt super capillos capitis mei. Hyperbolica loquutio est, qua significatur innumerabilis & magna valde multitudo, iuxta vulgatã loquendi consuetudinẽ. Posset tamen subtiliori cõsideratione exponi, secundum prosequutionẽ metaphoræ in prioribus versibus habitæ, vt inimici isti intelligantur in modũ aquarum inundantiũ adeò excreuisse, vt capillos ac verticẽ capitis iam videantur supergredi: quemadmodum desperata penè res est postquam super verticẽ capitis aquas ascendit, maximè vbi limo infixus inhæserit, ne possit enatare. Sed prior expositio secundum hyperbolen, ita se manifestè offert, vt vix secundæ huic probabilitas relicta videatur. Versu sexto, Quæ non rapui, tunc exoluebam. Prouerbialis & hic sermo videtur, quo vtimur, quoties significare volumus, quempiam pro facinore quod non patrauit immeritas pœnas pendere: veluti cum quis furti pœnas luit aut homicidij, vel alterius cuiuslibet malæ rei, cum sit à facinore alienus & innocẽs. Sic sanè Christus dominus, tanquã latro, tanquam seductor, tanquam blasphemus, tanquã seditionum autor, tanquam rebellis Cæsari, crudeliter morte punitur,

ipse innocẽtissimus,& ab omni peccato alienissimus existẽs. C
Pro alienis autẽ peccatis,id est nostris,punitus est:quẽadmodũ apud Esaiã patris voce dicitur, Propter scelus populi mei
Esa. 53 percussi eũ.Et rursum ex persona generis humani. Omnes
Ibidem. nos quasi oues errauimus,vnusquisq; in viã suam declinauit: & dominus posuit in eo iniquitates omniũ nostrũ.Tanquam oues ad occisionẽ ductus est,& cætera.Post hunc, idẽ testatur
1.Petri 3. & Petrus Apostolus,dicẽs,Christus pro peccatis nostris mor-
1.Petri 2. tuus est,iustus pro iniustis.Ac rursum, Qui peccata nostra in corporre suo pertulit super lignũ.Quid multa?Vniuersa tam veteris quàm noui testaméti sacra pagina,non aliud figurat, non aliud loquitur,non aliud signat,non aliud clamat,quàm agnũ immaculatũ ꝓ humani generis transgressione in tẽporis plenitudine oblatũ. Versu septimo,Deus tu scis insipientiã meã,& delicta mea â te nõ sunt abscõdita. Hunc versum quidã ita exponũt,Deus,tu vides,quomodo vt fatuus atq; insipiens peccator nũc reputor ab hominibus: & delicta aliena humani generis,quæ ego assumpsi persoluẽda,tu cognouisti ea. Sẽsus tamen quẽ in Elucidatione expressimus, magis cõuenies videtur,tanquã si dicat Christus in protestationẽ suæ innocẽtię.Deus tu scis,si aliquid insipiẽter & iniquè egi,quo hanc pœnã cõmeruerim:neq; te latet,si delictũ vllum habeo. Sic enim loqui solẽt homines in animi amaritudine positi, eũ falsò accusantur,neq; excusantibus creditur, Nouit Deus iniquitatẽ meã.Nouit Deus,si hoc illúdve egerim. Veluti si D in angustia posita Susanna exclamãs,dixisset ad dominũ,Domine tu nosti adulteriũ hoc meum,cuius me isti seniores accusant:nemo aliter intelligeret,quàm si dixisset, Deus tu nosti si cõmiserim adulteriũ de quo accusor:tu nosti aliter rẽ habere,quàm cõtra me isti testificãtur. Versu octauo, Nõ erubescant in me qui expectãt te domine, domine virtutum. Si Christus in passionibus permãsisset à morte detẽtus, nec per resurrectionẽ fuisset liberatus,profectò crux eius confusio & erubescẽtia discipulorũ permansisset,visumq; fuisset hominibus stultum & prorsus vanum,in hominẽ qui tam miserè periisset credere,& pro Deo huiusmodi colere, qui tam vilem mortẽ obiisset,ac post mortẽ nullum maiestatis signũ dedisset. Verùm cum per resurrrectionẽ fortiter mortẽ deuicit,& gloriosè triumphauit,sic factũ est, vt nequaquã erubescãt in eruce & passionibus domini sui Christiani, quærẽtes dominum

num.Imò nolũt in alio gloriari,qui perfecti sunt, nisi in cruce domini sui Iesu Christi:neq; aliud se scire iudicãt,etiã qui Galat.6.
scientia nõ sunt imperiti,nisi Iesum,& hunc crucifixum:ver- 1.Cor. 2.
bũq; crucis,quod incredulí propter passionis infirmitatẽ stul- 2.Cor.11.
titiã reputant,ipsi ꝓpter resurrectionis potentiã, Dei virtu- 1.Cor.1.
tem cõfitentur.Dum ergo Christus orat,non confundi, neq; erubescere in se vel super se pios & fideles: quid aliud orat, quã in illa passiõis humilitate nõ derelinqui, sed potẽter resuscitari,vt nõ frustrà in ipsum sperare liceat cũctis fidelibꝰ?
Versu decimo,Propter te sustinui opprobriũ. Propter te,id est,propter tuam iussionẽ,propter tuam volũtatem, propter obedientiã meam erga te,ex qua in mundũ veni. Vnde propter tuum honorẽ,ꝓpter zelum glorię tuæ:quoniam videlicet tuam doctrinã prædicãs offensam tui honoris nõ ferens, atq; ob hoc etiã principes & sapiẽtes increpans, veni in odiũ
E & in opprobriũ hominum:qui si loqui voluissem illis placentia,veritate relicta,etiam honore magno ab eis fuissem affectus. Versu vndecimo,Extraneus factus sum fratribus meis. Quomodo Christus etiã fratribus suis fuerit extraneus,mon- Ioan.7.
strat Euangelista Ioannes vii.cap.sui Euangelij,ita scribẽs, Erat in proximo dies festus Iudæorũ,Scenophegia, Dixerũt autẽ ad eum fratres eius, Trãsi hinc,& vade in Iudæam,vt & discipuli tui videãt opera tua quæ facis.Nemo quippe in occulto quid facit,& quęrit ipse.Si hęc facis,manifesta teipsum mundo.Neq; enim fratres eius credebant in eum. Fratribus Matth.28.
etiã suis Apostolis(quos tanquã fratres habuit,fratresq; iniu- Matth.26.
riæ immemor etiã post resurrectionẽ appellauit) factus fuit in passione extraneus,quãdo relicto eo omnes fugerũt,princeps insuper illorũ trina negatione abiurauit. Filios autem matris suæ,manifestũ est secundum carnẽ nõ debere intelligi.Maria enim mater ipsius:vt virgo in partu,sic & post partũ inuiolata permãsit,solius primogeniti sui mater benedicta:sed secundũ mysticam intelligentiam, filios Synagogæ, vel filios populi sui,oportet intelligere. Vnde Paraphrasis Chal. sic habet, Et velut filius gẽtiũ siue alienigenarũ factus sum filiis populi mei. Aut figurate filios matris suæ dicit cõiunctissimos cognatione & sanguine. Versu duodecimo, Zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantiũ tibi ceciderũt super me.Huius verbi(quẽadmodũ ex vi. cap.Euãgelij Ioannis discimus)recordari sunt Apostoli,cũ Christum Ioan.2.

vidissent facto flagello de funiculis eijcere vẽdentes & emen
tes de tẽplo, mẽsas nũmulariorũ euertere, æsq; illorum effun
dere. Recordati sunt (inquit) discipuli, quia scriptũ est, Zelus
domus tuæ comedit me. Loquitur autẽ illo in loco de domo
& tẽplo materiali, cuius munditiã & reuerentiã magno zelo
Christus ardebat, quòd locus ille patri suo fuisset deputatus
ad cultũ specialẽ. Multò verò magis zelus domus Dei spiri-
tualis (quæ est Ecclesia sancta, ex viuis ædificata lapidibus)
Christũ comedit, ac totum possedit, quanto signũ melius est
signato, & res ipsa figura præstantior est. Templũ enim illud
materiale, Ecclesię spiritualis templi figura fuit: quẽadmodũ
& cultus exterior, qui in illo exhibebatur, interioris cultus,
quo in spiritu seruitur Deo in Ecclesia, signũ tantum & figu-
ra extitit. Meritò proinde sibi metuãt, ac dum tẽpus est mise
rendi prospiciãt per pœnitentiã, qui domũ hanc spiritualem
Dei, spelucã efficiunt latronum: qui Ecclesiam sanctam suis
doctrinis siue exemplis pessimis scandalizant atq; defœdant.
Apoc. 2. Veniet, veniet, quando nõ iam in flagello de funiculis, sed in
romphæa sua ex vtraq; parte acuta, pugnabit aduersum hu-
iusmodi in gladio oris sui, quando nõ iam cathedras euertet
Matth. 13. & mensas, nõ æs in terrã effundet, sed animas simul & corpo-
ra in ira implacabili perdet, mittetq; in caminũ ignis inex-
tinguibilis. Secundum autem partẽ huius versus, quam Pau G
lus allegat capite decimoquinto Epistolæ ad Romanos, alij
sic intelligunt, Opprobria quibus tibi contemptũ & vilipen
sionẽ fecerunt peccatores, ita cordi accepi, ita mihi ad feren-
dum graues fuerunt, acsi illata fuissent mihi: imò magis me
pressérunt, atq; ad tolerãdum grauiores mihi fuerunt, quàm
si mihi irrogata fuissent: sicq; dissimulare nolui, neq; silere,
quin illos pro tua gloria redarguerem. Atq; ita solent homi-
nes quasi sibi factum reputare, quòd aduersum illos sit, erga
quos optimũ affectum gerunt: vt si quis exprobrat patri, ca-
dit hoc ipsum super filium, si rectè patri afficitur: neq; minus
dolet hoc filio, quàm si in personam suam accepisset contu-
meliam, neque (si potest) feret patris contumeliam. Et hæc
quidem sententia haic loco admodum conueniens est, præ-
cedentiq; e particulæ Zelus domus tuæ comedit me, valde
consona, camq; solam in Elucidatione expressimus. Alij ta-
men malunt sic intelligere, Peccata & mala hominũ, quibus
exprobrant tibi, super me ceciderũt: quoniam quicquid illi
pecca

peccabant, super me veniebat: meũ erat dependere & pœnas
luere, quoniam in me suscepi persoluenda passionibus meis
quæcunq; illi cõtra te nequiter egissent. Alij rursum sic intel
ligunt, Peccata omnia quibus tibi exprobrauerũt homines,
ego tanquã mea suscepi, sic tanquam propria defleui, ac pro
eis dolui: tantum cor meum vulnerabãt atq; affligebant, acsi
propria fuissent peccata, propter zelũ honoris tui. Et hæc sa-
nè ad propositũ Apostoli aptè quadrare videntur, qui ex hoc
scripturæ loco docere conatur, Christi exemplo, firmiores fi-
delium nõ debere cæteros ob imperfectionem spernere, sed
magis eorum defectus & peccata sustinere. Etenim Christus
(inquit) nõ sibi placuit, sed (quẽadmodum scriptũ est) impro
peria improperantium tibi ceciderunt super me. Versu de- Roma. 15.
cimotertio, Et operui in ieiunio animam meam: & factũ est
in opprobrium mihi. Quod est in ieiunio operire animam? Vel
quomodo potest cooperiri anima, maximè autem ieiunio?
Cooperire dictũ videtur pro abscondere, id est, humiliare: vt
sit sensus, Humiliaui in ieiunio animam meã. Et intelligitur
hæc afflictio pœnitẽtiæ, vel propter zelum honoris Dei, vel
propter illorum prauitatem ex compassione peccãtium, vel
potius ob vtrunq;. Ad misericordem enim, horũ vtrunq; spe-
ctat: nimirum cũ peccantes videt, vt de illorũ peccato intima
cordis compassione doleat, amplius tamẽ super Dei per pec-
catum inhonoratione atq; contemptu commoueatur. Magis
enim debet nos commouere Dei contemptus, quàm proxi-
mi malum, quatenus proximi ipsius est. Forsitan autẽ inter-
roget hic aliquis quid sibi velit, quod hìc dicitur de ieiunio, Matth. 4.
atque in versu sequenti de cilicio. Non enim videntur ista
secundum scripturã Christo rectè conuenire. Nam de ieiu-
nio Saluatoris, nihil peculiariter legimus, nisi de diebus il-
lis quibus in deserto ieiunauit: quod sanè ieiunium pro ex-
probrantibus inimicis non suscepit: quoniam nondum op-
probria sustinuerat: neque factum fuit ei ieiunium illud in
opprobium, quoniam apud homines ignotum fuit. De alio
autem ieiunio nihil peculiare legimus, nisi quòd aliquando
(iuxta hominũ necessitatẽ) esuriit. De cilicio verò omnino
nihil tradũt scripturæ, neque quòd ob hoc factus sit cuiquam
in derisionem. Hanc quæstionem breui responsione dissolui-
mus in enarratione Psalmi xxxiiii. pertractantes versum
decimũquintũ, ac decimũsextũ, qui propositis non admodum

sunt dissimiles. Sic enim ibi legimus, Ego autē cū mihi molesti essent, induebar cilicio. Humiliabā in ieiunio animam meā. Diximus autē accipi hęc posse, vt tantū significēt luctū & afflictionē, quibus vel Christus dominus, vel alius quilibet verè fidelis, pro Dei honore contępto, & proximi malo affligitur. Versu vigesimoquarto, Improperium expectauit cor meū & miseriā. Pręter intelligētiā quæ posita est in Elucidatione, de prompta voluntate Christi patientis, exponi etiam aliter potest hoc modo, Nō erat finis improperiorū, neq; miseriarū quib⁹ me afficiebāt inimici, sed improperiū super improperiū expectabā, & afflictionē super afflictionē: ita vt continuo plura, atq; maiora cor meū expectaret, sicq; afflictus tolerātia malorū præsentium, cruciabar simul etiā cōsideratione imminentiū, vt duplici afflictione cruciaretur cor meum.

Versu vigesimosexto, Et dederūt in escā meam fel, & in siti mea potauerūt me aceto. Ad hanc scripturā respiciebat Euāgelista Ioannes, cum narrās Christi passionē, ita scriberet, Scięs Iesus qa omnia cōsummata sunt, vt impleretur scriptura, dixit, Sitio. Vas ergo erat positū aceto plenū: Illi autē spongiā plenā aceto, hyssopo circumponētes, obtulerunt ori eius. Quam autē scripturam assignare poterimus, tunc euidentius manifestiusq;, vel ad sensum impletā, quàm istā quæ modo posita est, In siti mea potauerūt me aceto? Matthæus verò distinctè exprimit, quòd dabāt ei bibere acetū felle mixtum: quod cum gustasset, noluit bibere. Sed quomodo dici potest, quòd in escam dederūt illi fel, cū dicat Matthæus, quod acetū mixtū felle dabāt illi, nō māducare, sed bibere? Forsitan ideò, quia fel crassius est quàm acetum, & per se magis cibi quàm potus vice esse videtur. Sed neq; opus est tā exactè verba pensitare, vbi sentētia manifesta habetur. Versu vigesimoseptimo, Fiat mensa eorū coram ipsis in laqueū. Hanc mēsam, alij interpretantur scripturā sacrā, quæ est mensa refectionis animarū: quoniam nō in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Facta est autē hæc mēsa Iudæis in laqueum, quādo per infidelitatem suam, iusto Dei iudicio excæcati, literæ tantū inhærentes, perdiderunt veritatē: & inde sibi sumere iam conātur fomenta, atq; adiumēta sui erroris, vnde si credere voluissent, salutarem accepissent veritatis cognitionem: sicq; laqueus illis factus est scriptura sacra, quo irretiti teneantur in infidelitate atq; peruersitate sua, donec da

Ioan. 19.

Matth. 27.

Deut. 8.
Marc. 4.

ad retributionē finalis damnationis perueniāt. Versu trigesimoprimo, Quoniā quē tu percussisti, persequuti sunt. Nota quòd pater filiū percussit, non autē est persequutus. Iudęi verò nō percusserunt tantū, sed etiam sunt persequuti: percussio namq; ad disciplinā pertinet, persequutio ad odium & crudelitatē. Cum enim pater ad emendationē castigat filiū quem diligit, percutit quidē eum, sed minimè persequitur. Ita & pater cælestis filiū suum, tāetsi charissimū, percussit tamē, & disciplinā voluit esse super eū. Sic enim per Esaiam pater cælestis de filio loquitur, Propter scœlus populi mei percussi eū. Percussi (inquit) nō persequutus sum, quoniā propter scœlus nō propriū, sed alienū. Et ex persona generis humani, eodem in loco dicitur, Disciplina pacis nostræ super eū: hoc est, disciplina, correctio, atq; punitio pro peccatis nostris patri debita, per quā patri reconciliari, inq; eius gratiā redire debebamus, super ipsum venit, super ipsum imposita fuit: quoniā voluit pater, vt ipse percuteretur, atq; (vt ita dicam) disciplinaretur pro omnibus nobis vt nos per eius disciplinā, pacē haberemus apud patrē. Impij autē Iudæi, quē Deus percussum volebat, odio crudeli & immani crudelitate, inimicissimo animo persequuti sunt: nō quasi patris ministri, sed tanquam sinæ propriæ peruersissimæ impietatis, propria autoritate & voluntate exequutores. Quod autē sequitur, Et super dolorem vulnerū meorū addiderunt: præter expositionē in Elucidatione positā, potest etiam sic intelligi, Addiderūt etiā ignominiā & opprobria verborum, ac gesticulationē super dolorem, quā ex inflictis corporis grauissimis vulneribus patiebar. Admodū verò festiua est collusio illa, quæ est versus statim sequētis. Appone iniquitatē super iniquitatē eorū, ad partem iam antè tractatā, Super dolorē vulnerū meorum addiderunt. Indicatur enim hac allusione, correspondentia pœnæ ad culpā, tanquā si dicat, Illi sine compassione, crudeli animo vulnera vulneribus, plagas plagis apposuerunt, ad vulnera quoq; & passiones corporis etiam contumelias & opprobria adiecerūt: tu ex aduerso, in vltionē, appones iniquitatē super iniquitatem eorum, fines eos de peccato ruere in peccatum, absq; retinaculo. Iudicium enim sine misericordia debetur illis, qui nō fecerunt misericordiā. Cum autē in secunda parte versus dicitur, & nō intrent in iustitiam tuam: aduerte, signanter dictū esse, in iustitiam tuam, Hæc enim est illa iusti-

Esaiæ 53.

Ibidem.

Roman. 5.

Iacob. 2.

tia Dei, iustitia fidei, iustitia vera, quæ (vt Paulus Apostolus
Roma. 3. ait) per fidem est Iesu Christi, in omnes, & super omnes qui
credunt in eũ, quam idem Apostolus toties iustitia Iudaica,
siue legali distinguit, in ea potissimũ Epistola quam Roma-
Rom. 10. nis scripsit: apertissimè verò capitulo decimo, vbi sic ait, Igno
rantes enim (Iudæi) iustitiam Dei, & suam quærentes statue-
re, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Finis enim legis Christus,
ad iustitiã, omni credenti. In hanc ergo iustitiã dicit non in-
gressuros illos, super quos veniet hæc diuina vltio. Cũ tamen
Roma. 11. plenitudo gentiũ intrauerit, tunc & reliquiæ ex Israël (iuxta
Apostoli vocẽ) introibunt in hanc iustitiam, & saluæ fient.

Versu trigesimotertio, Deleantur de libro viuentium. No-
Exod. 31. tus est ex scriptura liber vitæ Dei, vel Mose dicẽte, Si nõ di-
Roma. 8. mittis populo hanc noxã, dele me de libro quem scripsisti.
Ephe. 1. Hic liber non aliud est, quàm Dei præscientia & prædestina-
Apoc. 2. & tio, qua electos ad salutẽ ab æterno venturos cognouit, arq;
21. vt peuenirẽt prædestinauit: de quo libro & iis qui in eo scri
pti sunt, frequens in sacra Apocalypsi sermo habetur. De hoc
libro, si (vt ferè solet) hic passus exponatur, quæstio suboritur,
quomodo possit deleri aliquis de libro vitæ: cũ fieri nõ pos-
sit, vt q semel prædestinatus est, à prædestinatione cadat: vtq;
is, quẽ Deus ab æterno præuidit saluandũ, salutem nõ consé-
quatur. Erit autẽ facilis solutio obiectionis, si dicamus im- E
propriè accipi in hoc loco verbum deleri, nõ vt significet se-
mel inscriptũ eradi. Sic enim impossibile est, semel verè scri
ptũ in libro vitæ deleri: sed accipi improprie, pro non scribi
in libro, vt impios de libro viuentiũ deleri, nõ aliud fit, quàm
impios in eo nõ adscribi simul cũ iustis. Atq; ita pars sequẽs,
Et cũ iustis nõ scribãtur, prioris erit explanatio: quod in scri-
pturis Propheticis, maximè autẽ in Psalmis, nõ est infrequẽs.
Subtiliori verò cõsideratione, referre possimus hanc deletio
nem in generali ad ipsam gentem Iudaicam, facta cõsidera-
tione ad patres eorũ: Ante enim Christi aduentum, videba-
tur sola gẽs Iudaica hunc librum occupare, quoniam propter
Roma. 10. electionẽ (vt ait Apostolus) charissimi erant, & soli populus
Deut. 7. Dei peculiaris, gẽs electũ, gens sancta, cæteris interim popu-
lis sub ira Dei cõclusis, atq; ita vt filiis mortis, in mortis libro
descriptis. Post Christi autẽ passionem, & in cælos ascensio-
nem, Iudæis nolentibus oblatam gratiam recipere, gentibus
autem econtrario ambabus (quod aiunt) manibus Dei gra-
tiam

tiã excipientibus, mirabilis facta est cõmutatio: meritóque
deleta est Iudaica gẽs de libro vitæ, in quo patres eorũ, vt po
pulus dilectus scripti fuerãt, fuerántq; & ipsi non delẽdi, si nõ
seipsos indignos præstitissent: populus autẽ nationum, in li-
brum vitæ meruit sua crudelitate ex Dei munere inscribi.
Atq; ita quidem in generali, populi totius reprobatio desi-
gnatur: nõ quidẽ ita, vt ex eis nemo possit salutem consequi,
aut quasi singuli fuerint excluſi, sed quia nõ amplius tota gẽs
Filia, vt olim, in electione & peculio Dei (vt ita loquar) per-
mãsit. Poterit tertio hic locus rectè intelligi aliter, quam de
libro vitæ Dei, vt de libro viuẽtiũ deleri, sit deleri à memo-
ria hominũ. Memoria enim hominũ, quasi eorũ liber est. At-
que ita sensus erit, Deleantur de memoria hominũ, quãtũ ad
fœlicitatẽ & gloriã, in qua antè fuerũt: hoc est, ita eos fac hu
miles, abiectos & miseros in exilio suo, vt iã nulla sit pristinę
fœlicitatis memoria, vt prorsus quasi non sint, & nullius ha-
beãtur momenti in seculo. Atq; hãc intelligẽtiam prætende-
re videtur, quod habet paraphrasis Chaldaica, Deleantur de
libro memoriæ viuorũ, & nõ mereãtur intrare in Ecclesiam
iustorum tuorũ. Attamen hæc expositio, cæteris minus pro-
babilis videtur. Tametsi enim frequentius in scriptura inue-
niatur, deleri nomẽ alicuius, pro eo quòd est, perire de me-
moria hominum: non arbitror tamẽ, quod hîc dicitur, de li-
bro, deleri, vspiam in tali significatione reperiri. Versu
trigesimo sexto, Et placebit Deo super vitulum nouellum,
cornua producentem & vngulas, per vitulum nouellũ, id est,
magis quàm vitulus nouellus cornua producẽs & vngulas: hoc
est, magis quàm vitulus nouell⁹ cornutus, & vngulatus ad si-
gnificandum videlicet ætatem sufficientem, & satis matu-
ram ad offerendum. Et sub hoc intelligimus omne sacrificiũ
legis veteris. Gratior enim est Deo cõfessio laudis, quàm ve
teris legis quodcunq; sacrificiũ. Alij putãt additionem illam
de cornubus & vngulis, ad vilipensionẽ hostiarum veterum
addi: quasi diceretur, Placebit Deo cõfessio laudis meæ, ma-
gis quàm vitulus cornutus & vngulatus, ac proinde irratio-
le animal. Laus enim Dei rationalis, quæ de corde & intel-
lectu procedit, multò acceptior est Deo, quàm creatura irra
tionalis, in sacrificio. Nõnulli verò intelligũt, super vitulũ no
uellũ, id est, de vitulo nouello, dicẽtes Deo esse beneplacitũ
in vel de nouello vitulo, ad mysticas intelligẽtias recurrẽtes.

Quod

Quod autem priori loco dictum est, longè videtur probabilius. Versu quadragesimo, Quoniam Deus saluam faciet Sion, & ædificabuntur ciuitates Iudæ. Quod per Sion intelligatur præsens Ecclesia, ex plurimis Psalmorum locis in prio-
Psal. 2 ribus fecimus manifestum. Vnde Psal. II. dicebat filius, Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem san-
Psal. 47 ctum eius. Et Psal. XLVII. Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ. Quæ autem hîc dicuntur ædificandæ ciuitates Iudæ, eædem sunt, quæ illo in loco dicuntur filiæ Iudæ particulares videlicet Ecclesiæ, in quibus est confessio nominis Christi: quæ omnes tamen vbicunque terrarum consistant, Sion vnam habent matrem, vnam scilicet vniuersalem Ecclesiam, quæ omnium est particularium mater. Non enim plures sponsas aut vxores patitur sponsus sanguinum, quæ non in vnam conueniant, & non ex vna sint matre progenitæ: & si plures recipit vxores, eas necesse est ex vna matre esse sorores.

SEXAGESIMINONI PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVS iste, oratio est hominis in grauibus tentationibus siue spiritualibus siue corporalibus positi, postulantis Dei auxilium inimicorum (à quibus tentatur, & periculum patitur) confusionem atque cessationem, ac demum piorum de sua liberatione exultationem. Manifestum est autem totum penè hunc Psalmum in Psalmo XXXIX. superius expositio esse inclusum, & huius Psalmi singulos versus in illo inueniri. Quapropter, non opus est vt hoc loco singula tractentur exactius.

SEXAGESIMINONI PSALMI ELVCIDATIO.

1 Deus in adiutorium meum intende. * domine ad adiuuandum me festina.

DEVS meus, mea omnis spes & fiducia, intentus esto ad auxilium meum contra hostes meos: qui nisi tuo iuuer auxilio, facilè mihi prævalebunt sua foritudine: te autem auxilium ferente, nihil quicquam poterunt: & quia vrget me vehementer aduersantium improbitas, neq; fatigatur in tentando siue oppugnando, circumeuntes die ac nocte ad perdendum me, idcirco festinato opus est: * neq; moreris quæso aut differas amplius ferre opem periclitanti in dilatione auxilij. 2 Fac tuæ virtutis auxilio, cōfusione & erubescētia perfundātur omnes aduersarij mei, qui tollere quærunt animā meā, qui insidiantur viræ meæ, & in mortē cupiunt præcipitare pauperculam animā meam: quorum studium atq; desideriū in hoc est, vt vi tā auferāt mihi, inferántq; mortem. 3 Fac retrorsum abeāt, & confusione atq; pudore afficiantur omnes qui moliuntur aduersum me mala, qui mihi nocere cupiunt, qui vel insidias mihi instruunt vt occultè noceant: vel etiam aperto odio me oppugnāt vt interficiāt. 4 Fac retrorsum conuertantur cum cōfusione & reuerētia, qui mihi vel insultantes & exprobrātes, vel de malo gaudētes atq; plaudētes, dicunt, euge euge, sue vah vah, si viderint aliquid mihi aduersum contingere. Hos insultatores meos gaudentes de malo alieno, coge tu à cœpto desistere suæ malitiæ proposito: fac illos suo intento frustrari, & quod conātur minimè consequi. 5 Illi verò qui te ex animo & fideli corde quærūt, qui tibi placere, & tibi amicitia iūgi desiderāt, atq; adhoc conātur iugiter, gaudeant huiusmodi & lætētur, cum me viderint de impiorum manibus tuo auxilio liberatum: * & qui tuā salutē diligunt, eámq; omnibus communem fieri, & ad omnes pertingere gaudent (cuiusmodi sunt omnes verè pij) dicant pro gratiarum actione, semper magnificetur dominus, sit semper & in secula Deus noster benedictus, qui pios nouit de tentatione eripere, & cum tentatione semper prouentū facere, vt valeant seruti eius sustinere, neq; vnquam reliquit in se sperātes. 6 Ego verò ante oculos tuos, ó domine, sum non aliud quàm pauper & mendicus, ex memetipso nihil nisi miserias & infirmitatem habens, plenus egestate, absque omni bono, nisi tu donaueris qui necesse habeo à te omnia mendicando & postulando accipere: * tu proinde, Deus piissimè, qui pauperes exaudire soles, & pauperum atque humilium curam gerere singularem: adiuua me, tuum auxilium humiliter implorantem contra aduersarios meos. 7 Tu es quem ego elegi auxiliatorem meum, & quem spero saluatorem atque liberatorem: * ô domine, ne moram facias, ne vltra differas ferre mihi opem contra importunos hostium insultus, sed in tempore aduenì, priusquam mihi prævaleant, qui oppugnant, vt tua ope liberatus, tibi gratias agam in sequla seculorum: Amen.

2 Confundātur, & reuereātur, qui quærūt animam meā.

3 Auertātur retrorsum, & erubescant, qui volunt mihi mala.

4 Auertātur statim erubescentes, qui dicunt mihi euge euge.

5 Exultēt et lætentur in te omnes qui quærunt te: * & dicant semper magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum.

1. Cor. 13

Psal. 9

6 Ego verò egen⁹ et pauper sum: * Deus adiuua me.

Ibidem.

7 Adiutor me⁹ & liberator meus es tu: * domine ne moreris.

ANNOTATIONES IN PSALMUM sexagesimumnonum.

C

VERSV primo, Deus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandum me festina. Oratione ista maximè opus habent, eiusdémque frequentissima & indeficienti replicatione, qui perpetuum cum hostibus non desidibus aut somnolentis, sed peruigilibus vtique & alacribus certamen habent. Quapropter, rectè Ecclesiastica iustitutione hic versus singulis canonicis horis præmittitur, atq; in ipso iam initio solenni voce concinitur, antequam ad Psalmos canendos, siue aliud quicquam decantãdum procedatur. Primùm enim est, vt hostium insultum postulemus reprimi, quo sic quietius atq; securius, Diuinis deinde laudibus possimus vacare. Sed & antiqui illi eremi apud Aegyptum incolæ, discipulos, maximè nouitios docebant, verbum istud frequenti iteratione etiã in mediis occupationibus & exercitiis corporalibus, ardenti affectu in Deum velut eiaculari. Nouellis enim tyronibus Dei cõtra aduersarios auxilio maximè est opus. Versu quinto, Et dicant, semper magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum. Aduerbium semper in medio positũ, poterit vel cum sequenti construi, hoc modo. Et dicant, semper magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum: vel cum præcedenti, hoc modo, Et dicãt, semper magnificetur dominus, & cætera. Prior autem constructio magis videtur conuenire, quam in Elucidatione solam expressimus.

SEPTVAGESIMI PSALMI ARGVMENTVM.

D

PSALMVS *iste eiusdem ferè argumenti est cum Psalm.xxx in quo etiam aliquot versus priores ad verbum ferè positi sunt & expositi. Exercitat in eo vir iustus spem suam in domino, eum asserens suum protectorem, munitionem atque refugium, in quo sperauerit à iuuentute, ex matris vtero, eundemq; multa verborum replicatione, contra aduersariorum insultus, ita precatur habere perpetuum protectorem atque saluatorem, vt ab eo nunquam, ne in vltima quidem senectute derelinquatur: sciens, quàm facilè in prædã & subiectionem veniret efferatissimis hostibus, si vel ad tempus modicum à Deo derelinqueretur suis viribus. Policetur autem pro gratiarum actione, magnificam laudem & perpetuam prædicationem institutæ atque veritatis Dei, quam cunctis etiam pòst venturis generationibus promittit (iuxta quòd à Deo nõ per humanam sapientiã edoctus fuit) facere manifestam: in conclusione tandem Psalmi versu vigesimosecũdo, peculiariter commemorans mirabilem Dei erga suos electos dispensationem, in eo quòd grauissimis illos nonnunquam permittit afflictionibus, eosdémque vbi placitum sibi fuerit liberatos, quasi ab inferis ad vitam reducit: qua in re, duo simul electis suis Deus commonstrat, nempe infinitam suam potentiam qua de tentatione quantumuis maxima, & humanis viribus insuperabili, nouit suos electos eripere, simul & maximam ineffabilémque suam misericordiam, qua nũc nec in desperatissimis & difficillimis rebus deserit in te sperãtes. Propter quæ, tam fidelissimo liberatori laudem promittens, in musicis instrumentis, in lingua & labijs, ex corde depromendam, ita terminat salutarem exercitationem.*

SEPTVAGESIMI PSALMI ELVCIDATIO.

IN te domine Deus meus spem meam omnem constitui, non me patiaris vnquam confundi, neque in confusionem æternam venire permittas: * sed propter iustitiam, veritatem, & fidelitatem tuam, libere ab omni periculo & confusione, quemadmodum in te speraui. Exposcit enim hoc tua iustitia, quòd verax es, quòd fidelis in promissionibus, vt (sicuti pollicitus es) tuo auxilio non destituas in te sperantes. 2 Inclina Deus auditum tuum ad precem meam, & dignanter attende orationi meæ: * festina: ne tardaueris, vt eruias ac liberes animam meam de periculis, angustiis, & necessitatibus, siue spiritualibus, siue corporalibus, in quibus versor. 3 Talẽ te mihi exhibe domine Deũ, vt sis mihi defensor atq; propugnator, pariter & asylum, siue tutus refugij locus, vt ita me facias saluũ ab inimicis meis: quatenus protector, pro me tua potẽtia cõtra aduersarios meos dimicans ac pugnãs, quasi asylũ verò, atq; tutus locus refugij, me ad te cõfugientem veluti abscõdens, concludens, atq; diligenter custodiens, vt accessum ad me habere non valeãt nocere parati. 4 Tu enim domine es mea omnis fortitudo, & in te est robur meũ omne, per cuius propugnationẽ spero ab inimicis fieri saluus, & tu es meum tutissimum refugium, ad quem semper in omnibus periculis confugiens, spero inimicorum rabiem

2 *In te domine speraui, nõ cõfundar in æternum:* Psal. 144. Psal. 90 * *in iustitia tua libera me, & eripe me.*

2 *Inclina ad me aurem tuam: * & saluã me.*

3 *Esto mihi in Deũ protectorẽ, et in locum munitũ: vt saluũ me facias.*

4 *Quoniã firmamentũ meum & refugium meũ es tu.*

5 *Deus meꝰ eripe me de manu peccatoris, & de manu cõtra legẽ agẽtis, & iniqui.*

rabiẽ effugere. 5 Deus meus, tota fiducia mea, salua tu me de manu peccatorũ, in quibus nullus inest timor tuus, & de manu hominũ cõtra legem tuã agentium, & iniquorum, qui ex peruersitate cordis sui absq; timore & pudore operantur cõtra æquissimas leges tuas atq; præcepta, quicquid eis fuerit collibitũ: de manu & potestate istorũ salua me, non me permittas istis venire in potestatẽ, vt mihi vnquam præualeant aut me in cõsensum aliquãdo pertrahãt suæ malitiæ. 6 Tu enim es patiẽtia, sustinentia, spes & expectatio mea, propter quẽ ego cũctas impiorum suasiones & propositiones abiurani, & etiamnum abiuro, tuã solius cõsolationem & salutem desiderans atq; expectans, tu solus es quem sustineo, quem in

6 *Quoniã tu es patientia mea, domine: * domine spes mea à iuuẽtute mea.*

perseuerãtia & potẽtia expecto, consolatorem & saluatorem meum: * ô domine, spes mea & tota fiducia fuisti ab ineunte ætate mea, ab ipsis cunabulis: statim vt cœpi ratione vti, in te spẽ meã constitui. 7 In te ego sum firmatus & fiducia spei velut defixus, ab eo penè tempore quo egressus sum de vtero matris meæ, vsq; in ætatẽ istam in qua viuo: ab eo tẽpore semper in te hæsit, & infixa fuit, atq; firmata fiducia spei meæ:

6 *In te confirmatꝰ sum ex vtero: * de ventre matris meæ tu es protector meus.*

* ab eo tempore, quo de matris meæ vtero egressus sum, te semper & habui & sensi protectorem atque saluatorem, qui me pauisti à primo die egressus materni vteri, insuper à periculis plurimis & grauissimis seruasti, & in omnibus tua protectione saluũ me custodisti. 8 Tu mihi semper fuisti laudis materia, de te semper fuerunt mea cãtica: & quicquid cantabã vel dicebã, tui nominis gloriam & laudem contmebat: * & ego factus sum multis tanquã prodigium, quasi spectaculũ factus sum orbi, coniectis omniũ oculis in me, & admirantibus velut rem supra naturã, quod de tot ac tantis malis saluus euasissem, existimãtibus id (sicut nec reuera erat) humana via non fuisse possibile: * sed tu mihi fuisti validus & præpotẽs adiutor, qui in omnibus his semper mihi adfuisti, & nõ es passus venire me in manus quærentium animã meã.

8 *In te cantatio mea semper: * & tanquã prodigiũ factꝰ sum multis: * tu adiutor fortis.*

9 *Repleatur os meũ laude: * vt cantem gloriã tuam, tota die magnitudinẽ tuam.*

In te nanque, manus hostiũ etiam potentissimorum & plurimorum potui euadere, quòd propriis meis viribus minimè potuissem. 9 Vt autẽ gratus tibi esse valeã pro tãta tua erga me solicitudine, peto, vt os meũ repleas laude, tu me doceas per illuminationẽ & eruditionem internã spiritus tui, quomodo te dignè laudare queam: * vt cantare possim magnificentiam gloriæ tuæ, & iugiter omnibus diebus vitæ meæ canticis & psalmis valeã celebrare magnitudinẽ tuam, secũdum quã per omnia verè es maximus. 10 Et postquã à puero, mei semper sollicitissimã gessisti curã, noli quæso pati, vt in ætate pleniori, aut etiã iam deficiẽti, à te aberrem, & à tua gratia excidã: * qui me semper in tuo seruitio confortasti, cum essem valido & vegeto corpore, ne patiaris me (quæso à te aberrare, aut te relinquere in tẽpore senectutis, quãdo decrescere incipiet virtus mea. Esset enim id prorsus abominabile, si ego (quem semper à puero tanta cura in tua seruitute custodisti) in ætate tandem deficienti delirare incipiẽs, à tua seruitute me separarem, sicque à te & tua gratia derelinquerer. * Insuper si quando aduenerit in anima mea tẽpus senectutis, id est, tepor deuotionis, & declinatio à feruore charitatis pristinæ, ita, vt cõringat aliquando refrigescere in me charitatem, sicque ad nihilum incipiat tendere vita spiritus mei (quẽadmodum senectute temporali corpus frigescit, decrescente calore, & vita ad occasum declinat) vt tum me non sustineas in totum frigefieri, & prorsus vitã spiritus perdere: sed si fortè quacunq; occasione, in eiusmodi statum deueneram, tempestiuè memẽto mei, & reuoca ad te, atq; ad charitatis pristinæ feruorẽ tua benignitate restitue, priusquã totus frigescam, & vitã perdam funditus. 11 Neq; verò immeritò de futuro tempore sollicitus, nunc oro (donec mihi sum bene conscius) pro iis quæ obuenire aliquãdo possent. Scio nanq; meorũ hostium, qui me ad mortem quærunt, infatigabiles conatus, & propriam meam fragilitatem non habeo incognitam. Ecce enim aduersarij mei, vbi vel modicũ viderint me refrigescere siue flaccescere in tuo seruitio, mox contra me loquuntur: * & ipsi qui semper obseruant animã meam, nocte ac die circumeũtes, si qua tandẽ valeant inuenire aditum expugnandi, aut si qua tandem occasione possint ad nocendũ mihi pertingere, ipsi mox iunctis capitibus, concilium pariter ineunt, tractãtes quomodo facilius suam de me voluntatem adimplere possint, quomodo in mortis laqueum certius præcipitent. 12 Dicunt adinuicem sese exhortantes, ecce iam senescere incipit, iã nõ qualia solet operatur, feruor abscessit, non apparet solitæ charitatis in eo ardor: nunc ecce opportunum tentationi tempus est, quod tam diu quæsiuimus: apparet illũ iam à Deo derelictũ, quo protectore hactenus prævalere nequiuimus: * nunc autem sic derelictum audacter per sequamur, modò non cessemus ab oppugnatione.

10 *Ne projicias me in tempore senectutis: * cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.*

11 *Quia dixerunt inimici mei mihi: * & qui custodiebãt animã meã, concilium fecerũt in vnum.*

12 *Dicentes Deus dereliquit eum: * persequimini, & cõprehendite eũ, quia non est qui eripiat.*

Spes enim est proposita victoriæ, vbi ab auxilio se subduxit ille, per quē contigit huic semper victoria. Ecce iam nō habet, qui eum de manibus nostris saluet, facilè iam illi in virtute nostra prævalebimus. 13 Ita profectò loquuntur adversus me hostes mei infatigabiles, si vnquam vllo signo vel indicio percipere sibi videātur, me abs te derelictū, tuoq; destitutū auxilio: quod quia non ignoro, meritò de futuro vitæ meę tempore sollicitus, supplex oro, ne vnquā imperpetuum teipsum à me elōges, ne me imperpetuum derelinquas, sed ego semper tecū in vltimam vsq; ætatē omnibus diebus vitæ meæ permanēā, & tu vicissim me nunquā deseras: * semper, ò Deus, tota mea, fiducia, ad me aspicias, nunquā benignos tuos oculos à me avertas, & in auxilium mihi opportunè semper accurras. 14 Ita tuo auxilio fac cōfusione & pudore operiantur hostes mei, & cessare atq; desistere cogantur à sua prauitate omnes qui mala loquūtur & pernicios a cōtra animā meam: * fac penitus erubescentia & pudore perfundantur, omnes q siue per insidias, siue per apertā oppugnationem quærunt mala aduersum me, quicunq; cōtra me machinātur impia. 15 Ego verò in tua protectione optimè securus, nunquam desinam sperare in auxilio tuo: * & protitudine adiiciam super omnē laudem tuam: cōtinuo laudes laudibus accumulabo, de die in diem amplius me exercebo in laude tua, & super ommem laudē, quam tibi cœpi a puericia mea, apponā etiam laudare te vsq; in ætate nouissimā. 16 Et quo alios quoq; attrahā ad tui nominis laudem, annūtiabo ego, & prædicabo palam omnibus, vbicunq; opportunū fuerit, iustitiā, sanctitatē, veritatem, & fidelitatem tuā: vt etiā proximos inuitē ad ponendā in te spem & fiduciam, cùm te iustū, ita veracem atq; fidelem cognouerint: * iugiter omnibus diebus prędicabo salutē tuam, semper expositam & paratā cunctis in te sperantibus, quā nūquā pateris deesse iis qui seruiunt, & fidūt tibi corde perfecto. 17 Quoniam etsi literaturam nō cognoui, tametsi ex literis & doctrina scholari siue humana, neq; per auditū, neq; per lectionē didici ea quæ ad laudē tuam faciunt, tametsi scientia humana instructus à præceptoribus, atq; doctoribus minimè fuerim: introibo tamen in potentias domini, ingrediar tamen ducatu spiritus tui & magisterio interiori illuminationis tuæ, vsq; ad cognoscēdas virtutes tuas & mirabilia opera potentiæ tuæ, quæ operaris in hominibus, quæ melius me docet interius tua

13 *Deus ne elongeris à me:*

* *Deus meus in auxilium meum respice.*

14 *Confundātur et deficiāt detrahētes animæ meæ: * operiātur confusione & pudore q quærunt mala mihi.*

15 *Ego autē semper sperabo: * & adiiciam super omnem laudē tuam.*

16 *Os meū annuntiabit iustitiam tuam: * tota die salutare tuū.*

17 *Quoniā non cognoui literaturā, introibo in potentias domini.*

tua illuminatio, quàm omnis possit exterior vocis aut literarum institutio: * sicq; à te edoctus, nō ab humana scientia, solius tuæ iustitię memor ero, semper de tua sanctitate, veritate & fidelitate cogitare volo, semper illam ruminare memoriā, semper de ea loqui: illā palam omnibus annūtiare & prædicare, vt ne inanis & sine fructu sit cognitio incertorum & occultorū sapientiæ tuæ, quæ manifestasti mihi. 18 Deus piissime, iamindè à puero, ex quo vti cœpi ratione, semper tu me illustratione tua interius docuisti, cognoscere temetipsum & mirabilia opera tua, quæ solo humano nūquam didicissem magisterio: * & vsq; modo non cessò prædicare mirabilia opera potentiæ, sapientiæ, atq; bonitatis tuæ, quæ mihi dedisti considerare & cognoscere, etiamnum in his prædicandis & collaudandis perseuero. 19 Et vsque in senectam meam iugiter perseuerabo in prędicatione tuorū mirabiliū, etiam vsq; ad vltimum senium, vsque ad canissimos canos, & ætatem decrepitam non cessabo à tuis laudibus: nec ætas illa summè imbecillis (quæ homines solet pigros ac desides efficere, & ad ea quibus in ætate minor fuerant oblectati, fastidiosos reddere ac nauseabundos) me poterit eò perducere, vt cessem à tuis mirabilibus laudandis atq; decantandis: * tu vicissim, Deus optime, me ita optima proponentem, me sic tibi tuisq; laudibus imperpetuum memetipsum dedicantē, ne vllo vnquam tēpore derelinquas, me vnquam à te aberrare, aut à te separari (vel dæmonū vel hominū quantūuis excrescente malitia) permittas: vt quomodo ego tibi fidelem memetipsum propono famulū, sic tu mihi te fidelem perpetuò exhibeas custodem & dominum. 20 Non me (inquam) derelinquas, nec in ætate vltima, donec ego (quantum quidem in me erit) prædicem omnibus generationibus, quæ vētura sunt vsq; in cōsummationem seculi, fortissimum brachium tuū, & omnipotentem virtutem fortitudinis tuæ, donec ego per meos psalmos & cantica, tuum nomen celebre reddidero & manifestum, pro generationibus omnibus quæ post vēturæ sunt. Ita enim ego te, donec viuam, semper, & vbique prædicare nō desinam, vt quantum in me fuerit, tui nominis & gloriæ memoriam in omnibus generationibus derelinquam. 21 Brachium (inquam) tuum, id est fortissimam potentiam virtutis tuæ, & certissimam veritatem atque fidelitatē tuæ iustitiæ: donec prædicem & efferam eas vsque ad altissima magnalia, quę in eis operatus es mirabilia opera tua,

* *domine, memorabor iustitiæ tuæ solius.*

Psalm. 50.

18 *Deus, docuisti me à iuuente mea*

* *& vsq; nunc pronuntiabo mirabilia tua.*

19 *Et vsq; in senectam & senium:*

* *Deus ne derelinquas me.*

20 *Donec annuntiem brachiū tuū generationi omni quæ vētura est.*

21 *Potentiā tuā & iustitiam tuam Deus vsque in altissima quæ fecisti magnalia:*

quæ tu pro hominibus es operatus in maxima potẽtia & veritate, ſecundum ſuam dignitatẽ & ſupereminentiam dignè magnificando, iuſtisque laudibus ac præconiis efferendo: * ô Deus, quis tibi poterit ſecũdum vllũ modum aut gradum dignè comparari? Nemo profectò, neq; in cælis, neque in terris. In comparatione enim tui creatura omnis eſt tanquã fumus euanidus, & tãquam nihilũ reputatur coram te. Tam es maximus, tam es ſummus, tam es perfectiſsimus, vt tibi nemo ſecundum vllam rationem dignè queat conferri. 22 Vel in me ſolo, quàm magnifica ſepe, & quàm mirabilia oſtẽdiſti opera tua. Ecce enim interdũ me feciſti in tribulationes plurimas & maximas incidere, pericula ſimul multa & grauia experiri feciſti me, & tua permiſsione ſuper me venerunt, adeò vt prorſus non viderẽ exitum, deſperarem penitus poſſe me euadere: * verùm vbi placuiſſet ad me iterũ conuertere benignũ aſpectum vultus tui, iam pene mortuum, & de vita deſperantẽ rurſum ad vitã tuo auxilio reſtituiſti, & quaſi de infimis terræ, quaſi de portis inferni atque mortis, reduxiſti me morti proximum, imò (vt dicã verius) nihil à morte diſtantem. 23 Atque in hoc ipſo multiplicaſti, ſiue magnifici gloriã magnificentiæ tuæ, quòd poſt tãtas miſerias & tribulationes, in quibus penitus res deſperata videbatur, iterũ cõuerſus, iterumq; ad me reſpiciẽs, liberaueris me à miſeria, & cõſolatione tua lætificaueris, reddideriſq; ſecurum, vt antè. Sic enim tu Deus, ad oſtenſionem tuæ magnificẽtiſsimæ potentiæ, nõnunquam electos tuos pateris venire in grauiſsima diſcrimina, ſiue corporalia, ſiue ſpiritualia, è quibus nullus videatur exitus humana via reſiduus, vbi ſpes omnis ſecundum humanum iudicium ablata videatur: quos tamen ſic in anguſtum concluſos, & de ſeipſis penitus deſperantes, ſpotenter ſimul & miſericorditer, cùm tibi opportunum videtur, liberas, ab omni periculo faciẽs ſaluos, & in plena ſecuritate conſtituens partim conſolatos. Idque facis, partim vt illorum in te ſpem probatam facias: partim vt tuam põrentiam manifeſtius euidẽtiusque commonſtres. 24 Itaque & ego viciſsim, pro tuis maximis beneficiis, dabo tibi cõfeſſionem & laudem in inſtrumẽtis pſalmorum, cum inſtrumentis muſicis, in quibus pſalmos & cantica laudis decantabo tibi, confitebor (inquam) & prædicabo, ô Deus, ſpeciali laude veritatem fidelitatis tuæ, quòd fidelis ſis & verax in omnibus verbis tuis, erga eos q in te fidunt, & quibus pollicitus es tuæ ſalutis auxiliũ: * Pſalmos & cãtica laudis in citharis, ſuauiſſima qua potero melodia, & pſalteriis, aliiſq; muſicis inſtrumẽtis, decantabo tibi, ô ſanctæ Deus populi tui, Deus fidelis ſeruorũ tuorũ fidelium. 25 Non ſolùm autẽ exteriori corporis motu in externis muſicis inſtrumẽtis tibi, pſallam, ſed labia mea exultabunt, & magnificè geſtiẽt, atq; lætitiã monſtrabunt in laudatione tua, cum tibi laudẽ cecinero: * maximè autẽ anima mea, quam tu ſaluã feciſti ex tantis periculis, in tua laude oblectabitur & exultabit. Erit enim mea in te exultatio, nõ exterior tantũ, ſed & in intimis cordis, ex omni virtute animæ meæ. 26 Lingua quoq; mea iugiter eloqui conabitur & prædicare iuſtitiam, veritatem atq; fidelitatem tuam, quam ſemper cuſtodis erga ſeruos tuos in te ſperãtes: * cum confuſi fuerint, pudoreq; ac reuerentia affecti aduerſarij mei, quærẽtes aduerſum me mala: cum horũ manus eua ſero, te liberante, & illi ſuo conatu fruſtrati abſceſſerint, nihil præter confuſionem & ignominiam reportantes.

* Deus quis ſimilis tibi?

22 *Quantas oſtẽdiſti mihi tribulationes multas & malas:*
* *& cõuerſus viuificaſti me, & de abyſſis terræ iterũ reduxiſti me.*
23 *Multiplicaſti magnificẽtiã tuã: & cõuerſus conſolatus es me.*

24 *Nã & ego confitebor tibi in vaſis Pſalmi, veritatẽ tuam Deus:* Pſal. 144.

ANNOTATIONES IN *Pſalmum Septageſimum.*

VERSV tertio, Eſto mihi in Deũ protectorẽ, & in locum munitum, In Pſalmo xxx. verſus tertius huic reſpondens pro loco munito, habet, domum refugij: & eadem ſententia eſt. Locus enim bene munitus, rectè domus vel habitaculũ ſiue locus refugij dicitur, quoniam talis eſt, ad quẽ pro ſecuritate poſsint homines confugere, & in quo ſaluare ſe queant. Talem autẽ ſe nobis exhibet benigniſsimus Dominus Deus noſter, quẽadmodum Pſalmo xxxviii. latius declarauimus. Verſu octauo, Tãquam prodigium factus ſum multis. Si de Chriſto Pſalmũ hunc peculiariter exponamus ad patrẽ loquente (quemadmodum quidam rectè exponunt) aptè hoc verbum cum illo Simeonis cõueniret, Ecce poſitus eſt hic in ſignum cui cõtradicetur. Verè enim Chriſtus multis admodum quaſi prodigiũ factus fuit, quãdo ſtupebant omnes, & mirabantur de doctrinæ efficacia, & operibus mirabilibus, quæ ipſe palàm toti mũdo exhibuit: id quod ex Euangelicæ hiſtoriæ contextu eſt euidentiſsimum. Fuit etiam in prodigium præ miſeria, in tempore paſsionis: quãdo vermis apparuit & non homo, opprobrium hominũ, & abiectio plebis, ita vt (iuxta Eſaiæ vaticiniũ) non eſſet ei ſpecies neq; decor. Rectè tamẽ etiã Dauidi, vel alij cuilibet iuſtorũ in Deo

* *pſallã tibi in cithara ſanctus Iſraël.*
25 *Exultabunt labia mea cũ cantauero tibi:*
* *& anima mea quam redemiſti.*
26 *Sed & lingua mea tota die meditabitur iuſtitiam tuã:*
2 *circunfuſi & reuereriti fuerint, qui quærũt mala mihi.*

Lucæ 2.
Lucæ 4.
Pſalm. 21.
Pſalm. 53.

pleno corde à puero fidentiũ, competit fieri & esse prodigiũ
3. Cor. 4. hominibus seculi huius: quandoquidẽ Paulus Apostolus, de se ac suis similibus, ait, Spectaculũ facti sumus mundo, angelis, & hominibus. Peculiariter autẽ in persona Dauid, stupẽdum erat neq; paruũ miraculũ de tãtis periculis, in tam diuturna persequutione tam fortissimi aduersarij Saulis potuisse effugere, & tanto tempore quæsitum regis tanti patientia nõ potuisse cõprehendi. Erat etiam prodigium, videre hominem tanta aduersa, tanta potentia sufferẽtem, & tam longanimi sustinẽtia in Dei seruitute, & spiritus gaudio indefinẽter perseuerantẽ. Ita generaliter pleriq; iustorum hominum, maximè eorũ qui toto corde Deo fidunt, eiq; fidelissimo amico adhærẽt, tanquam prodigiũ suus hominibus huius seculi, dum conspiciuntur magna animi alacritate, cuncta mundi huius fallacia bona abiicientes, victu tantum & vestitu contenti viuere, semper nihilominus tam corpore, quam animo lætari, etiã in frigore, nuditate, fame, laboribus, & tribulationibus, propter Christũ, semper gaudẽtes, semper gratias agẽtes. Dũ hæc conspiciunt homines seculi, mirantur attoniti: & quasi pro miraculo stupẽt, prodigiũ & portentũ se videre existimant, eò quòd supra naturã esse videatur quod cernũt. Verum hi fortè illum adiutorẽ non attendunt, de quo mox fol-
Philip. 4. dicitur, Et tu adiutor fortis, in quo sancti omnia se posse cognoscunt. Versu decimo, Ne proiicias me in tẽpore senectutis. Elucidatio duplicẽ indicat intelligẽtiã: priorem, de senectute corporali: posteriorẽ, de senectute spirituali. Secũdũ vtrumque verò admodũ necessaria est hæc oratio, & digna quæ frequẽtissimè à nobis replicetur, effundaturq; ante dominum.
Eccle. 11. Quia enim (iuxta Sapientis verbũ) in die bonorũ memores nos cõuenit esse malorũ, idcirco prudentis & timorati hominis fuerit, dũ sibi testimoniũ bonũ adhuc perhibet conscientia vẽtura tẽpora interdum cõsiderare, & pro eis metuere, ne fortè (vt est mundus plenus inquinante & seducente malitia)
1. Ioan. 5. vllo vnquam venturo tempore contingat à via recta seduci, aut in errores, & peccati itinera abduci. Et dum hoc metuit, sibi adhuc nõ malè conscius, attenta mente, & pleno cordis desiderio Dominum deprecabitur, postulans pro futuris temporibus, perpetuã & indeficientẽ sui in diuina seruitute custodiam. Meritò verò nos mouere debet, vt etiam tunc cum bona sumus conscientia, de futuris metuamus, vt ob Salomonis ipsius horrendũ exemplum: qui cum in ætate tenella mi-
ram

tam ostẽdisset cordis sui erga Deũ deuotionem postmodum in ætate grandiori, abduci permisit cor suũ per alienigẽnas mulieres, ad deos alienos. Et Dauid, quàm fœdè, neq; semel, lapsus fuerit post vitã diu bene actam, nemo ignorat. Sed & ante oculos nostros, quãtos quotidie cernimus, qui post pueritiam atq; adolescentiam, siue etiã virilem ætatẽ, in Dei seruitute trãsactam, vbi ad grandiorẽ ætatem ascenderint, tum demũ quasi domini Dei sui obliti, incipiũt currere post deos alienos, sectantes quæ sunt seculi huius, vel diuitias, vel delitias, vel ambitiones, vel honores, siue ad alia huiusmodi quæ habet mundus, prorsus effusi. Quoniã ergo multos experientia quotidiana discimus in huiusmodi periculũ incidere, cõ-
E sultũ fuerit & necessarium, vt sancto timore nobisipsis metuamus, nõ quidẽ vt de Dei auxilio desperates, sed vt nobisipsis pessimè fidentes, nimirũ qui frequẽter Deum nõ relicti relinquimus, nõ repulsi auersamur, non fugati fugimus, imò reuocantẽ, & vltro beneficiis insequẽtẽ spernimus atq; repellimus: stantẽ quoq; & pulsantẽ ad ostium, nõ intromittimus, sed foris stare cõpellimus. Meritò ergo semper solliciti oremus, dicentes, Ne proiicias nos domine in tẽpore senectutis, cũ defecerit virtus nostra, ne derelinquas nos. Et quid aliud Matt. 6.
est, quod nos saluator orare docuit, Ne nos inducas in tẽtationẽ, sed libera nos à malo? nõ vtiq; præterito tantũ neq; tantũ præsenti, sed indubiè etiã futuro, aut quodcũq; possit occurrere. Secundũ verò posteriorẽ intelligentiam (quæ est mysti
D ca) notandũ est, animam habere suam quandam iuuentutẽ, similiter & senectutẽ. Quando enim anima adhuc feruet & calet, per feruorẽ deuotionis in ea existẽtis, estq; hilaris, valida, robusta & alacris, ac parata ad peragẽdũ omnia quæ Dei sũt, tunc velut in iuuẽtute est posita. De qua iuuẽtute in alio psalmo dicitur, Introibo ad altare Dei, ad Deũ qui lætificat iuuẽ- Psalm. 102.
tutem meam. Et alibi, Renouabitur vt aquilæ iuuentus mea. Quando verò tepescere incipit deuotionis pristinæ feruor, & charitate refrigescente, volũtas tædium adquirit, & velut nauseam earũ quæ Dei sunt operationum: contra verò incipit iis ex locum habere mũdus, aut eorũ aliquid quæ in mundo sunt, profectò senectus apprehendit animam. Pro hac autem senectute, iustũ est metuere omnes eos qui firmi in Dei amore cupiũt perstare. Cum enim huiusmodi senectus animam apprehenderit, in graui periculo laborat, anima, ne à
F Deo excidat. Nam & grauiorem tũc pugnam suscitant spiri-

tuales nequitiæ,velut tempus opportunum nacti tẽtationis, & ſpem habentes conſequendæ victoriç,propter teporem & defectum quem in homine ita ſeneſcente,callidiſsimi obſeruatores cõſiderant. Deinde ad reſiſtendum minor virtus eſt, poſtquam tepuit anima, & refrixit Charitas, vt meritò ſibi homo pro huiuſmodi defectionis ſtatu debeat metuere, niſi ſingulari Dei reſpectu foueatur in bono,& cuſtodiatur à malo. Orabimus ergo, donec in iuuentute feruemus,vt ſi fortè aliquando in huiuſmodi ſenectutem venire nos contingat, nõ nos ibi deſerat ſecundũ iuſtitiam ſuam Deus, non nos in deterius labi permittat,ſed benignè velit aſpicere collabentes, atque ad ſtatum priſtini feruoris dignãter reſtituere. Si verò vt Chriſti vocem accipimus,quod prædictũ eſt,intelligenda erit hæc oratio,non quaſi pro ſe eam Chriſtus effuderit,qui ad ſenium non peruenturum ſe cognouit, vtpote qui
Matth.24. in validiſsimo robore vitæ ſuæ affigẽdus erat crucis patibulo:ſed p corpore ſuo,quod eſt Eccleſia,ne in nouiſsimis diebus,in quibus(iuxtà ſaluatoris verbum)abundãte iniquitate refrigeſcet charitas, deſeratur paterno auxilio, ne vnquam
Lucæ 22 deficiat fides eius: quemadmodum Petro Saluator ipſe dicebat,Ego pro te rogaui Petre vt non deficiat fides tua. Tũc
Matth.24. enim in nouiſsimo tẽpore, grauiſsima erit Eccleſiæ & fidelium in ea exiſtentium perſequutio,qualis non fuit à principio,ita vt in errorem inducantur(ſi fieri poſsit) etiam electi, vt meritò pro his Chriſtus orandũ duxerit. Verſũ decimoquarto.Confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ. Detrahere non hîc ſimpliciter accipitur, vt ſolet, vt idem ſit quod de alio malum,vel male loqui, & quaſi famam bonam cõmaculare: ſed amplius aliquid ſignificat, videlicet calumniaꝫ loqui,& mala ac pernicioſa aduerſus alterum,quibus ad malũ adducatur:quomodo ij qui de innocẽtis morte pariter loquũtur, illi detrahũt,cõtra quẽ loquũtur. Ita hoc loco accipitur iſta detractio. Vnde in Græco dicitur διαβάλλοντες τὴν ψυχήν μου,id eſt,calumniantes animã meam,vel aduerſantes animæ meæ.Et beatus Hieronymus ex Hebræo vertit,aduerſarij animæ mæ. Verſũ decimoquinto, Adiiciam ſuper omnem laudem tuam.Vel intelligitur de laude poſteriore ſemper ad priorẽ adiicienda,vt ſit vox proponẽtis ſemper magis laudãre, & maiori laude celebrare, quomodo in Elucidatione explanauimus. Vel intelligitur cõparatione ad alios Deũ laudantes,vt ſit ſenſus, Adiiciã ego laudem ſuper omnẽ laudem,

dem,quam tibi alij quicunq; obtulerunt, vel quæ tibi oblata eſt,hoc eſt,ego conabor tuam laudem magnificare,& adiicere aliquid tuis laudibus,ſuper omnes aliorũ laudationes.Qui dam exponunt,Adiiciam ego,& creſcere faciã laudem ſuper omnẽ laudem tuam: ego nitar in laudando excellere omnes laudantes.Sed priora magis quadrant propoſito,& humilitati cauentis. Verſu decimoſeptimo, Quoniam non cognoui literaturam,introibo in potẽtias Domini.Hoc loco multum diſſonat lectio Romana à noſtra, quæ pro literatura habet negotiationẽ vel negotiationes. Quæ diſſonãtia euenisſe videtur ex vicinitate duarum Græcarum dictionum,videlicet, πραγματείας,& γραμματείας,quarum prior à πρᾶγμα(quod ſignificat negotiũ)formata,ſignificat negotiationem: poſterior verò,à γράμμα(quod ſignificat literam)deriuata,literaturã ſonat.Videtur itaq, Græci codices(vnde verſiones Gallicana atq; Romana deſumptæ ſunt)in his duabus dictionibus variaſſe,quibuſdã dictionem priorẽ,aliis poſteriorem habẽtibus. Exemplaria tamen Græca, quæ nunc in manibus ſunt γραμματείας habẽt,quod ſignificat literaturã,iuxta quod noſtra habet lectio Gallicana. Vtraq; autẽ lectio congruam habet intelligentiam. Noſtra quidẽ Gallicana in Elucidatione explanata eſt ſufficiẽter:niſi fortè illud inſuper admonẽdum videatur,quòd particula quoniã, non accipitur ſecundũ propriam ſuã conſignificationẽ,purè cauſaliter, ſed tantũ continuatiue:acſi dicatur, Et quidẽ ego nõ cognoui literaturã,nõ didici,neq; ſcio literas,quẽadmodũ ij qui in ſcholis inſtruũtur per humanã ſapientiam, introibo tamẽ abſq; literatura, in Dei bona gratia,in potẽtias domini Dei, vt abſcõdita eius cognoſcam.Altera autẽ lectio Romana hunc ſenſum habet, Quoniam nõ habui prudentiam huius ſeculi, quoniam non meipſum inuolui negotiationibus, atq; huiuſmodi exterioribus diſtractionibus,qnæ & mentẽ à diuinorum conſideratione abſtrahũt,& affectum ad auaritiã ſiue iniuſtitiam frequẽter pertrahunt:quia(inquam)ſic me ab huius mundi tumultibus & ſecularibus negotiis expediui,amore tuæ cæleſtis ſapiẽtiæ,ob hoc ingrediar in potentias Domini,&c. Qui enim à tumultibus huius ſeculi ſeſe ſegregãt, hi diuinã mentem eruditionẽ:quẽadmodũ econtrario,qui ſemper ſeculi negotiis inuoluuntur diſtractionibus,interiorẽ Dei inſtructionẽ non multũ percipiũt. Verſu decimonono, Et vſq; in ſenectam & ſenium,Deus ne derelinquas me.In Græco diuerſa habẽtur vo-

cabala, pro senecta & senio. Sic enim habetur ἕως γήρους καὶ πρεσβείου: quorũ prius, nempè γήρας, significat simpliciter senectutem: alterũ, nempè πρεσβεῖον, honorabile senium, vel dignitatẽ, siue reuerentiã senilẽ quomodo etiam ex vsu communi plus aliquid sonat dignitatis vel honoris, cũ presbyterum dicimus, quàm simpliciter senem. Vult ergo significare Psalmista, se laudaturũ Deum vsq; ad senectutẽ, imo vsq; ad nouissimã caniciem, & ætatẽ vltimam, maximè honorabile. Vnde ex Hebræo beatus Hieronymus ac cæteri interpretes vertunt, vsq; ad senectutẽ, & canos, vel caniciẽ. Sciendum est autẽ, hanc partẽ supradicti diuersis modis à diuersis coniungi. Quidam enim cum versu præcedẽti cõnectunt, hoc sensu, Vsq; nunc pronuntiabo mirabilia tua: neq; solum vsq; nunc, sed etiam vsq; in senectutem & canitiẽ pronuntiare nõ desinam. Ac deinde separatim legunt, Deus ne derelinquas me, donec annuntiẽ brachiũ tuum omni generationi, &c. Atque hãc connexionẽ in Elucidatione, vt magis congruã sequuti sumus. Alij à principio huius versus nouã faciunt sententiã, secundam partẽ cum priore copulantes, hoc modo, Vsq; nunc pronuntiabo mirabilia tua: ac deinde, Et ô Deus, ne me derelinquas vsq; in senectutem & senium donec annuntiem, &c. Habet quidem & hæc lectio facilem sensum, sed priore & verisimilitior videtur, & magis commoda, vt prius proponat, ac velut polliceatur annũtiare vsq; in senectam & caniciẽ Dei mirabilia, mox q; subiungat, quasi vicissitudinẽ postulans, vt non derelinquatur aliquãdo, donec, &c. In eo autẽ quod dicitur, Nõ me derelinquas, donec annuntiem brachiũ tuum omni generationi, attẽde (quod & alibi nõ raro occurrit) pro propriè accipi particulam donec, vt importet exclusionem, quasi re ista peracta (id est, potentia Dei omni generationi annuntiata) iam cõtentus sit à Deo relinqui. Nunquam enim absolutè vir iustus à Deo vult derelinqui: sed ita accipi debet, quomodo apud Matthæũ de Ioseph dicitur, quòd Maria non cognouit, donec peperit filium suum primogenitum. Et in Psalmo cix. Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorum. Quo in loco, plenius huius particulæ vim à nobis expositam inuenies, si tibi libebit requirere. Versu viʃesimoprimo, Potentiã tuam & iustitiã tuam Deus, vsque in altissima quæ fecisti magnalia. Duo isti accusatiui videntur secundũ appositoriam cõstructionẽ iungi cum accusatiuo, brachiũ tuum, qui

Matth. 1.

Psalm. 109

qui est in versu præcedenti, hoc modo, donec annũtiẽ omni generationi quæ vẽtura est, brachium tuum, nempè potentiã tuam, & iustitiam tuam, vt per additionem horum accusatiuorum explicetur, quodnam illud sit Dei brachiũ, quod vult in altissima prædicare. Si quidem hoc Dei brachiũ est, eius infinita poẽtia & iustitia, siue veritas, per quam operatur mirabilia, immensis laudibus ad cælum vsque efferenda.

Versu vigesimosecundo, Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas. Quẽadmodũ nescit dulcedinem epulãrũ, qui famẽ nõ est expertus, neque potus refocillationem, qui nõ ante expertus est sitim, & quemadmodũ nescit sufficientiæ rerũ tẽporaliũ externam cõmoditatẽ, qui non aliquã do passus est earũ magnam indigentiam: ita non satis agnoscẽt electi magnitudinem diuini beneficij, in consolatione interna quã iugiter habent in cordibus suis ex spiritu Dei, si nõ aliquando dispẽsatione & concilio Dei permitterẽtur in graues incidere afflictiones, siue mentis, siue corporis: è quibus dum rursum Dei benignitate educuntur, tantò amplius iam in Dei exardescunt amorem, & pretiosum reputant beneficium diuinæ præsentiæ, quantò priùs absque illo senserint grauissimè periclitatos. Atque hoc est, quod versu isto vir iustus Domino per admirationem proponit. Aduerte autem, cum tribulationes dicit multas & malas, non dici tribulationes malas, quomodo peccata dicuntur mala, quasi simpliciter & verè mala sit tribulatio, per quam Deo dispensante, probamur, & meliores reddimur: quoniã (vt Paulus ait) tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem: spes autem non confundit. Itaq; non potest tribulatio in sese considerata, simpliciter & verè dici mala: sed mala dicitur, quatenus pœnalis & afflictiua: cuiusmodi malum vulgò malum pœnæ appellamus. Quod autem in versu sequẽti dicitur, de reductione ex abyssis terræ, secundum eum modum dicitur, quod in Psalmo ix. Qui exaltas me de portis mortis, vt annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. Has enim profundissimas & maximas tribulationes, abyssis terræ cõparat, vt illic portis mortis cõparabat. Versu vigesimoquarto, Nam & ego confitebor tibi in psalmis veritatem tuam Deus. Primùm aduerte, cõiunctionem nam, hoc loco causalem non esse, sed pro continuante positam, pro autem, siue verò, ad hunc sensum. Ego verò vel ego autẽ confitebor tibi. Atque ita ex Hebræo vertit Hieronymus, Ego autem

Rom. 5

Psalm. 9

autem cõfitebor tibi in vasis psalterij Deinde, vasa intellige Hebraico more dici instrumenta, & specialiter vasa Psalmi, instrumenta illa in quibus Psalmi erãt decantari soliti. Accusatiuus autem ille sequẽs, veritatẽ tuam, vel vnico contextu regitur à verbo confitebor, ad hunc sensum, Ego autẽ in vasis Psalmi confitebor tibi veritatem tuam: id est, ad laudem tuam prædicabo & decantabo tuam veritatem. Aut repetendo verbum, hoc modo, Ego autem dabo tibi confessionem in vasis Psalmi, cõfitebor scilicet, vel fatebor specialiter veritatem tuam ó Deus. In eo autem quod sequitur, Confitebor tibi in cithara, sanctus Israël, more Græcorum, casus nominatiuus pro vocatiuo ponitur. Familiare enim est illis pro ὦ, quod est vocandi signum, ponere ὁ articulum casus nominatiui. Secundum Latinæ autem loquutionis normam, aptius diceretur, Confitebor tibi in cithara, sancte Israël.

SEPTVAGESIMI PRIMI PSALMI ARGVMENTVM.

IVCVNDISSIMO vaticinio hic Psalmus regis nostri Messiæ gloriam & magnificentiam, amplitudinemq; regni eius describit, quasi sub typo regni Salomonis, quod cæteris omnibus angustius, quo tius, magnificentiusq; extitit & peculiariter regni Christi veri Salomonis typum gerit. Incipit ergo à precatione Psalmus, postulãs Christo Domino dari iudicium, & iustitiæ exequutionem, ad faciendum pro pauperibus terræ, & pro humano genere miserè captiuato æquitatis iudicium: montesq;, sanctos Apostolos, precatur susciperè pacis Euangelium, annuntiandum populis, & iustitiam fidei per Apostolicam prædicationem super populos descendere. Atque hæc tribus primis versibus. Hinc verò generis humani liberationem, & calumniatoris dæmonis humiliationem, Christi domini æternitatem: mirabilem eius descensum in virginis matris vterum, iustitiæ in mundum, pacisq; aduentum, describit: simul & latitudinem regni, eius à mari vsque ad mare, & ab oriente vsque in occidentem, ita vt populi antè inimici & alieni à Deo veniant ad adorandum cum muneribus, voluntarie subiectos se monstrantes eius imperio, eò quòd à potenti diabolo liberasset genus humanum, cum quo misericorditer aget, humilibus omnibus misericordiam largiturus atque salutem: quorum plurimos ex maximis quoq; & fœdissimis peccatis ad pœnitentiam vocabit, & nihilominus in magno pretio atque honore habebit, à pristinis vitijs ad veritatem conuersos. Post hoc verò, à versu decimoquinto, Christi perpetuã gloriam, & mirabilem Euangelicæ veritatis in Ecclesia fructum, describit: & quomodo in Christo omnes gentes sint consequuturæ benedictionem. Pro quibus omnibus, corde pleno exultationis, Psalmista ipsum & sanctum eius nomen optat votis omnibus benedici, & glorioſum fieri in omnia sæcula.

SEPTVAGESIMI PRIMI PSALMI ELVCIDATIO.

COMMITTE, Deus pater, iudicium tuum regi Messiæ, Christo domino, quem vnges & cõstitues regem super Sion mõtem sanctum tuum: trade illi potestatem facere iudicium pro populo tuo, aduersum principem mortis: * & iustitię exequutionem commoda ac trade in manus Messiæ filij tui, ò rex regum Deus potentissime: * qui etiã filius erit regis Dauid, ex cuius semine secundum carnem est nasciturus. 2 Vt iudicet ipse populum tuũ, genus humanũ, electos tuos, iustitia: & pauperes tuos, fideles, humiles, tibi credẽtes atque obedientes, in vero iudicio & æquitate: nimirum vt secundum iustitiam & æquitatem suam, mundi faciat iudicium, ac pro electis sententiam ferat aduersus principem mundi huius: eo verò condemnato, ac foras eiecto, genus humanũ antè sub misera captiuitate oppressũm, respiret iam in libertate & spe filiorum Dei. 3 Veniat tempus in quo montes excelsi, Apostoli tui atque Apostolici viri, fidei plenitudine & primitijs spiritus sublimes, à te pacem suscipiant pro populo tuo, quo Euangelium veræ pacis à te accipiant annunciandum toti orbi terrarum: * quo etiam Ecclesiæ omnes in altitudine fidei ad modum collium fundatæ, sub Apostolicis montibus, per horum prædicationem suscipiant veram quæ ex fide est iustitiam, non Iudæis peculiarem, sed toti orbi communem. 4 Neque verò mirum, si tantopere desideremus tui Messiæ aduentum. Ipse enim cum aduenerit, iudicium faciet pro pauperibus populi, id est, pro humilibus simplicibus & mansuetis, quos diabolicæ auferet potestati: * filios quoque pauperum, id est, filios hominum qui suã egestatem, paupertatem, & nuditatem humiliter agnoscere voluerint, ipse faciet saluos de manibus inimicorum, sub quibus tyrannide magna premebantur, liberabit eos: * calumniatorem autem eorum, siue oppressorem, atque etiam accusatorem diabolum, sua virtute humiliabit. Hunc (siquidem tyrannum, qui per calumniam & violentiam sibi nos subiecerat, debellabit, & deuincet rex pius & innocens, virtute sua: condemnatúmque illum ac iudicatum, foras eiiciet, atque de sui

Psalm. 1
1 *Deus, iudicium tuum regi da:*
** & iustitiã tuam filio regis.*
Lucæ 1
Rom. 1
Ioan. 12
2 *Iudicare populũ tuũ in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.*
Rom. 5
3 *Suscipiant montes pacem populo:*
** & colles iustitiam.*
4 *Iudicabit pauperes populi:*
** & saluos faciet filios pauperum:*
** & humiliabit calũniatorem.*

de sui regni fastigio iniustè vsurpato deturbabit. Insuper & peccatũ,& morte,& omne quod accusare poterat,aut ius aliquod prætendere aduersum genus humanum, ipse humiliabit,auferet,ad nihilumrediget,tanquam agnus peccatum auferendo,& tanquam leo mortem superando. 5 Ipse verò in regno suo absque defectu permanebit, quandiu sol iste perstabit in sua subsistentia,simul & coram luna, vel in conspectu lunæ:hoc est,cum luna,& quandiu luna erit,in omnes generationes pòst venturas,in omnia secula seculorum. Nunquam enim neque ipse, neque regnum eius deficiet, neque aliquando ab alio superueniente superabitur, aut alteri cedet imperpetuum:sed erit potestas eius,potestas æterna,quæ nunquam auferetur, & regnum eius,regnum stabile, quod imperpetuũ neq; deficiet,neque cõmutabitur,neq; deuolvetur ad regem alium. 6 Aduentus autem eius ad homines nequaquam erit vt cæterorum hominũ, sed nouus admodũ & mirabilis,sic tamen vt priorum patrum gestis præfiguratus. Descendet si quidem de patris sinu in vterũ matris,& eũ modum quo ros siue pluuia in vellus descendit: vt quemadmodum absque omni nocumento vellus implet, & rursum absque nocumento inde egreditur aut exprimitur:sic & ipse in benedictæ suæ genitricis vterum(per quem mundo prodidit)absque vllo virginitatis nocumento,absque vlla virginalis claustri læsione, non vitiato pudore virgineo, spiritus sancti dulcissima irroratione & efficacissima operatione illabetur:ac rursum,vbi partus aduenerit,absque læsione item egredietur,& prodibit in mundũ id quod olim per Gedeonis vellus pluuia superna miraculosè implerũ, cognouimus præfiguratum:* & quemadmodum guttulæ pluuiales super terrã stillantes,ingrediuntur eam & replent, absque vlla tamen terræ diuisione vel scissione,ita & ipse desuper veniens (operãte spiritu sancto)in virgineum vterum,nihil illaturus violẽtiæ pudorivirgineo,neq; virginalibus claustris quicquã nociturus. 7 In diebus autẽ aduentus & regni eius exorietur iustitia per vniuersum orbẽ,simul & pax copiosa: neque deficient donec perstabit luna,sed in æternum permanebit à tempore aduentus eius. Aduenientẽ siquidem Christo, iustitia vera(quæ vix nisi apud pauciss imos ante inueniebatur in toto mundo;quãdo solũ in Iudæa notus erat Deus, cæteris gentibus idololatriæ atque aliis immanibus vitiis miserrimè seruientibus) Apostolorum prædicatione publicè annuntiabitur per orbẽ vniuersum,& efficiẽtur fideles ac iusti innumeri vera iustitia quę corã Deo est,in fide Iesu Christi: quã iustitiam necessariò consequitur pax copiosa, non quidem illa quam mũdus pacẽ iudicat,sed pax vera quam mundus dare nõ potest,solus autem suis fidelibus eam Deus donat,atque hæc iustitia simul & pax permanebunt in populo fideli,in sancta Ecclesia, vsque ad consummationem seculi. Nunquam enim vel fidei iustitia, vel pax Christi ab Ecclesia in finem vsque penitus deficiet. 8 Dominium autem & imperiũ eius erit latissimum. Extẽdetur si quidem à mari magno,vsque ad mare magnum ex altera parte oppositum, per omnia regna mundi intra hoc spatium comprehensa: * & à flumine magno Euphratis quod in Oriente est,vsque ad terminos orbis terrarum:hoc est,ab Oriente in Occidentem,& per vniuersum mundum. Neque enim iam tunc(vt olim) solum Iudææ regnum Deus suum reputabit,sed cunctas gẽtes quo regno continebit. 9 Populi Aethiopum, qui longè in Oriẽte habitant,eius regno & imperio se submittentes, venient,& adorabunt eum procidentes in terram:* & qui antè inimici fuerant,increduli atq; inobedientes,iam coram ipso in maximę humilitatis protestatione,etiam terram deosculabuntur,cadent in facies suas super terrã,vt videantur quasi terram lingere,ad exhibendum illi maximam quam possunt reuerẽtiam. Qui enim antè increduli & inimici fuerant,pòst conuersionem deuotione maxima adhærebunt illi. 10 Reges etiam regionum & ciuitatum opulentissimarum(cuiusmodi erat Tharsis)simul & insulę ditissimę,in quibus est auri,& cæterarum pretiosarum rerum copia, offerent munera regi: Mesis:* reges etiam Arabiæ & Saba,locorum opulentissimorũ dona adferent Christo domino, in protestationem subiectionis & deuotionis erga ipsum:quomodo subditi donatiua,munera,atque etiam annua tributa offerunt iis quibus se subiiciunt. 11 Denique seruient illi omnes reges orbis terrarum,vnà cũm populis suis:& omnes gentes libenter se submittẽt eius imperio. Exeuntibus siquidem Apostolis in omnem terram,& verbum salutis prædicantibus vsque ad extremum orbis terrarum,fides Christi per omnia regna dilatata est,plurimiq; reges & potentes ad Christũ sunt conuersi cum suis populis. Omnes autem(etiam qui increduli & rebelles permãserunt) patris autoritate Christo sunt, etiam secundum humanitatem, subiecti:vtpote cui pater omnem dedit

Ioan.12

5 *Et permanebit cũ sole & ante lunam,in generatione & generationem.*

Ioan.1
Apoc.5
Daniel.7

6 *Descẽdet sicut pluuia*

Iudic.6

* *& sicut stillicidia stillãtia super terram.*

7 *Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis,donec auferatur luna.*

Psal.75
Rom.3

Ioan.14

8 *Et dominabitur a mari vsque ad mare:*

* *& à flumine vsque ad terminos orbis terrarum*

9 *Corã illo procident Aethiopes:*

* *& inimici eius terram lingent.*

10 *Reges Tharsis & insulæ munera offerent:*

* *reges Arabũ & Saba dona adducent.*

11 *Et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes seruient ei.*

Psal.18

12 *Quia liberabit pauperem à potente.* Matth.28

dedit potestatem in cælo & in terra. 12 Idcirco autem cum

* *& paupe rem cui non erat aditor.* Lucæ 11

cti ei libenter seruiēt,& eius se submittent imperio, quoniā genus humanū,quod in magna paupertate atq; inopia premebatur iugo diabolicę seruitutis,ab huius potētis tyrannide,& crudelissimo imperio liberauit,confringens iugū seruitutis eius, & genus humanum in libertate constituens: *pauperem(inquam)talem liberauit,cui nullus erat præter Deū adiutor,cui alius nemo in hac liberatione auxiliū ferre poterat,nisi solus ipse Messias.Neq; enim quisquam erat hominū tam fortis,neque vlla aliarum creaturarum,quæ ho

13 *Parcet pauperi & inopi:*

minem potuisset de manibus principis tenebrarum eripere, nisi solus iste Messias noster:qui aduenies in hunc mundū, fortē armatum diabolum,suum atriū custodientem, fortior E ipse superueniens alligauit,sicque vasa captiuitatis illis diripuit. 13 Neque verò cum iam suæ ditioni subiecerit genus humanum,& à diaboli manu eripuerit, ipse crudeliter aget cū populo suo,aut tyrannidem in eos exercebit: sed māsuetē aget cum omnibus pauperibus,& humilibus qui suam paupertatem & inopiam in humiliate voluerint confiteri: gratiosè cum illis aget,debitā relaxando, & bonorum omnium abūdantiam eis misericorditer largiēdo,ita vt illis nihil desit: *animas pauperum atque humiliū faciet saluas ab omni malo & peccato,à morte,à diaboli potestate,in vitā ęternam:

* *& animæ pauperum saluas faciet.* Lucæ 1

14 *Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorū.* Matth.9 Matth.2 Lucæ 19 Lucæ 7 Lucæ 8

superbos tamē,& eos q se diuites existimāt,relicturus in sua miseria vacuos à salute. 14 Horū autem pauperum & humiliū animas plęrasq; liberabit ex peccatis patētibus & manifestis,velut ab vsura & aliis variis vitiis. Ex sordibus enim peccatorū,per pœnitētiam plurimos perducet ad iustitiā:quēadmodū teloneariū Matthęum,& publicanum Zachæum,peccatricémq; illa famosam,atq; consimiles. Siquidē nō veniet p

* *& honorabile nomen eorum coram illo.*

vocare iustos,sed peccatores ad pœnitentiam: * & postquam illos iustos fecerit per pœnitentiam ad se conuerti , non eos habebit quasi vilia mancipia,non contēnet,non parui pendet eos quemadmodum solent homines contemnere eos quos de captiuitate emerunt: sed erit nomen eorum honorabile coram illo,erunt ipsi sic conuersi Christo admodum chari & specialiter dilecti,& erunt apud eum magno & honorabili loco,erūt in bona ęstimatione,& in multo pretio,in cōspectu eius.Siquidē vt filios habiturus est eos,atq; vt fratres & cohęredes,suęq; mēsæ conuiuas,& sui regni consortes. 15 Et vi-

Roma,8

15 *Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ:*

uet ipse in æternū,virebitq; in flore regni sui, & offerētur ei

mundi pretiosissima quæq;, nimirū aurum Arabiæ nobilissimum,& quicquid est electū, illi tanquam summo & supremo omniū domino offeretur: * & adorabunt ipsum omni tępore cultores eius,in spiritu & veritate: iugiter illi dabunt laudem & confessionem in sempiternum. 16 Eritque tum temporis,regnante Messia , super terram firmamentū, solidumq; sustentamentum Euangelicæ doctrinæ & spiritualis gratiæ,in summis montiū,in altissimis montibus, quos Messias illuminabit ad eum modū quo sol corporalis illuminare solet vertices montiū:id est, in summis illis viris sanctis Apostolis,eorumq; veris ex Deo successoribus,quorū mentes suæ illustrationis radio illuminabit,vt sufficiant toti orbi illuminando & erudiendo. In his erit soliditas salutaris doctrinæ, super quam firmi & immobiles stare debebūt omnes fideles, & in qua cōfirmabuntur,atq; solidabuntur , vt non deficiant: * huius autem salutaris firmamenti fructus quem proferet, maximus erit,& superexcrescet, atq; supereffereтur quasi super altitudinem Libani,altior Libano fructus erit quē proferet.Maximè enim fructificabit in fidelibus verbum Dei , & mirabiliter magnificabitur atq; exaltabitur: neque poterit tam electas & excelsas cedros proferre Libanus,quàm montes isti sublimem proferunt fructum, verbo Euangelij: * ex fœcunditate eius florebunt in fide & virtutibus fideles pluri-

* *& adorabunt de ipso semper, tota die benedicent ei.* Ioan.4.

16 *Erit firmamentum in terra in summis mōtium:*

* *superextolletur super Libanū fructus eius:*

* *& florebūt de ciuitate sicut fœnum terræ.*

17 *Sit nome eius benedictū in sęcula:* * *ante solem permanet nomen eius.*

18 *Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ:*

nes de ciuitate,de populo Dei in Ecclesia sancta, quēadmodū virescit gramen super terram. * In tanta quoque multitudine(vt ita loquamur)exurgēt & reuiuiscent per fidē,qui antē non erant per infidelitatem: quomodo gramen è terra, infinita multitudine exoritur , & in vitam consurgit , de terra.

Ioan. 1.

* *omnes gentes magnificabunt eū.*

17 Nomē huius glorioſi regis nostri Messiæ , sit benedictū, atq; laudetur in omnia secula : * neque enim recens ipse est Deus, neq; esse tū primum incipiet, cum in mūdum saluator nobis aduenerit:sed in principio erat apud Deum,ab æterno erat apud patrē,Deus in Deo,Dei filius antequā sol , aut luna,aut cælum,aut vlla creatura fuisset cōdita. 18 Et consequentur in ipso benedictionē optimam hęreditatis cælestis, vitæ æternæ, omnes populi gentium:absq; personarum acceptione,per eū accipient salutem omnes quicunque in ipsum crediderint: * & pro tanto tamq; vniuersali,mundo toti allato beneficio,omnes populi glorificabunt & laudabūt eum in secula. 19 Benedicatur,laudetur,glorificeturque Dominus Deus populi sui fidelis,qui solus Diuina sua omnipotētia fa-

19 *Benedictus dominꝰ Deus Israël q̄ facit mirabilia solus.*

20 *Et benedictũ nomẽ maiestatis eius in æternum:* * *& replebitur maiestate eius omnis terra: fiat fiat.*

cit opera verè miranda, qui pro electo populo suo, sicut ab æterno præordinauit, ita in tẽpore perfecit incõprehẽsibilia salutis opera. 20 Et nomẽ gloriæ eius plenũ maiestate & reuerentia, omnibus tremendũ atq; adorandũ, sit benedictum in secula: * & replebitur maiestate atq; magnificẽtia gloriæ eius vniuersus orbis terrarum, & omnes habitantes in eo: ita fiat, ita fiat: ita cupimus euenire, votis omnibus ista impleri opramus: quandoquidẽ hic est totius nostri desiderij finis: ota est summa salutis nostræ, quã desideramus, quam expectauerũt omnes patres nostri, & nos totis viribus cõcupiscimus.

ANNOTATIONES IN Psalmum Septuagesimumprimum.

DICENDVM priore loco occurrit, quid sibi velit quod in titulo huic Psalmo, præter aliorum consuetudinem præmittitur, In Salomonẽ: in fine verò Psalmi ascribitur, Defecerunt laudes, siue hymni Dauid filij Iesse, aut (vt ex Hebræo vertit Hieronymus.) Completæ sant orationes Dauid filij Iesse. Quantũ quidẽ ad prius attinet, de titulo in Salomonem, videtur Dauid pater hũc Psalmũ composuisse, futurum prosperum statũ regni Salomonis filij sui Prophetico spiritu præuidens, atq; etiam (quod maioris erat illuminationis) venturũ Christi regnum, eiusq; magnificentiam, spiritu sancto illustrante, præcognoscens. Cõtemplabatur enim in regno Salomonis regnũ Christi, tãquam in signo signatũ, tanquam in typo veritatem, atq; in vmbra imaginem: quemadmodũ reuera non aliud regnũ Salomonis fuit, quam vmbra & typus regni veri illius regis pacifici, quem Esaias princi-
Esai.9. pem pacis appellauit. In Salomonẽ ergo typicum & figurale regnum eius, hic Psalmus minus principaliter respicit: & vi-
B dentur nonnulla eorũ quæ in hoc Psalmo dicuntur, in hunc Salomonem competere, cuiusmodi est illud versu septimo. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. Item de muneribus à gentibus & regibus opulẽtis allatis. In verum autẽ Salomonẽ (qui est Christus Iesus) & in æternũ regnum eius, primario atque finaliter tendunt quæ in hoc Psalmo dicuntur omnia. Neque cum veritate fieri potest, vt tempora-
li Salomoni omnia huius Psalmi applicẽtur. Quomodo enim verum erit de Salomone priore illo typico, quod quinto versu dicitur, Et permanebit cum sole: & ante lunam, in generatione & generationem? Nonne mortuus est ipse, sicut omnes patres

patres eius? Item quod versu septimo dicitur, Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, cum adiectione, donec auferatur luna, quomodo verum est? Nonne simul cum ipso pax interiit, cum statim sub Roboam eius filio se separarent decem tribus à domo Dauid, sequentes Hieroboam? Imò vi- 3.Reg.11. uente adhuc Salomone, pax eius temporalis non minimum cõturbata est. Suscitauit enim illi dominus in senectute per mulieres alienigenas deprauato, atque in idololatriam pertracto, aduersarios plures: Ad videlicet Idumæum, de semine regio, & Razon filium Eliada, ac Hieroboam Euphratæum C filium Nabat. Quomodo ergo permansit pacis abundantia sub Salomone, donec auferetur luna? Rursum & illa quæ dicuntur versu decimoseptimo, & decimooctauo. Ante solem permanet nomẽ eius, vel (vt ex Hebræo vertit Hieronymus) vltrà solem permanet nomen eius. Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ, quomodo nõ manifestissimè ad Christũ pertinent: in quo (vt Apostolus ait) benedictio data est omnibus gentibus? Rectè ergo in Salomonẽ hic Psalmus inscribitur, sed principaliter in verum Salomonẽ, Messiam dominũ. Beatus verò Hieronymus, ex Hebræo non vertit in Salomonẽ, sed simpliciter, Salomoni, quomodo in aliis Psalmis præponi solet Dauidi. Quamobrem arbitrantur nonnulli hunc Psalmũ à Salomone fuisse compositum pro seipso deprecante, & de seipso vaticinante, simul & de gloria Messiæ, cuius intellexit suum regnũ esse typum & figuram. Nihil tamen obest, quin illud, Salomoni, ita accipiamus, vt valeat in Salomonem, vel de Salomone, vel pro Salomone. Neque ob hoc necessarium fuerit fateri, ipsum Salomonem esse Psalmi autorem. Quantum verò ad id, quod post huius Psalmi finem subiicitur, Defecerunt Psalmi vel hymni Dauid filij Iesse, manifestum est, non hoc ita debere accipi, quasi nulli omnino Psalmi post hunc secũdum ordinem positi sint attribuendi Dauidi. Siquidem apertum est, multos adhuc Psalmos in sequentibus poni, quos nemo negare poterit esse Dauidis: cuiusmodi est Psalmus cix. quem in Euangelio Christus do- Psal.109. minus affirmat esse Dauidis, cũ apud Matthæum Pharisæis D loquens, ait, Nonne Dauid in spiritu vocat Christum dominum, dicens, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellũ pedum tuorum. Non ergo ita hæc clausula accipiẽda est, quasi inter Psalmos Dauid hic vltimus sit: sed quia (iuxta quorũdam sententiam)

aliquot pòst sequuturi, ipsius Dauid nõ sunt. Plures enim eorum qui sequuntur, inscribũtur ipsi Asaph, neque id quidem simul cum nomine Dauid, vt in aliis quibusdam, vt cum dicetur, Psalmus Dauid, in finẽ, pro filiis Core, vel absque nomine Dauidis, In finem pro filiis Core, sed simpliciter absq; additamento, Psalmus Asaph: quos sanè Psalmos ita inscriptos alieno nomine arbitratur quidam nõ esse Dauidis: atq; ideò dictũ hîc esse, quòd defecerunt laudes Dauid, quoniam aliquot sequentes cõtinuo ordine illius nõ sint. Alij verò, & nostro iudicio rectius ita accipiũt, quòd materia huius Psalmi, finis sit quẽ in omnibus suis Psalmis Dauid concupierat.

Roma. 10. Omniũ enim Psalmorũ ipsius finis erat Messias, & regnum eius: quemadmodum Paulus Apostolus ait, Finis legis Christus, ad iustitiam omni credenti. In hoc ergo Psalmo defecerunt Psalmi Dauid, quoniam totam summã Psalmorum hic apertè complexus fuerat, & finẽ omnium proposuerat, apertissimè & gloriosissimè descripto rege Messia, & regno eius. Omnes enim Psalmi Dauidis, hoc vnico quasi cõpleantur, absoluuntur, finiuntur. Tendũt enim ad Christũ hic clarissimè descriptũ, secundum ea, propter quæ expectabatur. Atque ad hanc sententiã, aliquanto aptius quadraret, quod ex Hebræo vertit Hieronymus, Cõpleti sunt, vel finiti sunt hymni Dauid, quoniam totam plenitudinẽ & finem iam enarrauerat. Atq; hanc sentẽtiam in annotatione Felix ita exponit, Quomodo (inquit) finitæ sunt orationes Dauid, si corporis redemptionẽ, non autẽ animæ, dũ hæc diceret, præuidebat: Videbat enim venturũ Messiam, redempturũq; omnes animas, atque eiecturum dæmonem extra hũc orbem, & ianuam cælorum aperturum, cuius orationes nil aliud postulabant. Hæc Felix. Forsitan verò etiã sic respõderi posset, Psalmũ hunc vltimum fuisse eorum quos Dauid cõposuit, tametsi secundũ ordinem localẽ nõ inueniatur vltimus: ita cõfectus, senio Dauid hunc cecinisse dicatur in diebus nouissimæ senectutis, & forte filio suo Salomone iam in regnũ introducto: quemadmodum legimus, primo cap. III. lib. Reg. vt tunc intelligatur hãc habuisse reuelationẽ, partim quidẽ de pace & gloria, regni filij sui, iam in regnũ introducti, potissimũ verò de futuro rege Messia & glorioso regno eius. Quod autẽ secũdo loco dictũ est, amplioré habet certitudinẽ, vel certè verisimilitudinem.

Versu primo, Deus iudicium tuũ regi da, & iustitiam tuam filio regis. Idẽ est, qui rex vocatur, & qui regis filius siue Salomonem

monem typicũ, siue Salomonẽ verum spectemus. Nam prior Dauidis regis filius & in regno successor fuit, Christus verò dominus, patris sui regis æterni filius, & rex ipse fuit. Vnde in Apocalypsi Ioãnes in eius fœmore scriptũ legit, Rex regũ, & dominus dominantiũ. Sic enim rex est & regis filius, quomodo & Deus est & Dei filius, Dominꝰ & domini filius. Apoc. 19.

Est insuper filius regis Dauid quatenus (iuxta Apostolũ) de semine Dauid secundũ carnẽ factus est. Versu tertio, Suscipiant montes pacẽ populo. Mõtes, Apostolos & Apostolicos viros intelleximus, quorũ lumina & mentes sua illustratione primũ Deus illuminat, vt deinde lumẽ ad allos humiliores fundant: quẽadmodum sol cũ exoritur, primum sui luminis radios in vertices montiũ effundit, à quibus mox in colles & valles resilit susceptı luminis splendor. Ita sanè montes isti pacẽ susceperũt à Christo, qui illis prædicandũ dedit Euãgelium pacis, sed non sibi tantũ susceperunt (quanquam sibi primùm, ipso dicente, Pacẽ relinquo vobis, pacem meam do vobis: &, In me pacẽ habebitis) verũetiam vniuerso orbi. Atque hoc est quod nõ simpliciter dicitur, Suscipiant mõtes pacẽ: sed adiicitur, ipsi populo. Nã populo casus datiui est, secũdũ acquisitionis vim: rectus à verbo suscipiãt: quoniã vtilitas significatur toti populo. Id quod etiã angelus dominicæ natiuitatis nocte pastoribus apparẽs, suo beato nũtio prædicauit, dicẽs, Euangelizo vobis gaudiũ magnũ, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator. Colles autẽ rectè Ecclesias intelligimus, Apostolica prædicatione fundatas, altas quidẽ & sublimes fide susceptа ab Apostolis, qui tamen vt mõtes supereminẽt, præcellentia autoritatis & dignitatis, tanquã Ecclesiarũ post Christũ progenitores & capita, quomodo mõtes subiacẽtibus collibus præeminẽt. Versu quarto, Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperũ, & humiliabit calũniatorẽ. De iudicio pauperum, pluribus in locis Prophetauit Esaias: nominatim cap. XI. vbi sic ait, Iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Quod autẽ sequitur, Et percutiet terrã virga oris sui, & spiritu labiorũ suorũ interficiet impiũ: illi respõdet quod in præsenti loco mox subditur, Et humiliabit calũniatorem. Et cap. XIIII. sic habet, Pascentur primogeniti pauperũ (sancti videlicet Apostoli, primitias spiritus habentes, & quasi inter cæteros Christi fideles primogeniti) & pauperes fiducialiter requiescẽt, cæteri videlicet omnes priorũ prædicatione fide-

Roma. 1. Roma. 8. Ioan. 14. Ioan. 16 Lucæ 2. Esaiæ 11. Esaiæ 14.

les facti. De calumniatore autē subditur, Et interire faciā de fame radicē tuam, & reliquias tuas interficiam. Licet autem
1. Cor. 1. calumniatorem pecūliariter exposuerimus diabolū (Nemo
Sapien. 6. siquidē generi humano tam calumniator & malignator est) potest tamen etiā ad omnes impios extendi: quales fuere potētes atq; sapiētes seculi: quos humiliabit Deus, quādo iuxta verbū Prophetæ, perdet sapientiā sapientū, & prudētiam prudentū reprobabit: & quando potentes (vt Sapiens ait) potenter tormēta patientur. Verùm hi, vt membra in corpore, siue sub capite, facilè in diabolo cōprehenduntur. Versu quinto, Et permanebit cū sole, & ante lunā, in generatione & generationē. Græcè est συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ, id est (vt ita dica) cōpermanebit soli, hoc est, simul manebit cū sole. Quod secundū literam intellectū de sole corporali, significat æternitatē & indeficientiā regis Messiæ. Illud verò, ante lunam, in Elucidatione exposuimus, in cōspectu lunę, vel eorā luna, vel dum perseuerabit luna, quēadmodū ex Hebræo vertit Felix. H Quod si præpositio acciperetur, vt nota prioritatis & præexistētiæ Christi ante lunā, significaretur Christi à parte priori æternitas: sicut eandē à parte posteriori, per illam priorē particulam permanebit cū sole: diximus significari. Esset enim hic sensus, Permanebit Messias cū sole, quēadmodum & fuit ante lunā, atque omnē creaturā, ab æterno à patre secundum diuinitatem procedens. Et huic sensui magis fauere videtur Græca lectio, quæ habet πρὸ τῆς σελήνης, id est, ante lunā: non, in conspectu lunæ. Nam in cōspectu apud Græcos dici solet ἐνώπιον, vel ἔμπροσθεν, vel ἐνωπιασόπα, quorū nullum hic habetur, sed simplex propositio significas ante: nisi etiam ipsam accipiamus impropriè, pro coram. Sic enim idem esset, quod in cōspectu lunæ. Alij verò prædictū versum exponūt secundū mysticam intelligentiā, Permanebit Christus, humiliato calūniatore & superato diabolo, cū patre suo in dextera eius residens. Ipse autē est verus sol, perpetuum splendorem de se diffundens, radium videlicet consubstantialē, qui est filius: & ardorem, qui est spiritus sanctus. Permanebit quoq; ante lu-
Ephes. 1. nam, id est, ante Ecclesiam, tanquam caput, rector & vnifica-
tor ipsius: quemadmodum Paulus ad Ephesios scribit, quòd ipsum Deus pater caput dederit super omnē Ecclesiam, quæ
Iud. 6. est corpus eius. Versu sexto, Descendet sicut pluuia in vellus. De humanatione Christi intra virgineum vterū, in Elucidatione hic versus expositus est De vellere autē cum dicit, videtur

videtur ad illud Gedeonis vellus nō absq; mysterio respexisse, quod in futuræ signū victoriæ primùm quidē rore impletum fuit, tota terra per circuitū manēte arida sed deinde cōuerso ordine, tota terra per circuitū fuit humectata solo vellere in sua siccitate permanēte. In quo per mysterū intelligunt quidā, id quod multò pòst in aduentu Christi impletū A fuit, quādo primùm in virginis vterū descēdens, atq; ita mūdo prodiens, ad solos Iudæos venit, eisq; salutis verbū prædicauit, cęteris per orbē nationibus in ariditate relictis, quādo dicebat, Nō sum missus nisi ad oues quæ peribunt, domus Israēl. Et Apostolis præcipiebat, ne in viā gentiū abirēt. Postmodū verò, vbi ascēdisset in cælū, descendit secūdo per spiritus missionē, in modum guttularū stillantium super terram, per infusionē gratiæ suæ in corda fideliū: ac tum quidem omnis terrarum orbis pluuiæ, huius salutaris factus est particeps, sola Iudæa remanēte arida, & obstinata in incredulitate sua. Nostræ autē expositioni in Elucidatione positæ, de descēsu Christi in vterū virginis, apertè suffragatur dulcissima antiphona illa, quæ in die sacræ circuncisionis suauissimè canitur, Quando natus es ineffabiliter ex virgine, tūc impletæ sunt scripturæ: sicut pluuia in vellus descēdisti, vt saluū faceres genus humanū, te laudamus Deus noster. Versu septimo, Orietur in diebus eius iustitia, & abundātia pacis, donec auferatur luna. Quomodo in diebus Messiæ orta sit iustitia, nemini incognitū est, & in Elucidatione satis apertè mōstratur. De pacis autē abundātia, fortè quis dubitet, ex eo quod Saluator ipse ait in Euāgelio, Nolite arbitrari, quia pacē ve- Ibidem.
nerim mittere in terram. Non enim veni pacem mittere, sed gladiū. Sed manifestū est, aliam esse pacē quæ abundanter in B diebus Messiæ exorta est, ab ea quam idem se dicit auferre. Hæc enim tēporalis est, & pax mūdi. Illa verò pax æst cordis, pax cęlestis, pax Dei. Inter quam duplicē pacem, manifestam ponit distinctionē Saluator, cū in cœna nouissima ait iamiam relinquēdis discipulis, atq; in eis posteris omnibus per eos credituris. Pacē (inquit) relinquo vobis, pacem meam do Ioan. 14.
vobis. Nō quomodo mūdus dat, ego do vobis. Et iterum. Hęc Ioan. 16.
locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mūdum. Hæc autem Philip. 4.
est pax bona, de qua Paulus loquitur, dicens, Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligētias vestras, in Christo Iesu. Et Propheta alius, Nō est pax

impiis,dicit dominus.Licet autē verū sit, fuisse in tēpore nativitatis Christi abundantiam pacis tēporalis, orbe toto sub imperio Octauiani Augusti,à præliorum strepitu quiescēte, manifestum est tamē in textu de hoc nō fieri sermonem: nisi fortè aliquo modo,quatenus pax ista tēporalis,in qua nascebatur Christus,signū erat verę pacis, quā ipse afferebat mundo:De temporali autē pace principaliter nō fieri mētionem, est manifestū:primùm,quia pax illa in diebus Christi nō est exorta,sed annis aliquot ante Christi aduentū cœperat.Incœpit enim circa finē imperij,Iulij Cæsaris, post quem in pace multa regnauit Octauianus Augustus: cuius anno decimooctauo natus est Christus.Deinde, neq; stabilis ista pax fuit, neq; perdurat donec auferatur luna: quādoquidē paulò post Christi mortē,pax illa temporalis grauissimè turbari cœpit. Euidēs ergo & certū est,de pace altera vera, fieri sermonem. Et rectè quidē,de hac pace loquēs,præmittit iustitiam,bono ordine demum subiungens pacē, Orietur(inquit)in diebus eius iustitia,& abundātia pacis:vt hoc ordine, quasi radicem insinuet veræ pacis,quæ nimirū est iustitia,Quemadmodum enim nemini impio pax ista esse potest, ita profectò non potest eadē nō esse homini cuilibet iusto. Cōsequitur enim iustitiam.Vnde & Paulus Apostolus in exordio epistolarū penè omniū hoc deprehenditur obseruasse,vt discipulis gratiā & pacem ante omnia fuerit imprecatus:iuxta prædictū ordinem semper gratiā præmittens, per quam est homini à Deo sua iustitia,ac deinde pacem subnectēs. Hanc autē iustitiam & abūdantiam pacis,in electis & in Ecclesia sancta permansuram vsq; in finē seculi,nemo verè fidelis dubitat.nec in illa quidē vltima & grauissima Antichristi persequutione, quæ nec ipsa pacē à Deo relictam firmatis fidelibus poterit eripere,quantūuis mundus omnia miscuerit inauditis tumultibus. Sed quærat aliquis,quid sibi vult quod dicitur,Donec auferatur luna:An luna aliquando auferetur? Imò potius in æternū perstitura creditur, neq; aliquādo auferēda.Sed intelligendū,est hoc,secundū eum statū in quo nunc est,mutabili videlicet & imperfecto lumine. Nunc enim donec seruli homini,variū habet & instabile lumen,nunc plena,nunc dimidia,nunc crescens,nūc decrescēs,nunc hac parte tantū,nūc illa tantū lumen à sole suscipiens,iuxta quod variis modis solidi obiicitur interdū verò penitus luminis eclypsim siue defectū patiēs. In resurrectione autem & cōsummatione seculi, quando

Esai. 48.
Esai.57.

Esai.48. & 57.

quando cessabit homini ministrare,quasi pro mercede laboris accipiet nouā gloriam,& in melius reformabitur,ab omni motu & instabilitate Dei volūtate liberāda. Ac tunc quidem auferetur,nō secundū subsistentiam, sed secundum imperfectionē:quomodo cælū & terra(iuxta Saluatoris verba) transibunt,nō secundū substantiam, sed secundum qualitatē: quoniam ad statum perfectiorē redigentur. Erit enim tunc luna tota plenè illuminata à sole,ex omnibus partibus,idque lumine multò lucidiore:& suā hanc plenitudinē ita seruabit absque mutatione imperpetuum. De cuiusmodi luna in alio Psalmo dicitur,Sicut luna perfecta in æternū.Donec ergo auferatur luna,id est,vsq; in seculi consummationem, quando secundū prædictum modū auferetur mutabilis luna. Aut intelligatur secundum negationem dictū esse,donec auferatur luna,quia nunquā est auferenda, & ideò imperpetuū est pax illa permansura. Quemadmodum si quis dicat,Non excidēt sancti Dei à gloria,donec deficiat ipse Deus:nō aliud sibi hęc volet oratio,quàm sanctos nunquā priuandos gloria,vt Deus nunquam deficiet à sua subsistentia, Versu octauo, Et dominabitur à mari vsq; ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarū.In Elucidatione generaliter exposuimus,à mari vsque ad mare oppositū,ad significādum vniuersale dominium Christi super omnē terram intra terminos istos contentam:quod aliqui specialius exponūt,à mari Indico vsque ad Gaditanū,Hæc enim sibi ex opposito sunt. Alij intelligūt, à mari rubro vsq; ad mare Palestinæ. Alij dicunt, à mari falso vsq; ad mare magnū. Atq; ita solū intelligunt hac prima parte versus totam terram Iudæorū,quæ his terminis cōprehenditur.In altera autē parte,scilicet à flumine vsque ad terminos orbis terrarū,intelligūt totam terram gentium,à flumine scilicet Euphratis,vsque ad terminos orbis. Quāquam hoc flumen,alij Iordanē intelligunt, alij Nilum. In omnibus autē his cōuenientia est, quòd significatur vniuersalitas dominii Christi,qui morte deuicta,etiam secūdū humanitatem factus est dominator super omnē terram Iudæorum pariter & gentium.Paraphr.Chald.sic habet.Et dominabitur ab angulo maris magni & Euphrate vsq; ad fines terræ.Quod nostræ expositioni in Elucidatione positæ aptè quadrat. Versu decimoquinto, Et viuet,& dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper. Difficultatē nonnullam facit additio particulæ huius de ipso: quam in Elucidatione visi su-

Lucæ 1.

Psalm. 88.

mus præterire. Simplicissimũ erit, si improprio loquẽdi modo accipiat, Adorabũt de ipso, pro adorabũt ipsum. Alij verò sic intelligũt, De ipso auro Arabiæ adorabũt semper, quia cũ illo adorabũt, vel in oblatione pretiosi muneris adorabũt, nõ enim adorabũt vacui, cũ adorabũt dominũ: neq; de nihilo vel sine vllo munere adorabũt, sed cũ pretioso munere, siue corporali, siue potius spirituali. Nam cordis deuotio, & pia erga Deũ affectio, aurũ est longè optimũ, de quo Deus vult adorari: Alij probabilius arbitrantur, relatiuũ ipso referre Christũ dominum, hoc modo. Et viuet Messias, & adorabunt de ipso rege Messia semper. Dicũt autẽ fideles adorare de ipso semper, vel quia ab eo habent quod Deum adorare sciunt in spiritu & veritate. Ipse enim nos & orare & adorare docuit, & debito cultu Deum venerari, suoq́ue exemplo nos hac in re informauit. Vnde & forma orationis Dominicæ, quæ in ore omnium fidelium, de ipsius est magisterio: quemadmodũ sacra testantur Matthæi & Lucæ Euangelia. Propter quod, in missæ sanctissimo sacrificio, orationẽ hanc Deo prolaturus Sacerdos, præmittit, dicens, Præceptis salutaribus moniti, & Diuina institutione formati audemus dicere. Vel quia ipse dat, vt oremus. Siquidẽ fides, & quicquid ex fide operamur, illius sunt dona. Ipse quoque spiritus qui postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, ipsius est domum. Vel de ipso, quia per ipsum. Vnde quoties patrem cælestem accedimus, adorandi gratia, per ipsum accedimus. Nam (vt Paulus Apostolus ait) per ipsum habemus accessum ad patrem. Ex Hebræo vertit Hieronymus, Orabunt de eo iugiter. Quod sic potest intelligi, Fideles iugiter de eo adorabunt, vt possint ipsius esse, & ipsi incorporari, ipsumq́ue semper & habere & tenere, & in eo permanere. Ad eandem sententiam reduci potest, quod vertunt alij, Orabunt pro eo. Alij dicunt tunc orari de Christo, vel pro Christo, cum pro ipsius membris, qui sunt fideles, aut corpore, quod est Ecclesia, fit oratio. Sunt qui vertunt, Orabunt per eum iugiter, quod faciunt fideles, dum per Christum patri supplicant, iuxta illud, Si quid petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam. Alij, Orabunt coram eo, vel ante eum iugiter. Et hoc manifestum est. Ex omnibus his eligat quisq;, quod sibi maxime arridebit. Nam in Elucidatione nullius horum meminerimus. Versu decimosexto, Erit firmamentum in terra, in summis mõtiũ. Firmamentũ istud, Elucidatio dicit solidita-

Matth. 6. Lucæ 11.

Roma. 8.

Ephes. 2.

Ioan. 15. & 16.

Titum. 1.

tem Euangelicæ doctrinæ, quæ firmissima fundatissima atq; certissima est, nimirũ à prima veritate (quæ mẽtiri non potest) deriuata. Potest etiã accipi firmamẽtum pro pane, quomodo in Psalmo dicitur, Et omne firmamentum panis cõtribuit: eò quòd panis (iuxta alterius Psalmi sententiã) cõfirmat cor hominis. Atq; ita per firmamẽtum istud panis, intelligimus panẽ verbi Dei, idẽ videlicet quod suprà per firmamentũ, Euangelica nanq; doctrina verbu Dei est, & panis animarũ, quo reficiuntur, nutriuntur, confirmatur, atque solidantur in bono corda fidelium. De hoc autem versu annotationem notabilẽ require in annotationibus ex Hebræo. Item & circa versum sequentem, Ante solem permanet nomen eius.

Titum 1. Esai. 104. Psal. 1103

SEPTVAGESIMI SECVNDI

PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVS *iste argumentum habet satis conueniens cum Psalmo trigesimosexto, cuius initium est: Noli æmulari in malignãtibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. Vterque enim multa loquitur de prosperitate impiorum, & aduersitate bonorũ in seculo præsenti: econtrario verò de felicitate bonorum, & miseria malorum in seculo venturo, vbi mirabiliter commutabuntur omnia. In hoc tamen est differentia, quod in Psalmo illo, Propheta in sua persona loquens, quasi perfectus, non ipse conqueritur, sed imperfectos in via Dei (quos prosperitas impiorum forsitam commouere posset) alloquens, eos dem contra tentationem huiusmodi confirmat: per varias comparationes ostendens & demonstrãs, prosperitatis illorum non durabilem statum: contra verò, bonorum felicitatem æternam. In hoc autem, quasi infirmorum & querulantium personam suscipiens, zelantium rationi nationes & querelas ipse proponit, donec tandem circiter finem Psalmi, ad personam propriam rediens, sapienter murmurationem & tentationem infirmorũ, perfectionis responso, ex sua sententia dissoluit. Nõ enim arbitrãdum est, Psalmistam in sua propria persona murmurationes eiusmodi, quales in hoc Psalmo apparent, proferre: sed tandem velut ratiocinando obiecit, ex aliena sententia, vt postmodum ex propria dissoluat: quemadmodum facere solent, qui quæstiones disputabiles tractant. In hoc ergo Psalmo, proposita initio firma conclusione, de bonitate Dei erga suos electos, mox imperfectorũ personam assumẽs, hanc propositam conclusionẽ multis versibus impugnat: quorum omniũ in hoc summa est, q̃ impij in hoc mundo florere, dominari, & absq; vlla aduersitate in cunctis videntur prosperè agere, dũ pij interim variis tribulationibus diuexantur: id quod cum Dei erga res humanas prouidentia, non satis videtur secũdum humanum tenue iudicium consistere.*

sistere. Et hæc quidem vsque ad versum decimumquintum. Vbi tursum ad appositam partem pro veritate argumentans, prædictas ratiocinationes imperfectorum elidit: absurdum reputans, si universa natio electorum condemnetur, & velut stulta ac vana iudicetur: quod sanè inconueniens statim consequitur eum qui se frustrà & vanè Deo seruire dixerit, eò quòd temporalia mala sustineat. Est enim hoc omnibus electis commune, vt persequutionem patiantur pro iustitia: & in hoc est eorum gloria. Deinde, considerare volens & perquirere hæc Dei occulta iudicia, videt se in sua consideratione deficere, nec posse huius occulti diuini consilij secretum comprehendere, donec ad sanctuarium Dei tandem pertingat, vbi nouissima tam iustorum quàm impiorum considerans, intelligat mirabili dispositione factu esse, vt impij in hoc seculo bona, iusti verò mala recipiant. Vbi versibus duobus, impiorum damnationẽ & à pristina sorte dejectionem describens, ac velut seipsum pro murmuratione & æmulatione ex imperfectorum forma assumpta increpans, amodo vt iumentum absque ratione existens, & suo domino absque iudicio in omnibus obediẽs, domino se submittit, vt eius manu deducatur, & in finem gloriosum tãdem præducatur. Post hæc verò totus supra se raptus, & quasi in extasi positus, qui hactenus quasi cõqueri visus fuit, ex aliena persona insipientia, propria iam sapientia totus in Deum transit, illum solum desiderans, & præter illum aliud nihil sue in cælo, sue in terra expectans: cui (mortis interitu comminato desertoribus) bonum inhæcat, & decernit perpetuo adhærere, & spem totam in eo firmare, laudémq; eius palàm omnibus celebrare. Sic qui per Psalmi decursum, quasi insipiens loqui visus fuerat, ad primi versus conclusionem redliens sapientissima conclusione Psalmũ finit, vt vix inueniatur Psalmus alius, qui tam ardenti charitatis flamma abrumpitur magis quàm finitur.

1 *Quàm bonus Israël Deus: *his qui recto sunt corde.* Roma. 5

2 *Mei autẽ penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei.*

SEPTVAGESIMI SECVNDI PSALMI ELVCIDATIO.

VERE bonus, suauis, dulcis, benignus, misericors, & beneficus est dominus Deus noster erga Israël populum suum, erga fideles atque electos suos: *erga eos nimirum qui sunt recto corde, qui sunt verus Israël secundũ spiritum, qui affectu syncero & puro corde super omnia Deo placere, & ipsius voluntatẽ implere satagunt, cunctas autem errorũ & vitiorum tortuosas vias & curuitates studiosè declinant.

2 Attamen euenit nonnunquam hoc mihi, secundum sensus imperfectũ iudiciũ iudicare volẽti, vt penè à via recta moueretur pedes mei, vt penè sese effunderẽt gressus mei, ad recedẽdũ à domino, & ambulãdũ vias peccatorũ: cõtigit aliquã do, vt vacillare inciperẽ quãtũ ad inferiorẽ partẽ animæ, secũdũ carnis affectũ, ac hęsitare, vellẽne in via angusta permanere iustitię aut in spatiosam impiorũ abscedere. 3 Causa au tẽ huius hæsitationis mihi vt sic imperfecto erat, ex eo q̃ videẽs homines huius seculi impios Deũ nõ timẽtes, pacẽ temporalẽ habere, & omnibus bonis in hoc mundo affluere, nullíq; aduersum habere, sed epulari, deliciari, & pro libito omnia agere, zelo cõmotus fui aduersum illos, intra memetipsum super hoc turbatus fui, velut indignãs de eorũ fœlicitate & pace tãporali: cũ ego in Dei seruitute, plurima mihi aduersa cõspicerẽ euenire: atq; ita cõmotus, secundum sensuale iudicium, quodammodo trahebar desiderio æmulãdi illorum vias, vt simili fruerer fœlicitate. 4 Quoniam quidem nõ habent respectum siue considerationem in diem nouissimum mortis suæ, non recogitant de mortis exitu, non respiciũt, neque ante oculos ponunt finem exitus sui, quemadmodum faciũt studentes iustitiæ: atque ita absque omni metu & timore liberè faciunt quicquid fuerit collibitũ sensui, & sine timore deliciis perfruũtur, quantũ valuerint: *& non est firmamẽtum, non est stabilitas in afflictione siue aduersitate eorũ: & si quid aliquãdo illis occurrat afflictionis, nõ est stabilitas mali illius, statim possunt depellere suis diuitiis sua potẽtia, sua malitia, siue astutia, mox sciũt quomodo se liberẽt & expediãt afflictione. 5 In laboribus & molestiis quales perpeti solẽt homines iusti, nõ inueniũtur, sed extra omnẽ laborẽ & molestiã in quiete atq; deliciis otiosè vitã degunt: * neque flagella aduersitatum & tribulationum sustinent, quẽadmodum cæteri homines piè volẽtes in Deo viuere, quos oportet per multas tribulationes trãsire, & persequutionum flagella frequenter tolerare. Tam enim sunt feroces isti huius seculi impij homines, tã sunt timore Dei postposito furibundi, vt nemo illis audeat sese opponere, nemo illos audeat contingere, vt omnibus sint formidini, sicq; nemo illis quicquam audeat mali inferre: cum ecõtrario boni & pij passim opprimantur, derideãtur, decipiãtur, & variis modis affligãtur à malis. 6 Et quoniam sic in perpetua prosperitate, vident se vitam ducere, nihilque sibi aduersum obuenire, ob hoc superbia intumescunt, & efferuntur intra sese, vo-

3 *Quia zelauit super iniquos, pacem peccatorum vidẽs.*

4 *Quia nõ est respect⁹ morti eorũ:*

* *& infirmamentum in plaga eorum.*

5 *In labore hominum sunt:*

* *& cũ hominibus nõ flagellabuntur.*

2. Timos. 3 Actu. 14

6 *Ideò tenuit eos superbia:*

lunt

* *operti sunt iniquitate & impietate sua.*

sunt́que omnibus se præponere: *circundederunt se, & quasi vestimento operuerũt se iniquitate & impietate sua: quasi pro lorica induerunt, & pro armis assumpserũt sibi iniquitatem & impietatem suam. Est enim impiorũ iniquitas, quasi pro munimento illis, dũ propter ferocitatem nemo illis audet resistere, & ipsi propter carẽtiã timoris Dei quidlibet aliis audent inferre, neq; Deũ timẽtes, neque hominẽ. 7 Iniquitas quã ipsi operãtur, prodit in opus exterius, quasi ex adipe & pinguedine, ex crassa & impinguata in corde eorũ malitia: foris operantur malũ, quasi ex delectatione & proposito peccantes, & in peccatis dulcedinem atque delectationem

7 *Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum.*

* *transierũt in affectum cordis.*

captãtes: *eò tandem pertingũt, vt quicquid desiderare possint, aut corde cõcipere siue proponere, id audeant opere patrare, nulla habita ratione, siue virtutis siue honestatis: solis suis affectibus seruiũt, his tantũ obsequũtur, nihil cõsiderantes aliud: quicquid corde cõcipiunt, quicquid mẽte disponũt, audacter patrantes. 8 In cordibus iugiter versant nequitiã & malitiam, nouis adinuentionibus apud sese ingeniosè ac solicitè exquirentes, quomodo iustis nocere valeant: eaq; démq; vt concipiũt corde, ita efferunt ore, cum suis similibus de huiusmodi sedulò pertractãtes in suis cõciliabulis: *neq; verò cõtra homines proximos suos tantũ loquuntur iniquitatẽ, sed etiam in cælum extendũt linguas suas blasphemiis & impietatẽ contra Deũ loqui nõ formidates, eò quòd nec homines, nec Deũ timeãt. 9 Audent aduersus cæli habitatores opponere os suũ, & in sanctitatẽ eius tremẽdã nõverẽtur soluere impias linguas suas, impiè ac infideliter de Deo loquẽtes, aut aduersus Deũ, si quid nõ iuxta illorũ animũ cõtingit, blasphemãtes: *& quemadmodum contra Deũ malè loquũtur in cælo residentẽ, sic multo facilius linguã suam laxãt inhabitantes super terrã, vt aduersus illos iniquitatẽ loquãtur, mendacia, calũnias, detractiones, cõuicia, fraudes, hisq; maiora. Qui enim Deũ cœli potẽtissimũ non metuunt, vt in illũ audeãt aperire ora impudentia: quomodo non in imbecilles proximos, quibus sunt potentia sæculi superiores, audebunt impias soluere linguas? 10 Propter ista, populus pius (de quorum numero & ego esse cupio, atq; ob hoc me illis connumero) hic conuerteturin hac consideratione sistet gradũ, & quasi vacillare incipiet, & quodãmodo moueri à proposito iustitiæ: in harũ scilicet rerum consideratione sistupr gradũ, quasi cum admiratione, tantam impiorũ fœlicitatẽ fixius

* *transierũt in excelso loquuti sunt.*

9 *Posuerunt in cælum os suum:*

* *& lingua eorũ transiit in terra.*

10 *Ideo conuertetur populus meus hic:*

cõtemplãtes, & velut cũ quadã dubitatione hæsitantes, num in via iustitiæ pergere debeãt, an illis sese velint assimilare: *& cum se conuertet populus pius, aliud etiã cõsiderat quod grauat afflictionẽ, nempe quòd dies pleni inueniũtur in impiis, & impiorũ prosperitate, quòd vident impios vitam longam in sua prosperitate ducere, & vsq; in multam senectam viuere, nihilq; aduersum perpeti. Quod quidẽ mirum in modũ prædictam aggrauat piorum tentationem. 11 Et dixerunt intra sese, hunc tantã fœlicitatem malorum considerãtes boni velut in vacillatione, & quodã scandalo positi, apud sese ratiocinantes ac sibi obiicientes. Quomodo fieri potest aut credi, vt Deus scientiã habeat earum rerũ quę hic agũntur in terris? & quomodo potest esse apud Deũ, qui in excelso habitat, cognitio harũ rerum quæ hîc in terris agũtur? Quomodo nõ magis videtur, Deũ res nostras vel ignorare, vel nõ curare? Quomodo nõ magis videtur ipse circa cæli perambulare cardines, nec nostra cõsiderare? Non enim secundum humanã æstimationem videtur verisimile, Deum ista sic permissurũ, si eius sese prouidẽtia ad nos vsq; extẽderet. 12 Quo modo enim eius prouidẽtia hoc pateretur, vt impij homines huius sæculi abũdent, & diuitias, possideãt, omnibusq; diuitiis, deliciis, & quibuslibet temporariis bonis affluant, piis interim in egestate & paupertate multa vitam degentibus? Nõnne si mũdũ regit, & humana curat Dei prouidẽtia, æquũ magis videtur & rationabile, vt seruos suos nutriat, eisq; bona sua tribuat, quàm alienis & perfidis contemptoribus? Quomodo ergo cũ hac impiorum prosperitate, & bonorum aduersitate, stat Dei erga res humanas prouidentia? 13 Et dixi, dixi, horũ assumpta persona, in hac æmulatione, tentatione, atq; argumentatione progrediens, Si bonis malè est, & malis contrario bene, vanus ergo & stultus ego sum, qui studui cor meũ ipseũ iustum exhibere coram Deo, & iniustitia ac sanctitate vitã ducere mala cuncta fugiendo, & bona sedulò operando: idq; magno labore & studio: *itémque frustra cõuersationem meam institui apud iustos & innocentes, illis me assimilando, illisq; me iungendo, & impiorum prauam societatem fugiẽdo. 14 Frustra etiã & absq; vtilitate iugiter afflictiones & flagella pertuli, partim quidem quæ ab aliis illata propter iustitiam patienter sustinui, partim verò quæ amore iustitiæ ad propriæ carnis dominationem, & malarũ affectionum represionem ipse suscepi, castigans corpus

* *& dies pleni inueniuntur in eis.*

11 *Et dixerunt quomodo scit Deus, & si est scientiã excelso.*

12 *Ecce ipsi peccatores & abũdantes in seculo obtinuerunt diuitias.*

13 *Et dixi, ego sine causa iustificaui cor meũ: * & laui inter innocentes manus meas.*

14 *Et fui flagellatus tota die.*

1. Cor. 9

meum,

meũ,& in seruitutẽ redigẽs,ne à iustitia reprobus efficerer:
* & frustrà meipsum primo diluculo ante solis exortũ examinaui,diiudicaui,argui,reprehẽdi & castigaui:vanè vtique & frustrà egissem,sic diiudicãdo meipsum,& corripiẽdo per rigidã examinatione,cunctas operationes vitæ meæ,próque cõmissis malis meipsum puniendo & affligendo per pœnitẽtiam,quoties errata deprehendissem:hæc(inquam)& similia,quibus sese occupant homines iusti,frustrà & absque vtilitate videbor fecisse.Nam si boni recipiunt mala,econtrario verò mali bona:quomodo non maiori vtilitate vacassem iniquitati,& impiis fuissem assimilatus,vixissémque in deliciis,absq; omni timore & castigatione Nã sic quidẽ bona recepissem,cum iustitiæ multo labore & afflictione inseruiens accipiam mala. 15 Cum verò ista sic mecum animo voluere, ex altera parte intra memetipsum,velut prędictis cogitationibus & ratiocinationibus respõdens,dicebã, Si sic narrauero,si ita dixero,vt iam antè ex imperfectorum murmurantiũ consuetudine, velut conquerendo de Dei iudiciis obiecti,si eiusmodi ex corde meo protulero,si talia ex'animi sententia pronunciauero:* ecce inconueniens offert se ex altera parte,maximum nimirum talibus dictis reprobatur,& velut cõdemnatur vniuersa generatio filiorum Dei:eccè qui talibus querimoniis ex animi sententia vtitur,hoc ipso vniuersum populum electorum Dei despicit: & velut stultum ac vanè agentem iudicat & condemnat. Cum enim omnes qui piè volũt viuere in Deo,persequutionem patiantur, & mala in prẽsenti multa suscipiãt,per quæ illos oportet in regnũ Dei intrare,in patiẽtia possidentes animas suas,& gloriantes in tribulationibus,atq; in huius mundi malis gaudentes:nonne manifestè vt stultos & vanè ista ferẽtes dãnat & reprobat electos,qui se frustrà putauerit aut dixerit seruire Deo,eò qu̇ in præsenti mala recipiat?Est enim hoc illi cõmune cũ omnibus electis Dei. Absurdissimũ autẽ fuerit,totã filiorum Dei nationem reprobare. 16 Itaq; inter vtrunque velut hæsitabundus consistens,habui consilium, vt ista Dei iudicia diligenter cõspicerem:& sperabã diligenti consideratione posse assequi intelligẽtiam huius rei,quid videlicet sibi velles, & quãobrem ita Deus disponeret,vt in hoc seculo mali bona recipiant,boni verò ex oppositio mala,cũ id minimè videatur secundum humanam rationem conuenire:* sed cũ ad inuestigandum hæc Dei iudicia apponerem cõsiderationem,

15 *si, dicebam, narrabo sic:*

* *ecce natio nem filiorũ tuorum reprobaui.*

2.Tim.3
Actu.14
Lucæ 21
Roma.5

16 *Existimabã vt cognoscerem:*

* *hoc labor est ante me.*

inueni difficillimũ hoc esse,& nimis laboriosum, nec hominis possibile, altitudinẽ diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, & incomprehẽsibilia eius iudicia inuestigabilesq; vias comprehẽdere,aut sensum mẽtémve domini cognoscere. 17 Est quidem hoc admodũ difficile, imò impossibile mihi, vsque dum hac carne fragili & obscura grauabor, neq; pertingere ad eiusmodi cognitionem potero,donec à corporeis his sensibus & corporali crassitie liber,ingrediar in sanctuarium domini,in conspectu tuæ diuinitatis,vt te facie ad faciem contuear,illicq; in te quasi in speculo lucidissimo, omniũ rationes conspiciam. Tunc enim facillimũ cuncta erit videre,quę nunc difficillimũ foret cognoscere: * ac tunc intelligam, & videbo nouissima impiorũ,cum mihi demonstrabitur æterna eorũ mors & perditio, cõtra verò vita & gloria sempiterna iustorum. Nam tunc quidem cum nouissima illorũ videritis,non mirabimur,si eos quos tanta tamq; diuturna (nimirum infinita & æterna) torméta manebant,omnium præscia æterna sapientia permiserit in hoc seculo temporalibus modicum florere deliciis:quemadmodũ neq; ex aduerso mirum videbitur,si eos quos immẽsis & sempiternis bonis destinauit, voluerit temporalibus nunc ad tempus modicũ affligi malis, vt per mala hæc transitoria pararentur ad bona perpetua. 18 Quanquam autem iuxta supradictas ratiocinationes,sub imperfectorum persona ita fuerim querulatus, illud tamen de impiorum nouissimis certissimò cognoui, quòd propter dolos & fraudes & innumera eorum mala quę operantur in hoc seculo, iam illis reposuisti apud te tormenta & supplicia æterna,quæ tu nunc illis seruas,& quæ illis es redditurus in tempore suo, digna operibus malis pessima præmia: * & hoc scio,quòd dum maximè eleuati & exaltati fuerint ab illa sua gloria deiicietur, & demergentur in profundum baratri,de summa gloria ad infimam miseriam, de nimiis gaudiis ad importabilia supplicia,& quasi in ipsa sua exaltatione decidẽt in profundũ. Tanto enim erit casus grauior,quãto in altiori gradu splendidius florebant. 19 Quam mirabili cõmutatione,quàm miserè proiiciẽtur in deuastationẽ,destructionem,desolationẽ, & perditionem æternam: * quomodo defecerũt subitò, & repentè ad nihilum redacti sunt,perierunt quasi cum sonitu, impetu magno prostrati in damnationẽ:quomodo si lapis molaris magno impetu proiiciatur in profundũ maris:idq; propter suam iniquitatẽ,mer-

17 Donec intrẽt in sanctuariũ Dei: Roma. 11.

* *& intelligam in nouissimis eorum.* 1.Cor. 13.

18 *Verũtamen propter dolos posuisti eis,*

* *deiecisti eos,dum alleuarentur.*

19 *Quomodo facti sunt in desolationem:* Psalm. 9. Apoc.8.

* *subitò defecerunt, perierunt propter iniquitatẽ suã.*

cedẽ accipiẽtes ſuis condignã operibus. Nec enim talia opera peſsima, melior alia merces decebat. 20 Ad modũ ſomnij quod dũ expergiſcitur homo, aufugit & perit, ita euanuerũt ſubitò tanquã ſi non fuiſſent. * Ita quoq; per mortem defecit, & aufugit ab eis omnis fœlicitas eorũ. Nam vt euigilans à ſomno eorũ quę per ſomnium imaginabatur, nihil inuenit ita eſſe, vt per ſomnium apparebat: & quẽadmodum pauper aliquis fœlici ſomnio illuſus, diuitiis & deliciis pluſquam regiis abundare ſeſe imaginatus, vbi euigilauerit, nondum ſe inuenit, vt antè, nihilq; eorum verũ eſſe comperit, quibus antè per ſomnium gloriabatur: * ita tu domine, in ciuitate tua cæleſti, in ſuperna beatorum ſocietate, illorum fœlicitatem tantũ imaginariam & vmbratilem ad nihilum rediges, annihilabis, nihil eſſe demõſtrabis, facies vt manifeſtè appareat, nihil eos veræ fœlicitatis habuiſſe, quẽadmodum ſibi dum viuerent duleiter, ſomniando perſuaſerant. Peribit enim per mortẽ ab eis omnis imaginaria fœlicitas, ſicut ab expergiſcente fugit ſomnium: atq; ita illis extra ciuitatem tuam excluſis, ad nihilũ deducetur, & nihil fuiſſe reipſa comprobatur eorum imago, id eſt, imaginaria ſimulata tantum fœlicitas.

21 Et quidẽ donec ita prioribus meis cogitationibus inuoluebar, ſuper impiorũ proſperitate volẽs Dei iudicia diſcutere, inflãmabatur intra me, & exæſtuabat velut præ indignatione & emulatione cor meũ, & affectus mei corporales immutati ſunt: & velut indiſpoſiti ad operandũ bene, æmulatione hac ſiue indignatione à corde in mẽbra cętera ac vires inferiores ſe diffundente: * & ego eiuſmodi æmulatione memetipſum grauãs, quaſi ad nihilũ redigebar, pene virtutem & promptitudinẽ ad operandum iuſtitiam perdiderã, facere incipiebam in propoſito iuſtitiæ: & ego nõ aduertebam ſic me imminui, ita occulte eneruabat me ſpiritualibus viribus iſta tentatio, vt vix ipſe aduerterem debilitatione & defectũ ſpiritus mei. 22 Propterea volens amodo huiuſmodi tentationem ſeponere (vbi illam mihi ſic impedimento eſſe cernerem in progreſſu viæ tuæ) nihilq; tale vltra permittere, in meum animum, hoc habui conſilium, vt tanquam iumentum reputarem memetipſum ante conſpectum tuum: vt quemadmodum iumentum irrationale ſui domini imperio ſubiicitur, nihil inquirens eorum quæ dominus agit, neque rationem poſtulans eorũ quæ iubet, ſed per omnia ducitur & trahitur, ſic mouetur, ſic agit, nihil perquirens, nihil con

20 *Velut ſomniũ ſurgentium:*

* *domine, in ciuitate tua imaginem ipſorũ ad nihilũ rediges:*

21 *Quia inflãmatũ eſt cor meũ, & renes mei cõmutati ſũt:*

* *& ego ad nihilũ redactus ſum, & neſciui.*

22 *Vt iumẽtum factus ſum apud te:*

contra murmurans, rationẽ non diſcutiens, cur iam hoc opus iniungitur, aut cur hoc tẽpore, aut cur nõ magis illud opus, aut alia huiuſmodi: ſic & ego erga te dominum meum ſum quaſi brutum, rationem non habens, nihil perquirẽs de tuis iudicijs, cur hoc ſic agas, aut illud cur ita, vt quare iuſtis mala, malis bona diſpenſas: * ita in ſimplicitate & humilitate obedientiæ meæ ego ſemper tecum permanere diſpono, in omnibus te ſequi quocunq; traxeris, omnia operari quæ tu iuſſeris, omnia pati quæ tu permiſeris, in nullo cõtra murmurando aut rationẽ inquirẽdo. Sufficit enim mihi poſthac voluntas tua, & incõprehenſibile conſilium ſapientiæ tuæ, neq; quæram rationem alteram. 23 Cum autem ego me totum ita diſpoſitioni tuæ reſignatione pleniſsima cõmitterem, tu me nequaquam abieciſti, neq; aberrare permiſiſti, quemadmodum neq; dominus iumentũ, quod ſe illius ductui credit, aberrare patitur: ſed apprehẽdiſti manũ dexteram meam, ad eum modum quo ſolent matres apprehendere dexteram manum paruuli ſui, ad deducendũ per viam, partim vt viam bonam ambulent, partim ne fatigati deficiant: * atq; ita velut apprehenſa manu, in tua benigna voluntate, in tuo beneplacito, factus es mihi ductor per viam vitæ huius, & viam mihi bonam tuo ducatu cõmonſtrans, vt non deuiem, & imbecillitatem meam ſuſtentans atq; confirmans, vt in via nõ deficiam: * ac tandem poſt peractam huius vitæ viam, poſt peractum itineris huius curſum: cum magnifica gloria apud te me recipies, dicturus, Euge ſerue bone & fidelis, intra in gaudũ domini tui. 24 O Deus optime & pater piiſsime, qui tam paternũ mihi affectum exhibes, totus in te trãſit affectus cordis mei, & ipſum nimio tui amoris igne liquefcẽs, totũ in te reſoluitur, adeò vt nihil prorſus ſit in vniuerſa cælorum amplitudine, quod ipſum poſsit oblectare vel reficere, niſi tu, quem ſolũ concupiſcit: neq; ſuper terram ſit omnino quicquã præter te, quod deſideret, quod concupiſcat, quod à te poſtulet, niſi tantum te vnicum habere, tenere, poſſidere, te frui, te oblectari, te videre, tibi colloqui, tecum conuiuari, tecum deliciari, in te habitare, in tuis hortis deambulare, in tuo lecto cubare, in tua ſede reſidere, in tuo foco calefacere, in te ſuauiter requieſcere: deinde prorſus in te tranſire, & abſorberi, & vnum fieri tecum, vt viuam iam nõ ego, ſed tu viuas in me. 25 Præ amore languet corpus & cor meũ, ac præ nimio tui deſiderio deficit, tibi beata vnione co-

* *& ego ſemper tecũ.*

23 *Tenuiſti manũ dexteram meam:*

* *& in voluntate tua deduxiſti me.*

* *& cũ gloria ſuſcepiſti me.* Math. 25.

24 *Quid enim mihi eſt in cælo: & à te quid nolui ſuper terram?*

25 *Deficit caro mea, & cor meũ*

Ioan. 17. Galat. 2. * Deus cordis mei & pars mea, Deus in æternum.

pulari desiderans,tibiq; viuere,& te in se viuere, ipsum verò in sese mortuum esse cõcupiscens : * tu es Deus cordis mei, g desideratus animæ meæ,hæreditaria mea portio,& hæreditas mea æterna:quam vnã habere postulo, abiectis & abnegatis omnibus,quæcunq; vel in cælo,vel in terra possint contingere, quæ omnia libenter diuendo & abnego,vt te absconditũ thesaurum,te margaritam pretiosam , tuiq; possessionẽ veram & solidam mihi valeam comparare. Quæcunque enim

Philip. 3.

in mũdo sunt,propter te reputo vt stercora,vt vnicum te mihi lucrifaciam. Tu enim es totum meum desiderium, tota mea spes & expectatio & merces magna nimis. Neq; iam existimare volo,siue aduersa,siue prospera,siue læta,siue tristia:modò te mihi possim demereri,& in meam portionẽ te valeam

26 Quia ecce qui elongant se à te, peribunt: * perdidisti omnes qui fornicantur abs te.

lucrifacere. Siquidem in te vno me arbitror habere & posse omnia : nihilque mihi reputabo deesse, si tu modò adfueris. 26 Ecce enim qui se faciunt per transgressionẽ tuorũ præceptorũ à te alienos,q per peccata se diuidunt ac separant à te, qui per alienos amores rerũ mundanarũ mox pereũtiũ,suum affectũ à te auellunt,tibi amore nõ adhærẽt, hos certa manet perditio & æternus interitus: * in perditionẽ æternã mittes omnes eos, qui fornicatione pessima adulterantes , te relinquunt.cui vni iungi debebãt, & alienos sequũtur amatores, quibus amorem nullũ debent:ad modum mulieris adulteræ, quæ relicto amore & societate viri legitimi , cui desponsata est,& matrimonio iũcta,adhæret per amorem meretricium alieno viro,cui nõ est sociata matrimonio. 27 Mihi verò optimum est,indissolubili charitatis vinculo adhærere domino Deo meo, vt spõso legitimo(cui vni & soli totum meum amorem debeo,& plusquam possim debeo) sicq; cũ illo fieri vnum spiritum , ex qua vnione omnium mihi spiritualium bonorum procedit abundantia: * & itaquidem illi adhærere, vt totam spem meam atq; fiduciam ponam in Deo meo, nõ confidam neq; in diuitiarũ gloria,neq; in deliciarum voluptate,neq; in secularis sapiẽtiæ pompa, neque in vlla prorsus re,nisi in te solo domino Deo meo:vt nõ in alio sciam aut velim,præter quam in te vno gloriari. 28 Ita(inquam)tibi adhærere,& in te sperare,vt palàm te prædicẽ,& omnes laudes tuas enarrem atque enuntiem, & cuncta quæ tu iusseris

2. Cor. 10. Galath. 6.

fideliter annuntiem , non in angulo , non in cubiculis, quasi erubescens de prædicatione operum tuorum : sed in portis Ecclesiæ tuæ sanctæ,hoc est, palàm omnibus tuis fidelibus,

in Ecclesia sancta fide vera, & corde illuminato agnoscentibus,ac tandem etiam in portis supernæ Hierusalem, vbi non deficiet neq; per diem, neque per noctem de ore nostro laus beata in secula seculorum, Amen.

ANNOTATIONES IN *Psalmum Septuagesimumsecundum.*

VERSV primo, Quàm bonus Israël Deus iis qui recto sunt corde. Quomodo apud eos qui scholasticas quæstiones tractant,conclusio firma,cuius veritas asseritur, præponi solet,ac deinde cõtra eam adhiberi rationes quæ videtur contradicere:ita in præsenti Psalmo,primùm firmissima ista & verissima ponitur assertio, cõtra quam in sequentibus obiiciendæ sunt infirmorũ tẽtationes potius quàm rationes: quibus nõnunquam vel scandalizantur, vel certè diuexantur infirmæ conscientiæ,hunc zelũ siue æmulationẽ istam,nõ facilè superare potẽtes, neq; ex animo abiicere. Notandum autem,quòd Israel in hoc versũ casus datiui est,id quod ex Græco patet,vbi articulus additur τῷ , casus datiui , similiter in Hebræo Lamed adiicitur,sicut & ad datiuũ posteriorem. Est ergo sensus,Quàm bonus est Deus Israëli, nimirũ iis qui recto sunt corde:vt persequentẽ partem, iis qui recto sunt corde exponatur,quid per Israëlẽ debeat intelligi. Simul & hoc diligenter attẽde , quòd dicitur Deus bonus non simpliciter omnibus,sed Israëli,sed populo suo,sed iis qui recto sunt corde. Nõ ergo Amalech,nõ Philisthiim, nõ alienigenis, qui de populo ipsius non sunt,de iis qui in mũdo & per terrenas cupiditates incuruato sunt corde. Sic enim & Angelus Ioseph loquẽs,Israëlem istũ respiciens,dicebat de Iesu quòd saluum facturus esset populum suum à peccatis ipsorũ, omnes videlicet qui crediturí erant in eum. Versu quarto,Quia non est respectus morti eorũ:hoc est,nõ est ipsis impiis respectus in mortẽ,vel consideratio de morte : quod clarius vertit Hieronymus ex Hebræo , secundũ eandem tamen sententiam,hoc modo,Quod non recogitauerit de morte sua. Et Chald. Paraphr.Non terrentur,neq; conturbantur propter diem mortis suæ.Et quidem si de temporali fœlicitate loquamur , magnũ est tẽporale gaudiũ,nullo mortis timore affici : quemadmodum affiictio corporis magna est , diem mortis iugiter ante mẽtis oculos habere propositum. In secunda autem parte huius versus,Et firmamentũ in plaga eorum: nota du-

Matth. 1.

plicem intelligentiam, secundū quod vel reperitur negatio, quæ erat apertè posita in parte priori, vt sit sensus, Nō est respectus morti eorū, & non est firmamentum in plaga eorum. Atq; ita habet manifestè lectio Romani Psalterij, dicēs, Nec firmamentū in plaga eorū. Et nos in Elucidatione secundum huiusmodi negationis repetitionē, partem istam explicauimus, nimirū quòd stabilitas & duratio non sit in plagis impiorum, quòd nō diu duret eorū afflictio, si in quam inciderint. Mox enim norunt sese extricare, & consolationem inuenire, qua pellant incidentē tristitiam. Exempli gratia, Diues huius seculi frigore incipit torqueri: extructo statim igne copioso, medetur afflictioni frigoris, & non est stabilitas, non est duratio in plaga ista: si vel paululum sitiat, mox adferri iubet vini aut alterius delicati potus copiā: si esuriē delicias habet epularū, quibus esurię pellat: si grauis melancholia animū incipiat affligere, habet amœnos hortos, prata virentia, in quibus obambulando animū releuet, habet musica instrumēta, accedit solo nutu aduocata læta societas, pellitur afflictio: si quis aduersatus est, si quis nocuit, si quis conuiciatus est, si à quopiam offensum aut cōtemptū se putat, in illum mox vindictam parat, quāta potest damna inferet illi à quo hæc accepit. (Deū enim nihil metuit) sicq; facta vltione, lenit placatq; animū aliena miseria. Denique, & in aliis idipsum facilè quilibet cōsiderabit, Posset verò & affirmatiue legi prædictus versus, nō repetita negatione, hoc modo, Non est respectus morti eorum, & firmamētum est in plagis eorū. Quod hanc habet sententiam, Firmamentum & solida stabilitas potentiæ est in plaga eorū: hoc est, si quem velint plagis afficere, si cui velint facere afflictionem & exitium malum, fortiter & potenter id possunt. Potentes enim sunt, vt faciant mala: partim quidē, quòd potētiam habeant & diuitias huius mundi, maximè verò quia Deū non metuunt. Itaq; nullum habent retinaculū à nocumento proximi. In quem sensum ferè cōuenit, quod habet Chald. Paraphrasis, Efferuntur cogitatus eorum, & pingue ac fortè est cor eorum. Sic & ex Hebræo verti potest, Et viuidum vel fortè est robur eorum, videlicet ad sese defendendum, ne à quoquam nocumētum patiantur, ad alios quoq; oppugnandum vbi voluerint. Versu quinto, In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Homines pij duplicē habent in hac vita molestiam, priorem quidem in operando opera virtutis, quę

sanè difficilia sunt: eò quòd (iuxta verbum Aristotelis) ars & virtus versentur circa difficilē, idq; propter carnis nostræ corruptionē, vnde magis ad malū omne proni sumus, quàm ad bene agēdum: quemadmodum Apostolus dicebat, Romanis scribens, Scio (inquit) quia nō habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Nam velle adiacet mihi, perficere autē non inuenio. Et iterum, Inuenio igitur legem, volenti mihi facere bonū, quoniam mihi malum adiacet. Et video aliam legem in membris meis, repugnantē legi mentis meæ, &c. Hinc ergo habet magnū laborem, qui operari studet quæ sunt virtutis, & Deo placita, quem profectò laborē & molestiam euadit, qui legi carnis totū se obedientem præstans, de perficiendis operibus Dei nihil cogitat. Posterior bonorum molestia est, ex iis quæ in vita ista occurrūt perferēda, siue ex propriè carnis miseria, siue ex hominū peruersorū malitia, idq; Dei prouida dispensatione, qui his modis electos suos exerceri vult, & velut parari ad salutē nouissimam. Vnde suis discipulis Saluator dicebat, Beati eritis, cū maledixerint vobis homines, & separauerint vos, & exprobrauerint nomen vestrū tanquam malum, propter filiū hominis. Gaudete in illa die, & exultate quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Et Paulus Apostolus, Omnes (inquit) qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persequutionem patientur. Et in Actis Apostolicis, Per varias tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Estque hæc illa disciplina, de qua ad Hebræos scribit, eos qui extra illam sunt, adulteros, nō filios esse. Ab hac autem afflictione idcirco liberi sunt impij, quoniā adulteri sunt, & non filij. Si enim filij essent, patris disciplinam sentirent. Atq; hoc est quod in secunda parte dicitur, Et cum hominibus nō flagellabuntur, id est, cū filiis disciplinam non sentiēt: sed cum nothis erūt extra disciplinam. Hanc etiam distinctionem pulchrè admodum innuit Paraphrasis Chaldaica quæ sic habet, in labore virorum laborātium, in lege nō loquuntur, vel non cēsentur, vel nō computantur: & cum hominibus iustis qui patiuntur martyria, non vulnerantur, vel flagellantur. Versu septimo, Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorū, transierunt in affectum cordis. Huiusmodi nō sunt illi qui tantū ex infirmitate peccant, à propria cupiscencia, vel aliorum persuasione abstracti & illecti in malum, aut qui ex errore & ignorantia delinquūt, qui cū timore & remorsu peccant, aut certè nō peccarent, si malum agnoscerēt, neq; isti adhuc in affe-

Rom. 7.

Lucæ 6.

2. Tim. 3.

Actuū 14.

Hebr. 12.

ctum cordis transierũt:sed illi qui sunt obstinati in sua impietate,& ex peruersa malitia ac sciẽtia operantur quod malum est,absq; timore & pudore,tali animi statu cõpositi, vt quicquid affectus carnis suggesserit,audacter audeãt patrare: de quibus scribit Apostolus,dicẽs, Qui desperantes,siue(vt Hieronymus transferendum potius censet) indolentes, hoc est, absque dolore & remorsu peccantes, tradiderunt semetipsos impudicitiæ,in operationem omnis immunditiæ. Versu octauo,Iniquitatẽ in excelso loquuti sunt. Videtur in excelso accipiẽdum,pro,in excelsum, tum propter Græcam literam, quę habet ἐπὶ τὸ ὕψος,id est,in excelsum,casu accusatiuo, quo modo etiam habet lectio Romana:tum propter sententiam. Videtur enim sensus esse quasi in sublime, contra cælũ & residentem in cælo,ita vt significetur blasphemia eorũ in altũ conscendere ad sedentem in cælum: quemadmodum statim sequens indicat versiculus. Nisi fortè intelligatur,in excelso, pro in sublimi,vel superbo corde,vel quasi de excelso:quemadmodu m superbi quasi de excelso loquuntur,sese omnibus altiores æstimantes,& præ sese cunctos despicientes. Cui expositioni consonat quod habet Paraphrasis Chald. Ad violentiam de celsitudine cordis loquũtur. Versu nono, Posuerũt in cælum os suum. In Elucidatione solum de blasphemia in Deum sumus interpretati. Verùm sub blasphemia in Deũ, cõprehẽdi debent etiam conuitia & maledictiones in ministros ac sanctos eius. Vnde Paraphrasis Chal. habet, Posuerũt in sanctis cælorũ os suum,quod nostris hisce infœlicibus temporibus egregiè impleri cernimus ab iis,quorũ dentibus nõ sufficiunt Ecclesiæ huius militantis vniuersa mẽbra & capita,nisi & linguis suis venenati sanctos cæli conspuant. Sed est qui videt omnia Deus,q viperis venena sibilantibus linguas quandoq; prescindet,easq; ferrea claudet muscipula(æternũ dico infernalis carceris claustrũ)vt virus suum vltrà nequeãt nisi in sese euomere. Pro eo quoq; quòd in secũda parte dicitur, Et lingua eorum transiuit in terra, pulchrè eadem Paraphrasis habet,Et lingua eorum inflammauit vel affixit, vel vsit iustos terræ. Sunt enim molestæ linguæ istę viperinæ omnibus hominibus,& parcũt nemini,adeò vt cuiquã deferre turpissimum sibi putent. Versu decimo, Ideò conuertetur populus meus hic:& dies pleni inueniẽtur in eis. Manifestum est ex Græco,dictionẽ hic nõ esse pronomen,sed aduerbium. Intelligũt autẽ quidam passum istum hoc modo, Propter

Ephes. 4.

pter prædicta,populus sanctorum Dei, vel populus fidelis in hac tentatione auertetur à Deo suo,& cõuertetur ad vias impiorũ:& tempus plenorũ dierum,id est,multũ tempus inuenietur in eis,sic malorũ viam sequẽtibus,multo scilicet tempore permanebũt in scandalo illo,in assimulatione impiorũ ex prędicto scandalo,sic tamen vt q electi sint,tandẽ redeant ad Dominum. Hanc verò intelligentiam probet qui volet. Nos in Elucidatione aliam dedimus,quam putamus sequentibus magis consonare. Versu decimo quarto, Et fui flagellatus tota die,& castigatio mea in matutinis. Hęc sunt quæ iustus quilibet in sese habere debet:primùm quidẽ flagellare,quod est(iuxta Apostoli verbũ)castigare corpus, & in seruitutem redigere,carnemq; cũ vitiis & concupiscentiis crucifigere,varia quoq; pro iustitiæ amore obtingẽtia mala ferre cũ patientia. Deinde, castigationem habeat necesse est in matutinis. Quid autem sibi vult ista in matutinis castigatio? Nimirum vt discutiathomo matutino tẽpore,primo diluculo,quando trãquilla sunt omnia,statum vitæ suæ,atq; ad examen reuocet,cunctas suas cogitationes,affectiones,loquutiones,operationes:& si quid inuenerit quod Deo nõ placeat,vt seuera districtione id cõdemnet ac puniat,firmato proposito idipsum nunquã resumendi. Atq; hæc castigatio siue examinatio in matutinis,tunc fit commodissimè,quãdo nullis passionũ nebulis mẽs est obscurata quãdo nullis tumultibus conturbata,nullis distractionibus est impedita,vt absq; nocumẽto limpidius possit etiã minima quæque discernere, & seuerè omnia diiudicare, iuxta consiliũ beati Apostoli dicẽtis, Si nosipsos diiudicarem⁹,nõ vtiq; à domino iudicaremur. Illud enim experiẽtia certa in seipso discit,quisquis huic castigationi secundũ timorẽ Dei dat operã,frequẽter euenire,vt ea quæ vespertino tẽpore post multas occupationes ac passiones iudiciũ habẽs impeditũ,absq; vllo conscientiæ remorsu, absq; omni dolore,vel agit vel loquitur, eadẽ tempore matutino,cũ in memoriã reuocauerit pridie dicta siue facta, grauissimè illi displicere incipiant,ac pro eis sibiipsi plurmũ indignetur,seq; vehemẽter increpet & castiget,quod eiusmodi fic vel egerit vel dixerit. Et fit quidẽ non raro,vt per diem hilarior quis factus excedat,siue in cibis ac potibus,siue in iocis & multiloquio,siue in mala temporis insumptione, quæ tamen ob gaudiũ quod possidet,suauiter dissimulat, diemq; peragit in lætitia. At verò vbi post noctem manè aduenerit,

Galath. 5.

1. Cor. 9.

1. Cor. 11.

& passio omnis diurna abscesserit, tum demum cum dolore D
sese offerunt quæ pridie in suauitate & dulcedine gesta præterierunt: & sic tunc quidem antè gestarum rerum memoria tanto amarior, quanto dulcior fuit earum præsentia. Qui autem hanc in se castigationē non experitur, qui æquè & manè & vespere absq; remorsu, absque suiipsius reprehensione ac diiudicatione perseuerat, meritò sibi metuat huiusmodi. Domus enim absq; custodia, familia absque rectore est, domus illius: & malè metuendum est, ne tenebrarum Dominus cor illius possideat, mentem obscurans caligine, vt patrata vitia nolit agnoscere. Versu decimoquinto, Si, dicebam, narrabo sic, ecce nationem filiorum tuorum reprobaui. Quantum ad vim sententiæ, satis planè arbitror in Elucidatione omnia explanata. Verùm ordo ipse verborum videtur difficultatem secum adferre. Et quidem si coniunctione conditionali posita, ita haberet oratio, Dicebam, si narrabo sic, nō magna foret difficultas. Nunc autē turbat intelligentiam, quòd mutato ordine ita dicitur, Si dicebam, narrabo sic. Mihi videtur facilè omne incōmodum posse euadi, si tantū verbum illud, dicebam, per parenthesim accipiamus interiectū, hoc modo, Si (dicebam) narrabo sic, ecce reprobaui nationem filiorum tuorum. Sic enim sensus idem erit, acsi cōiunctio postponeretur, hoc modo, dicebam, si narrabo sic. Atque ad hunc modum feciſſe videmus beatum Hieronymum in sua versione ex Hebræo, quæ sic habet, Dixi, si narrauero sic, ecce, & cætera: cū tamen in Hebræo manifestè ponatur cōiunctio in ipso versus initio. Illud autem reprobaui, hoc loco valet, cōdemnaui, vel iniurius fui, vel iniuria feci, malè videlicet de illis sentiendo & malè loquēdo. Indubiè enim multum iniurius fuerit electis Dei, qui fruſtrà illos & vanè dixerit seruire Deo. Versu decimoseptimo, Donec intrem in sanctuarium Dei. In Elucidatione exposuimus de beato ingressu ante conspectum diuinitatis in vita ventura. Attamen generaliùs E
potest intelligi ingressus iste in sanctuariū Dei, quoties quis mētem à temporalibus subleuans, spiritu sese Deo præsentem exhibere satagit, & trāsitoria ista transcendens ad contemplanda per fidem æternā animum trāsfert, sicque à Deo illuminari meretur & erudiri, quantum quidem pro hac vita contingit homini. Nam sic templum Dei quotidie visitare possumus, quotidie introire sanctuarium, ac nouissima tam iustorum, quàm impiorum à longè in ænigmate cōsiderare,

Quod vbi facimus, diuina eruditione instructi, facilè impiis suum hunc temporalem florem concedimus: nec is inuidebimus, imò compatiemur magis & miserebimur illorum, qui pro tā immensis gaudiis & æternis, hæc acceptant tēporalia nulla ex parte illis conferenda. Chaldaica tamen translatio magis respondet expositioni alteræ. Sic enim habet, Vsque ad tempus redemptionis, quo veniam ad sanctuaria Dei, & intelligam finem eorum. Hoc autem tempus redemptionis, intelligere videtur, à corpore mortis huius in vitam æternam: & sanctuaria Dei, beatam eius præsentiam. Versu decimooctauo. Veruntamen propter dolos posuisti eis. Videtur oratio defectum pati, & subaudiendum accusatiuum, mala quin in Græco item & in Psalterio Romano exprimitur. Sic enim Græcè legitur: ἔθου αὐτοῖς πλανᾶς, id est, posuisti eis mala, quomodo habet etiam Romanū Psalteriū. In altera autem parte huius versus, Deiecisti eos dum alleuarentur. Græcè est Ἐν τῷ ἐπαίρεσθαι, hoc est, in alleuando, vel potius in eleuado, id est, dum eleuarentur vel in altum ferrentur, aut hoc ipso quòd efferebantur aut eleuabantur per suam superbiam. Alleuatio enim siue elatio, occasionē præstat, & causam præbet grauissimi casus. Quanto enim gradus altior, tāto casus grauior. Et dū seipsos omnibus præponere, omnibus ante ferre laborāt, sibi causa fiūt vt in ima ruāt, & infra omnes infimos locū accipiant in pœna, qui hîc supra omnes sese eleuare conati sunt in tēporali gloria. Versu vigesimo, Velut somniū surgentium, Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Vocatiuus, Domine, aptius posterioribus quàm prioribus coniungitur. Illud verò ad nihilum rediges, in Græco vno vocabulo dicitur ἐξουδενώσεις, quod vno verbo dici posset annihilabis: quod alicubi vertitur, ad nihilum rediges: alicubi, pro nihilo reputabis, quēadmodū circa illud Psalmi LVIII. diximus, Ad nihilum deduces omnes gētes. Pſal. 58
Potest ergo & hîc intelligi, Domine in ciuitate tua superna, p nihilo reputabis, & nihil esse demōstrabis imaginē illorū: id est, imaginariam fœlicitatē eorū. Illic enim vbi verā præbet fœlicitatem, omnibus modis impiorū temporali prosperitati incōparabilē manifestat reipsa, nihil esse quod illi in vita acceperant, neque fuisse nisi imaginem & somniū quoddam fœlicitatis: tametsi illi sibi mirè placerent sua illa vmbratili fœlicitate, æternam nescientes, quemadmodum is qui in dulci somnio iocundatur, non minus se putat fœlicē,

dore

donec in ipso perseuerat somnium, quàm is cui verè id cõtingit, quod iste sibi somniat. Posset quoque per imaginem impiorũ intelligi eorum memoria, quam verè Deus in ciuita te sua ad nihilum redigat: quoniã omnem impiorũ memoriam delebit, nec in Ecclesia sanctorum perdurabit. Versu vigesimosecundo, Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecũ. Hucusque visus est Psalmista, insipientium siue imperfectorũ in tentatione loquentium gessisse personam. Versu autẽ mox præcedẽti, cœpit prudentis verba proferre, eáq; in finem vsq; prosequitur. Verè enim sapit, qui hoc intelligit, quod huiusmodi querimoniis (quales per totũ Psalmũ propositæ sunt) ratiocinari & disquirere velle cum murmure. Dei iudicia, nihil aliud quàm affligit cor hominis atq; cõsumit, vt nihil agere libeat boni, & torpidũ sese ac defidẽ prorsus inueniat homo ad omne opus bonum: propter quod melius iudicat huiusmodi omnes tentationes seponere, & tanquam iumentũ Deo sese plenè submittere, quemadmodũ in sequentibus subiungitur, quo sic à Deo per viã huius vitæ perduci mereatur in gloriam vitæ, quæ ventura est.

Versu vigesimotertio, & in voluntate tua deduxisti me. Illud in voluntate tua, in Elucidatione exposuimus, in tuo beneplacito, in tua bona voluntate, quasi in benignitate tua: quoniam scilicet voluisti. Potest tamẽ aliter intelligi: Deduxisti me secundum voluntatem tuam id est, quocunque voluisti, me videlicet iam absque ratione & perquisitione te libenter insequente ad omnia neque in vllo remurmurante, posteaquàm vt brutũ factus sum apud te. In Græco habetur ἐν τῇ βουλῇ, quod rectè verti poterat, In cõsilio tuo. Atque ita sensus erit, tuo consilio, vel per tuum consiliũ deduxisti me. Hinterna scilicet tua inspiratione, per spiritum cõsilij, viam in agendis omnibus demonstrando. Atq; huic consonat, quod pulchrè habet Chald. Paraphra. In consilio tuo deduc me in mundo isto: & postquam compleueris gloriam, quam dixisti venturam super me, susc ipies me: hoc est, donec in hoc mũdo fuero, dux mihi eris per cõsilium tuum: & in ventura seculo susc ipies me in gloriã, quam es pollicitus seruis tuis. Versu vigesimoquarto, Et à te quid volui super terram? Potest intelligi, quid abs te volui, quid à te postulaui, pro quare reputauit, ex omnibus quæ sunt super terram? Melius tamen accipiendum videtur vt impropriè dictum, loco præter te, vt sensus, Quid ate aliud, quid præter te, quid absque te, quid extra te volui super terram? Nam & in Græco habetur præpositio, non ἀπὸ sed παρὰ, quæ huic sententiæ rectè fauet. Deinde & sententia videtur commodior. Et consonat aptius lectioni Hebraicæ, quæ habet, Quid tecũ volui in terra? Idem enim est, nihil velle habere aliud simul cum Deo, & nihil velle aliud præter Deum. Manifestius etiam habet Chaldaica Paraphrasis, Tecum socium nõ volui in terra, id est, quod simul tecũ amarem vel haberem, sed te solum volui. Cæterũ, quomodo Deus pars nostra in sequenti versu dicatur, ex iis quæ dicta sunt in expositione Psalmi x v. in versum illum, Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei, plenius poteris cognoscere: quemadmodũ & illud versus vltimi, In portis filiæ Sion, manifestũ relinquimus ex Psalmi 1 x. enarratione, vbi de eisdẽ his portis dicitur, Qui exaltas me de portis mortis, vt annuntiẽ omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. Psal. 15. Psal. 9.

SEPTVAGESIMI TERTII PSALMI ARGVMENTVM.

PSALMVS *iste, populi fidelis est in maxima desolatione & oppressione positi: qui rectè veteri illi populo Iudæorũ in Babylonica captiuitate posito posset aptari. Nos tamẽ maluimus ad nostra referre tempora: in quibus (proh dolor) videmus per singulos ferè annos, immanissimos Agarenos (quæ sibi Saracenorũ nomen falsò vendicant) iuratos & obfirmatissimos hostes Christiani nominis vi armorum loca occupare populi Christiani, sancta prophanantes, Christi templa & sacramenta Ecclesiastica temerantes: denique & populum fidelium sub tributa redigentes, imò exquisitis supplicijs crudelissima morte perimentes: id quod proximo quoque elapso anno maximo mœrore, per Christianissimum Hũgarorum regnum factum audiuimus. Rectè ergo nunc huius Psalmi vsus nobis cõueniet, cũ pro fidelium populorum desolatione, contra immanissimos hostes, Deo nostro supplicare voluerimus. In quo primum querimonia cum postulatione Deo proponitur, vt in hæreditatẽ suam oculos flectere dignetur: atque vt facilior fiat exaudito, crudelitas & superbia hostium, tã in populum quàm in sancta Dei cõmemorãtur: ac deinde versu vndecimo & duodecimo, rursum querela proponitur, quòd nunc Deus ita suos deseruat, quum olim pro patribus mirabilia signa ediderit coram omnibus gentibus: in maris rubri diuisione, in Pharaonis submersione, in Iordanis exiccatione, quum etiam potentia illi nulla desit, vtpote qui dominus sit omnium temporum & omniũ finium terræ, omnium plenè habens potestatem: vt manifestum sit, non deesse illi potentiam saluandi suam*

di suum populum, si tantum velit. Propter quod versu decimonono, ac deinceps, ad finem vsque multis verbis exaggerendo postulat, vt ad miseriam populi & inimicorum crudelem superbiam aspiciens, suos pauperes nō relinquat in manibus truculentissimarū beluarum. Ac B tandē, si fortè nihil humana Deum moueat miseria & populi afflictio, vt vel sui nominis contemptum & blasphemiam, quæ in ipsum iugiter ab infidelibus conijciuntur, aspiciat, & vel hac de causa vltionem in reprobos exerceat, superbia tumidos, Deóque superbè & bonis omnibus aduersantes.

SEPTVAGESIMITERTII PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Vt quid Deus repulisti in finē? * iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ?* 2 *Memor esto congregatiōis tuæ, quam possedisti ab initio.* 3 *Redemisti virgā hæreditatis tuæ. * mōs Sion, in quo habitasti in eo.* 4 *Leua manus tuas in superbias eorum in finē: * quāta malignatus est inimicus in sanctio.*

QVARE ô Deus noster, nos populum tuum, ita penitus tradis & derelinquis in manus hostium tuorum, perinde ac si nos à te in totum repuleris, & nulla prorsus tibi amodo cura sit de nobis: * & quare furorem tuæ iracundiæ ita ostendis aduersus populū tuum, qui sunt oues sanctæ pascuæ tuæ, quorum tu rector & pastor es, defensórq; & propugnator, populū Ecclesiæ sanctæ tuæ? 2 Memor esto C Ecclesiæ tuæ sanctæ, vt eam ita in hostium manibus non derelinquas, sed tua potētia liberes, quā ex antiquis diebus possedisti, quā in patribus primum ex Aegypto in manu potēti eduxisti. vt esses dux eius: ac deinde tui etiam sanguinis pretio tibi emisti, & redemisti in possessionem sempiternam. 3 Redemisti (primum quidem in brachio valido, de manu Pharaonis & Aegypto, deinde sanguinis tui maximo pretio, de potestate diaboli & damnatione mortis), funiculum hæreditatis tuæ, id est, populū tuū, quem in hæreditariā possessionem tibi elegisti: * ipse est mons Sion, Ecclesia tua, fidei cōtemplatione exaltata atque firmata, in qua habitationem tibi cōstituisti & confirmasti in seculum, quam elegisti vt habitares in ea, tanquam in domo & familia tua. 4 Extēde manum tuam, & ad vindicandum leua brachium tuum, aduersus superbiā inimicorum nostrorum: noli vltra permittere, vt suam contra nos impietatem possint perficere, non abeāt impuniti, sed redde illis iuxta merita sua: * quanta enim sunt, quàm multa, quàm grauia, quàm immania quàm truculenta, quàm inaudita, quę populus hostiū maligne egit aduersus populum sanctum tuum: vt meritò non videantur vltrà

vltra tolerādi, neque à misericordia tua, qua semper tuis soles in opportunitatibus misereri, neq; à potentia, per quam hostium soles furorē comprimere. 5 Et in his malis, quæ contra tuū populū perogerunt, gloriati sunt aduersarij nostri & tui, quasi contra te etiā prævaluerint, quasi tu non potueris nos saluare de manu ipsorū. Suæ enim potentiæ, non tuæ permissioni omnē ascribūt victoriam: * gloriati sunt (inquam) & victotiæ signa ostenderunt, in medio solennitatū suarū: in ipsis festiuitatibus, in quibus te solet colere populus tuus, isti suas glorias & pompas exhibuerunt, vt nō licēret nobis sanctificare tuum nomen in solennitatibus tuis. 6 Erexerūt vexilla sua & trophæa in signa victoriæ, sicut in exitibus ciuitatum in portis, super eminētissima vrbis loca, quasi gloriātes plurimum de victoria contrà populum Dei: & non cognouerunt, quòd nō ipsū sua virtute, sed tua magis permissione propter peccata nostra, consequuti sint hanc de nobis victoriam. 7 Quemadmodum in sylua lignorum excisores absq; timore feriunt in ligna securibus suis, & præciderunt ea: sic isti nullum dantes locis sanctificatis honorem, iamnuas templorum tuorū, pariter iunctis viribus, vnanimes in malitia & crudelitate exciderunt: * instrumentis quibus ad eam rem vti solēt in syluis (cuiusmodi sunt securis & bipennis) vsi sunt ad deiiciendas valuas templorum, & ad excidendum atque destruendum hæreditatē tuam, ædificationes populi tui. 8 Igni incenderunt nō tantum domos prophanas, sed loca etiam tuo consecrata cultui, tuo honori nihil defērētes: * polluerunt & cōtaminauerūt tabernaculum dicatum nomini tuo, tēpla sancta in quibus inuocabatur nomen tuū, agēdo in illis quę nequaquā erāt licita, & omnia quæ in ipsis erāt ad cultū tuū deputata (vt vestimenta & vasa sacra) cōfrīgētes, & conuertētes in vsum suū. 9 Dixerūt, tota ista generatio praua & peruersa impiorū, pariter vnanimes, & cōspira uerūt cōueneruntq; in hoc pariter, vt omnes dies festos Dei facerēt cessare in populo fideli, quo sic memoria cultus Dei facilius è cordibus hominū excideret: proposuerūt prohibere celebrationē omniū solēnitatū & festiuitatū, quas habebat in reuerētiā memoriæ Dei fidelis populus, vt sic facilius animū nostrū abs te alienū redderent. 10 Et interim quidē, dū ista tā abominabilia patitur populus tuus, absq; auxilio non desunt qui commoueri incipiunt atq; vacillare imperfecti. qui querulātes dicunt, Ecce signa nobis fieri nulla videmus,

5 *Et gloriati sunt qui aderunt tc: * in medio solennitatis tuæ.* 6 *Posuerūt signa sua signa, & non cognouerūt, sicut in exitu super sum mum.* 7 *Quasi in sylua lignorum, securibus excīderunt ianuas eius in idipsum:* ** in securi & ascia dejecerunt eā.* 8 *Incendederūt igni sanctuariū tuū in terra: * polluerunt tabernaculū nominis tui.* 9 *Dixerūt in corde suo, cognatio eorū simul que in terra:* 10 *Signa no*

quomodo olim fieri solent pro patribus nostris, nullũ prodigiũ pro nostra liberatione videmus, quemadmodum solent olim experiri patres nostri: * insuper neq; propheta quisquã aut vir magnę sanctitatis apparet, q potẽs sit in miraculis & fermone, q nobis loquatur ex ore Domini, vel qui nos cõsoletur in his omnibus tribulationib⁹ nostris, aut q nos iubeat esse bono animo, quíq; nobis indicet quãdiu sit duratura hęc desolatio * & ita satis apparet, quòd nos Deus iã prorsus abiecerit, quòd nullã vltrà curam habeat nostri, vt olim habuit patrũ nostrorum. Si enim adhuc nos respiceret, & nostri gereret curã, aut via aliqua nos liberãret, vt olim patres per signa maxima saluauit: aut certè Prophetã aliquẽ mitteret, q populũ vel cõsolaretur vel instrueret, quẽadmodũ olim fuerũt patribus nostris qui populũ monebant pœnitentiã agere, & viã docebant qua Deum sibi possent placatum reddere. Cũ ergo nihil horũ nunc faciat, videtur nos nõ amplius pro suo populo agnoscere, videtur nos quasi alienos habere.

* *& iam non est Prophetã:*

* *& nos non cognoscet amplius.*

11 *Vsq; quo Deus impropĕrabit: * irritat aũuersarius nomẽ tuũ in finẽ?* 12 *Vt quid auertis manũ tuã, & dexterã tuã de medio sinu tuo in finem?*

11 At tu domine Deus, quandiu patieris aduersarios nostros improperare nobis ac tibi, dicentes, q tu Deus noster potẽs non sis ad saluandũ nos, & male de te loqui: * quãdiu tandem te permittẽte, irritabũt nomen tuum aduersarij nostri, quãdiu impunè in te iaciẽt blasphemias & cõuitia. 12 Et quare in finem vsq; tandiu auertis à nobis benignum aspectum vultus tui, vt non ostendas nobis tuam fortem potentiam: & quare in finem tãdiu auertis siue desinis aut cessas extrahere manũ dexteram tuam de medio sinu tuo? quare tandiu continues manũ tuã in sinu, sic omnia illos impunè permittis agere, nec illis resistis, quẽadmodum homo qui in sinu manum continet otiosus? Extrahe illã potius de sinu, exere, & ostẽde potentiã tuam: sentiant illi vltricem, & nos adiutricem manũ tuam, vt illos digna vltione feriãs, nos verò benigna liberatione defendãs. 12 Nos enim cognouimus, & scimus, non deesse tibi potentiam, si modo velis eam ad nostram salutem cõuertere. Tu siquidẽ qui es dominus Deus noster, ab ęterno in te ipso perfectissimus ab initio mundi creationis, omnibus diebus patrũ nostrorum operatus es pro patribus nostris in magnitudine omnipotẽtis dexteræ tuæ salutẽ: * in signis & prodigiis magnis, quasi in medio terræ, coram vniuersis populis, & regnis, & nationibus per circuitũ: atque ita gloriũ care teipsum soles, atq; sanctificare in conspectu gentiũ per circuitũ, simul & populum tuum magnificare. Scimus autem manum

manũ tuam, quam olim extẽdisti, non esse abbreuiatam: eademq; omnia quæ olim potuisti, etiámnũ posse, si tãtum velis, in opus extendere nũc otiosam. 14 Tu in virtute omnipotentiæ tuæ, olim pro liberatione patrũ nostrorum filiorum Israël, consolidasti mare rubrum, firmumq; ac solidum fecisti, vt in modum muri staret transeũtibus à dextris & à sinistris: * ac post transitũ electorum tuorũ, feroces Aegyptios (qui in modũ draconũ populum tuum hostili animo deuorare quærebant & interficere) insequi volẽtes electorũ tuorum vestigia, tu operuisti aquis, & demersisti in profundum, ita vt nec vnus illorum euaderet. An non hoc maximum potentiæ tuæ signũ erat? An non & nũc similia posis pro populi tui salute, si tantum velis? 15 Contriuisti illic caput Pharaonis illius magni draconis, & superbi Leuiathan, qui cubabat in medio fluminum Aegypti, qui sese ausus fuit opponere tibi, ipsum interfeci sti inuolues fluctibus cũ omni apparatu suo: * eumq; demersum cũ suis omnibus dedisti in escã Aethiopibus, proiecisti eos in escam & cibum atrorũ dæmoum, in portionem eorũ proiecisti eos, in lacum damnationis æternæ: quod quidẽ multò grauius fuit corporali illa demersione aquarum. 16 Post hæc, eidem populo tuo per disruptionem petræ dedisti fontes ita copiosos, vt torrentes & fluuij ex aquis prodeuntibus decurrerent: illic vbi anteà nunquam aqua fuerat, aquam de petra in maxima abundantia dedisti eis: * insuper & fluuios Ethan, id est, flumina fortia tu exicasti: quemadmodum flumen Iordanis, quod erat rapidum & forte flumen, siccum fecisti, vt per ipsum transire possent filij Israël, ad terram promissam tibi ac patribus suis. Si ergo nunc pro populo tuo liberando aliquod virtutis signũ ostenderes, non hoc nouum tibi foret, neque tuo populo insolitũ. 17 Insuper tempora omnia, & temporum vicissitudines in manu tua sunt, dies & nox secundum vicissitudinem inuicem sibi iugiter succedunt tuo imperio: * neque id mirum, quandoquidem tu es qui cõdidisti omne lumen, siue minus, quemadmodum est lumẽ auroræ: siue maius, cuiusmodi est lumẽ solis. Tu enim fecisti omnia luminaria, luminare maius quod præsit diei, & luminare minus quod præsit nocti, & stellas quæ lucent in firmamento. 18 Tu fecisti omnes terminos orbis terræ, orientem scilicet, occidentem, aquilonem & meridiem, & cuncta quæ sunt in omnibus finibus terræ si mul fecisti, & omniũ quæ in eis cõtinentur, plenam habes po

24 *Tu cõfirmasti in virtute tua mare:* Exod. 14.

* *contribulasti capita draconũ in aquis.* Ibidem.

15 *Tu cõfregisti capita draconis:* Ezec. 29.

* *dedisti eũ escam populis Aethiopum.*

16 *Tu disrupisti fontes & torrẽtes:*

* *tu siccasti fluuios Ethan.* Iosue 3.

17 *Tuus est dies, & tua est nox:*

* *tu fabricatus es auroræ et solem:* Genes. 1.

18 *Tu fecisti omnes terminos terræ:* * *æstatẽ & ver tu plasmasti ea.*

testatem: diuersorum quoque temporũ anni vicissitudines, ac secundum diuersas qualitates variabilitatẽ, tu similiter disposuisti: diuidẽs scilicet annum in partes quatuor, nempe, in ver, æstatem, autumnum & hyemem, singulasq; harũ partiũ suis propriis qualitatibus determinans. 19 Tu ergo, potentissime Deus, quem cõstat & temporum, & quæ in eis sunt, omnium habere potestatẽ, qui tantam olim ostẽdisti potentiam, vt prænarrata potueris præstare prodigia: esto etiam huius memor iniuriæ, hanc etiam attẽde impietatem, qua nunc tuum nomẽ blasphematur, & tuus populus affligitur: * quod scilicet inimici nostri blasphemauerunt te dominum Deum nostrum, & populus iste stultus, & infidelis hominum alienigenarum in te non credentium exacerbauit & irritauit nomẽ tuum, tuo nomini sese opposuit, vt ipsum deleret, ipsusque cultum exterminaret de terra. 20 Ne permittas fideles tuos te agnoscentes, & tuo nomini ex fide pura confitentes, ita miserè venire in manus infidelium, qui sunt veluti beluæ immanes, quasi absque intellectu te Deum non agnoscentes, & absq; misericordia, innocentes fideles tuos absque omni compassione crudelissimè interficientes: * & pauperes simplices ac humiles fideles tuos, ne obliuiscaris in æternum, neq; eos perpetuò in potestate impiorum istorum permittas, vt eos perimant & trucident pro suo libito: sed tandem aliquando respice ad auxiliu m eorum qui in te credũt, & confidunt in salute tua. 21 Respice & attẽde ad testamentum pactúmve tuũ quod fecisti cũ electis, memor esto promissionis & pollicitationis eis factæ, quòd non esses derelicturus qui tribulato sunt cõrde, humiles autẽ spiritu saluares: fac, tuo testamẽto satisfacias, vt verax comproberis erga fideles tuos: * nã obscurati terræ, illi qui super terrã obscurati sunt, infideles isti & alienigenæ pleni tenebris infidelitatis & errorũ, excæcatum & obscuratum cor habẽtes, ipsi sunt repleti domibus iniquitatũ, conscientiis inquinatissimis, & omni abomination plenis, quibus valde indignũ videtur & durum tradi sanctos tuos in potestatẽ, vt illis subiiciantur, & illorũ debeant parere imperio. 22 Nõ auertas, neq; à te cõfusum abiicias populũ tuum valde humiliatum & nimium afflictum, oppressumq; ab aduersariis, nõ repellas inexaudito cum confusione populum tuum qui se in conspectu tuo humiliat, tuam opẽ ex tota pectoris fiducia postulans: * pauperes & inopes fideles tui confitebuntur tibi, & laudem dicent

19 *Memor esto huius:* * *inimicus improperauit domine, & populus insipiẽs incitanit nomen tuum.*

20 *Ne tradas bestijs animas cõfitentes tibi,* * *et animas pauperũ tuorum ne obliuiscaris in finem.*

21 *Respice in testamentum tuum:* Psalm. 33. * *quia repleti sunt qui obscurati sunt terræ, domibus iniquitatum.*

22 *Ne auertatur humilis factus cõfusus:* * *pauper & inops laudabũt nomen*

cent nomini tuo, cũ eis benefeceris, cũ eos pro tua benignitate exaudieris. 23 Noli amplius dissimulare, ne vltra distuleris vindictam, sed exurge ad faciendũ iudicium pro populo tuo. Atq; etiam si nos propter nostra peccata digni simus mala tanta perferre: attamen dignũ non est, vt tuo nomini talia inferãtur opprobria. Propter quod, etiamsi ex nostra parte non cõmouereris, vt te nostra nihil commoueat afflictio, certè pro tui nominis honore zelare debes, & vindicare opprobriũ nominis tui, quo affectus es ab impiissimis istis alienigenis: dum & sancta tua prophanarunt, & nomen tuũ blasphemarũt, tuumq; cultũ, quantum in ipsis fuit, extirpare conati sunt: * attende ad improperia & conuiciatorias blasphemias quæ iugiter tibi inferuntur à populo infideli & peruerso, qui tuum nomen absq; timore blasphemãt, eò quòd se videant nullam inde vltionẽ percipere. 24 Noli dissimulare, neq; quasi nõ aduertens inultas relinquere impias voces aduersariorum tuorũ, qui & tibi & nobis propter te obfirmato odio aduersantur: * ecce enim superbia & præsumptio infidelium istorum qui te odiunt, & te in tuis cultoribus persequuntur, nunquam quiescit, sed ascendit iugiter, assiduè machinantur aliquid aduersus nomen tuuũ, aut populum tuum: in quod te latere non potest, cuius oculis omnia nuda sunt & aperta. Propter quod, concludentes, tam ob tuæ gloriæ contempum, quàm ob nostræ afflictionis miseriam, postulamus mitti nobis desuper contra inimicos nostros auxiliũ, vt de manibus sæuissimorũ hostium eruti, quietam & tranquillam in sancto tuo seruitio vitam ducamus.

23 *Exurge Deus, iudica causam tuã:* * *memor esto improperiorũ tuorũ, eorũ quæ ab insipiẽte sũt tota die.*

24 *Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorũ:* * *superbia eorũ qui te oderũt ascendit semper.* Hebr. 4.

ANNOTATIONES IN Psalmum Septuagesimumtertium.

VERSV primo. Vt quid Deus repulisti in finẽ? Plurimum habet conuenientiæ hic Psalmus cum eo qui est in ordine quadragesimustertius, & eẽ vtriusque penè eadem materia, desolatio scilicet populi Dei sub oppressione hostium infideliũ: à qua postulatur diuina liberatio. Vterque allegat quæ prius Deus veteri populo exhibuit mirabilia beneficia, & quàm mirabiliter priores illi patres Dei manu sint pijcti cõmemorat, vt facilius impetretur misericordia. Versu secũdo, Memor esto cõgregationis tuæ, quam possedisti ab initio. Si ad populũ veterem Hebræorum hoc referatur, possedit istos Deus ab initio, ex quo eos de Aegypto eduxit. Si ve-

rō ad populū nouæ legis possedit eos Deus ab initio, ex quo placuit ei in sanguine suo emere genus humanū à patre, de manu diaboli,& per Apostolos ædificare Ecclesiam. Ab eo siquidē tempore,non desiit Christus dominus possidere suam Ecclesiam,nunquam eam dereliquit, quēadmodum neq; derelinquet in finem. Eundem hunc populum fidelem in versu sequenti vocat virgam hæreditatis,id est,virgā hæreditariam,hoc est,hæreditariam possessionē. Videtur enim virga hæreditatis,idē hīc esse,quod alibi dicitur funiculus hæreditatis,dicēte Mose,Pars autem domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. Estq; ratio eadem,cur hæreditas domini virga dicatur & funiculus,quoniam scilicet mēsoriis & funiculis terra diuidebatur. De mōte autē isto,in quo habitat Deus,supra dictum fuit,Psalmo LXVII. Mons in quo beneplacitū est Deo habitare in eo,etenim dominus habitabit in finem. Versu sexto, Posuerunt signa sua signa:hoc est, signa vexillorum suorum voluerūt pro trophæis, erexerūt in signa victoriæ. Vnde beatus Hieronymus vertit, Posuerūt signa sua trophæa. Videtur autē quod sequitur, Et non cognouerunt,per parenthesim esse interiectū, vt quod proximè sequitur:sicut in exitu super summum, iūgatur prioribus, ad hunc sensum. Posuerūt vexilla sua pro trophæis,& signis victoriæ,quasi in exitibus,in portis,super loca altissima, quēadmodū fieri solet à gloriantibus de victoria. Vnde in libro Iudith legimus,victricis mulieris cōsilio,caput Holophernis muro suspensum. Similiter & corpora Saul ac filiorum eius, in muro Betsan à Philisthęis fuere suspēsa in victoriæ signū. Illud autē,Et non cognouerunt,separatim legendū videtur, indicans,hostes non agnouisse quid agerent, & vnde sibi victoria proueniret,& cætera: quemadmodum in Elucidatione explanauimus. Versu septimo,In securi & ascia deiecerunt eam,Psalterium Romanū habet ea,vt referat sancta & ostia templi. Rectiùs autem habet nostra lectio genere fœmineo eam, vt referat hæreditatem, velut etiam in priori parte, ianuas eius accipimus,ianuas hęreditatis Dei. Itaq; sensus erit, In securi & bipenni subuerterūt & destruxerunt hæreditatē tuam,omnia confregerunt & cōminuerunt ausu temerario, hostes insaniētes. Fit autē hoc ex Greca lectiōe manifestius, vbi tam genitiuus eius,quàm accusatiuus eam,genere fœmineo manifestè cernitur haberi. Versu decimo,Signa nostra nō vidimus. Manifestū est hanc vocem non esse illorū qui in versu

Deut.32.

Psal.67.

Iudith.14.
2. Reg.1

versu mox præcedenti dicebant, Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terrā, sed esse vocem populi Dei cōquerentis,inter hæc tanta grauamina,& tam summas miserias,nulla apparere Dei testimonia,nulla signa,nullas Prophetias:vt ex his videri possit Deum prorsus abiecisse populum suum, nec vltrà ad eum in bonū aspicere. Solet enim Deus afflicto populo saltem Prophetas mittere,qui ipsum in tribulatione consolarentur,quēadmodum olim Iudæis in Babylonica captiuitate,Hieremiam,Ezechielem,atq; alios plures. Et fortitan hoc sibi vult versus iste quod in nouissimæ persequutionis miserandis illis temporibus futurū dicunt quidā sanctorum,vt prorsus cesset in Ecclesia Christi ad tempus miracula, cum etiam aduersarij falsa edent prodigia. Versu duodecimo,Vt quid auertis manum tuam & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem? Videtur defectiua esse oratio,verbi adiectione cōplenda:quod dupliciter fieri poterit, vel vt infinitiuus subaudiatur connexus verbo auertis, hoc modo, Vt quid auertis extrahere dexteram tuam de sinu tuo? vel vt imperatiuus subaudiatur:hoc modo, Et dexteram tuam aufer,vel extrahe de medio sinu tuo. Manifestum est autem,seruonem istum iuxta humanum morem sic ad Deum dirigi, quasi otiosum,& manū in sinu gestantem absconditam. Nam absconsio manus in sinu vel sub ascella (vt ait Sapiēs) ad otiosum pertinet. Exerimus autē de sinu,quando ea percutere volumus,aut agere quippiam operis. Chald. translatio verbum supplet,& sententiam cōplet hoc modo:Quare cōuertes manū tuam? dexteram autem tuā de medio bonitatis tuæ exere, vel extrahe,& contere qui præbent molestias tibi. Versu decimotertio. Deus autē rex noster ante secula. Versum istum vnà cum sequentibus aliquot,possumus exponere secundū literam primū,ac deinde secundū sensum mysticū, iuxta quod figuræ illæ quæ exponuntur,significant, Vnde hanc salutem quam in medio terræ Deus est operatus pro patribus,primū ad literam interpretamur de liberatione populi Israëlitici à seruitute Pharaonis: quæ in medio terræ facta est, dū coram omnibus populis gesta,ad omniū aures fama peruenit. Quia verò ista liberatio Israëlitici populi sub Pharaone rege Aegypti,figura erat liberationis populi fidelis per Christū à diabolo,tenebrarū principe,idcirco hanc salutē secundū mysticū sensum interpretamur,illā quæ per Christū in carne propria pro nobis facta est in tēporis plenitudine. Quæ quidem

Prouer.19.

salus rectissimè in medio terræ facta dicitur, quoniã pro omniũ omnino populorũ & gentiũ vtilitate in vno Iudææ loco facta fuit. Omniũ enim cõmunis erat hæc salus, omnibus, æque propinqua, æque vicina omnibus: Aut (vt quidã aiũt) in medio terræ, quia in Iudæa, quæ habitabilis terræ mediũ est. Deinde, quod versũ decimoquarto & decimoquinto, proximè sequitur, de maris trãsitu & capitibus draconũ cõtribulatis in aquis, primũ quidẽ secundum literã de trãsitu filiorũ Israël p mare rubrũ, & submersione Aegyptiorũ exponitur, quẽadmodũ manifestè indicat Chald. Paraph. quæ sic habet, Deus meus cuius diuinitas sancta, ab æterno operata est redemptionẽ in medio terræ. Tu diuisisti in fortitudine tua aquas maris, tu contriuisti capita draconũ, & mersisti Aegyptios in mare. Tu cõfregisti capita procerũ Pharaonis, dedisti eos ad destructionẽ populo domus Israël, corpora verò eorũ draconibus: id est, piscibus magnis, & cetis maris. Secũdũ verò mysticã intelligentiam, manifestũ est, istud de institutione baptismalis sacramenti exponi: in quo diabolus quasi submergitur & cõteritur, dum ei potestas aufertur: populus autẽ domini saluatur, dum ab eius manu à morte saluus euadit per baptisma. Similiter & de eo dicẽdũ quod sequitur, de fontiũ & torrẽtium datione in deserto, & fluminũ exiccatione, quæ secundũ mysticam intelligentiã facilè possunt exponi, quia in deserto gentiũ vbi antè nõ fuerãt aquæ spiritualis doctrinæ vel spiritualis gratiæ, ibi post Christi passionẽ fluxerunt fontes saluberrimæ doctrinæ Euãgelicæ, fontes viuentium aquarũ, q quasi in torrentes excreuerunt, quãdo mirã celeritate per vniuersum orbem transierũt. Exiccata autẽ sunt flumina fortia ad transitũ filiorũ Israël, quoniã potentia potentũ seculi, & sapientia sapientũ euacuata atq; humiliata est, vt nõ noceant veris Israëlitis, in terrã promissionis volentibus ingredi. Omnia ergo ista sic mysticè poterũt aptè interpretari, neq; incõmode ad negotium propositũ, vt per cõmemorationẽ Deo velut in memoriam reducamus, quanta populo suo nouo olim dũ in carne nobiscũ ageret, exhibuit beneficia: propter quod, nos populũ suum meritò nõ debet nunc in fine temporum abiicere, quem olim ita clarũ habuit, & tantis affecit spiritualibus bonis. Attamen expositio illa quæ ad literam historialia facta intelligit, ad propositũ videtur quadrãtior, quàm illa quæ secũdũ mysticos sensus incedit. Versu decimoquinto. Dedisti eũ escam populis Aethiopũ. Populos Aethiopum nos in Elucidatione interpretamur mysticè, denigratos & deterrimos dæmones, quibus dati sunt in escam impii illi & infideles Aegyptij, Pharao cũ exercitibus suis. Iuxta quod in alio Psalmo de impiis persequutoribus iustorum dicitur, Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpiũ erunt, id est, malignorũ & astutissimorũ dæmonũ. Et iterũ, Mittit cristallũ suam (id est homines induratos & obstinatos in sua malitia, cuiusmodi erãt hi Aegyptij, post tot visa signa, nihil adhuc Deũ metuẽtes) sicut buccellã, in escã scilicet diaboli eos proiiciẽs, quomodo buccella, proiici solet ante faciẽ canis vt vocetur. Alij verò dicũt illos datos in escam populis Aethiopũ, quoniam arma illorũ & ornatus atq; diuitiæ ad litora Aethiopum applicabant, atque ita eorũ spolia accipiebant. Qui autem ex Hebræo vertunt, Dedisti eũ in escam populis deserti, pro populis Aethiopum: exponunt de filiis Israël, qui in desertis tum morabantur: quibus quasi in escam dati fuerunt Aegyptij, quando à facie eorum ex Dei virtute sic cõtriti sunt & deuorati, quomodo esca absq; molestia conteritur. Versu decimosexto, Tu disrupisti fontes & torrentes. Non est sensus, Diuisisti fontes & torrentes, quasi in partes secando, quomodo mare rubrum fuit diuisum: sed tantundem est acsi diceretur, Per disruptionem dedisti, vel per diuisionem aut scisionem fluere fecisti fontes & torrentes: per disruptionẽ (inquam) vel diuisionem nõ ipsorum fontium, aut torrẽtium, sed petræ vnde effluxerunt. Valet ergo disrupisti, idem quod disrumpendo vel scindendo dedisti aut fluere fecisti, quemadmodum per contrarium, confirmasti mare, in versu decimoquarto nõ aliud est, quàm per confirmationẽ & cõsolidationem vtrarumq; partium cõtinuisti ne flueret: sed transitum daret. Atq; huic sententiæ apertè subscribit quod habet Chald. Paraphrasis, Tu cõfregisti fontem de rupe, & factus est in flumen. In eo quoque quod sequitur. Tu siccasti fluuios Ethan: quidam per fluuios Ethan intelligũt mare rubrum, quod vicinum fuisse loco vocato Ethan, manifestum est ex cap. xiii. Exodi. Siquidẽ populus Israël egressus Aegyptum, castrametatus est in Ethan, quod est in extremis finibus solitudinis, iuxta quẽ penè locũ inuenerunt illos Aegyptij, cũ ad persequendum eos fuissent egressi. Vnde putant iterũ hìc significari diuisionẽ maris rubri. Verùm quia hoc iam supradictũ fuerat, magis videtur de Iordane sermo fieri, atq; ita illud Ethan suã interpretationẽ

Psalm. 26. Psal. 147.

Exod. 13

accipiet. Sonat enim fortia. Vnde beatus Hieronymus vertit ex Hebræo, Tu exiccasti flumina fortia. Apparet autē, rapidum fluuiū & violētum fuisse Iordanem. Quam sententiam manifestè approbat Paraph. Chald. sic habēs, Tu siccasti flumina Amon, & decursum eius rapidissimū, & Iordanē insuper validū: vbi manifestū est, de fluminibus fortibus & rapidis fieri sermonem. Versu vigesimo, Ne tradas bestiis animas cōfitentes tibi, Bestias secundum similitudinē vocat infideles hostes, vel propter ignorantiam Dei, vel propter crudelitatem & immanitatem, omnesq; misericordiæ & compassionis defectum: dum ita crudelissimè solius Dei odio seruiunt populū, qui nihil sibi nocuit. Pauperes autē, fideles & humiles vocat, Pulchrè verò hunc versum Chald. translatio exponit, sic habens, Ne tradas populis similibus animalibus syluestribus animas discentiū legem tuam, vel eruditas in lege tua, quomodo etiā ex Hebræo vertit Hieronymus. Felix itē pulchra admodū ex vtraq; parte respōdente comparatione, ita vertit, Ne des feræ vel bestiæ animā turturis tuæ, id est, populi tui in lege tua meditantis, & tui desiderio gemētis assiduè, quod est turturis officiū. Versu vigesimoprimo, Repleti sunt, qui obscurati sunt terræ, domibus iniquitatum. Latina lectio hoc loco aliquanto obscurior & inuoluti or est Græca, quæ sic habet, ἐπλησθησαν οἱ ἐσκοτισμένοι τῆς γῆς οἴκων ἀνομίων, hoc est, obscurati terræ repleti sunt domibus iniquitatum. Nam genitiuus terræ, iungi debet cum illo obscurati sunt, & ablatiuus domibus iniquitatum, à verbo repleti sunt, regi. Quem autē sensum hæc lectio habeat, indicat Elucidatio. Posset tamen & aliter exponi, hoc modo, Obscurati terræ, homines impij super terram obtenebrati, & in sua infidelitate obstinati, repleti sunt domibus iniquitatum, hoc est, abundant domibus & exercitibus impiis, in quibus confidunt, & in quibus valent quicquid audent, vbi tu Deus non miseris tuis adiutorium. Versu vigesimosecundo, Ne auertatur humilis factus cōfusus. Participium factus in medio positum, non satis constat, an præcedens debeat, an ad sequens referri. Aptius tamen videtur, vt cū sequenti iungatur, hoc sensu. Ne humilis auertatur factus confusus, id est populus afflictus & humiliatus non auertatur cum confusione. Quam sententiam satis manifestè continere videtur versio Felicis ex Hebræo, Ne reuertatur contritus, confusus: aut, Ne reuertatur miser & pauper confusus.

SEPT

SEPTVAGESIMI QVARTI PSALMI ARGVMENTVM.

In hoc Psalmo Christus introducitur loquens ad patrem, initio quidem simul cum suis fidelibus, dicens se vnam cum illis patri confessionem laudis daturum, & cuncta eius mirabilia annuntiaturam: mox verò in medio versus secundi, ipse solus in persona propria singulariter loquitur de extremi iudicij die, déque mundi perditi reparatione & instauratione, de Euangelica prædicatione, & impiorum à superba mente ad pœnitentiam reuocatione, eò quòd iudex omnium sit Deus, & de calice indignationis pleno facibus, de quo prædicit bibituros omnes peccatores terræ. Nouissimis autem duobus versibus, iterum replicat, se velle semper cantare domino: & in nouissimo die, superbis humiliatis iustos prædicit exaltandos.

SEPTVAGESIMI QVARTI PSALMI ELVCIDATIO.

CONFESSIONE & laude te celebrabimus, ego tuus vnigenitus simul & fratres mei populus credētium tibi, sicut dignus es accipere omnem laudem, omnem honorem, & omnem benedictionem confessione & prædicatione gloriæ tuæ te celebrabimus atque manignificabimus: & laudantes, ex corde fideli affectuque pleno fiduciæ, inuocabimus auxilium sancti nominis tui. 2 In confitendo autem, enarrabimus pro nostra virili cuncta magnalia tua, & opera magnifica, quæ pro tuo populo operari voluisti ab initio: eorumque virtutem & magnificentiam, quantum in nobis erit, prædicabimus, & notam faciemus vniuersis: * ego autē vnigenitus filius tuus, cui dedisti potestatē iudicium facere, quem iudicem constituisti viuorum atque mortuorum, cum tempus aduenerit à te constitutum nouissimo examini, cum dies illa & hora quam nemo nouit nisi tu, dies (inquam) suprema illa & vltima hora omnium humanorum actuum discussioni & retributioni assignata adfuerit, tum ego potestate vtar, quam dedisti mihi, iustè iudicando de singulis hominū operibus, redditurus vnicuique secundum opera sua: iis qui bona egerunt, vitam æternam: illis autem qui mala patrarunt, æterni ignis tormenta. 3 Liquefacta, dissipata & prorsus resoluta, siue vsq; ad nihilum redacta fuerat terra, cum omnibus inhabitatoribus suis: quando ante meum aduentum, sub

1 *Confitebimur tibi Deus, cōfitebimur, & inuocabimus nomen tuū.* Apoc. 4. & 5.

2 *Narrabimus mirabilia tua:* Ioan. 5. Actu. 10. * *cū accepero tempus: ego iustitiæ iudicabo.* Mat. 24. Mat. 28. Ioan. 5.

3 *Liquefacta est terra, & omnes qui habitāt in ea:*

Universidad de Deusto Biblioteca

principatu diaboli (qui tum erat huius mundi princeps (regnante impietate, & concupiscentia dominante, omnes declinauerant, vixque supererat operans bonum: cum plenus esset mundus errorū tenebris, & omnia idololatriā ac aliis vitiis enormibus essent fœdata atque dissipata: * ego verò tempestiuè in hunc mūdum aduenīens, terram iamiam velut ruituram & disperituram in nihilum, salutari remedio prædicationis ac doctrinæ Euangelicæ seruaui, ac velut columnarum firmitate suffulciui, atque constabiliui, ne prorsus deficeret: quemadmodum cum domus ruinæ proximæ, suppositis columnis, aut iis quæ columnarū vice sint, subiectis, sustētatur ne cadat. Ita planè orbem perditū, & iam proximum vt in nihilū collaberetur (vtpote nimia malitia deuastante omnia) ego aduenīēs, salutari doctrina Euangelij, velut firmamento columnæ sustentaui & constabiliui, vt nō penitus collabatur vsque in consummationem seculi. 4 Reuocaui impios ab impietate sua, dixique illis in terrore comminationis meæ, nolite pergere in vestris iniquitatibus, neque addatis vltrà præuaricationē ad ea quæ hactenus egistis, sed pœnitentiā agite præteritorū facinorū, & iustitię amodo vacate: * & iis qui in delictis & impietatibus versantur denuntiaui cum terrore comminationum mearum, ne cornua sua erigerent, ne superbè & præsumptuosè agere perseuerarent, ne in superbia sese exaltarēt, ob suam temporalē potentiam atq; diuitias seculi. 5 Nolite (inquiebam ego illis) eri gere vestra cornua in excelsum, nolite de vestra potentia gloriari contra Deum, neq; in vestris temporalibus gloriis præsumatis, vt quicquam audeatis aduersus illum agere impietatis: * cauete, ne contra Deum extento collo in superbia & abusione loquamini, quæ blasphema sunt & impia, ne de illo blasphemando aliter loquamini quam deceat, néve contra illum proponatis agere, quę non conueniant præuaricando, sed potius seruite illi vt domino Deo vestro in timore, & exultate ei cum tremore: 6 Meritò sanè cauendum est omnibus, ne aduersus Deum erigant cornu, quoniam ipse est Deus vnus ac solus iudex, neque est præter eum alius, neque ab oriente, neque ab occidente, neque à montosis locis deserti, qui ad meridiem sunt, neque item ab aquilone, neque ab vlla omnino parte alius potest venire Deus: * quoniam Deus vnus & solus iudex est, potestatē habens facere iudiciū omniū in terra, q vnus omniū & bene & male facta examinabit atq; remunerabit pro merito, cuius tribunali sisti, & cui iudicio præsentari suo tēpore debebunt, velint, nolint, vniuersi: illi etiā qui in hoc seculo superbè sese exaltant, & cornua erigunt aduersus ipsum. Siquidē illius vnius iudicio omnes necesse est præsentari: neque quisquā erit vel tam potens, vel tā sapiens, qui eius possit iudiciū effugere. 7 Ipse autē iudex vnus secundū iustitiæ suæ equitatem, pro cuiusq; merito faciet remunerationē, hos quidem humiliando, & in ima inferni cōdemnationis sententia demergendo, cum eis inquiet, Discedite à me maledicti in ignem æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius: illos autē exaltando in vitam æternā pro studio bonarum operationum cum eis inquiet, Venite benedicti patris mei, possidete paratū vobis regnū ab origine mundi: * Est enim in manu iudicis huius dispēsatio eōdignæ retributionis & distributiōis promeritę mercedis, quasi calix in manu hominis alicuius, tāquā calix (inquā) vini fortissimi & impotabilis, plenus cōmixtione fœcum & sordiū, totusq; turbulentus, & fœculentus, vt horror sit ex illo bibere, illúmve gustare. Est enim hic calix iræ & indignationis Dei omnipotētis qui cōtinet vltionem amarissimam, & impotabile iudicium, quod est tanquam vinum meracissimū, fortissimum, durissimum, & prorsus fœculentū, quod sit impotabile. 8 Et inclinauit Deus hūc calicem quem in manu tenet, ex parte vna in aliam, quēadmodum fieri solet cum diuersis ex eodē calice datur bibere: ex eodē hoc poculo potū propinat omnibus impiis, quos omnes simili iudicio condēnat, eodēq; condemnationis poculo potat: * veruntamen quāticunq; peccatores ex hoc calice bibāt, adhuc nō est fęx eius prorsus exhausta, neque vnquā exhaurietur, adhuc eadē seruatur dānatio impiis pōst vēturis, & de hoc calice bibituris: semper iram & indignationē Dei bibent, & sentētia mortis amarissima potabūtur, quicunque id suis malis operibus cōmeruerint, Infernus enim & perditio nunquam replētur, nunquam dicunt, sufficit: * bibent ex hoc calice iræ & indignationis Dei omnes qui super terrā mala patrarūt, & peccatis se cōmaculauerunt, nec egerunt pœnitētiam. Huiusmodi omnes bibēt amarissimas fœces calicis huius, horúmne vnus quidē effugiet mortis iudicium? 9 Ego autem pariter cum meis fidelibus annūtiabo in ęternū mirabilia Dei patris mei, misericordiā erga bonos, & erga impios iustitiam: * cantabo in Psalmis & hymnis, laudémq; & honorē dicam, in testimonium

ego confirmaui columnas eius.

4 *Dixi iniquis, nolite inique agere:*

& delinquētibus, nolite exaltare cornu.

5 *Nolite extollere in altum cornu vestrum:*

nolite loqui aduersus Deū iniquitatem.

Psalm. 2.

6 *Quia neque ab oriēte, neque ab occidēte, neque desertis montibus*

Ioan. 5.

quoniam Deus iudex est.

inclinauit ex hoc in hoc:

verūtamē

fæx eius nō est exinanita.

& bibēt omnes peccatores terræ.

9 *Ego autē annuntiabo in seculum:*

cantabo Deo Iacob.

niũ gratiarum actionis, Deo patri meo, qui est Deus populi
10 *Et omnia cornua peccatorũ confringam:* Lucæ 1. *& exaltabuntur cornua iusti.* Psal. 149. sui. 10 Et in tẽpore iudicij illius, de quo iam antè dixi, ego conterã atque comminuam omnia cornua impiorum, omnẽ superbiã & celsitudinem prauorum ego deprimam & humiliabo, deponámq; omnes potentes de sede, & diuites faciam vacuos: *iustorũ autem humilitatem ego subleuabo, & eorũ potentiam glorificabo: quando exultationes meas, & patris mei, dabo in guttur eorũ, & gladios ancipites in manibus: quando in capite eorum ponam diadema gloriæ meę, & sceptrum regni mei dabo in manibus eorum. Erit enim tũc & manifestè apparebit omnibus mirabilis illa mutatio, qua omnes qui se in mundo exaltauerant, humiliabuntur: contrà verò exaltabuntur qui se humiliauerant.

ANNOTATIONES IN Psalmum septuagesimum quartum.

VERSV primo, Confitebimur tibi Deus, confitebimur, & inuocabimus nomen tuum. Recto ordine confessio præmittitur: succedit inuocatio. Sunt enim, qui solo timore nõnunquam inuocant, quando nõ merentur exaudiri iuxta illud, Tũc inuocabunt, & nõ exaudiam. Et fatuis virginibus clauso ostio clamãtibus dicetur, Nescio vos discedite omnes operarij iniquitatis. Qui autem confitentur Deo, vt oportet, corde videlicet, ore & opere, (Nã ore ac verbis confiteri, factis autem negare, nihil aliud quàm irrisio est & simulata hypocrisis) hi sunt qui fiducialiter inuocare possunt nomen Domini. Versu secundo, Cũ accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Accepit quidẽ iam Christus potestatem faciẽdi iudiciũ, iuxta quòd apud Ioãnem dicitur, Potestatem dedit filio pater iudiciũ facere, qa filius hominis est. Et apud Matthæũ, Data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra. Et in Actib' Apostolorũ, Hunc constituit Deus iudicem viuorũ & mortuorũ. Nondum tamen accepit tempus, in quo suum debeat cõplere iudiciũ, quia nondum tempus illud aduenit iudicãdi, quod à patre ab æterno est prædefinitũ. Cum ergo tempus hoc acceperit Christus, tum iudicabit iustitias. Iudicare autẽ iustitias, accipiendũ videtur, vt idẽ sit quod iudicare iusta, quomodo ex Hebræo vertit Hieronymus, Ego recta iudicabo. Nam iuxta cõmunem loquendi consuetudinem scripturarũ, facere bonitatẽ, poni solet pro facere bonũ: facere iustitiam,

Miche. 3. Matth. 25. Titum 1. Ioan. 5. Matth. 28. Actu. 10.

F iam, pro iustè agere: facere iniquitatẽ, pro facere quod iniquũ & malũ est, atque ita in aliis. Aut intelligatur Christus iudicaturus iustitias, quoniam iustitias hominũ examinabit, & de iustitiis iudicabit: ita vt in quibus eas inuenerit, pro iustitiæ qualitate reddat beata præmia: in quibus autem abesse cõpererit, illis reddat æterna tormenta, eò quidẽ maiora, quò longius ab illa abfuerint. Attamen prior intelligẽtia, secundum consuetudinẽ scripturarũ videtur prior. Posset verò hoc iudiciũ Christi intelligi iudiciũ prius, quod iam impletũ est in primo ipsius aduẽtu, quo videlicet pro humano genere in temporis plenitudine iudicauit, dum huius mundi principẽ foras eiiciens, cõdemnauit: humanũ autẽ genus de captiuita te misera, & grauissima tyrannide misericorditer liberauit. Cũ enim tempus accepit Christus, quo hoc iudiciũ fieri debebat, vbi aduenit tẽporis plenitudo, magnificã rem cõpleuit in potentia virtutis suæ, mortẽ simul ac mortis autorẽ sua morte interficiens. Huic autẽ sensui non ineptè cõsonat versus qui subsequitur, de constabilitione terræ, iuxta expositionem à nobis in Elucidatione positã. Versu tertio. Liquefacta est terra: & omnes qui habitant in ea, ego cõfirmaui columnas eius. In Elucidatione versum istũ de cõstabilitione & restauratione mundi per Euangelicæ doctrinæ prędicationẽ, & sancti spiritus desuper missionẽ, sumus interpretati. Iuxta quã expositionem, manifestum est secundàm metaphoricã loquutionẽ accipiendum, quod dicitur de confirmatione columnarum terræ. Quemadmodũ enim ædificium quod minatur ruinam, & casui proximũ est, columnis subiectis fulcitur, & stabile redditur, vt iam casum nõ metuat: ita mundus qui ante Christi aduentũ videbatur penè in extremas fæces deuenisse, vt vix vltrà pietatis quicquam esset relíquũ, stabilitate doctrinæ ipsius Euangelicæ velut cõfirmatus est atque stabilitus, ita vt iam imperpetuum fide & pietate penitus nequeat deficere. Semper enim verbũ Dei cõseruabit electos. Potest etiã intelligi de futura mũdi purgatione, hoc modo, Antequã aduenia ego in iudiciũ, liquefiet terra, & igne cõflagrationis purgabitur, cũ omnibus inhabitãtibus. Neque mirum si liquefiet, si cõburetur terra à facie mea: quando quidẽ ego ab initio stabiliui & fundaui eam, cõstituendo eã super stabilitatem suam, vt nõ moueatur neque cadat in seculum, atque ita velut posui, & firma locaui fundamẽta eius: quemadmodum illa quę firma & immobilia volumus consistere, solemus

Psal. 103.

solemus super' confirmatas columnas ædificare. Ipse enim Deus est,qui terã fundauit,stabilémque posuit,nec aliud habet fundamentũ vel columnam stabilitatis suæ,nisi Dei verbum. Versu quarto, Nolite exaltare cornu. Exaltatio cornuũ quæ,in hoc Psalmo frequenti admodum iteratione repli catur,superbia elatio intelligitur. Vnde & vulgo dicim⁹,quépiã erigere vel extollere cornua,vbi sese per superbiã magnificare & exaltare aduersus alios cœperit. Vnde Horatius de vini virtute,carmine ludens,pauperẽ dicit hausto vino sume re cornua. Et vulgo homines,vbi quempiam viderint ferociã,superbiam,aut proteruiam relinquere,dicunt illum cornua ponere,aut perdidisse cornua. Itẽ & cum significare volumus,nos quẽpiam humiliaturos,& superbiã proteruiámq; dedocturos,dicimus nos illi attrituros siue detrituros cornua quæ gerit superbiens atq; proteruiens. Sumpta est metaphora à tauris feris,qui gloriantur cornuum potẽtia: quomodo peruersi homines eleuantur suis temporalibus dignitatibus, potentiis atq; diuitiis. Versu sexto, Quia neque ab oriente,neque ab occidente,neque à desertis montibus. Manifestum est,hũc sermonem pati defectum:potéstque variis subauditionibus compleri. Vel sic,Neque ab oriente neque ab occidente,neque desertis mõtibus,alius est Deus vel iudex, quoniam vnus Deus,vnus ipse est iudex omnium. Vel sic, Neque ab oriente,neque ab occidente,&c. Veniet liberatio, vel saluatio,vel effugiũ cuiquam hominum, in die nouissimi examinis:quoniam Deus est iudex vniuersalis omniũ,cuius potẽtiæ nemo potest resistere,cuius imperium & iudiciũ nemo poterit effugere,eò quòd in omni loco ipse habeat plenum & perfectum dominium. Nemini enim spes esse debet contra Christi Dei nostri iudicium posse quenquam habere auxiliatorẽ aut defensorem,per quem illam possit seueritatẽ impune euadere,si actionibus malis in vita corporis eam promeruerit. Vel sic,Neq; ab oriente,neque ab occidẽte,&c. cuiquã venire potest vera exaltatio,nisi à Deo,neque cuiquã potest contingere,nisi cui Deus donauerit. Is nanque solus exaltatus vere est & magnus,non qui se exaltat,sed quẽ exaltat Deus:quemadmodũ non est probatus qui seipsum commendat,sed quem cõmendat Deus. Atque ita aptè etiam consonat quod sequitur,quoniã Deus iudex est,cuius nimirum soli⁹ est exaltare exaltatione certa ac solida. Vnde mox subditur:Hunc humiliat,& hũc exaltat. Atque hanc sententiam aptè

2. Cor. 10

aptè exprimit versio Felicis,quæ hoc loco sic habet, Quoniã neq; ab oriente,neq; ab occidente, neq; à deserto exaltatio. Primæ autẽ expositioni(quam & in Elucidatione solam sequimur)cõsonat Cald. Paraphrasis sic habens,Quoniã non est alius præter me,ab oriente vsq; in occidentem. & à septẽtrione domus desertæ,& abaustro vsq; ad loca montosa. Cæterũ,illud quod dicitur,à desertis mõtibus,plagã meridionalẽ significat. Nã desertũ magnum(in quo & montes erant) Iudææ à meridie est,quemadmodũ mare Iudæis est ab occidẽte. Versu septimo,Calix in manu domini vini meri,plenus mixto. In Elucidatione hũc calicẽ interpretati sumus,dispensationẽ iustæ vltionis & cõdemnationis, quã Deus propinabit impiis. De quo calice,& alias in scriptura frequens fit mentio,vt Psalmo x. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarũ,pars calicis impiorum. Et in Apocalypsi. Si quis adorauerit bestia & imaginẽ eius &c. hic bibet de vino iræ Dei,quod mixtũ est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulphure in cõspectu angelorum sanctorum, & ante conspectum agni. Item Eiaiæ 51. Eleuare, eleuare, consurge Hierusalẽ,quæ bibisti de manu domini calicem iręeius:vsq; ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad fæces. Quibus verbis exprimitur vehemens vltio & grauis vindicta Dei super populum Israëliticum. Et quidem interdum tẽporalis punitio,interdum verò sempiterna indicatur,velut & in loco proposito. Quòd autem calix iste dicitur plenus vini meri,significat fortitudinem,duricié,& grauitatem vltionis,quod ipsum magis exprimit plenitudo commixtionis, & turbulẽtia quæ subiungitur. Duo enim sunt quæ maximè vinum faciũt impotabile,primum quidem si nimium sit austerũ,rigidum,fortè,violentum,nec bene attemperatum debilitati humanæ complexionis: deinde,si turbulentum sit,& fæcum cõmixtione amarum redditum. Dum ergo duo hæc ad calicem adiicit,eius impotabilitatem significat. Impotabilitas autem (vt ita loquamur) calicis, signat impotabilitatẽ diuini iudicij,quod super impios veniet in,die nouissimo. Vnde Petrus Apostolus in epistola secũda loquens de malis angelis,dicit,eos nõ portare aduersum se execrabile Dei iudicium,id est importabile eis esse,terribile & horribile Dei iudicium. Posset tamen calix istæ prædictus generaliter intelligi,vt includat retributionem vtranq;, tam bonorum quàm malorum. Atque ita quidem calix iste intelligetur dispensatio

Psal. 10
Apoc. 13
Esa. 51
2. Pet. 2

tio iustitiæ Dei, secundū quam vnicuique congruā pro meritis tribuet mercedem, bonis salutem, malis damnationem, Cū enim Deus per eandē suam iustitiam, his quidem vitam, illis autē damnationem æternam retribuit, quasi ex eodē calice iustos simul & impios potat. Verū iuxta hanc expositionē, per vinum merū conuenientius intelligenda videtur fœlicitas & iocunditas vitæ æternæ. Nam vinū lætificat cor hominis. Licet autē in hoc tempore nonnunquam gustare & bibere detur lectis de vino isto, tamen iam non merū est, non C purū est non ita præstans & electū, quemadmodū tunc erit, quādo absq; omni cōmixtione tristitię solidū & plenissimū erit gaudiū. Tali ergo vino mero, tali vino præstantissimo & amabilissimo plenus est calix ille Dei, vt inde reficiantur & inebrientur sancti. Si quidē hi inebriabūtur ab vbertate domus Dei. Et calix iste sic inebrians, quàm præclarus est. Non tamen solum inest vinum istud merum, sed propter impios plenus est mixto, plenus est fœcibus commixtis, plenus est felle & absinthio, quæ ex eodem calice potabunt omnes impij. Ex eodem calice bibent pij vinum merum, & impij fœces amarissimas. Atque ita quod in versu sequenti subnectitur, Et inclinauit ex hoc in hoc, pulchrè admodum intelligitur, ex dextera in sinistram: iis quidem qui ad dexteram sunt ouiculis inclinando, vinum purissimum præbens, illis autem qui ad sinistram, ex eodem fœces amarissimas & turbulentissimum potum administrans. Vtraque autem harum expositionum bene apta videtur: neque satis apparet, vtra vtri sit præferenda, nisi quòd non multum in scriptura soleat calix complecti vtranque retributi onem, videlicet piorum & impiorū pariter, sed diuisim, vel solam retributionem fœlicitatis, vel solam damnationis, iuxta exigentiam materiæ de qua sermo habetur. Hebræa quoque lectio non videtur ferre nisi calicem impiorum. Sic enim iuxta Hieronymi versionē legimus, Calix in manu Domini est, vino meraco vsque ad plenum mixtus, & propinabit ex eo: vbi duorum contentorum nō potest accipi distinctio, sed vnius tantū ad summum vsq; impletio, quod vtique videtur in malum accipi, tum propter præcedentia, in quibus terror iudicis significatur, tum propter consequentia, in quibus secum fit mentio, quas vtique in electorum non erit inuenire. Consonat & Chald. Paraphrasis quæ calicem hunc vocat calicem maledictionis, plenum vino mero, & temperamento amaritudinis. SEP

Psal. 103

Psalm. 35
Psalm. 22

ANNOTATIONES EX HEBRÆO ATQVE CHALDÆO IN SECVNDAM ET VLTIMAM PARTEM Psalmorum, quibus quid in vnoquoque Psalmo distet originalis lectio Hebræa à nostra vulgata Latina, demonstratur. Diuersorum quoque ex Hebræo interpretum, variæ versiones explanantur. Per fratrem Franciscum Titelmanum Hasselensem.

IN PSALMVM LXXV.

VERSV tertio, Ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum. Hieronymus, Ibi confringet volatilia arcus, scutum & gladium & bellum, vertitq; ad eundem modum & Felix. Intelligunt autem per volatilia arcus, non aliud quàm sagittas, quæ ex arcu velut euolant, dum ictiūtur impetu, & magna celeritate eiaculātur. Versu quarto, Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Hieronymus, Lumen tu es magnificè à montibus captiuitatis. Potest autem hoc secundum eundem sensum exponi, quem suprà in Elucidatione atq; annexis annotationibus assignauimus lectioni vulgatæ, videlicet de sanctis Apostolis, qui rectè captiuitatis mōtes dici possūnt, vel quoniā captiuo generi humano destinati, ad illuminādos eos qui in tenebris & in vmbra mortis captiui tenebantur sub mortis imperio: vel quoniā & ipsi de filiis erant captiuitatis huius, per quos Deus lumine suo libertatem nobis magnificè voluit concedere. Neque enim angelos misit ad illuminationem mundi in tempore gratiæ, qui visibiliter mundum illuminarent: sed fragiles & viles homines filios captiuitatis, vt tanto magnificentior esset victoria de principe tenebrarum, tenebris è Lucæ. 1.

mundo fugatis. Posset etiam præpositio, à, accipi, vt significet E
comparationem & excellentiam, sicque sensus erit, Lumē tu
es magnificè præ montibus captiuitatis, vel plusquam mon-
tes captiuitatis. Atque ita per montes captiuitatis intelligi
poterunt, omnes præeminentes scientia & sapientia huius
seculi. Hi enim propter sublimitatem suæ scientiæ atque sa-
pientię montes sunt, sed montes sunt captiuitatis: neq; com-
parari valent secūdum luminis sui claritatem, vnico illi mon
ti æternitatis Christo domino, cuius sapiētiæ collatus omnis
humanæ sapientiæ factus, non nisi obscuritas est & meræ te- F
nebræ. Vtrique autem expositioni rectè consonat quod mox
subditur in versione Hieronymi, Spoliati sunt superbi cor-
de. Christi enim lumine mundo coruscante, omnis sapien-
tia mūdi obscurata est, iuxta illud Prophetæ, Perdam sapien-
Esaiæ 29. tiam sapientiū, & prudentiam prudentium reprobabo. Ver-
1. Cor. 1. su quinto, Nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in mani-
bus suis. Hieronymus, Non inuenerunt omnes viri exerci-
tus manus suas. Et pro eo quod post sequitur, Ab increpatio-
ne tua Deus Iacob, dormitauerunt qui ascenderunt equos:
idē sic vertit, Ab increpatione tua Deus Iacob consopitus est
currus & equus. Est autem hæc sententia, Aduersarij verita- G
tis, & Euangelij persecutores, tua diuina virtute impediti,
non potuerunt quicquam efficere manibus suis. Hoc enim
est non inuenire manus, nihil manibus posse efficere, manus
non inuenire potentes ad perficiendum cordis desiderium.
Ab increpatione insuper & imperio diuinæ iussionis, nihil
potuerunt in curribus & equis suis, factique sunt absque vir
tute equi & currus, & nihil potuerunt efficere. Consentiunt
versioni Hieronymi iam explanatæ cæteri ex Hebræo inter-
pretes. Versu decimo, Quoniam cogitatio hominis confi-
tebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.
Hieronymus, Quia ira hominis cōfitebitur tibi, reliquiis iræ H
accingeris. Quod nō ita est intelligendum, quasi ipsa homi-
nis indignatio per se laudem adferat Deo: sed quòd per occa
sionem ira malorū veritati resistentium, & fidelem populum
totis viribus impugnātium (de quibus in prioribus versibus
mentio facta est) Dei potentiam reddat celebrem, & faciat
Rom. 9. gloriosam: quemadmodum Paulus Apostolus cap. 1x. Epi-
stolæ ad Romanos, de vasis iræ dicit, quòd in multa patientia
sustineantur à Deo, apta in interitum vt notam faciat in eis
poten

potentiam & iram suam. Reliquis autē siue residuo iræ im-
piorū accingitur Deus, quando propter reatum impietatis il
lorum, contra veritatē insanientium ad vltionē condignam
se parat. Alij verò aliis modis & vertūt & interpretantur. No
bis impræsentiarū sufficit Hieronymi versionē explanasse.
Ad prædictum autē sensum posset vtcunq; etiam vulgata no
stra lectio reduci, si cogitationē intelligamus malam machi-
nationem hominū impiorum cōtra Deum & populum eius
ac veritatem, astutè impieq; cogitantiū. Versu vltimo, Ter-
ribili & ei qui aufert spiritū principum. In Hebræo verbum
B ponitur batzar, quod significat vindemiare. Dicitur enim
Deus vindemiare spiritus principū: quoniam sicut homines
racemos vindemiantes colligūt, hinc & illinc legendo, asbq;
vlla laboris molestia: ita Deus quos vult nulla difficultate in
mortem colligit, & de vita auferens, quasi de vite botros de-
cerpit. De qua vindemiatione in Apocalypsi, angelorum vo-
ce ad dominum habētem in manu falcem acutam, clamatur,
Mitte falcem tuam acutam in terram, & vindemia botros vi
neæ terræ, quoniam mutatæ sunt viæ eius.

C

IN PSALMVM LXXVI.

VERSV secundo, Manibus meis nocte cōtra eum, & non
sum deceptus. Hieronymus sic habet, Manus mea no-
cte extenditur, & non quiescit: id est, non cessō etiam per no-
ctem te deprecari. Quo significatur infatigabilis & assidua
viri iusti oratio. Felix autem sic vertit, Vulnus meū per no-
ctem defluxit, & non resedit vel cessauit. In quo proponit tri-
bulatus suam afflictionē, comparatq; eam plagæ aut vulneri
cōtinuò saniem stillanti per diem & noctem. Versu tertio,
D Memor fui Dei, & delectatus sum. Hieronymus, Recordatus
Dei, conturbabar. Quod intelligi potest ob peccatorum re-
cordationem. Quoties enim in afflictione positi Dei habe-
mus memoriā, meritò conturbari nos conuenit propter no-
stra peccata quibus Deum offendimus, & tribulationes mul-
tò maiores promeriti sumus, Felix, Memor ero Dei, & voci-
ferabor. In eo autē quod sequitur, Defecit spiritus meus: ver-
bum Hebraicū quod ponitur pro defecit, significat summam
cōmotionem & exagitationē, velut cum quis anxietate ob-
uoluitur, & totus operitur angustia. Vnde Felix vertit, An-
xietate inuoluetur, vel operietur spiritus meus: alij torque-

baria misit eis in abũdantia. Græcè est ἐπισιτισμόν, numeri singularis: pro quo psalterium Romanũ habet frumẽtationem, quod intelligi debet prouisionem vel commeatum frumẽti: id est, panis. Nã frumẽtationem intelligi oportet, panis prouisionem. Posset́que aptè sic verti per numerum singularem, Commeatũ misit eis in abundantia. Cui etiam cõsonat quod ex Hebræo vertit Felix, Cibũ viaticum misit eis ad saturitatem. Cibus enim viaticus, cõmeatus est, & econtrario, Hieronymus verò nobiscum cibaria vertit. Neq; est in his vlla sensus diuersitas. Versu trigesimo, Transtulit Austrum de cælo. Pro austro, in Hebræo ponitur kadim, quod significat ventos Orientales, à kedem, quod significat Orientem. Vnde ex Hebræo beatus Hieronymus & Felix vertunt, Eurum siue ventum Orientalẽ. Diuersam tamen assignant huius versus sententiam. Nam Hieronymus sic habet, Abstulit Eurum de cælis, & induxit in fortitudine sua Aphricũ: qua lectione manifestè significatur venti Orientalis qui flauerat ablatio, prohibitio atq; cessatio, ac pro eo exuscitatio venti alterius, nempe Aphrici. Atque huic sentẽtiæ consentit quod vertunt alij: Vertit Eurum in cælis, & induxit Aphricũ. Dicitur enim verti ventus, quando mutatur. Alij verò sic putant vertendũ, Suscitauit, vel progredi fecit, aut surgere fecit Eurũ in cælis: iuxta quem sensum habet psalterium Romanũ, Excitauit Austrũ de cælo. Et huic sentẽtiæ posset etiã vulgata litera Gallicani psalterij facilè applicari, intelligẽdo, transtulit de cælo, fecit flare & exurgere desuper. Verùm nõ videtur hæc sententia satis cũ sequenti consonare, quoniam ibi de alterius vẽti introductione fit mẽtio. Sed & in Græco ἀπῆρε ponitur, quod significat abstulit, nõ excitauit, vel progredi fecit. Versu trigesimoquinto, Et electos Israël impediuit. Ex Hebræo vertit Hieronymus, Et electos Israël incuruauit: Alij, humiliauit: hoc est, per mortem interfecit. Aut etiã eos qui residui fuerãt ad humilitatẽ & pœnitentiam cõuertit, & electos etiam ac nobiles ad mansuetudinẽ, & timorẽ conuertit. Posset insuper ex Græco (quod habet σωνεπόδησαν) verti compediuit, quasi pedes stringendo & prohibendo ne in promissionis terram possent ascendere, per mortis scilicet interfectionem. Significatur autem hoc versu, quòd non secundum personarum acceptionẽ Deus exercebat iudiciũ, faciens primos esse in pœna qui autores ac primi fuerãt in culpa. Verisimile enim est, pingues,

A pingues electos, & delicatiores (vtpote magis affluetos diuersorum ferculorum omnigenis deliciis) murmurationis fuisse præcipuos autores, eosque ad se promiscuum vulgus in murmurationem attraxisse. Versu trigesimoseptimo, Et defecerũt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum festinatione. Ex Hebræo sic vertendum, Consumpsit in vanitate dies eorum & annos eorũ. Ipse scilicet dominus, propter vanitatem, & infidelitatẽ consumpsit dies eorum & annos celeriter, quia intra annos quadraginta totum illum exercitũ murmuran-
B tiũ pro introitu terræ promissionis, prostrauit in deserto, sollis Iosue & Cales seruatis ad ingressum terræ. Felix autẽ pro eo quod habemus cũ festinatione, vertit, in horrore. Et quidem valde horrẽdum fuit, tantum exercitum ita breui tempore posterni omnes in deserto, vt iuxta verbum domini, nec vnus præter duos illos ingrederetur in terrã promissam. Hieronymus tamen secundum sententiam nostræ lectionis vertit, veloci ter. Versu quadragesimo, Et dilexerunt eum in
C ore suo. In Hebræo est, lactauerũt, vt vertit Hieronymus: vel adulati sunt ei, vt Felix: siue persuaserunt illi cum ore ipsorũ, id est, ore simulabant & blandiebantur, promittentes mirabilia, cum non rectũ esset cor eorum. Versu quadragesimosecundo, Ipse autẽ est misercors, &c. Ante hunc versum Hebræorum libri diuisionem faciunt, interponuntq; dictionem significantem hîc esse totius libri psalmorũ dimidium. Computarunt enim (nescio diligẽtia nimia, an superstitione dicã) versus omnes totius libri psalmorũ, ac iuxta suam computationem dimidium hîc esse inuenerũt: cuius tamen neq; Hieronymus neque Felix in suis versibus vllam faciũt mentionem, neque talem possunt diuisionem. Versu quadragesi-
D mosexto, Et sanctum Israël exacerbauerunt. Hieronymus habet concitauerunt. Felix verò, Sanctum Israël circunscripserunt, quod exponit dicẽs: id est, potẽtiam eius limitauerunt, vel signauerũt, tentando scilicet & diffidendo de eius omnipotentia, vt cũ versibus prioribus diceret, Quia percussit petram, & fluxerunt aquæ. Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam in deserto? Versu quadragesimonono, Et conuertit in sanguinẽ flumina eorum, & imbres eorũ ne biberent. Vbi nos imbres habemus, psalterium Romanũ habet, aquas pluuiales, quæ in idẽ redeunt: quoniam imbrẽ nos per aquas stagnales & pluuiales debemus exponere. Verùm

bitur,vel extasim patietur spiritus meus.Beatus autem Hie E
ronymus nobiscum habet, Defecit spiritus meus. Versu
quarto, Anticipauerũt vlgilias oculi mei.Hieronymus, Pro-
hibebam suspectum oculorum meorum:id est,non audebam
leuare ad te oculos meos,vel ad te suspicere oculis meis:qué-
Matt.6. admodum de Euangelico publicano legimus,quòd nolebat
nec oculos ad cælum leuare. Felix, Tenuisti palpebras vel
custodias oculorum meorum: hoc est, non permisisti oculos
meos deficere,aut somno claudi,sed vigiles eos custodisti in
oratione & meditatione. Pro eo autem quod sequitur,turba- F
tus sum,Hieronymus reddidit, stupebam: Felix, confractus
sum,quod exponit,deliquium animi passus sum. Versu sex-
to,Et scopebam spiritum meum. Beatus quidem Hieronymus
nõ aliud vertit quàm habet lectio vulgata.Felix tamẽ cõ
uersam ponit sententiã, dicẽs, Perscrutabitur spiritus meus.
Quod si ad ipsummet spiritum referatur, vt sit sensus, Per-
scrutabitur sese spiritus meus: sensus coincidit cum iis quæ
dicta sunt in principalibus annotationibus de spiritu scobẽ-
do,fodiendo, ventilando,vexando,atque emundando. Si ve- G
rò ad Dei iudicia, quomodo alij exponunt,sensus habetur di
uersus, cui magis fauet quod habet Paraphra. Chalda. Inue-
stigabit mirabilia scientia cordis mei. Versu septimo,Aut
non apponet vt complacitior sit adhuc? Clarius ex Hebræo
sic vertit Hieronymus, Aut non repropitiabitur vltra? Felix,
Et non addet vt bonæ voluntatis sit vltra: hoc est, non vltra
beneuolentiam suam exhibebit. Versu decimo, Et dixi,
nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelsi.Hieronymus,Et di-
xi, imbecillitas mea est: hæc commutatio dexteræ excelsi.
Cuius lectionis sensus est,Non est aliud quàm infirmitas,ni-
mium ea infirma & pusillanimis, ô anima mea, nõ satis fidis,
neque satis fixam & fortem te mõstras in domino Deo tuo, H
dum ita querularis: tales enim mutationes sunt dexteræ ex-
celsi. Dei excelsi dextera est, quæ potest mutare pro suo pla-
cito vt voluerit, & in illo oportet te habere fiduciam, in illo
Psalm.4. corroborari,in quo poteris omnia. Est enim ex infirmitate
& pusillanimitate ac defectu fiduciæ in Deum, quòd pleriq;
adeò sunt perplexi, vel nimium anxij, vel pro præteritis quę
recogitant malis,vel de præsentibus quæ perferunt, vel de
futuris quæ metuunt,Oportet enim attendere, quòd omnis
bona commutatio ad potentiam altissimi spectat, & quod

A in illo fidentes omnia possint,in ipso enim sanctus Iob spera Iob. 17.
bat post tenebras lucem. Felix verò pro imbecillitate, vertit
expectationem, hoc modo,Et dixi, expectatio mea est, mu-
tationes dexterę excelsi.Cuius sensus est,Dixi in corde meo,
meum est expectare & præstolari dominum (In silẽtio enim Esaiæ 30.
& spe iuxta Prophetam,erit nostra fortitudo) quoniam mu-
tationes sunt in manu Dei, potens est altissimus cõmutatio-
nem facere cum voluerit:& qui nũc affligor, si patienter ex-
pectauero, potens est Deus efficere, vt pro afflictione reci-
B piam consolationem. Cætera satis consentiunt.

IN PSALMVM LXXVII.

VERSV decimosexto, Statuit aquas quasi in vtre. Hie-
ronymus. Stare fecit aquas quasi aceruum. Eadem est
cum vulgata lectione sententia. Item & in eo quòd versu
priori,pro campo Taneos, vertit,regionem Taneos.Et ver-
su decimooctauo quod nos habemus, Adaquauit eos velut
in abyssо multa: ipse clarius reddidit, Potum dedit quasi de
abyssis magnis. Nam adaquare positum est pro potum da-
re,sumpta similitudine ex gregibus pecorum, quæ dicuntur
C adaquari. Versu vigesimo, Panem angelorum manduca-
uit homo.In Hebræo habetur, panem abbirim,quod beatus
Hieronymus & alij plures vertunt,panem fortium vel robu-
storum: quia scilicet tali pane fortes & robusti reddeban-
tur. Non enim minus quàm panis terrenus, verùm amplius
etiam confirmabat corda sumentium- Aut forte propter fi-
gnificationem panis viui illius, tempore gratiæ mundo de-
scensuri desuper (cuius non dubium est manna corporeum
fuisse figuram) panis robustorum aut fortium dictus intel-
D ligatur: quoniam is cuius typum gerebat,panis viuus de cæ- Psal.103.
lo mittendus confortaturus erat corda sumentium in vitam
æternam:iuxta quod apud Ioannem Saluator testatur, dicẽs,
Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.Et qui man- Ioan.6.
ducat me, & ipse viuet propter me. Alij verò dicunt signi-
ficari nubes, vertuntque panem nubium, eo quòd desuper
descendebat de loco nubium. Alij angelorum, rationibus
quas in Elucidatione atq; prioribus annotationibus assigna-
uimus. Felix in sua versione prædicta omnia complectitur,
dicens,Panem robustorum,vel regum,vel angelorum,vel nu
bium comedit vir. In secunda autem parte cum dicitur, Ci-

huic iectioni videtur non admodum fauere quod dicunt, in E
Aegypto aut vix, aut modicissimè fieri pluuiam, terrā autem
Nili inundatione (quæ illi pluuiæ vice est) irrigari, propter
quod, non apparet satis verisimile fuisse ibi aquarum pluuia-
lium congregationes. Hanc autem difficultatem Hebræa le-
ctio non habet, quæ pro imbribus habet riuos, quemadmo-
dum Hieronymus & cæteri omnes ex Hebræo verterūt. Ae-
gyptus nanque (vt Strabo refert libro decimoquarto) fossis
Nili riuos excipientibus vndique intersecta est, vt vbiq; sit
nauigabilis. Omnes autē istos fluuios & riuos, maiores pari-
ter & minores, conuertit Deus in sanguinem, Erit autem o- F
mnis difficultas à vulgata lectione ablata, si dicamus, impro-
priè imbres poni pro paruis aquarū congregationibus. Nam
parui riuuli, comparatione ad Nili magnitudinem non nisi
imbres cōputantur. Versu quinquagesimoprimo, Et dedit
ærugini fructus eorum. Nicolaus perottus in commentariis
linguæ Latinæ (quos Cornucopiæ appellauit) dicit pro ærugi
ne hoc loco poni debere rubiginē. Hanc enim dicit in sege
tibus inueniri, non autē ærugine. Ponit autem inter duo hęc
differentiam, quòd rubigo sit quæ in metallis situ contrahi-
tur, arida & rubra, paulatim absumēs metallū, qualem vide- G
mus in ferro: atq; hāc Græcis dicit à colore rubeo ἐρυθρὸν ap
pellari, quæ dictio in Græco præsenti in loco habetur. Aerugi
nē verò dicit esse eam quæ in metallis cōtrahitur ex humore
nō rubea & sicca, sed humida & viridi. Dicit autē corruptio-
nē quę segetes occupat, appellari rubiginē, quòd sicut illa fer
rum atq; alia metalla cōsumit, sic ista segetes exurit vel con-
sumit. Vnde & Robigus Deus dictus fuit, cui fiebat sacrificiū
ne rubigo segetes occuparet: & Robigalia huiusmodi sacrifi
cia fuerūt appellata. Sunt tamen qui inter prædicta nō ponāt
differēti. n, idem intelligentes rubiginem & ærugine m. In H
Hebræo autem nec ærugo habetur nec rubigo, sed brucus,
quomodo beatus Hieronymus vertit, Dedit bruco germen
eorum. Versu quinquagesimoseptimo, Et perduxit eos tan-
quam gregē in deserto. Hierony. Minauit eos tanquam gre-
gem in deserto: hoc est, per desertum, quod pulchrè curā Dei
erga populum suum, secundum pastoris similitudinem expli
cat. Versu quinquagesimonono, Et deduxit eos in montem
sanctificationis. In Hebræo habetur, Adduxit eos ad termi-
num sanctificatū suum, vel ad terminos sanctificationis aut
sanct i

A sancti tatis suæ. Nec tamen secundū rē differt à priore lectio-
ne sentētia. Versu sexagesimonono, Virgines eorū non sunt
lamentatæ. Quoniam nō est Latinis vsitatum, vt verbum La-
mentari in palsiua accipiant significatione, beatus Hierony-
mus per actiuū fecit eloquutionē, hoc modo, virgines eorum
nemo luxit. Aliter tamen vertit Felix, Virgines eorū non nu-
pserūt, ad significandum quòd omnis tum aberat lætitia, ob
nimiam tristitiam occupantem omnium animos. Adiicit in
margine, Virgines eorum nō sunt laudatæ, quod intelligen-
dum est, nō sunt laudatæ epithalamiis, vel canticis nuptiali-
B bus: quod idem est ac si dicamus, non nupserunt: hoc est, non
est audita in eis vox sponsi & sponsæ. In eo quoque quod se- 1. Reg. 4.
quitur in versu proximo, Viduę eorum (nempe sacerdotum)
non plorabantur. In Hebræo actiuè habetur, Viduæ eorum
non fleuerunt, vel plorauerunt, intelligendo maritos. Et (vt in
Chalda. Paraphra. dicitur) non licuit viduis plangere eos, ni-
mirum maritos, vel quia & ipsæ morte perierunt: quemad- 1. Reg. 5.
modum de vxore Phines legimus primo libro Regū, quum
audisset mortem viri partu animam exhalante: vel quia ni-
mio timore pro sese ipsæ grauabātur. Versu septuagesimo-
C secundo, Et percussit inimicos suos in posteriora Hierony-
mus vertit, Percussit inimicos suos retrorsum: similiter & Fe
lix. Quod intelligi potest in posterioribus partibus, vbi Phi-
listhæos legimus percussos: vel generaliter, vt significētur do
minio priuati quo dominati fuerant super populum Dei, &
iisdem subditi facti, quibus antè dominabātur: vt facti sint in
caudam qui antè fuerant in caput, contraria fortè, in contra-
riū Dei vltrice manu cōmutata. Verti etiam potest. Percussit
inimicos eorum posterius, vel postea: vt sit sensus, Postquam
inimicis eorum vsus fuisset ad populi sui punitionem, quasi
D virgā peracta correctione populi sui, illos qui prius alios cru
deliter percusserant, posterius percussit: quēadmodum solet
virga cū detrita fuerit castigationis vsu, in ignem proiici. Et
sic ferè fecisse legimus dominū in sanctis historiis, quòd eos
quibus ad correptionem suorū vsus fuit, postmodum & ipse
grauiter afflixerit: eo quòd non Deo, sed sibi asscriberent, vi-
ctoriam, & quia nimium crudeli animo ac superbè nimium
egissent negotium. Versu septuagesimoquinto, Et ædifica-
uit sicut vnicornium sanctificiū suum. Hunc passum diuersi
diuersimodè transferunt. Felix quidem sic vertit, Aedificauit

sanctuarium eius, velut excelsa, id est, velut cælos vel palatia superba & magnifica: ad quem sensum etiã reduci posset lectio vulgata. Aedificauit sicut vnicornium sanctificiũ: id est, sanctuarium suum ædificauit in magna gloria & dignitate, tanquam ædificium vnicornium: quomodo scilicet illi gloriosas sibi mansiones præ cęteris animalibus construunt, vt sunt potentissima & glorioſa animalia. Beatus autem Hieronymus, iuxta sententiam veteris lectionis vertit, Aedificauit in similitudinem monocerotis sanctuarium suum. Nam quod Græcè μονόκερος, Latinè vnicornis dicitur. Chald. etiam Paraphra. sic habet, Aedificauit sicut cornu naris cornis vel rhinocerotis sanctuarium suum: hoc est, excellenter.

IN PSALMVM LXXVIII.

VERSV primo, Posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. Ex Hebræo vertunt Hieronymus ac Felix, In acervos lapidum, Potest etiam verti, in desolationem, vel in deserta. In vtroq; verò idem significatur, nempe destructio & dissipatio ciuitatis Hierusalem. Quãdo enim ciuitatis muri infringuntur, & domus ac turres diruuntur, manifestũ est ciuitatem in lapidum aceruos redigi: ac tunc etiam in solitudinem ponitur, quoniam interfectis habitatoribus habitationes dissipantur. Cęterùm, de redacta Hierusalem in aceruos lapidum sub illustri Antiocho, manifestum testimonium præbet historia Machabæorum, quando præfectus tributorum ab Antiocho missus, dolosè in ciuitatem Hierusalem irruit, & percussit eam plaga magna, perdiditque populum multum, & ciuitate spoliata eandem igni succẽdit, domósque eius destruxit, & muros per circuitum demolitus est. Versu vigesimosecũdo, Posside filios mortificatorũ. in Græco est τεθνηκοτωμένων, id est, morte affectorũ, quod in vulgata editione dicitur mortificatorũ, in Psalterio autẽ Romano, morte punitorum. In Hebræo verò aliter habetur. Pro filiis enim morte affectorum vel mortificatorum, habetur, filij mortis. Nec posside habetur, sed dimitte vel relinque, vel dissolue, ad hunc modum: Relinque, vel dissolue, vel dimitte filios mortis: hoc est, eos qui morti addicti sunt, & mortem adhuc expectant in captiuitate positi, qui nondum gladio hostili perempti sunt, sed quotidie expectãt periculum mortis: hos (inquam) tu dimitte, dissolue, facque liberos à periculo, ser-

A ua eos gratia, ne hostili manu cadant, quemadmodum cæteri qui iam occubuerunt. Aut relinque eiusmodi, id est, fac superesse, vt vel reliquię saluentur populi tui, & nõ prorsus deleantur simul. Filij autem mortis, iuxta proprietatem scripturarum appellantur, qui morti addicti atque deputati sunt, & quibus in in proximo mors imminet.

IN PSALMVM LXXIX.

B VERSV quinto, Domine Deus virtutum, quousque irasceris super orationẽ serui tui? In Hebræo habetur, Vsquequo fumabis, quod est, irasceris. Dicitur enim fumare, vehemẽter irasci & indignari, ita vt fumus de ardente vultu videatur ascendere, quemadmodum in alio Psalmo dicitur, Ascẽdit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit. Versu sexto, Cibabis nos pane lachrymarũ, potũ dabis nobis in lachrymis in mẽsura. Beatus Hieronymus, pro pane lachymarum, vertit panẽ flebilẽ, Cibasti nos (inquit) pane flebili. Loco eius autem quod sequitur. In lachrymis, in mensura vertit, in lachrymis tripliciter. Quod exponunt aliqui abundanC ter & copiosè, quoniam trina mẽsura perfectionem indicat.

Vnde Felix in cõtextu vertit, In maxima mẽsura. Alij exponunt tribus vicibus (quemadmodum ad marginem ponit Felix) id est, manè, vespere & meridie, hoc est, semper & continuò. Alij dicunt vocabulum Hebraicum hic positum salis, significare capacem mensuram, & significari in proposito sermone magnã abundantiam. Felix putat etiam verti posse, Feciſti nos bibere lachrymas catenarũ, vel lachrymas in catenis: hoc est, in captiuitatis miseria. Versu vndecimo, Et arbusta eius cedros Dei. Ex Hebræo sic verti potest, Rami eius D cedri Dei, supple sunt: vt significetur, genitos de illo populo fuisse eleuatos altissimè in modũ cedrorũ quę sunt altissimæ arbores. Versu decimonono, Et nomẽ tuum inuocabimus. Hieronymus, Et nomine tuo inuocabimur: hoc est, vocabimur populus tuus, & peculiũ tuũ. Felix, Et in nomine tuo clamabimus: id est, tuũ nomẽ inclamabimus in prẽlio: quẽadmodũ Gedeon clamabat, Gladius domini & Gedeonis, vel in nomiIudi.7. nis tui inuocatiõe clamabimus, ad te solũ spẽ nostrã & voE leuantes. Cęterùm, de huius Psalmi titulo, qui est, In finẽ, pro iis qui commutabũtur, siue pro liliis, iam sæpe dictũ est. Quod autem additur in quibusdam codicibus, pro Assyriis,

id Hebræa non habent,& videtur adiectum,eo quòd contra inimicos dirigatur sermo.

IN PSALMVM LXXX.

VERSV tertio,Buccinate in neomenia,tuba,in insigni die solẽnitatis vestræ. Quod hęc buccinatio in tuba ad nouã lunã:id est,in initium mensis Septembris pertineat, iuxta quod in Elucidatione expositum est,manifestè indicat Paraphrasis Chaldaica,sic habens,Clangite per lunã Septembris cornu.Quod autẽ sequitur,In insigni die solennitatis vestrę, id tametsi Hieronymus,ferè iuxta modum nostræ lectionis F verterit,In medio die solẽnitatis vestrę:& Felix, in solẽnitate,in die festiuitatis nostrę,potest tamẽ & aliter verti,In operimẽto festiuitatis nostræ,quod exponũt de festo tabernaculorum,quando in tabernaculis habitabãt cooperti in memoriã habitationis deserti. Alij rursum malunt vertere, In desi-
Num.29 nito tẽpore sacrificij nostri.Nam prima dies Septẽbris festũ tubarũ erat tempus destinatũ speciali sacrificio.Nam in lege definitum erat,quid in illo die, & quomodo deberet offerri.

Versu quinto,Testimoniũ in Ioseph posuit illud cũ exiret de terra Aegypti.Chal.Paraph.hîc intelligit personã Ioseph. G Sic enim habet,Testimoniũ super domũ Ioseph posuit, qui non attigit vxorẽ domini sui:in illo die egressus est de domo carceris,& dominatus est super regionem Aegypti, labium quod nesciebat didicit & audiuit.Quã etiã sententiam non omnino malè pateretur lectio Hebræa, si pro eo quod nos habemus,Cũ exiret de terra Aegypti, verteretur, Cũ exiret super terrã Aegypti, videlicet tanquã princeps & dominus. Veruntamẽ tota ipsa textus connexio huic sentẽtiæ videtur reclamare, quemadmodũ & in aliis annotationibus tetigimus,& planè nobiscũ Beatus Hieronymus vertit, Cũ exiret H de terra Aegypti,quod non ad Ioseph secundũ propriã ipsius personã potest accommodari. Neq; ipsi Ioseph aliquãdo hoc testimoniũ positum est,aut prȩceptũ datum, de festis huiusmodi celebrandis. Versu decimo,Et Israël nõ intẽdit mihi.Hieronymus,Et Israël non credidit mihi: Felix,Et Israël noluit me,vel non desiderauit me:id est, auersatus est me,& abiecit per incredulitatẽ & inobedientiam. Versu duodecimo, Si populus meus audisset me,&c. In Hebræo ponitur particula optatiua,hoc modo, Vtinam populus meus audisset me.Israël si in viis meis ambulasset. Illud autẽ quod pòst sequitur,Inimici domini mentiti sunt ei,& erit tempus eorũ in secula.Aliqui cũ præcedentibus continuant ad hunc sensum,Si populus audisset me,inimici domini mẽtiti fuissẽt eĩ (hoc est,coacti fuissẽt seruiliter supplicare,& plura ad euasionẽ suppliciter promittere,quàm potuissent præstare, quẽadmodũ facere solent seruiliter supplices)& fuisset tempus eorũ in secula:hoc est,ipsi in æternũ floruissent,atq; vixissent in omni prosperitate,& postremò in vita sempiterna. Quidam autem versum vltimum similiter coniungunt hoc sensu, Et B cibasset illos dominus ex adipe frumenti,& de petra saturasset eos melle.Verũ quod nostra lectio habet, videtur verisimilius per modũ indicatiuũ in duobus versibus nouissimis, quẽ etiã beatus Hierony.in sua ex Hebræo versione seruat.

IN PSALMVM LXXXI.

VERSV primò, Deus stetit in synagoga deorum.In Hebræo secundo loco habetur numero singulari el, quod est Deus.Vnde Hieronymus sic vertit. Deus stetit in cœtu C Dei. Quod potest intelligi, Deũ stare in cõgregatione iudicis,qui vocatur Deus.Iudicẽ enim circũstat turba quærentiũ & expectãtium iudiciũ.In horum autem medio stetit Deus, tanquã iudex primus atque præcipuus,attendens quale iudicium iudicet is qui eius vicem gerit in terris.Atque ad hanc sententiã vertit Felix, Deus astat in congregatione iudicis. Quod autem sequitur, In medio autem deos diiudicat,hunc habet sensum,In medio deorum vel iudicum, Deus iudicem agit, Est autẽ ipse iudicum iudex, quomodo regum rex, & Apoc.9. dominantiũ dominus. Versu tertio, Humilem & pauperẽ iustificate,Iustificate positũ est impropriè,pro iustè facite. D est enim sensus.Iustè facite, vel facite iustitiã humili & pauperi quemadmodum vertit beatus Hieronymus, Egeno & inopi iustè facite. Versu septimo,Vos autem sicut homines moriemini. In Hebræo habetur keadam : quòd si vertatur, valet,sicut homo vel sicut homines:si verò non vertatur sonat,sicut Adam,quemadmodum non versum reliquit Hieronymus,Ergo sicut Adã moriemini:hoc est,sicut Adã primus pater vester mortuus est,sic omnes vos posteri eius quacũqi fitis eleuati potentia,dignitate,& gloria,omnes moriemini. Est enim hæc lex communis super omnes filios Adam. Felix

lix vtroque modo vertit, sicut homines, vel sicut Adam. Esset autem sermo plenior & sonantior, si pro, autem, poneretur, tamẽ, aut veruntamen, hoc modo, Vos tamen sicut homines moriemini: id est, quanquã dij estis, attamen moriemini. Atque ita vertit Felix, Veruntamen sicut Adam vel sicut homines moriemini: & Chald. translatio: Attamen in veritate sicut filij hominum, vel sicut homines moriemini.

IN PSALMVM LXXXII.

VERSV primo, Deus, quis similis erit tibi? ne taceas. In Hebræo nõ est totũ hoc, quis similis erit tibi, sed ita iuxta versionẽ Hieronymi legitur, Deus ne taceas, ne fileas, & non quiescas Deus. Felix ferè similiter, Ne taceas tibi, ne fileas, vel non silentium, supple tibi sit, & non quiescas Deus.

Versu terrio, Et cogitauerũt aduersus sanctos tuos. In Hebræo habetur, Inierunt consiliũ aduersus arcanum tuum, vt vertit Hieronymus, vel cõtra absconditos tuos, vel super arcana tua, quomodo legit Felix. Intelligimus autem per absconditos Dei, sanctos eius, quos ipse sub alis protectionis suæ abscõditè seruat, ne fiant in direptionẽ gẽtibus. Si autem neutro genere legamus, cõtra abscõdita vel arcana tua intelligere possumus sacra vasa templi, & alia quæ in tabernaculo siue in tẽplo custodiebãtur occulta, nec vulgi aspectibus erãt expositа. Hæc autẽ maximè idololatræ quærebãt prophanare: quomodo frequẽter legimus, quòd sancta vasa abstulerint vel cõfregerint, vel in prophanos suos vsus aptauerint, & sancta omnia conculcauerint. Si verò numero singulari, contra arcanũ vel abscõditum legamus, intelligere possumus ipsam domini hæreditatem velut occultatã sub eius protectione & absconditã. Aut occultũ Dei consilium, aduersus quod impij machinantur, cupiẽtes ipsius cultũ subuertere. Generi neutro ac numero plurali fauet quod habet paraph. Chald. Consiliũ fecerunt super abscondita in thesauris tuis. Versu septimo, Facti sunt in adiutoriũ filiis Loth. In Hebræo est: Facti sunt brachiũ filiorũ Loth. In Græco εἰς ἀντίληψιν hoc est, in susceptionem, quomodo habet lectio Romani psalterij. Est autem sententia eadem. Quid enim est aliud brachium alicuius fieri, aut fieri alicui in susceptionem & defensionem, quàm in adiutorium illi fieri? Versu vndecimo, Omnes principes eorum qui dixerunt, hæreditate possideamus nobis

nobis sanctuarium Dei. Principium huius versus Hebræi iungunt cum fine præcedẽtis, ad hunc sensum, Pone principes eorum sicut Oreb & Zeb & Zebee & Salmana, omnes principes eorum: hoc est, qui fuerunt omnes principes Madianitarum: ac deinde subiiciunt, Qui dixerunt, hæreditate possideamus, & cætera. quod referũt ad caput versus præcedẽtis, Pone principes eorum (scilicet aduersariorum nostrorum) qui dixerunt, & cætera. Vel etiam ad finem versus sequentis, ad hunc sensum, Ita pone principes hostium nostrorum, vt olim posuisti Oreb & Zeb & Zebee & Salmana, qui omnes fuerunt principes eorum, qui præsumpserant dominari in populo domini, vbi Deus tantum dominari debebat, non alienigena. Versu decimoquarto, Et in ira tua turbabis eos. In Hebræo habetur, In turbine tuo, pro in ira tua. Nec tamen est diuersa sententia. Siquidem ira Dei propter suam vehementiam suúmque terrorem, rectè turbini comparatur, & secundum metaphoram turbo appellatur: quomodo apud Abacuc de ira persequentium dicitur: Venientibus vt turbo ad dispergendum me.

IN PSALMVM LXXXIII.

VERSV secundo, Cor meum & caro mea exaltauerunt in Deum viuum. Hieronymus, Laudabunt Deum viuentem. Felix tamen nobiscum vertit, Exultabunt in Deum viuentẽ, Sententia verò eadem est. Versu tertio, Et turtur nidũ, vbi reponat pullos suos. Pro turture, Hieronymus generale nomen auis constituit, alij verò, hirundinẽ magis dicũt significari. Iuxta generalẽ nostram expositionẽ in Elucidatione adiunctisque annotationibus posità nihil refert, quæ auiũ species exprimantur. Versu quinto, In secula seculorũ laudabũt te. Loco illius, in secula seculorum, beatus Hieronymus & Felix vertunt, addhuc adhuc, pro quo alij ex Hebræo vertunt, perpetuò. Id enim manifestũ est velle propositũ sermonẽ. Nam adhuc adhuc laudare, nihil est aliud quàm perpetuò laudare. Versu sexto, & septimo, Beatus vir cuius est auxiliũ abs te, ascẽsiones in corde suo disposuit, in valle lachrymarũ, in loco quem posuit. Etenim benedictionẽ dabit legislator. Hîc locũ multò secus ex Hebræo transferũt, Hieronymi quidem lectio sic habet, Beatus homo, cuius in te est fortitudo, semitæ in corde eius: transeuntes per vallem fletus, fontem ponent eam, benedictione quoque amicietur doctor

doctor. Cõsonat quoq; huic per omnia Felicis versio in contextu. Et quidẽ id quod priore loco dicitur, Beatus homo cuius fortitudo abs te est, semitæ in corde eius, eandem ferè habet cũ nostra vulgata lectione sententiam: si tantum de semitis mandatorũ Dei dictum accipiatur. Quod autem sequitur, Transeuntes per vallẽ fletus, fontem ponent eam, ita potest intelligi, Qui in Deo spẽ habentes, semitas bonas, & vias domini in corde sibi cõstituerunt ad perambulandum eas, ipsi transeuntes per vallem istam ploratus & miseriæ, præ nimio desiderio cælestis patriæ, lachrymis implebunt eam, vt quasi fons plenus aquarum videatur ista vallis. Atque ita profectò quasi fons aquarũ calidarũ plenus appareret vallis ista fletus, vallis miseriæ, si dignis deploraretur fletibus, si lachrymis pro merito cõgruẽtibus rigarent eã omnes trãseuntes. Quod autẽ sequitur, Benedictione quoque amicietur vel inducetur doctor, intelligi potest de mercedis benedictione, qua in futuro ornabitur, qui iã in valle miseriæ alios instruxerit ad iustitiam, iuxta quod per Danielem dicitur, Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiã erudierunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Alij verò huius loco sic vertũt, Etiam cisternæ implebuntur pluuiis, vel pluuiæ implebũt cisternas. Quod rectè de cisternis cordiũ fidelium accipimus, quæ pluuiis diuinæ consolationis implẽtur, si in præsentivita, vt oportet, luxerint pro desiderio cælestis patriæ, si transeuntes per vallem fletus, fontẽ eã posuerint. Beati enim (inquit Saluator noster) qui lugent, quoniã ipsi consolabuntur. E contrario verò, qui per vallem hanc fletus transeuntes, non eam fontem ponunt lachrymarum, qui nunc noluerũt lugere, facientes sibi de loco fletus locum risus, de loco exilij locũ patriæ, horum cisternæ erunt vacuæ omni pluuia, horũ corda siti peribunt, & ariditate spiritualis gratiæ deficient. Quidã verò Hebræorum expositores, omnia ista quæ secundũ spiritualem sensum pulcherrima sunt, ad literã trahentes, exponunt ea de corporali ascẽsu Iudæorũ ad tabernaculum domini, ad festa domini celebranda: quorum nimium steriles expositiones non solum non insequi, sed nec cõmemorare libet. Versu vndecimo, Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorũ. Ita quidem nobiscum vertit Hieronymus, nisi quòd pro, tabernaculis peccatorum, vertit, tabernacula

Dani. 12.

Matth. 5.

nacula impietatis, quod in idem redit. Illud tamẽ, abiectum esse, in Hebræo ampliorem habet emphasim. Sonat enim Hebraica lectio ac si dicas, Malui ad limen desidere domus Dei, vel elegi ad limen habitare, aut volo, potius manere apud ianuam domus Dei, quàm intra domos huius mũdi: vbi omnia sunt impietate plena. Vnde quidam sic exponũt, Mallem esse vilis ostiarius, aut abiectus ianitor, ac seruire in domo Dei, quàm, &c. Nam apud homines vile satis est seruire ad modũ ianitoris officium, quod non nisi senibus, & ad alia inutilibus solet committi. Significat autem hac figura loquẽdi, malle se minimum esse, & omniũ infimum in regno cælorum, quàm omnium maximum & glorioſissimũ in hoc seculo. Cui non male consonat quod Saluator post summam commendationem Ioannis Baptistæ adiicit, dicens, Qui autem minor est in regno cælorum, hic maior est illo. Versu duodecimo, Quia misericordiam & veritatẽ diligit Deus. In Hebræo aliter legitur, Quia sol & scutum dominus. Est autem dominus sol, quatenus sua potentissima virtute terrã cordis nostri fœcundat, nosque calescere facit amore diuino, item & nostras vires omnes reparat, facitq; nos reiuuenescere, quemadmodum sol iste corporeus terram suis radiis fœcundam facit, & rebus omnibus calorem atque vigorem præbet. Quomodo autem ipse scutum nostrum dicatur, omnibus per se notissimum expositione non indiget.

Lucæ 7.

IN PSALMVM LXXXIIII.

VERSV primo, Benedixisti domine terrã tuam. Hieronymus ita vertit, Placatus es domine terræ tuæ: Felix, Dilexisti aut voluisti domine terram tuam, vel cõplacuit tibi domine terra tua. Ad verbum autem ex Hebræo verti posset, Voluntas tua domine terræ tuæ, id est, beneplacitũ tuum ad terrã tuam. Quæ omnia ad eãdem ferè sententiam pertinẽt, ad quem vulgata lectio. Hoc ipso tamen quòd terram Deus dilexit, & in terra sibi complacuit, abstulit ab eis maledictionem, & contulit benedictionem pro maledictione. In Græcis autem exemplaribus, quæ nunc sunt in manibus, pro benedixisti habetur εὐδόκησας, quòd propriè significat complacuisti, vel beneplacitum habuisti, vt sit sensus: Beneplacitũ habuisti domine terrã tuam: id est, complacuit tibi in ea. Nunquam autem vox illa Græca significare inuenitur bene-

dictionē.vnde videntur interpretes qui ex Græco in Latinū E fecerunt versionem,legisse ἐμίγησα pro ἐδόκησαῦ,quorum prius significat benedixisti.Nō est enim inter duo illa verba diuersitas,nisi duarū literarū:vt hac occasione facilè poterit alterum scribi pro altero. Versu tertio, Mitigasti omnem iram tuam.Hieronymus pro mitigasti vertit cōtinuisti. Felix similiter, vel congregasti siue collegisti, videlicet vt non se vltra extenderet, neque vltra desæuiret. Sicut enim effundi dicitur ira Dei,cum ad vltionem emittitur:iuxta illud, Ef- Psal.34. funde iram tuam,& cætera,ita cōgregari vel colligi vel con F tineri dicitur per oppositum,quando iam cessare iubetur, vltione perfecta.Quod autem in secūda parte dicitur, Auertisti ab ira indignationis tuæ, aptius & clarius diceretur genere passiuo(quēadmodum vertit Hieronymus) conuersus es vel auersus es ab ira. Est tamen eadem in nostra lectione sententia,intelligendo accusatiuum: hoc modo, Auertisti te ab ira.

Versu quarto,Et super sanctos suos,& in eos qui cōuertuntur ad cor.Hic versus in Hebræo cum præcedēte vnum efficit,& aliam habet quàm in vulgata lectione sententiam. Sic enim Hieronymo interprete legimus, Audiam quid loquatur dominus Deus, quoniam loquetur pacem ad populum G suum & ad sanctos suos,vt non cōuertantur ad stultitiam, atque ad eundem modum vertit Felix. Nec aliter habet Chaldaica Paraphra. Ad intelligentiam autē huius lectionis,considerare oportet differentiam Synagogæ à populo nouæ Ecclesiæ,de quo reuelata ore hic prophetat Psalmista.Nam vetus ille populus, quantiscunque acceptis promissionibus & beneficiis terrenis,per duram suam ceruicem, semper cōuertebatur ad insipientiam, ad tentandum dominum, ad idola colendum, atque ad alia huiusmodi,quæ veræ sunt insipientiæ. Ad populum autem nouum in sancta Ecclesia & ad sanctos qui in ea per spiritum nouum regenerantur, loquitur H Deus pacem,vt dato eis (iuxta Prophetam) corde carneo pro Ezech. 11. dura ceruice, non vltra conuertantur ad insipientiam, non redeant ad pristinæ infidelitatis priorumque peccatorum miseriam. Verti etiam potest ex Hebræo , per coniunctionem copulatiuam, Et non conuertentur ad stultitiam.

IN PSALMVM LXXXV.

VERSV decimo, Deduc me domine in via tua,& ingrediar in veritate tua, In Hebræo habetur , Doce me domine

A mine viam tuam.Pro eo autem quod sequitur , Lætetur cor meum,vt timeat nomen tuum : In Hebræo legitur , Vni cor meum,vel vnitum fac cor meum, vt timeat nomen tuum.Petit autē cor suum homo spiritualis vniri,vt nō distrahatur variis cogitationibus & sollicitudinibus, neque turbetur erga plurima,sed totum in sese colligatur,vt vni (quod est necessarium) totum possit intendere.Vnitati enim huic distractio opponitur,quam Saluator non vno in loco reprobat. Ver- Luc.10. sū decimotertio , Synagoga potentium quæsierunt animam meam. Pro synagoga potentium, Hieronymus vertit,cœtus B robustorum:vertit item Felix,vel concilium malignantium, quæ nostram lectionem non variant,sed elucidant.

IN PSALMVM LXXXVI.

VERSV secundo, Glorioſa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Hieronymus loco de te,vertit,in te. Quod vel secūdum eandem accipi potest sententiam,vt in te,valeat super te,vel de te. Aut secundū aliam sententiam ita potest intelligi,Glorioſa,magnifica,& valde sublimia sunt prædicata in te , ô ciuitas Dei, vt sic indicetur diuinorum eloquiorū excellentia, C quæ fluunt in Ecclesia de ore Apostolorum sanctorum. Verè enim glorioſa,verè magnifica & eximia valde sunt , quæ in hac ciuitate Dei viuentis per spiritum sanctum dicuntur & prædicantur.Felix tamen non aliud vertit,quàm quod nostra habet lectio.Cui etiam subscribit Paraphr.Chald.sic habens, Verba glorioſa vel honorifica dicta sunt super te,vel de te,ciuitas Dei. Versu tertio,Memor ero Raab & Babylonis sciētium me. Beatus Hieronymus vertit, Cōmemorabor superbiæ & Babylonis,scientium me. hoc est, memor ero illorum qui prius in superbia infidelitatis & confusione vitiorū vixerunt,eorum qui me voluerint agnoscere , & per pœnitētiam D ad agnitionem veritatis(vanitate abiecta)conuerti.Felix ità legit,Memor ero Raab & Babylonis , erga cognoscētes me. hoc est,apud cognoscētes me. Quam lectionem suprà exposuimus in annotationibus principalibus, declarātes lectionē Græcā,quę legit casu datiuo,cognoscētibus me,Dicit etiam sic verti posse, Faciam reminisci Raab & Babylonis cognoscētes me.hoc est, faciam meos fideles agnoscere peccatores Matt.28. & gentiles,vt scilicet etiam eos secum ad fidem adducant,& Actu. 13. sibi adiūgāt.Et vtiq; sanctos Apostolos fecit Deus reminisc.

Raab & Babylonis, quando eos misit in mũdum vniuersum, docere omnes gentes, & baptizare in nomine patris & spiritus sancti: quando Iudæis in incredulitate permanentibus, ad gẽtes fecit conuerti prædicatores veritatis, & in cunctas longè nationes misit, qui veritatẽ annuntiarent salutis. Versu quarto, Ecce alienigenæ & Tyrus & populus Aethiopum, hi fuerunt illic. Pro nouissimo illo, Hi fuerunt illic. in Hebræo legitur numero singulari: Hic natus ibi. Quod aliqui intelligunt secundũ eundem ferè sensum quẽ nos in Elucidatione explanauimus: Hic populus omnis gentiũ iam enumeratarũ natus est in Ecclesia per spiritualem regenerationẽ. Alij verò de Christo intelligunt, vt hoc homeostichio velut causa explicetur, per quã in Ecclesia populi omnes sunt regenerandi. Christi enim secundum carnem natiuitas, eiusq; in mũdum aduentus, tantam secũ nobis desuper aduexit gratiam. Simul enim cum eo pax vera descẽdit, & salus animarũ nostrarum. Atque ita est, vel demonstratio tantũ ad intellectũ, vel Deum & dominum refert, cuius est vt fundatoris in præcedentibus versibus facta mentio. Versu quinto, Nunquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea. Huic nostræ vulgatæ lectioni neq; Græca quæ nunc habemus consonant, neque Hebraica. In Græco enim legitur, μητὴρ σίων: hoc est, mater Sion, dicet homo: quẽadmodum habet Psalteriũ Romanum, & quomodo beatus pater Augustinus interpretatur. Quod quidam ita intelligunt, Homo aut vir quidam dicet, mater Sion, appellabit Siõ matrem suam: qui nimirum homo natus est in ea, secundum temporalem natiuitatem, & nihilominus idem ipse altissimus existens, secundum æternam diuinitatẽ, fundator est matris suæ, Neq; est sensus diuersus ab illo quẽ in Elucidatione explanauimus, excepto tantum principio de matre Sion. Origo autem harum lectionum diuersarum, videtur ex Græcis prouenisse codicibus. Nõ magna enim dissimilitudo est inter μήτι quod significat nunquid, & μητὴρ quod significat matrem: vt verisimile sit codicibus Græcis abinuicẽ in duabus hisce dictionibus variantibus, talẽ euenisse diuersam lectionem. In Hebræo verò, Hieronymo interprete, sic legimus, Ad Sion autem dicetur vir, & vir natus est in ea, & ipse fundauit eam excelsus, vertitq; omnino ad eundem modum Felix. Nam Sion in datiuo casu ponitur, quẽadmodũ articulus Lamed præpositus indicat: propter quod, ad Sion clarius ver-

vertitur. Ad Sion ergo dicetur, vir & vir, aut homo & homo natus est in ea. Cui lectioni hanc assignant intelligentiã. Ad Sion multorum filiorum matrem fœcũdissimam, quasi congratulando & cõgaudendo dicetur, ecce hic & ille & ille nati sunt in ea: Ecce quãtorum ipsa est mater filiorum, vide quàm est prole fœcunda, ille & ille & ille & ille (sic demonstrando vniuersitatem regeneratorum in Ecclesia) nati sunt in ea, per regenerationem scilicet ex aqua & spiritu sancto. Aut iuxta Hebraici idiomatis proprietatem accipiatur vt dictum vniuersaliter, homo & homo natus est in ea, id est, quilibet natus spirituali natiuitate & regeneratus, in ea nasci debet: quoniã oportet omnẽ eum qui per natiuitatem spiritualem vult fieri filius Dei, in hac Ecclesia regenerari: quandoquidem extra hanc Ecclesiã non est salus, & quicũq; nasci vult generatione quæ ex Deo est (de qua Ioánes Apostolus tam in suo Euangelio quàm in Epistolis subinde loquitur) hanc agnoscat matrẽ necesse est. Atq; ita, talis ferè sermo hic est, qualis est ille de Christo in Euangelio Ioannis, Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quoniam videlicet quicunque illuminatur, per eum illuminatur. Quod autẽ repetitio talis homo & homo, aut vir & vir, vniuersalitatem interdum significet, manifestũ est Hebraicæ linguæ proprietates callẽtibus. Imò & apud Ezechielem ita translatum legimus, Homo homo de domo Israël, qui posuerit immunditias suas in corde suo, &c. Et post pauca, Homo homo de domo Israël, & de proselytis, quicunq; aduena fuerit in Israël, si alienatus fuerit à me, &c. id est, omnis homo quicunque tandem fuerit. Nunc vero & illud ostendamus (iuxta quod in annotationibus præcipuis promisimus) quomodo posit hæc sententia Hebraicæ lectionis, etiam in vulgata nostra inueniri. Satis autem facilè poterit, si cõsueta distinctione mutata, ita distinguamus. Nũquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea, &c. Debebit autem nũquid capi pro nónne, & verbo dicet per intellectũ subiici debebit conueniens suppositum: hoc modo, Nónne dicet vnusquisque ipsi Sion, homo & homo natus est in ea? vt intelligatur responsio. Certè dicet vnusquisque ipsi Sion: hoc est, dicetur ad Sion, ab iis qui eius fœcunditatem considerant, quòd homo & homo in ea natus est, quòd hic & ille, vel quòd omnis qui nascitur secũdum spiritũ, in ea nasci debet iuxta sensum prius datum. Versu sexto, Dominus narra-

Ioã. 1. 3. 1. Ioan. 5. Ioan. 1.

Ezech. 14.

bit in scripturis populorum,& principum horum qui fuerũt in ea Longè secus habet lectio Hebræa.Beatus quidem Hieronymus sic vertit, Dominus numerauit scribens populos, ipse natus est in ea. Et Felix, Dominus numerabit,cum scribet populos, hic natus est ibi. Quod à diuersis diuersimodè exponitur. Potest enim intelligi de scriptura quæ est in libro vitæ, & de numeratione qua suos electos Deus numerat, sicut pastor suas numerat oues. Dominus enim numerat populos ascribendo: qui scribendo eos in libro vitæ, & ad vitam prædestinando, certum habet eorum numerum, non aliter quàm ex scriptura libri in quo singulos habet descriptos suos discipulos præceptor, nouit suorum discipulorum numerum. Cognouit enim dominus(iuxta verbũ Apostoli)qui sunt eius. Et ipse bonus pastor,iuxta suum ipsius testimonium oues suas cognoscit, sicque descriptas & numeratas habet, vt eas vocet nominatim, & illæ sequantur vocatæ. De hac autem scriptura & alibi in Euangelio loquitur Saluator,dicens suis discipulis,Gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cælis. Atque ad hunc sensum exponi satis commodè posset etiam nostra vulgata lectio, si tantum narrare accipiamus pro recensere vel recitare atque numerare: Scripturas autem intelligamus, non sacra biblia aut sanctas alias scripturas quibus instruimur,sed inscriptiones siue descriptiones, quibus Deus suos electos describit siue inscribit in libro vitæ. Deus enim recensebit & numerabit suos electos, in inscriptionibus populorum.Scribendo enim eos in libro vitæ nominatim, sic eos numerabit, narrabit vel recensebit. Inscriptio verò principum qui sunt in ea, illorum est in libro vitæ inscriptio, qui benè præsunt in Ecclesia. Vt enim duplici honore dignos dicit Apostolus; presbyteros,qui bene præsunt Ecclesiæ,quiq; præsunt in solicitudine,ita non est dubiũ quin speciali modo à Deo nume rentur & describantur in libro vitæ & remunerationis, vt suo tempore tanto copiosiorem accipiãt mercedis expectatæ retributionem, quanto prius maiori sollicitudinis labore fuerunt afflicti. In Hebræo tamen nulla fit mentio principum. Nam loco huius, Et principum horum qui fuerunt in ea,repetitur hemistichium illud quod versu quarto explicauimus, videlicet, Hic natus est ibi. Hoc enim tanquam insigne aliquid, & diligentissimè notandum iam denuo in Hebr

2.Corin. 2. Ioan. 10.

Lucæ 10.

1. Timo. 5.

Hebræo repetitur, quod hîc quoque sicut illic de Christo conuenientissimè intelligitur, neque minus commodè hîc ponitur, neque ob aliam causam,quàm supra dixerimus poni: videlicet ad designandum per quem hæc fieret electorum numeratio atque descriptio in libro vitæ, & quis tantæ sit salutis causa, aut boni tanti origo. Inde enim totum hoc nobis procedit, quòd nos Deus numerat vt suas oues, quòd nos pater in libro vitæ describit, quòd nos prædestinauit ad salutem æternam: hæc(inquam)omnia inde nobis sunt,quoniam hic noster Christus natus est ibi,quia verbum caro factum est,quia Deus homo fieri dignatus est, per quem accipiunt potestatem filios Dei fieri, omnes qui credunt in nomine ipsius.Plures loci præsentis expositiones non ponimus, ne nimia multitudine res alioqui per se satis inuolutas, maioribus implicemus difficultatibus. Versu vltimo, Sicut lætantium omnium est in te. Et hic versus ab Hebræo discrepat,imò ipsi ex Hebræo interpretes admodum variè eundem transferunt.Hieronymus sic vertit, Et cantabunt quasi in choris,omnes fontes mei in te. Qua lectione significatur, fideles omnes in Ecclesia magno exultare gaudio, quemadmodum solent qui in choris cantent, item & gratias magnas in congregationibus sanctorum Deo agere,per quem tanta se bona sempiterna cognoscunt susscepisse.Felix multiplicem ponit versionem: Et cantores(inquit)sicut chorzules,omnes contemplationes meæ in te,vel aliter,Et cantores sicut ducentes chorũ,omnes fontes mei in te, Nam vocabulũ Hebraicum quòd hic ponitur,dicũt significare scaturigines,aut etiam interdum modulationes è pectoris alacritate velut scaturientes. Quidam etiam cogitationes aut contemplationes aut aspectus.Illud tamen quod suprà adduximus ex Hieronymo:omnes fortes mei in te,videtur esse deprauatum, ac pro fortibus debere legi fontes: quomodo econtrario in psalmo XLI. annotauimus deprauatam esse lectionem communem qua legimus,Ad Deum fontẽ viuum, cum legendum potius videatur tam ex Græco quàm ex Hebræo, fortem,viuũ. Potest autem vltimum illud huius psalmi, Omnes fontes mei in te accipi, vel vt vox ipsius Psalmistæ tali iocunda conclusione psalmum finientis, vt dicat omnes scaturigines cordis sui, omnes affectiones & contemplationes atque laudationes quæ in modum fontis scatent de corde, velle se Deum

Ioan. 1.

regerere,tam humano generi beneficium,illumque semper E
velle aspicere ac contemplari, atque illum velle semper toto
conatu animi tendere. Vel ad hũc accipiatur sensum, Omnis
boni origo mihi est à te,tu es omnis puteus bonitatis & gra
tiæ meæ,in te est fons vitæ(quomodo alibi dicitur Deus esse
Hiere. 17. vena aquarum viuentium) & quicquid ad me boni venit, à
te mihi venit, tu es mihi fons omnis boni , neq; nisi à te vllũ
Iacobi 1. mihi bonũ scaturire potest. Omne enim datum optimum,&
omne donum perfectum,desursum est,descendens à patre lu
minum. Potest etiam accipi, vt vox domini ad ecclesiam, vt F
ipse concludens,polliceatur fontes suos omnes se positurum
in ecclesia, id est omnem abũdatiam spiritualium bonorum
Esaiæ 12. liberaliter largiterque effusurum,vt(iuxta propheticũ illud)
haurire possint aquas in gaudio, de fontibus Saluatoris.

IN PSALMVM LXXXVII.

VERSV secundo,Inclina aurem tuam ad precem meam. Hieronymus pro prece vertit laudationem. Qui enim in oratione Deum inuocat,simul & illius solet laudes propo
nere quem ôrat,Felix vertit,clamorem. Alij,canticum putãt G
significari. Versu tertio,Et vita mea inferno appropinqua
uit.Hieronymus.Vita mea ad infernũ descẽdit.Verti potest,
Anima mea sepulchrũ contigit, estque horum eadem senten
tia. Versu quarto,Factus sum sicut homo sine adiutorio. In
Hebræo est,sicut homo non fortis,vel non potens , non vali
dus.Vnde Hieronymus vertit, quasi homo inualidus. Et Fe
lix,Sicut vir cui nõ est fortitudo. Versu quinto,Sicut vulne
rati dormientes in sepulchris.In Hebræo est,Sicut interfecti
vel occisi.In altera autem parte , Et ipsi de manu tua repulsi
sunt. Loco verbi repulsi sunt,in Hebræo ponitur passiuũ ver
bi gazar,secũdum cuius multiplicẽ significationẽ variæ præ- H
sens locus transferri potest.Significat enim verbum istud ali
quãdo excidit vel abscidit.Secundum quam significationem
beatus Hieronymus vertit, Et ipsi à manu tua abscisi sunt, id
est,abiecti & despecti,factiq; abominabiles,in quem sensum
nos etiã in Elucidatione vulgatam lectionẽ sumus interpre
tati.Significat etiam verbum prædictũ interdum,per senten
tiam aliquid definire vel statuere & disponere.Iuxta quam si
gnificationẽ Felix dicit verti hîc posse , Et ipse de manu tua
sententiati sunt:id est,definitiuam(vt loqui solemus)senten
tiam

A tiam acceperunt de manu tua. In præcipua tamen versione,
hoc ipsum ponit quod Hieronymũ diximus reddidisse.Para.
Chaldai.sic habet,Et ipsi à facie diuinitatis tuę separati sunt.
Versu sexto,Posuerunt me in lacu inferiori. In Hebræo ha
betur per secundam personã,Posuisti me,& cætera,vt diriga
tur sermo ad Deum , quomodo in sequentibus , Elongasti à
me,& cætera.Deo enim ascribit omnem quam patitur aflic
tionem,quod tanquam ab illo,cuncta susciptat de manu do
mini. Loco illius autem quod habet nostra lectio, In vmbra
mortis:in Hebræo est, in profunditatibus. Versu octauo &
B nono,Longè fecisti notos meos à me,posuerũt me abomina
tionem sibi:Traditus sum,& nõ egrediebar.Ita vertit ex He
bræo Beatus Hieronymus , Longe fecisti notos meos à me,
posuisti me abominationẽ ipsis,clausum & non prodeũtem.
Quo significari videtur, tanta illum qui loquitur confusione
repletum esse,vt clausus domi,non ausus fuerit prodire in pu
blicum. Felix aliter vertit,Posuisti me abominationem ipsis,
in carcere inclusus sum,& non egrediar.Qua lectione signi
ficat is qui loquitur, non videre se tantorũ malorum exitum.
Versu vndecimo,Aut medici suscitabũt & confitebũtur ti
C bi:Hæc pars diuersimodè transfertur. Dictio enim rephaim
hoc loco posita,descendẽs à verbo raphaa (quod significat sa
nauit vel medicauit) quandoq; significat medicos,quandoq;
gigantes,quãdoq; mortuos. Primũ sequuta est nostra transla
tio:secundũ,Hieronymũ ex Hebræo sic vertente, Aut gigan
tes resurgent,& confitebũtur tibi.Tertiũ in sua versione præ
cipua sequitur Felix,sic reddens,An mortui surgẽt, &c.Chal.
trãslatio magis videtur fauere versioni Felicis,quæ mortuos
vertit.Sic enim habet:Fortassis corpora quæ consumpta sunt
in puluere,resurgent,& confitebuntur tibi. Versu decimo-
I sexto,Pauper sum ego,& in laboribus à iuuẽture mea,Beatus
Hierony.secundũ sententiam nostræ lectionis vertit,Pauper
ego & ærumnosus ab adolescentia mea.Felix verò longè ali
ter,Pauper sum ego & expirãs præ excussione:vel sic, Periẽs
& pene mortuus à stupefactione:hoc est,ita horrendis malis
concutior & affligor,vt videar morti proximus & pene expi
rare,præ cõcussione & stupefactione nimia.Illud quoq; quod
sequitur,Exaltatus autẽ humiliatus sum & cõturbatus,aliter
vertunt ex Hebræo interpretes. Hieronymus quidẽ ad hunc
modum,Portaui furorẽ tuum,& cõturbatus sum. Felix, Tuli

terrores tuos, dubitabo, scilicet, ne fortè deficiam, vel affixus, I
supple est, timor tui super me. Versu vltimo, Et notos meos
à miseria. Hieronymus, Notos meos abstulisti. Et secundum
eandem sententiam vertit Felix: Notos meos obscurans: id
est, occultans & abscondens à me, vel quodammodo cõfusos
faciens & ignobiles præ mea nimia miseria. Est enim homi-
nibus quædam confusio & opprobrium, cum quis ex eorum
amicis & notis, vehementer magna afficitur ignominia.

DE TITVLO PRAECEDEN-
TIS PSALMI.

HVIVS Psalmi est specialis titulus, iuxta vulgatã lectio-
nem sic habens, Canticum Psalmi, filiis Core, in finem
pro Maëleth ad respondendum, intellectus Eman Israëlitæ.
Demaëleth dicunt aliqui quòd sit genus instrumẽti musici,
in quo psalmus iste lugubris debebat decantari. Alij verò in
linguam Latinam id vertẽtes, dicũt pro infirmitate vel super
afflictione. Quod quam ob causam Psalmo præmittatur, nul-
lam omnino habet difficultatem. Totus enim psalmus afflic-
tionẽ clamat atq; desolationis miseriam. Ad respondendum
verò ideò videri potest adiectũ, quoniam clamãs postulat sibi G
Diuinæ exauditionis præberi responsum. Quod autẽ primo
filij Core præmittuntur casu datiuo, ac posteriori loco Eman
ponitur casu genitiuo, iuxta sententiam quorundam ad hoc
ponitur ista distinctio, vt filij Core tanquam cantores assi-
gnentur, ad quorũ ordinem spectabat huius Psalmi decanta-
tio: ipse verò Eman tanquam Psalmi autor. Est autem Eman
iste, de quo sacra libri Paralipomenon tradit historia, quòd
præcipuus cãtorum princeps à Dauid fuerit constitutus vnà
cum fratre suo Asaph stante à dextris ipsius. Volens quoque
scriptura sacra libri Regum, Salomonis magnificare sapien-
tiam ad omnem laudem, hoc illi ascribit, quod sapiẽtior erat H
cunctis hominibus, sapientior etiã Ethan Ezrahita, & Eman,
& Chalcol, & Darda, filiis Maol. Vnde patet Emen cum aliis
illis tribus fuisse summa præditos sapiẽtia, cum vt insignissi-
mè sapiẽtes nominatim isti recẽseantur præ omnibus. Vnde
argumẽtantur quidam, verisimilè esse quòd secundum hanc
suam sapientiã psalmos aliquot cõposuerint, maximè si qui-
bus alicuius illorũ nomen inueniatur prænotatum. Alij verò
non nisi cantoris officium illis tribuunt, quantũuis in titulo
eorum

1. Para. 6.
3. Reg. 4.

eorũ præmittantur nomina: & si plures videantur præmitti
(quemadmodum hîc primo loco filij Core, Deinde Eman)
distinctionẽ ponunt secundum quòd huic vt præcipuò can-
torum principi, illis verò vt subditis cantoribus, idem carmẽ
ascribitur. Soli autẽ Dauidi seruant autoris honorem, etiãsi
ipsius non fuerit nomen prænotatum. Quorum quid verius
sit iudicare, ad nostrum haudquaquam spectat officium. Ex
Hebræo autem hunc titulum ita vertit Felix, Canticũ Psal-
mi filiorum Core, vincenti super infirmitatem, vel propter
afflictionem ad humiliandum eruditiuum Eman Esrahitæ.
Cuius facilè patet ex dictis intelligentia. Hieronymus autẽ
loco illius, pro Maeleth ad respondendum, vertit, per cho-
rum ad præcinendum: quoniam videlicet per cantorum
chorum hîc esset Psalmus concinendus.

IN PSALMVM LXXXVIII.

VERSV tertio, Quia dixisti, inæternum misericordia
ædificabitur in cælis, præparabitur veritas tua in eis. In
Hebræo habetur per primã personam, Quia dixi, pro, dixisti.
Quod autẽ sequitur, variè trãsferũt interpretes Hieronymus
ita legit, Quia dixi, sempiterna misericordia ædificabitur, cę-
los fundabis, & veritas tua in eis. Atq; ita est sensus, Ego apud
memetipsum ita cogitaui, inæternũ misericordia ædificabi-
tur: id est præparabitur, vel inæternum stabilietur: tu creabis
cęlos, & erit in eis corã te veritas tua. Quod etiã de cęlis spi-
ritualibus, de sanctis Apostolis, posset commodè intelligi: in
quibus Deus suã veritatem posuit toti orbi terrarũ prædicã-
dam. Alij verò ita vertũt, Quoniã dixi, mundus misericordia
ædificabitur, cælos fundabis, & veritas tua in eis. Qua lectio-
ne significatur, mundum (qui olim perditus fuerat per primi
parentis præuaricationẽ) Dei misericordia in temporis ple-
nitudine restaurandũ, quomodo Beatus Paulus ait, Dixit per
Christũ esse instaurata quæ in cælo & in terra, Quod autem
sequitur, Cælos fundabis, & cætera: eodem modo quo suprà
exponitur. Versu octauo, Deus qui glorificatur in concí-
lio sanctorum tuorum. Dictio Hebraica hîc posita sod, solet
significare secretum siue arcanum, iuxta quam significatio-
nem Hieronymus transtulit, Deus inclytus in arcano san-
ctorum nimio, Item Felix, Deus robustus in arcano sancto-
rum valde, vel terribilis in secreto sanctorum: hoc est, Deus

fortis

fortis & strennuus in occulto cõcilio suo, quod de sanctis & E electis ab æterno disposuit, quoniã nemo eum poterit impedire, quin id quod de eis ab æterno præordinauit, suo tẽpore perficiat. Et in hoc ipso secreto concilio & arcano, quod de sanctis Deus disposuit, maximè ipse glorificatur. Et ad hunc modũ etiam exponi posset commodissimè lectio nostra vulgata, si consiliũ legemus per s. Quia verò in cõsilio secretum tractatur & cõcluditur, putant quidam, dictionem Hebræam suprapositam rectè etiam pro ipso consilio vsurpari, atque ita vertunt, In consilio sanctorum. Iuxta quam sententiã nos in Elucidatione præsentem locum enarrauimus. Versu p vndecimo, Tu humiliasti sicut vulneratum superbum. In Hebræo idem hîc vocabulum habetur Raab, de quo diximus in principalibus annotationibus Psalmi octuagesimisexti circa versum illum, Memor ero Raab & Babylonis. Propter quod, existimant quidam & hîc Aegyptum significari, putantque transferendum, Tu humiliasti sicut vulneratum Aegyptum. Potest autem intelligi, vel de Pharaone Aegyptiorum capite cum suo populo, vel de lucifero cum sua cohorte apostaticorum spirituum. Versu trigesimotertio, Neque nocebo in veritate mea. Hieronymus, Nec mentiar in veritate mea. G In eundem sensum Felix, Neque fallam reddam vel falsificabo veritatem meam. Versu trigesimoquinto, Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar. Pro in sancto, Felix vertit, in sanctitate: atque ita nos exposuimus. Chalda. verò Paraphrasis habet, In nomine sancto meo, quod commodè etiam potest in communi lectione intelligi. Illud autem, si Dauid mentiar, secundum defectum absq; perfectione ponitur, ad exprimendam vehementiam: quomodo in alio Psalmo Si introibunt in requiẽ meam. Intelligitur autem vehementissima abnegatio, Nequaquam mentiar Dauidi, nequaquã introibũt in requiẽ meam. Versu trigesimosexto, Et sicut luna perfecta in æternũ. In Elucidatione thronũ regium Christi domini cõparauimus lunæ in æternũ in eadem perstanti plenitudine, cuiusmodi nequaquam est luna secundũ eum statũ in quo nũc est mirę subiecta mutabilitati: sed talis erit, cũ post iudicium cursu ministerij terminato, in sua plenitudine perpetuò (iuxtà sanctorum patrum traditionem) creditur perduratura. Atque hæc quidem commodior videtur nostræ lectionis vulgatæ intelligentia. Ex Hebræo tamen potest accipi

Psal. 44

A accipi etiã litera ex cõparatione ad mutabilitatẽ lunæ in eo statu in quo nũc cernitur. Sic autẽ ex Hebræo vertit Hieronymus, Sicut luna stabilietur in sempiternũ: itẽ & Felix, vel dirigetur. Iuxta quã versionẽ sensus iste erit, Sicut luna, quãuis nũc obscura appareat, nũc pro parte dimidia, nũc tota illuminata, semper tamẽ stabilitur & cõseruatur in sua mutabilitate, & nequaquã deficit: ita etiã thronus tuus sedes tua in qua sedes, nẽpe sancta Ecclesia, quãuis varietate multa nũc penitus videatur claritate luminis carens, ac velut fidei virtutisq; fulgore priuata, nũc candida & refulgẽs, velut in plenilunio, nũc subobscura latis, tamẽ candida, nũc quasi penitus obscurata, nimiis errorũ & persequutionũ nubibus obuoluta iuxta varios status in Ecclesia: semper tamẽ ipsa à Deo dirigetur & stabilietur, vt imperpetuũ penitus nõ deficiat. Versu eodẽ, Et testis in cælo fidelis. Id aliqui legũt & exponũt diuisim à præcedẽtibus, ad hunc sensum, Et horũ omniũ prędictorũ Deus est in cælo fidelis testis, quomodo nos in Elucidatione exposuimus. Vt enim Deus idem ipse iudex & testis B apud Prophetã aliũ dicitur, ita hic idẽ ipse qui promittit se fidelẽ testẽ asserit. Alij verò cõtinuè legũt, cũ eo quod præcedit de luna ad hũc sensum, Thronus tuus dirigetur vel stabilietur vt luna, quæ in cælis est testis fidelis, vel certus iudex tẽporũ: quoniã videlicet secundũ eam, anni distinctiones supputãtur. Cui sentẽtiæ fauet Paraph. Chald. sic habẽs, Sicut luna firmata ad signũ ęternũ, & testimoniũ in cęlo fidele. Versu trigesimoseptimo, Distulisti Christum tuum. Ex Hebræo Hieronymus, Iratus es aduersus Christũ tuũ: hoc est, nec propter Christũ tum fecisti misericordiã: videris iam aduersus illũ iratus, dum quõdam illi promissa nunc videris in totum neglexisse. Idẽ sibi vult distulisti: id est, elongasti à te, & quasi D abiecisti, nõ aspicis ad ea quæ olim promisisti. Plerunq; enim quòd promissa non seruamus illi cui promisimus, ex ira est qua erga illũ cõcitamur. Facit enim nos ira bonarũ promissionũ immemores. Itaq; manifestũ est, de Deo humano more fieri sermonẽ. Versu trigesimo octauo, Prophanasti in terra sanctuariũ eius. Ex Hebræo quidam vertunt Diadema pro sanctuario, vt Hieronymus & Felix: quod intelligendum videtur de gloria & corona regni. Alij verò sanctuariũ trãsferunt, vel sanctificationẽ. Versu quadragesimoquarto, Minorasti dies tẽporis eius. Hieronymus, Abbreuiasti dies adolescen

Hier. 29.

Hier. 29.

lescentiæ eius, item vertit & Felix: hoc est, florem status fœlicioris citò transire fecisti. Quod si ad totum populum referatur, significat statum fœlicitatis illius in quo sub Dauid in principio huius suprà descriptæ electionis fuerat populus, non diu durasse, & citò nimium transiisse: item in Ecclesia, decorem illum qui erat in primordio, cum essent adhuc in ea primitiæ spiritus, non diu perstitisse, sed nimium citò transisse. Si verò ad singulos quoslibet referatur intelligentia, significabitur præ nimia miseria ante tempus consenescentia, quæ solet multum miseris aduenire: quomodo de seipso in libro de consolatu Philosophico canit, in multa afflictione F agens Boëtius ille his verbis. Intempestiui funduntur vertice cani. Versu penultimo, Exprobrauerunt commutationem Christi tui. Pro commutatione in Hebraico habetur dictio significans vestigia vel Plantas. Quod aliqui exponũt de mora Christi, quasi exprobrantibus inimicis, quòd tardet Christus, & moram faciat à saluando suum populum, neque tempestiuè occurrat, cum suos destitutos auxilio permittit in manibus hostium. Iuxta quam sententiam, quidam sic vertit, Opprobria quibus affecerunt Christum tuum, propterea quod moram faciat. Eandem sententiam exprimit G Chaldaica Paraphrasis quæ sic habet, Exprobrauerunt tarditatem vestigiorum pedum Messiæ tui, Alij intelligunt, exprobrari vestigia Christi, quando ab infidelibus irridentur fideles super imitatione Christi: dum ob hoc quòd eius insequantur vestigia quasi stulti reputantur. Alij per vestigia siue plantas Christi accipiunt sanctos eius infirmos & humiles, quibus exprobrant increduli. Verùm iuxta hunc sensum, melius conueniret vestigiis, casu datiuo, quàm vestigia. Alij tempus vltimum intelligunt aduentus Christi, de quo infideles obiiciunt & subsannant fideles, quòd in eo videantur derelicti. H

IN PSALMVM LXXXIX.

VERSV tertio, Ne auertas hominem in humilitatem: & dixisti, cõuertimini filij hominum. Secùs legitur in Hebræo. Sic enim vertit Hieronymus, Conuertens hominẽ vsq; ad contritionẽ, & dicẽs, conuertimini filij Adam, hoc est, qui hominem reuerti facis, reducisque illuc vnde exiit, id est, ad terram vnde sumptus est, & ad puluerem de quo formatus est,

A est, nec cessas, donec eum morte contempseris, & dixisti, cõuertimini, id est, reuertimini filij Adam: scilicet, ad puluerem de quo suscitati estis. Quam sententiam satis dilucidè exprimit Paraph. Càald. sic habens, Conuertens hominem de peccato ipsius vsque ad mortem, & dicens reuertimini filij hominis. Versu quarto, Quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt. Hieronymus, Percutiente te eos, vt somnium erũt: hoc est, Cum tu eos morte percusseris, erunt quasi somnium quod aufugit ab expergefacto, & euanescent quasi fumus B qui resoluitur in aërẽ. Felix, Rapuisti eos vt impetus aquarum, somnus sunt: hoc est, cum subitò in eos irruis tua indignatione, ad modum impetus aquarũ, euanescent quasi somnus, nec permanebunt ante faciem tuam, quemadmodum somniũ hominis dormientis. Chald. Paraph. hoc loco sic habet, Et si nó cõuertantur, induces in eos mortẽ, tanquam dormientes erũt. Versu octauo, Seculũ nostrum illuminatione vultus tui. Pro seculo nostro, ex Hebræo Hieronymus vertit negligẽtias nostras. Felix occulta nostra, vel iuuentutem nostrã: quod exponit, peccata iuuẽtutis nostræ: id est ætatis præ- Psal. 24.
C teritæ, pro quibus alibi orat dicẽs. Delicta iuuẽtutis meæ & ignorantias meas ne memineris, Iuxta quam sententiã legit Chald. Parap. iniquitates iuuẽtutis nostræ. Versu nono, & decimo, In ira tua defecimus: Anni nostri sicut aranea meditabũtur. In Hebræo nulla fit araneæ mentio, sed ita legitur interprete Hieronymo, In furore tuo consumpsimus annos nostros, quasi sermonẽ loquens: quod sic intelligendũ videtur, Nos annos nostros consumpsimus, sicut loquens consumit sermonẽ. Cum enim sermonẽ loquens protulerit, iam prorsus nihil illi de hoc quod protulit remansit, & volat (iuxta D Poëtam) irreuocabile verbum. Ita postquam vitæ tempus trãsegimus, nihil iam totius illius durationis supereſt, neque expectatur eius reditus, transiitque penitus irreuocabile. Acquè enim est impossibilè, elapsa pristina vitæ tẽpora reducere, atq; sermonẽ semel ab ore egressum reuocare. In eandem sententiã vertit Felix, nisi quod participium illud nouissimũ loquens non adiicit, vt nec in Hebræo habetur quod à Hieronymo, ad sententiã clariorem, creditur esse adiectum. Sic autem ille vertit, Consumpsimus annos nostros, sicut loquutionem. Verti etiam potest, sicut cogitationem. Nam vtrunq; dictio hegeth significat loquutionem, videli-

cet

cet & meditationē. Chald. Paraph. pro vna hac dictione ver-
tit, tanquā vapor oris nostri in hyeme, qui videlicet mox dē-
satur, resoluitúrque, & congelatur circa faciē. Versu deci-
mo, Si autē in potentatibus octoginta anni, Variè id ex He-
bræo trāsfertur: Hieronymus vertit, Si autē multum, octogin
ta anni: quod est acsi dicamus, vt summū vel maximum dies
vitæ nostræ sunt anni octoginta. Ita dicit Felix verti posse, Si
ad plus octoginta anni. Aliter vertitur, inualidissimis vel in
potētatibus siue (vt Felix effecto ait vocabulo) in robusticita-
tibus: hoc est, si admodum valuerimus & robusti fuerimus.

Versu eodē, Et amplius eorū, labor & dolor Quod in He-
bræo ponitur loco huius amplius eorū, videlicet rabhebbā,
Hieronymus iuxta nostrā sententiā vertit, quod amplius eo-
rū: id est, quod supereſt. Felix vertit superbia eorum: quod ta-
men videtur secundū priorem sententiam exponendum pro
eo quod supergreditur aut superexcedit terminum illum,
aut quod supereſt vitæ vltra terminū præpositum. Sic & in-
telligi potest quod vertunt quidam, excellentia eorū vel ex-
cedētia eorum, pro duratione illa quæ vltra hunc terminum
protenditur. Secundū quam etiam intelligentiam exponit
Chald. Paraph. quę legit, multiplicationem eorum. Quid au
tē est annorum multiplicatio, nisi residuum vitæ quod post
annos illos definitos ducitur? Quidam tamen intelligunt &
exponunt, præcipuum eorū quod referri potest vel ad nume
rū, vel ad fortitudinis præcellentiam. Sunt enim qui accipiūt
secundum numerum, vt sit sensus: bona & potissima pars ho
rū annorum vitæ humanæ, transiguntur in labore & dolore.
Quam sententiam in annotationibus principalibus diximus.
Romanum Psalterium continere, in quo sic legitur, Et plu-
rimum eorum, labor & dolor. Alij verò respiciunt non nu-
merum, sed fortudinem, & exponūt potiorem meliorem-
que humanæ vitæ partem, intelligentes adolescentiam vel
iuuentutem, quæ plurimo labore & dolore affligitur, maxi-
me in iis quæ secundum spiritum viuere satagunt, propter
carnis vigorem & sensualis affectus nimiam feritatem, quæ
ætate illa adhuc indomita & ferociens, tanquam lasciuiens
vitula, plurimum negotij facesit spiritui meliora molienti.

Versu duodecimo, Quoniam superuenit mansuetudo,
& corripiemur. Hieronymus, Quoniam transimus citò, &
auolauimus. Felix in eandem ferè sententiam, Quoniam decli

A declinauit celeriter (supple tēpus vitæ nostræ) & volauimus.
Chalda. Paraphr. Quoniam transeunt velociter (anni nostri)
& volant in puluerem. Versu decimotertio, Quis nouit po
testatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?
Aliter ex Hebræo Hieronymus, Quis nouit vim iræ tuæ, & se-
cundum timorem tuum indignationem tuam? Quod ita po-
test intelligi: Quis nouit indignationem tuam, secundum ti-
morem quo tu ob eam timendus es? hoc est, Quis ita cogno-
scit indignationem tuam, vt te sic timeat, quomodo dignum
est tam terribilem metuere dominū? Vel sic, Quis nouit in-
B dignationem tuam, quæ est secundum timorem tuum? Quod
aliqui ita exponunt, Quia secundum timorem malæ cōscien
tiæ procedit indignatio eius. Nam & in aduentu iudicis, qui
maximè erūt peccatis præ omnibs fœdati, maximus quoque
illos inuadet horror, quando omnia in luce clarescent ex te-
stimonio denudatæ conscientiæ. Illos autē quibus nullius erit
peccati cōscientia, nullus etiam timor premet indignationis
Dei: & ita per omnia indignatio Dei secundum timorem
ipsius tum erit quod nunc homines animales atque carnales
nequeunt intelligere. Potest etiam exponi de timore sancto
C & bono in præsenti vita, & de indignatione Dei quæ videtur
in afflictione præsenti, id est, in correptione & afflictione hu
ius vitæ. Nam vt quisq; magis habet timorem Dei, ita magis
videtur erga eū indignatio Dei quantū ad disciplinam præ-
sentis temporis. Qui enim piè volunt viuere in Christo, per- 2. Timo. 3.
secutionem patiūtur. Et qui extra disciplinam sunt (vt idem Hebr. 11.
ait) adulteri & nō filij sunt. Quin & ipse Dei filius in quo fuit
maximus timor (id est reuerentia patris) maximā sensit erga
se patris indignationē, ab eo traditus in mortem probrosissi
mam. Deniq; quantū ad afflictionem exteriorem, quæ est ex Galat. 5.
D consideratione & formidine indignationis iudicij Dei, con- Iob 9.
stat, magis timoratos ab hac consideratione affligi: dum con-
tinuò diem illum vltimum ante oculos habētes, student car-
nem suam crucifigere cū vitiis & cōcupiscentiis, verētur sol
licitissimè omnia opera sua, & custodiunt vias suas ne offen-
dant, quod indubiè multi est laboris. Habet etiam hoc loco
dignam sententiam Chalda. Paraphrasis, sed quæ neq; in com-
muni lectione Latina, neque etiam in Hebræa inuenitur. Sic
autem habet, Quis est ille qui sciat conuertere fortitudinem
iræ tuæ Deus? tantū iusti qui timēt te, sedant furorem tuum.

Versu decimoquarto, Dexteram tuam sic notam fac,& eru E
ditos corde in sapientia. Hoc loco pro eruditis, in exemplaribus Græcis qui vulgo sunt in manib⁹, habemus πεπεδημένους, quod significat vinctos vel compeditos. Vnde quidam Latini legunt, Et compeditos vel vinctos corde in sapientia. Nostri autem interpretes qui ex Græco in Latinum fecerũt versionem, legisse videntur πεπαιδευμένους, quod sonat eruditos, vel instructos. Et verisimile est propter similitudinem literarum factam esse mutationem. Sciendũ tamen est, quòd in sententia nulla est diuersitas, licet prima facie secundum vocẽ magna appareat. Nam idem est, corde fieri eruditũ in sapiẽtia, F
& corde fieri vinctum vel cõpeditum in sapientia. Qui enim
Dei correptione intellectũ dante vexatione eruduntur cor-
Esaiæ 28. de ad sapiẽtiam, hos recte etiã dixerimus tali disciplina & afflictione velut vinciri corde, vel cõpediri corde in sapientia, quatenus videlicet in chamo & freno constringuntur, vt ad
Deũ approximent, & velut suauibus quibusdam, ac salutari-
Psalm.31. bus vinculis & cõpedibus irretiuntur, implicanturq; ad salutem. Nõ enim solus diabolus compedes & vincula habet. Habet & Christus suos cõpedes, habet sua vincula, habet chamũ G
& frena, habet stimulos, aliaq; huiusmodi, quibus velut compellat ad salutem introire, etiam illos qui suæ videntur repugnare saluti. Alioqui, quomodo Paulus diceret captiuari in-
2. Cor. 10. tellectũ in obsequiũ Christi, si nulla essent talia vincula, quibus captiuari & ligari posset? Ex Hebræo autẽ versum istum sic legit Hieronymus, Vt numerẽtur dies nostri, sic ostende, & veniemus corde sapiẽti. Felix, Vt numeremus dies nostros, sic notum fac, & adducemus cor sapientiæ. Quod hunc habet intellectum, Ita tu domine tua eruditione indica nobis vitæ nostræ breuitatem, doce nos mẽsurare & computare breues annos nostros, vt ex hac consideratione pertingamus ad cor H
rectum, ad mentem sapientem, sibi ab ira per pœnitẽtiam & vitam bonam prospicientem. Nam consideratio breuitatis vitæ humanæ, mirum in modũ homines cautos ac prouidos facit, vt à malo declinent, & operentur bonum. Versu decimosexto, Repleti sumus mane misericordia tua. In Hebræo per deprecationem legitur, Imple nos mane misericordia tua, vel matutina misericordia tua, & laudabimus, & lætabimur cunctis diebus nostris: atque in versu sequenti, Lætifica nos, &c. Versu decimooctauo, Respice in seruos tuos, & in opera

opera tua, & dirige filios eorũ. Hieronymus, Appareat apud seruos tuos opus tuum, & gloria tua super filios eorum: hoc est, effulgeat operatio misericordiæ tuæ erga seruos tuos, & tuam potentiam glorifica in cunctis posteris nostris: hoc est, semper glorificare & sanctificare in electis tuis, & qui nunc sunt, & qui pòst futuri sunt vsque ad cõsummationem seculi. In sequenti autem versu ferè secundum sententiam nostræ vulgatæ lectionis sic legitur in Hebræo, Et sit decor vel suauitas, siue dulcedo, aut serenitas & clementia domini Dei nostri super nos, & opus manuum nostrarum fac stabile super
B nos, & opus manuum confirma, vel dirige vel dispone.

DE TITVLO PRAECEDENTIS PSALMI.

QVONIAM in titulo huius Psalmi dicitur, Oratio Mosi hominis Dei, quidam sentiunt hunc Psalmum ab ipso Mose duce, populi notissimo, fuisse compositum: imò & sequentes Psalmos decem, quibus alterius autoris, nomen non præmittitur. Quam sententiam, quantum ad Psalmum præsentẽ, manifestè approbat Paraphrastes Chaldæus,
C ita ponens in titulo, Oratio qua orauit Moses Propheta Dei, quando peccauerũt filij Israël in deserto, Respondit, & sic dixit, ac deinde subsequitur Psalmus. Et apud Hebræos firmissimum est, quandocunque dicitur Moses vir Dei (vt hîc in titulo legitur) non alium intelligi quàm illum ducem & legislatorem, cui propter excellentiam hoc nomen attribuũt, vt non liceat cuiquam de alio Mose suspicari, quem assignet Psalmi autorem. Alij verò dicunt hunc Psalmum non ideo prænotatum habere in titulo Mosen, quòd ipse sit eius autor, sed quia talia ferè in hoc Psalmo describuntur, qualia di-
D xit Moses, & orauit coram domino, cũ pro populo (qui iram Dei suis peccatis prouocauerat) faceret deprecationẽ ne in totum absumeretur, iuxta comminationem domini. Verùm de his certi nihil determinari potest: quamobrem nec curiosius ea ducimus perueſtiganda.

IN PSALMVM XC.

VERSV primo, Qui habitat in adiutorio altissimi. Hieronymus, Qui habitat in abscondito excelsi, in vmbraculo domini commorabitur. Quod in eandem sentẽtiam in-

terpretari poteſt,in quam ſupra vulgatam lectionẽ ſumus in-
terpretati.In abſcõdito enim vel abdito vel ſecreto altiſsimi
habitare,nõ eſt aliud quàm in ſpe auxilij eius totos nos intra
ipſum cõcludere,inq; eo velut in foraminibus petræ firmiſ-
ſimæ,& in cauerna dulcis maceriæ nidum componere:id eſt,
ſtabilem eligere manſionẽ.Et iterum,In vmbraculo vel vm-
bra domini:idem eſt,quod in eius protectione. Verſu quar-
to,Et à verbo aſpero.Hieronymus,de morte inſidiarũ:id eſt,
de morte quã mihi machinãtur aduerſarij venatores per in-
ſidias.Nõ enim ad aliud inſidiãtur,& in venatione occupan-
tur,niſi vt morte interficiãt,quẽadmodum latius diximus in
annotationibus præcipuis.Felix vertit, A peſte prauitatũ vel
confractionũ:id eſt,à corruptione iniquitatis & malitiæ, per
quam cõfringitur virtus humani ſpiritus,& omnis vigor ex-
hauritur.Verſioni Hieronymi ſatis accedit Chal.Parap.quæ
ſic habet,Liberabit te de laqueo, & de morte,& de inſidiis.

Verſu quinto,Scuto circundabit te veritas eius. Hieronymus,Scutũ & protectio veritas eius:hoc eſt,fides ſiue fidelitas eius tibi erit pro ſcuto & protectione. Alij vertũt,Scutum & parma,vel haſta & parma veritas eius:vt ſignificetur in ſcuto protectionis ſecuritas à malo:haſta verò aut parma, ipſa etiã ad inuadendũ & impugnandũ inimicos fortitudo. Per veritatem nanq; Dei poſſumus non ſolum à nobis malum depellere,verumetiam hoſtes inuadere & humiliare. Propter quod Paulus huius pugnę miles expertiſsimus,& hoſtium iſtorum noſtrorum vigilantiſsimus explorator, docet nos,non modo ſcutũ habere in quo omnia tela nequiſsimi ignea valeamus
Epheſ. 6. extinguere,ſed gladiũ inſuper ſpiritus aſſumere,quod eſt verbum Dei:nihil dubiũ,quin ad noſtrorum hoſtium impugnationẽ,vt etiam aduerſum illos dimicare valeamus, & apertè prodire in aciem, in confidentia veritatis Dei, & non ſolum quaſi timidi ſcuto nos defenſare. Verſu ſexto, Ab incurſu & dęmonio meridiano.Pro incurſu,habet editio Romana,ruinã:A ruina(inquit)& dæmonio meridiano.Quæ duæ lectiones in vnã ſententiam facilè poſſunt reduci,ſi ruina intelligatur illa, qua dæmonium meridianũ aperto marte in hoſtem irruit:toto virtutis impetu,quantũ prealet.Hæc enim ruina incurſus eſt.Vnde pro eodem dicimus,in exercitũ aut ciuitatẽ irruere, vel facere incurſum. Hieronymus verò totũ hoc, **Ab incurſu & dæmonio meridiano,ita vertit, A morſu inſidiantis meridie.**Felix aliter,Ab ægritudine repentina,deuaſtante in meridie.Alij,Ab exterminio vel exterminatore vaſtãte meridie.Chal.Para.habet,A caterua dæmonũ qui nocẽt meridie.Secundũ aliquos verò nomina Hebraica in his locis poſita,videlicet deber & keteb,ſunt nomina dæmonũ,quorũ prius valet peſtem.Vnde pro negotio, peſtem legũt Hebæi: poſterius autẽ ſignificat ægritudinem ſubitaneam, quæ velociter incidit,& ab incidendo ſic dicitur: propter quod alij exterminatorẽ,vel exterminiũ transferunt. Verſu decimo, Et flagellum nõ appropinquabit tabernaculo tuo.Pro flagello vertit Hieronymus lepram.Felix nobiſcum flagellum,aut vulnus,aut plagam. Omnia eandem habent ſententiam,videlicet nullum malũ poſſe ſperanti in Deo accidere. Verſu vndecimo,Quoniam angelis ſuis mandauit de te.Hieronymus per omnia nobiſcum vertit:Felix ad hũc modum, Quoniam angelos ſuos præcipiet adeſſe tibi,vel angelis ſuis mandauit tibi:id eſt,in fauorem tui,vt cuſtodiãt,&c. Illud etiam quod ſequitur,In manibus portabunt te,verti poteſt,Super palmas leuabunt,vel portabũt te:& quod mox ſequitur, Ne fortè offendas ad lapidem pedem tuũ,verti poteſt,Ne fortè offendat ad lapidẽ, vel impinguat lapidi pes tuus. Eſt & hoc animaduerſione dignũ,quòd per lapidem Chal.Parah.intelligit prauam cupiditatem ſiue cõcupiſcentiam, quem alibi fomitem prauũ nuncupat.Sic enim habet,Ne fortè impingant,vel offendant ad prauam cupiditatẽ vel concupiſcentiam (quæ eſt ſimilis lapidi)pedes tui : id eſt,ne à tua praua concupiſcentia vllũ patiaris ſcandalũ. Verſu decimotertio, Super aſpidẽ & baſiliſcũ ambulabis,&c.Felix, Super leonẽ & aſpidem iter facies,conculcabis catulũ leonis & draconẽ:id eſt,quicquid vel apertè vel occultè vel magna potentia vel per inũdias nocet, vt ſuprà expoſuimus. Hieronymi lectio à noſtra vulgata nihil differt. Verſu decimoquarto,Quoniam in me ſperauit. Hieronymus,Quoniã mihi adhæſit.Felix,Quoniã me,vel in me cõcupiuit:hoceſt,vehemẽter amauit,vel mihi per ſpẽ firmiter adhæſit.Dictio enim Hebraica chaſack,ſignificat non ſimpliciter amare,ſed vehementer & intensè diligere, velut cũ totali affectus intẽtione.Verſu vltimo,Et oſtendã illi ſalutare meũ.Oſtendam,videtur poſitũ pro exhibebo : vt ſit ſenſus,Exhibebo vel præſtabo illi, ſiue experiri & poſsidere faciam illũ ſalutẽ meam:hoc eſt,vitã & beatitudinẽ æternam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VERSV tertio, In decachordo psalterio, cum cantico, in cithara. In Hebræo fit diuisio inter decachordũ & psalterium, & sic legitur, Super decachordo, super psalterio, super higaion cum cithara, vel in cithara: vel sic, ad decachordum, ad psalteriũ siue nablum, ad higaion in cithara. Ex quo patet, quòd iuxta Hebraicam lectionem non sit legendum coniunctim, psalterium decachordum, neque idem valere quod psalterium decem chordarum. In Græco tamen, vnde nostra lectio manat, iunguntur hæc adinuicem absque coniunctione media, vel vllius particulæ interpositione. Ideoq; nos interpretati sumus, psalterium decem chordarum: id est, instrumentum psalterij decem fides vel chordas habens tensas. Sic enim nostra lectio apertè legit psalm. XXXII. cum Psalm.32. versu secundo dicitur, In psalterio decem chordarum psallite illi. Quantum tamen ad locum præsentem posit facilè distinctio fieri ea quæ est in Hebræo, si diuisim legantur psalterium & decachordum, hoc modo, In psalterio, decachordo, in cantico cum cithara. Higaion autem, pro quo nos habemus canticum, aliqui canticum vertunt, alij instrumẽtum musicum esse opinantur, eo quòd in Hebræo eadem præmittatur præpositio, quæ prioribus instrumentis: dicendo, super decachordo, super psalterio, super Higaion. Verùm id perparum refert, maximè cum nec ipsi Hebræi in huiusmodi aliquid habeant certi. Versu decimotertio, Plantati in domo domini. Ex Hebræo Hieronymus vertit non simpliciter plantati, sed transplantati. Quod iucunda consideratione eo Ephes. 2. potest referri, quòd natura filij iræ & mortis sumus, per gratiam autem efficimur filij adoptionis. Atque ita dum in sancta ecclesia per Deum iustificati plãtamur, rectè dicimur transplantati, quasi de regione mortis ad regionem vitæ, de 1. Ioan. 5. carcere diaboli ad domũ & tabernaculum Dei viui. De quo dilectus domini discipulus: Nos scimus (inquit) quoniam translati sumus de morte ad vitam. Hæc enim est illa transplantatio. Versu decimoquarto, Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi, & benepatientes erunt, vt annuntient. Dictionem significantem vbertatem, lectio Hebraica iungit cum sequenti, non cum senecta hoc modo, iuxta translationem Hieronymi, Adhuc fructificabunt in senecture, pingues & frondentes erunt, vel (iuxta Felicis versionem) pingues &

& virides erunt. Alij vertunt, succosi, vel succulenti & viui: significatur pulcherrimus viror, & plenissimus vigor animæ iustorum in corpore deficienti.

DE TITVLO PSALMI PRAECEDENTIS.

HABET Psalmus iste talem titulum, Psalmus cantici, in die sabbathi. Quid sibi velit, Psalmus cantici, post annotationes psalm. IIII. in expositione tituli diximus. In die autem sabbathi adiicitur secũdum aliquos, quoniam illa die debeat decantari. Estque admodum aptus diei sabbathi, quoniam adhortatur ad laudem Dei solennem, & considerationem operum Dei mirabilium, quibus maximè oportet sabbatho intendere: quoniam ad hoc sabbathi quies est instituta à Deo & sanctificata, vt ab omni externo opere tum feriantes, attentius recogitaremus miranda Dei erga nos beneficia, & quæ iam collata accepimus, & quæ adhuc ab illo spe firma vsque in senectutem vltimam expectamus. Quod autem quidam Hebræorum dicunt, hunc Psalmum dixisse primum hominem in die sabbathi, diem plasmationis ipsius statim subsequenti, id nullam habet solidam autoritatem. Gene. 2.

IN PSALMVM XCII.

VERSV primo, Dominus regnauit, decorem indutus est. Hieronymus, Gloria indutus est. Felix, magnificentiam induit. Eadem est sententta, Decorem enim interpretati sumus, gloriam & magnificentiam resurrectionis.

Versu secundo, A seculo tu es: hoc est, ab æterno, vt vertit Hieronymus ac Felix. Versu quinto, Et sexto, A vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris. In lectione Hebraica, finis versus quinti principium est versus sexti, ad hunc modum. A vocibus aquarum multarum, mirabiles vel terribiles elationes maris. Quod exponi potest secundum eam sententiam qua diximus, seculi potentes & sapientes confidentes in populorum multitudine, non in veritate mirabiliter se opposuisse verbo Euangelij. Quidam ex Hebræo sic legunt, A vel præ vocibus aquarum multarum, terribiliumque elationum maris, terribilis est in altis dominus: vt significetur magis omnibus esse terribilis dominus, sicut dicitur in alio psalmo, Quoniam dominus

Universidad de Deusto
Biblioteca

excelsus,terribilis, rex magnus super omnẽ terram. Alijtotum quod hîc de fluminum & maris eleuatione dicitur, in bonam partem interprætantur, & ad laudem Dei referunt. Vnde Chaldaica Paraphrasis sic habet, Leuauerunt flumina laudem coram Deo, eleuauerunt flumina vocẽ suam in cantico,recipient flumina præmium laudum suarum.A vocibus aquarum multarum, à laudibus fluctuum maris magni laudata est in cælis Dei celsitudo.

DE TITVLO PSALMI PRAECEDENTIS.

PSALMVS iste nullum habet in Hebræo titulum:in Græcis tamen & Latinis exemplaribus nostris prolixum & nouum inuenimus, in hunc modum, Laus cantici Dauid, in die ante sabbathum,quando fundata est terra,vt habet lectio Romana,vel quando inhabitata,vt habet Gallicana. In quo titulo secundum mysticũ sensum, per diem ante sabbathum, intelligi dicunt ætatem istam nouissimam, & tempus hoc gratiæ in quo nunc viuimus vsque ad consummationem seculi,quando veniet octaua illa ætas nũquam finienda, sabbatismus ille sempiternus, populo Dei,de quo Paulus Apostolus loquitur in epistola ad Hebræos. In hoc enim pro sabbatho,vt est in Græco,id est,die ante sabbathum, hoc est in nouissima hac ætate, terra fundata est, ecclesia ædificata: & eadem ista inhabitari cœpta est à populo fidelium. De hac autem terræ fundatione,siue ecclesiæ ædificatione, iuxta expositionẽ in Elucidatione positam,totus iste Psalmus facit mẽtionem: propter quod, meritò in titulo dicitur, Laus cantici Dauid in,pro sabbatho, quando inhabitata est terra. De hoc enim die salutis & gratiæ in quo nunc viuimus,quique præcedit sabbathũ requietionis nouissimũ potissimũ loquitur.

Hebr. 4.

IN PSALMVM XCIII.

VERSV primo,Deus vltionum liberè egit.Hieronymus, Deus vltionum ostendere.Felix, Deus vltionũ splendidè apparere,vel splendidè apparuit.Quod vltimũ facilè cum nostra vulgata lectione cõcordat. Ferè enim idem sunt,splendidè apparere,& liberè agere. Quotiescunque enim Deus liberè & confidenter agit in impiorũpunitione, proculdubio splendidè apparet,splendidè se manifestat,dũ suam vltionem pul

Gene.7.& 19.

A pulchrè & palàm exhibet ante oculos. Videlicet cũ mundũ diluuio perdidit, cum Sodoma & Gomorrham igne & sulphure absumpsit,cum Pharaonẽ & omnem Aegyptum manu valida cõtriuit,cum Sennacheribe exercitum centũ octoginta milia hominum in cineres cõsumpsit,nónne in his omnibus simul & liberè egit,& splẽdidè apparuit?Quòd si per imperatiuum modũ legatur,intelligitur fieri deprecatio pro ostensione vltionis Diuinę. Versu quarto,Effabuntur,& loquentur iniquitatem. Hieronymus, Fluent loquentes antiquum.Felix,Effluent vel affabuntur,loquẽtur elatum,vetus, B antiquum,superbum.Vocabulum enim quod priori loco positum pro effabuntur, magnam habet emphasim, significans ebullire,& abundanter eiicere,notatque oris impiorũ temeritatem & improbitatem,qua audent absq; metu,absque obseruatione oris temere quicquid in os venerit effutire. Loco autẽ iniquitatis habetur dictio athalz,& significat vetus, durum,superbũ,elatum.Propter quod verti posset, Loquentur inueteratam superbiam,vel inueteratam malitiam. Versu decimo,Qui corripit gẽtes,nõ arguet?in Græco est παιδεύων, C quod significat vel castigationẽ, vel ipsam eruditionẽ & instructionem. Deus enim & disciplina gentes instituit,docẽs omnes quę recta sunt:& nihilominus disciplina sua castigat, vleiscens pro cõmissis impietatibus. Hieronymus vertit,qui erudit.Chaldaica trãslatio consentit,dum loco huius,qui erudit,ponit,Qui dedit legẽ populo suo.Sic enim habet,An possibile est,quòd ille qui dedit legẽ populo suo, cum peccauerint,nõ arguet eos? Felix autem vertit, qui castigat. Versu duodecimo,Beatus homo quẽ tu erudieris domine.Eruditio ista potest etiã castigatio intelligi.Vnde Felix vertit, Beatus D quem tu erudieris vel castigaueris domine. Verè enim fœlix est,qui Dei castigatione eruditur,& disciplina patris sui exercetur.Non enim est filius(vt ait Apostolus) quẽ non castigat pater:& qui extra disciplinam sunt, adulteri sunt & nõ legitimi filij.Hinc & alibi dicitur, Et disciplina tua correxit me in finẽ,& disciplina tua ipsa me docebit. Versu decimoquinto,Quoadusq; iustitia conuertitur in iudiciũ? Ex Hebræo sic legitur,Quoniam ad iustitiam reuertetur iudiciũ. Quod exponi potest diuersis modis, in Elucidatione atq; annotationibus principalibus expositis.Primùm quidẽ,de iustitia Dei, hoc modo,Iudicium quod nũc videtur à Dei iustitia abesse,

Exod.14. Esaiæ 37.

Hebr. 12. Psal.17.

aliquando reuertetur ad iustitiam, videlicet vt iudiciũ exer- E
ceatur secũdum eam,& non erit perpetuò iustitia Dei absq; iudicio otiosa,sed prodibit tandem vltionis iudiciũ,& vindictæ exercitium. De iustitia autem sanctorum sic expone,Futurum est aliquando,vt iustitia bonorũ quæ nunc contemnitur & despicitur,adducatur in iudicium coram tribunali domini:& tunc apparebit pretium eius,tunc erit digna virtutis æstimatio,quæ nunc donec absque iudicio later,nullius æstimatur pretij. Vel sic expone de iudicio generaliter:Futurum est aliquando,vt iudicium reuertatur ad iustitiam, vt nõ amplius iudicetur iniustè, quẽadmodum fit inter homines, sed F
1.Cor.3. 1.Cor.4. vt iudicetur iustè: & tunc erit bonis bona merces quum cœptum fuerit iustè iudicari:id est,in nouissimo die. Nũc enim plerunq; iudicium abest à iustitia,& iudicium huius temporis vanum est.Sed in die illo reuertetur ad iudiciũ iustitia,& incipiet iustè iudicari, quando dies illi domini declarabit vniuscuiusq; opus quale sit,quando illuminabit Deus abscõdita tenebrarũ,& manifestabit consilia cordium,& tunc laus erit vnicuiq; à Deo.Posset verò versus iste clarius secundum hanc lectionẽ sic verti, Adhuc erit iudicium coniunctũ cum iustitia. Versu eodem,Et qui iuxta illam,omnes qui rectò G
sunt corde,Hierony.Et sequẽtur illud(repetè iudiciũ)omnes recti corde:hoc est iudiciũ Dei approbabunt,tanquam assessores omnes sancti.Vel sic,Iudicium coniunctũ iustitiæ, siue iustum iudicium,sequẽtur omnes recti corde:quemadmodũ omnes impij malũ sequuntur iudicium,cõiunctum, cum in-
Psalm.57. iustitia. Vnde alibi monet Psalmista, Recte iudicate filij hominũ. Alij vertunt,Post ipsum(dominũ) omnes recti corde, vel ipsum dominum sequentur omnes recti corde. Quod sic H
potest exponi,Quando iudiciũ fuerit incursum ad iustitiam, tunc post ipsum dominum iustè iudicantem sequẽtur omnes sancti,quoniam omnes illũ in gloriam supernam commutabuntur à iudicio reuertẽtem,impios in ignem æternũ longè protrusis à facie Dei.Qua sententia satis aperte innuit quod hoc loco habet Chalda.Paraphrasis, Post eum redimentur omnes recti corde. Videtur enim redẽptio illa loqui de salute sanctorũ. Versu decimonono,Secundũ multitudinem dolorum meorũ in corde meo,cõsolationes tuæ lętificauerũt animam meam.Ex Hebræo Hieronymus,In multitudine cogitationum mearum quæ sunt in me intrinsecus, cõsolationes tuæ

A tuæ delectabũt animã meam.Felix,in multitudine,vel iuxta multitudinẽ cogitationum mearum,in intimo meo, consolationes tuæ delectabunt animam meam:Quas cogitationes cõuenientius intelligimus cogitationes perturbãtes & perterrefacientes conscientiam, cuiusmodi sunt cogitationes pusillanimitatis, aut desperationis, aut consimiles propter quas homo velut horrore concutitur, & grauiter affligitur, quales & Paulus apostolus experiebatur, quũ diceret, Foris 2.Cor. 7.
pugnæ,intus timores.Et iterum, Suprà modum grauati fui- 2.Cor 1.
B mus suprà virtutem,ita vt tæderet nos etiam viuere. Sed ipsi responsum mortis habuimus in nobismetipsis, &c. Quidam vertunt,Secundũ æstum,vel pro æstu multarum cogitationũ intra me recreauerũt consolationes tuæ animam meam.

Versu vigesimoprimo, Captabunt in animã iusti. In Hebræo est,copulabuntur,vt habet Hieronymus,vel congregabuntur quasi cuneis militum,vt ait Felix, vel conglobabuntur quasi cuneis militum, vt ait Felix, vel conglobabuntur siue agglomerabuntur aduersus animam iusti.

C

IN PSALMVM XCIIII.

VERSV primo,Iubilemus Deo salutari nostro Hieronymus,Iubilemus petrę Iesu nostro:id est,salutari vel saluatori nostro.Ipse enim dominus est petra nostra: id est,firmamentũ nostrũ,& fortitudo:& est nostrũ salutare,siue salus nostra,aut Saluator.Felix sic vertit, Iubilemus rupi salutis nostrę:id est,firmissimę petrę,in qua salui cõsistimus,& in bono immobiles.Alij vertũt,Iubilemus forti salutis nostrę.vel forti Saluatori nostro.Alij propugnatori salutisnostræ. Quæ in idẽ conueniũt. Versu quarto, Quia in manu eius sunt omnes fines terræ.Hieronymus,In cuius manu fundamẽta terD ræ.In quo significatur plenissimũ dominiũ, quo dominatur terræ dominus,& perfecta possessio,vt possit eam concutire, cõturbare,destruere,aut cõtinere pro suo placito. Qui enim fundamenta habet ædificij in manu sua,in huius arbitrio est ipsum vel conseruare,vel cõmouere,vel penitus in ruinam dare,atque ex imo subuertere. Felix autẽ pro fundamentis habet explorationes.Alij vertũt penetralia terę:id est,intima terræ, & quæ sunt in ea abditissima. Omnia enim sunt domini,quæ etiam intima creauit terræ viscera.Atque ita pulchrè istud cũ sequenti consentit,vt canat Propheta ea etiam

quæ

quæ hominibus prorſus neceſſaria ſunt & incognita loca, cu- E iuſmodi ſunt montiū celſitudines,& terræ penetralia,eſſe in manu & ſubiectione domini. Quod autem in ſecunda parte dicitur, Et altitudines montium ipſius ſunt, hoc in Pſalterio Romano ita legitur, Et altitudines mōtium ipſe conſpicit. Quo verbo indicatur, Deo eſſe cognita etiam illa quæ ſunt in altiſsimis mōtibus, Verūm hæc lectio neque in Hebraico neque in Græco inuenitur. Sic enim habet vtraque lectio, vt nos ſecundum conſuetudinē Pſalterij Gallicani legimus. Altitudines montium ipſius ſunt. Verſu ſexto, Venite adoremus & procidamus ante Deum,ploremus coram domino. In F Hebræo non eſt ploremus. Sic enim legitur, Venite , adoremus,& procidamus,vel curuemur , vel flectamus genua ante faciem domini factoris vel fictoris noſtri. Verſu octauo,Hodie ſi vocem eius audieritis. Hoc principium verſus quidam Hebræi iungūt cum præcedentibus,cum verbis illis, venite, adoremus , & procidamus ante Deum factorem noſtrum,ſi modo hodie vocem eius audire volueritis: ac deinde legunt ſeparatim, Nolite obdurare corda veſtra,&c.Verūm ita non diſtinguit in ſua verſione Hieronymus,neque videtur diſtinctio illa approbanda,maximè cum Beatus Paulus in epiſtola G ad Hebræos hunc locum frequēter replicans , manifeſtè noſtram cōnexionem approbet,& eam ſolam ponat,ſemper ita iungens,Hodie ſi vocē eius audieritis,nolite obdurare corda veſtra Verſu nono,Sicut in irritatione ſecundum diem tentationis.Pro irritatione & tētatione, in Hebraico eſt meriba & maſſa, quæ aliqui putant eſſe nomina propria locorum,in quibus filij Iſrael tentauerunt dominum.Magis tamen videtur accipienda vt nomina appellatiua ſignificantia contradictionem vel irritationem & tentationem, quomodo vertit etiam ex Hebræo Hieronymus , Sicut in contradictione , ſicut in die tentationis,in deſerto. Verſu decimo , Probauerunt & viderunt opera mea.In Hebræo eſt,Probauerunt me, & viderunt opus meum.

IN PSALMVM XCV.

VERSV octauo, Adorate dominum in atrio ſancto eius. Hieronymus, Adorate dominum in decore ſanctuarij. Quod exponi poteſt ſecundum interpretationē lectionis vulgatæ.Adorate dominū in decore eccleſiæ habitantē,vel adorate

A rate dominum in decoro & magnifico ſanctuario. Intelligi etiā poteſt,Adorate dominum in fide,ſpe,& charitate,virtutūq; ornatu.Hic eſt enim decor ſanctuarij interioris domini Dei noſtri, id eſt ornatus humani ſpiritus , quem inhabitat Deus vt tēplum. Verſu decimoſexto,Etenim correxit orbē terræ,qui non cōmouebitur.Hieronymus, Siquidem appendit orbē immobilem:id eſt,firmauit,atque præparauit orbē qui non mouebitur,quod ſecundū ſententiam cum lectione vulgata coincidit:quemadmodum & illud quod vertit Felix, Etiam firmatus eſt orbis terræ,non elabitur. In ſequenti au- B tem verſu loco commoueatur, Hieronymus vertit , tonet mare,Felix tumultuetur,aut intonet mare. Alij reſonet vel perſtrepat mare. Omnia noſtræ expoſitioni conſentiunt.

DE TITVLO PRAECEDENTIS PSALMI.

HVIC Pſalmo in Hebræo nullus præponitur titulus,In lectione tamē vulgata,atque etiā in Græca ſic legimus, C Canticum Dauid,quando domus ædificabatur poſt captiuitatem. Qui titulus, ſi ſecundum myſticam intelligentiam exponatur,manifeſtè conſonat iis quæ in hoc pſalmo decantantur de eccleſiæ ſanctæ per Chriſtum ædificatione, & mūdi correctione ſiue reſtauratione per Chriſti aduentum & prædicationem gloriæ eius. Dum enim mundus poſt longam captiuitatem tandem eſt libertati reſtitutus, & à captiuitate abſolutus,à iugo mortis & ſeruitute diaboli,quaſi poſt captiuitatem domus Dei ædificata fuit

IN PSALMVM XCVI.

VERSV quinto , Montes ſicut cera fluxerunt à facie domini,à facie domini omnis terra. Ex Hebræo ſic ver- D tit Hieronymus,Montes ſicut cera tabefacti ſunt à facie domini , à facie dominatoris omnis terræ: ſimiliter & Felix, A facie domini vniuerſæ terræ. Atque ita etiam legitur in Græcis codicibus ἀπὸ προσώπου κυρίου πάσης τῆς γῆς: vbi articulus manifeſtè indicat caſum genitiuum: hoc eſt, A facie domini omnis vel totius ipſius terræ. Vnde poteſt oriri ſuſpicio,factam eſſe immutationem vnius literæ a in æ , in vulgatis Latinis codicibus , vt pro terræ,ſcriptum ſit terra. Habet tamen nominatiuus etiam commodum & facilem ſenſum , vt ex Elucidatione patet. Verſu ſeptimo, Et qui gloriant

gloriãtur in ſimula chriſ ſuis. In Hebræo idem eſt vocabulũ, E quod verſus quinti, pſalmi præcedentis, vbi noſtra habet lectio, Omnes dij gentium dæmonia. Idem (inquam) vocabulum Hebraicum eſt elilum, quod aliqui vertunt ſculptilia, ſed ſignificare videtur vanitates, vel nihil. Vnde Felix vertit, Qui gloriantur in idolis, vel in vanitatibus, vel in nihilo. Per contemptum enim, idola vanitates & nihil appellat. Verſu octauo, Adorate eum omnes angeli eius. In Hebræo eſt, Adorate eum omnes dij: hoc eſt, quicquid magnificum eſt, quicquid glorioſum, agnoſcat ſuperiorem dominum, eúmque adoret, vt dictum eſt. F

DE TITVLO PRAECEDENTIS PSALMI.

IN Hebræo nullus eſt titulus, ſed in Græcis & Latinis codicibus ſic legitur, Pſalmus ipſi Dauid, vel huic Dauid, quãdo terra eius reſtituta eſt vel reſtaurata. Qui titulus ſecundũ myſticã intelligentiã nõ malè cõuenit materiæ pſalmi præſentis, qui eſt de reſtitutione totius terræ, facta Chriſto domino poſt reſurrectionẽ. Quaſi enim perdiderat terrã, & ei velut pereat, dũ ſub manũ inimici & ſub tyrannidẽ diaboli fuit G tradita propter primi hominis peccatũ. Quaſi verò reſtituta fuit Chriſto & inſtaurata, quãdo morte deuicta fuit redempta, & per euangelij prædicationem ad Chriſtum primũ & verum dominũ fuit conuerſa. Perfectiſsimè autem terra reſtaurabitur & reſtituetur ipſi Chriſto in nouiſsimo iudicio, quando omnia perfectè ſubiicientur ſub pedibus eius. Nunc 1. Cor. 15. enim (vt ait apoſtolus) necdum videmus omnia ſubiecta Pſal. 8. ſub pedibus eius, tunc autem fient ei omnia ſubiecta.

IN PSALMVM XCVII.

VERSV ſecundo, Saluauit ſibi dextera eius. Quomodo H in annotationibus principalibus diximus, putant iſtud vertendũ aliqui per accuſatiuum: Saluauit eum dextera eius: hoc eſt, ipſum Chriſtũ dominum ſaluauit ſua diuinitatis. Alij vertũt, Saluauit ſibi dexterã ſuam, & brachium ſanctum ſuũ: ad hunc ſenſum, Deus pater ſaluũ fecit à morte (per reſuſcitationẽ) filium ſuum, qui eſt ipſius dextera & brachiũ. Frequẽs enim eſt, vt in ſcripturis filius dextera patris aut brachiũ nominetur: quemadmodũ iu cantico virginis matris dicitur Fecit potentiã in brachio ſuo, quod aliqui non malè intelligũt, in Chri

A in Chriſto filio, Et quod in pſalmo CXVII. dicitur, Dextera Pſal. 117. domini fecit virtutẽ, dextera domini exaltauit me, Dextera domini fecit virtutẽ, poteſt de filio intelligi, per quẽ pater operatus eſt mũdi ſalutẽ. Veriſimilius tamẽ videtur quod dicũt alij, ex more Hebraici ſermonis caſu datiuo eſſe vertendũ, vt habet noſtra lectio, & quomodo beatus Hieronymus vertit in pſalterio quod trãſtulit ex Hebraica veritate. Neq; hoc ſolũ in loco, verũ etiã in aliis aliquot cõſimilibus ſacrę ſcripturę Esaiæ. 59. & 69. B locis. Veluti Eſaię LIX. Et ſaluabit ſibi brachiũ ſuũ, & iuſtitia eius cõfirmauit eũ. Et iterũ, Circũſpexi, & nõ erat auxiliator, quæſiui, & non fuit qui adiuuaret. Et ſaluauit mihi brachiũ meũ, & indignatio mea auxiliata eſt mihi. In his (inquã) locis, quomodo nõ trãſtulit Hieronymus, Saluabit ipſum brachiũ ſuũ, vel ſaluabit me brachiũ meum: ſed ipſi & mihi, caſu datiuo, ita nos putamus etiã in præſenti loco dicendũ (vt noſtra habet lectio) Saluabit ſibi dextera eius. Poteſt autẽ hęc locutio accipi, vt ſit proprietas Hebręi idiomatis, vel ad eũ modũ quo ſuprà expoſuimus in Elucidatione & annotationibus C principalibus, vel vt ſignificetur exceptio, vt ſit ſenſus, Saluauit ſola dextera eius, ſalutẽ fecit ſola eius dextera: quemadmodũ in illis aliis locis apud Eſaiam, Saluabit mihi brachiũ meũ, ſenſus accipi poteſt, Solum brachium meum faciet ſalutẽ: & in altero loco, Solum brachium meum fecit ſalutem.

IN PSALMVM XCVIII.

VERSV tertio, Honor regis iudicium diligit. Hieronymus pro honore, vertit, imperiũ. Imperiũ (inquit) regis iudiciũ diligit. Alij vertũt, fortitudinẽ. Facilè autem iſta poſ- D ſunt exponi ſecundũ ea quę diximus in Elucidatione & annotationibus principalibus. Verſu quinto, Adorate ſcabellũ pedũ eius, quoniam ſanctũ eſt. Ex Hebræo verti poteſt indifferenter, vel per genus neutrũ, Quoniã ſanctum eſt, videlicet ſcabellũ, quomodo habet lectio Latina: vel, Quoniã ſanctus eſt, genere maſculino, vt ſit ſenſus, Adorate ſcabellũ pedum domini, eo quòd ipſe dominus ſit ſanctus. Atq; ita vertit Hieronymus. Felix verò ſequitur genus neutrũ. Pro eo autem quod in Hebræo, & in noſtra lectione habetur, Adorate ſcabellũ pedũ eius: habet Parap. Chal. Adorate domũ ſanctuarij eius, quod illi fauet expoſitioni quæ per ſcabellũ pedũ intelligit arcam domini, vt diximus in annotationibus prioribus.

VERSV tertio, Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Hieronymus ita vertit, Ipse fecit nos, & ipsius sumus. Populus eius, & grex pascuæ eius. Alij ex Hebræo vertunt, Ipse fecit nos, & non nos, intelligendo ipsi, iuxta sententiam nostræ lectionis. Felix & in textu ponit, Et non nos: ad marginem verò, Et ipsius nos, admonens, quòd dictio ipsius scribitur, dictio autem non legitur. Id enim subinde in hebraica lectione vsuuenit, vt aliud scribatur, & aliud legatur. Quod autem huic Psalmo præmittitur pro titulo, Psalmus in confessione, nullam habet difficultatem. Manifestum enim est, ob F hoc in confessione præmitti, quoniam non aliud qnàm ad confessionem adhortatur.

IN PSALMVM C.

VERSV secundo, Psallam & intelligam in via immaculata. Hieronymus, Psallã & erudiar in via perfecta quod pro nostra facit interpretatione in Elucidatione posita.

Versu quarto, Non proponebam ante oculos meos rem iniustam. In Hebræo est verbum belial, pro re iniusta, eadémque sententia est. In iis autem quæ sequuntur, Facientes præuaricationes audiui, non adhæsit mihi cor prauuum, G declinantem à me malignum non cognoscebam: aliam distinctionem habet lectio hebraica. Sic enim vertit Hieronymus, Facientem declinationes odiui, nec adhæsit mihi. Cor prauum recedet à me, malum nesciam. Versu sexto, Hunc persequebar. In Hebræo est, Hunc interficiam, vel hũc ad internetionem perducam: hoc est, grauiter illum redarguam, confundã & puniam, nec ferre potero. Versu septimo, Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam. Cor insatiabile intelligi potest de corde auaro vel ambitioso. H Vtrunque enim est insatiabile: illud quidem diuitijs: hoc autẽ honoribus. Et ad vtrunque est lectio hebræa indifferens, quæ habet, latũ vel vastum vel amplum corde. Sunt antẽ lato corde vel amplo corde tam auari quam ambitiosi. Hieronymus tamen vertit, elatũ corde, ad ambitionem referens. Pro eo autem quod sequitur, Cum hoc non edebam: In Hebræo est, Cum hoc esse non potero, vt vertit Hieronymus: vel hunc non patiar, vt habet Felix. In Hebræo enim est oratio defectiua, non potero, vbi supplendum videtur ferre, aut sustinere

A re, aut sustinere, aut esse cum eo, aut simile aliquid. Versu nono, Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam. Pro superbia, in Hebræo est dolus vel fraus. Pro eo autem quod sequitur in parte secũda, non direxit: Hieronymus habet, non placebit: Felix, non dirigetur, nõ stabilietur. Alij, non prosperabitur, non habebit prosperũ successum. Omnia fere in idem recidunt, & sententiam in Elucidatione positam declarant. Versu vltimo, In matutino interficiam omnes peccatores terræ. Si in persona Christi hic Psalmus exponeretur, posset ista peccatorũ interfectio intelligi damna- B tio impiorum: & tempus hoc matutinum, dies iudicij, quando illucesceet dominus & illuminabit abscondita tenebrarũ, vt fiant manifesta consilia cordium. Tunc enim colliget & 1. Cor. 4. separabit Christus dominus de regno suo omnia scandala, & omnes qui ea operati sunt, proiiciet in ignem damnationis æternæ. Cui expositioni satis fauet quod habet Chaldai. Para- Matt. 13. phr. Mundo vẽturo qui assimilatur luci matutinæ, perdam omnes peccatores terræ, vt disperdam de Hierusalem ciuitate Dei omnes operarios iniquitatis.

C

IN PSALMVM CI.

VERSV quarto, Ossa mea sicut cremium aruerunt. Felix, Ossa mea sicut torris vel titio, vel focus, adusta sunt: quod eandem habet cum nostra lectione sententiam. Vicinius tamen Hieronymus verrit, Ossa mea quasi confrixa contabuerunt. Versu octauo, Vigilaui & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Verbum Hebraicum sakad, significat non simpliciter vigilare, sed vigilare cum obseruatione & expectatione aut cum exercitatione. Vnde verti D posset, Expectando vigilaui, aut vigil expectaui, aut vigilando exercitatus sum, siue vigil perseueraui. Pro passere autem Hieronymus nomen generis ponit, vertens autem solitariam super tectum, pro passere solitario in tecto. Felix tamen & alij, nomen speciei iuxta nostram lectionem retinent. Versu decimotertio, Et memoriale tuum in generatione & generationem. Felix vertit, Memoria tui, quod clarius est. Hieronymus autem, memorabile, quod fortè de nomine domini, vel de operibus memorabilibus & æterna commemoratione dignis intelligitur. Versu vigesimoquarto, Respondit ei in via virtutis suæ. Secus legitur in

Hebræo, Afflixit siue humiliauit in via virtutem aut fortitudinem meam, abbreuiauit dies meos. Quam lectionem variis exponũt modis. Quidam sic intelligũt, Afflixit dominus virtutem & fortitudinem meam, in via vitæ huius, per diuersorum malorum immissionem, breuiauit ærumnarum & miseriarum multitudine dies vitæ meæ. Chaldai. Paraphr. sic habet, Afflicta est à via laboriosa (ipsa est via captiuitatis) virtus mea: breuiati sunt dies mei. Secundum quam sententiam, in via pro à via videretur accipiendum. Quidam subtilius interpretantur, per viam intelligentes hunc cursum Ecclesiæ, tempore medio inter primordia nascentis Ecclesiæ & finem nouissimum. In hac enim via, in hoc tempore medio, quo versus finem seculi properatur, Ecclesiæ fortitudo affligitur per varias hæreses & schismata multa, Antichristis multis exurgentibus, qui fidei fortitudinem mirum in modum affligunt & imminuunt, donec in tempore nouissimæ persequutionis ad summum excrescat malitia. Sed propter electos (iuxta verbum Saluatoris) dies illi afflictionis breuiabuntur. Alij verò sic exponunt, Non est passùs Deus me progredi in peccatis meis, via mala quam ambulaui, per prauа & deuia itinera, sed impediuit me afflictionibus & flagellis suis, & dies meos malos abbreuiauit siue abscidit, neque permisit suum cursum perficere. Versu vigesimoseptimo, Ipsi peribunt, tu autem permanes, Perire istud communiter intelligitur ratione mutationis, quæ fiet in cælestibus. Posset tamen sic intelligi, Peribunt quantum est ex se, id est ex se corruptibiles sunt & perirent, nisi tu eos in æternũ conseruares. In secunda autem parte, Et omnes sicut vestimentum veterascent. Quidam intelligũt, omnes vel homines vel omnes creaturæ secundum quam sentiam habet Psalterium Romanum, Et omnia sicut vestimentũ veterascent. Ex Hebræo autem manifestum est debere intelligi de cælis, de quibus facta fuerat mentio in præcedentibus. Vnde Felix sic reddidit, Et omnes ipsi sicut pannus veterascẽt vel consumẽtur.

Matth. 24. Marc. 13.

Versu vltimo, Semen eorum in seculum dirigetur. In Hebræo est, Semen eorum ante faciem tuam perseuerabit, vel in conspectu tuo cõfirmabitur, aut dirigetur coram te. Et eadem est cũ nostra lectione sententia. Intelligimus enim hanc directionem seminis, non aliter quàm in conspectu Dei.

VERSV primo, Et omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius, Romanum Psalterium habet omnia interiora mea quomodo legit & Felix. Hieronymus autẽ vertit, omnia viscera mea. Eadem in omnibus sententia est. Significantur enim quæcunq; intra hominem sunt, & membra & vires, siue corporis siue animæ. Versu quarto, Qui redimit de interitu vitam tuam. Pro interitu in Hebræo est dictio Sachath, significans vel corruptionem vel foueam. Vnde Hieronymus vertit, de corruptione. Felix, de fouea, vel (vt simul ambo exprimat) de fouea corruptionis. Chald. autem Paraphra. ponit gehinam, quod nos gehennam dicimus. Omnia in idem redeunt. Significatur redemptio de inferno, perditione, corruptione & morte æterna. Versu quinto, Qui replet in bonis desiderium tuum, Pro desiderio, in Hebræo est adi, per ain in principio: quod variam habet significationem & interpretationem. Significat enim interdum ornamentum, aliquando maxillam siue os. Primam significationẽ sequutus Hieronymus, ita vertit, Qui replet bonis ornamentum tuũ. Per ornamentũ autẽ intelligi potest anima & spiritus, qui in homine est summum ipsius ornamentũ, cuius nobilitate ornatur homo atque honoratur super omnia viuẽtia. De quo ornamento potest etiam illud intelligi, quod in VIII. Psalmo scribitur, Gloria & honore coronasti eum, si de toto humano genere passus ille exponatur, vti suo loco ostendimus. Et hic est honor, de quo iterum dicitur, Homo cum in honore esset, non intellexit. Hoc autem ornamentum Deus bonis implet, cum animam ex se egenam, omnibus adimplet spiritualibus charismatibus. Alij respicientes alteram significationem, vertunt: Qui replet bonis os tuum, vel maxillas tuas, vel buccas tuas. Quæ loquutio figurata videtur, significans abundantem implerionem largæ petitionis, secũdum quod in Psalmo alio dicitur, Dilata os tuum, & implebo illud. Siquidem per oris apertionem vel dilationem, intelligimus desiderij postulationem: per oris autẽ impletionem, significatur desiderij adimpletio. Ac secundum hunc intellectum, nostra vulgata lectio Latina Hebraicam explicat. Versu nono, Non imperpetuum irascetur, neque in æternum cõminabitur. Hieronymus, Non in sempiternum iudicabit, neque in æternum irascetur. Felix, Non in æternum contendet, neque in æternum

Psalm. 8. Psalm. 48. Psalm. 10.

seruabit odium. Versu decimoquinto, Et non cognoscet amplius locũ suum. In Hebræo aliter legitur: Et non cognoscet eum locus eius, quemadmodum concorditer omnes ex Hebræo vertunt interpretes. Quod si de flore exponatur, sensum hunc habet: Vbi ceciderit flos, nõ eum cognoscit vltrà locus in quo stetit, locus in quo prius nutriebatur & florebat, iam non vltra illi vigorem aut alimentum præbet, nullumq; tenet floris qui pridem in eo stetit vestigium, sic quasi nunquam florem illum gestauerit. Si de homine intelligas, ferè similiter exponi debet: locus quem prius inhabitare solebat homo dum viueret, post mortem illum vltra non cognoscit nactus alium dominum, alium hæredem, alium inhabitatorem: nullum tenet mortui vestigium, ac si nunquam illum possessorem habuisset aut dominum.

IN PSALMVM CIII.

VERSV tertio, Extendens cælũ sicut pellem. Pro pelle, Felix vertit cortinam. Cælum autem Deus extẽdisse dicitur, quasi cortinam, intra quam habitet & sedeat occultatus. Hieronymus verò nobiscũ pellem vertit, & potest intelligi, sicut tentorium & habitationẽ suam. Tẽtoria enim ex pellibus solent fieri. Versu septimo, Abyssus sicut vestimentum amictus eius. Clarius ex Hebræo sicut vertunt Hieronymus ac Felix, Abyssò quasi vestimento operuisti eam, quam sententiam habet aliquanto obscurius nostra lectio, hoc ordine: Abyssus aquæ est amictus terræ, quasi vestimentum: hoc est, aqua terrã amicit & circundat in modum vestimẽti. Versu decimo, Terminũ posuisti quem non transgredientur. Non ad montes solum hoc refertur, sed maximè ad aquas, quẽadmodum apertè monstrat Chald. Paraphr. quæ sic habet, Terminum posuisti fluctibus maris, quem non transgrediuntur.

Versu decimotertio, De medio petrarum dabunt voces. In Hebræo est, De medio frondium, ramorum, vel nemorum.

Versu decimoseptimo, Vt exhilaret faciem in oleo. Hieronymus nobiscum vertit, Ad exhilarãdam faciem oleo: Felix, Vt illustret faciem oleo, id est, quasi splendere faciat ex vnctione olei. Potest tamen & aliter verti, continuando istud cum præcedentibus ad hunc modum, Vinum lætificabit cor hominis, vt faciem splendescere faciat super oleum, id est, Non solum ex vino cor hominis lætificabitur, verum etiam facies

A facies ipsa grato perfundetur colore, & nitebit ad modum olei. Vel sic, Vt splendescere faciat vultum præ oleo, siue præ pinguedine. Quibus enim vsus est vini cõtinuus & moderatus, pinguiusculi fiũt, & bene curata cute. Sed prior sententia videtur cõuenientior, qua indicatur, Deũ etiam quæ ad honestam faciunt voluptatẽ donare hominibus. Nam quòd oleo & vnguentis inungi ad honestam refocillationẽ pertineat, vel ex eo patet, quòd Saluator vngi pedes suos in domo Simonis permisit vnguẽto, item super caput suum effracto alabastro pretiosum vnguentũ nardi spicati passus est effundi,
B imò factũ suscepit & commendauit. Versu decimooctauo, Saturabũtur ligna campi. Hebræũ habet, Ligna domini. Dicuntur autem ligna domini, illa quæ absq; hominis manu in syluis & campis nascuntur, quemadmodum indicat Paraphr. Chald. Saturabũtur (inquiens) arbores quas creauit Deus, cedri Libani quas plantauit. Vel ligna domini dicũtur arbores altissimæ, quemadmodum in alio Psalmo, cum dicitur, Iustitia tua sicut montes Dei, quidam intelligunt montes altissimos, vt per excellentiã dicantur esse Dei, quæ sunt excellen- Psalm. 35.
C tissima, vt in eis, specialis reluceat operatio virtutis Dei. Secundum quod etiam in alio Psalmo de cedris Dei potest in- Psalm. 79.
telligi cum dicitur. Operuit montes vmbra eius, & arbusta eius cedros Dei. Versu decimonono, Erodij domus dux est eorũ. In Hebræo secus legitur. Hieronymus enim ita vertit, Miluo abies domus eius, hoc est miluus in abiete habitationem suam ponit: Felix, Ciconiæ abietes domus eius. hoc est, Ciconiæ habitãt in abietibus. Significatur aues istæ in excelsis arboribus, cuiusmodi sunt abietes, ponere nidum suũ. In quam etiam sententiã satis cõuenit lectio Latina, cuius sensus est, Dominus vel nidus vel habitatio erodij (quem interD pretãtur ciconiam, vel ardeam) est dux passerum ac aliarum multarũ auium, id est, præcedit & antecellit nidificãdo in altis, plusquam multarum aliarum specierũ volucres. In Græco enim loco huius dux est, verbum ponitur ἡγεῖται, quod sonat ac si dicas, præcedit vel antecellit: vt sit sensus, domus erodij præcellit, & quasi principem ac ducẽ agit super passeres & alias aues: vel erodius suo nido ducem agit, & velut gloriatur atque superbit singularis altitudinis excellentia. Psalterium autem Romanum, pro erodio habet fulicam. Verùm id minus cõueniens esse videtur, eo quòd fulica videtur

esse auis marina, circa littora nidificãs. In sequenti autẽ parte, cum dicitur, Petra refugium erinaciis. vertunt aliqui pro erinaciis lepores, vel cuniculos. Sunt enim & ipsa animalcula timida intra terram suum habentia latibulum. versu vigesimo, Effecit lunam in tempora. Felix vertit, propter tempora, vel per tempora, id est, vt distinguantur tẽpora, præsertim illa in quibus conueninnt homines ad solennitatem. Nã festorum tempora, maximè secundum lunam distinguuntur.

Versu vigesimoquinto, Quàm magnificata sunt opera tua domine. In Hebræo est rabbu, quod sonat multa vel multiplicata: Vnde Hieronymus vertit, Quàm multa sunt opera tua: & Felix, quàm multiplicata. Potest tamẽ rectè illa dictio significans multitudinem, ad præstantiam referri, vt sit sensus, Quàm præstantia, quàm eximia quàm magna sunt opera tua domine, vt habet nostra lectio. Præstantia nanque, ex virtutis multiplicatione est.

IN PSALMVM CIIII.

VERSV quarto, Quærite dominum & confirmamini. In Hebræo est, Quærite dominum, & virtutem vel fortitudinem eius: hoc est, quærite ab eo confortari & confirmari virtute superna. In quam sententiã facilè reduci potest lectio nostra vulgata, si ita exponatur, Quærite dominum, & in eo confirmari siue corroborari studete ac postulate. Iuxta quem modum alibi dicitur, Delectare in domino, id est conare vel delectationem habeas in domino, postula vt tibi det in se delectari. Versu duodecimo, Cum essent numero breui, pauciss imi & incolæ eius. Clarius hanc sententiam habet versio Hieronymi, Cum essent viri pauci, modici, & incolæ in ea. Et Felix, Dum essent viri illi numeri perquã minimi & aduenæ in ea. Versu decimosexto, Et omne firmamentum panis cõtriuit, Nos in elucidatione firmamentum panis exposuimus panẽ confirmantem cor hominis, quo confirmatur & sustentatur vita eius. In eandem sententiam accipi potest quod ex Hebreo vertunt, virgam panis, vel baculum aut sustentamentum vel gubernaculum panis. Pane enim homo velut baculo aut virga sustentatur, eiusq; vita gubernatur & regitur, vt sine eo non possit digere. Sic & in Esaia dicitur, robur panis. Secũdum literam verò accipere licebit stipulas frumenti, tritici, & omnium leguminũ, ex quibus quomodocunque panis conf

Esaiæ 3.

confici potest. Panis enim, virga, siue baculus, siue sustentamẽtum, est stipula, quatenus frumentũ fert in sui summitate, vnde panis cõficitur: verùm prior expositio magis probãda videtur. Versu decimooctauo, Ferrũ pertransit animam eius Hieronymus in ferrum venit anima eius. Felix in eandẽ sententiam, In ferrum ingressa est anima eius: hoc est, vita eius siue corpus eius, aut viuens ipse in ferrum venit compedibus vinctus, vt fieri solet in carceratis. Quod autem sequitur, Donec veniret verbum eius, in hebræo nouum versum incipit, cum eo coniunctum quod sequitur, hoc modo, Vsque ad tempus donec veniret sermo eius, eloquiũ domini probauit vel examinauit eum. Quod hanc habet sententiã, Donec impleretur sermo prophetiæ eius, quo ventura prædixerat cõ captiuis suis pistorum & pincernarũ magistris, probatus interim fuit à domino in afflictione carceris. Quã sententiam pulchrè nostra etiam vulgata lectio recipit, si tantum qualis dicta est, fiat distinctio. Nam inflammauit, loco probauit vel igne examinauit, & rectè accipitur, quemadmodũ alibi, Eloquia domini argentum igne examinatum. Et iterũ, Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Versu vigesimoprimo, Vt erudiret principes eius sicut semetipsum, Hieronymus, vt erudiret principes eius secundũ voluntatem suam. De quo in annotationibus principalibus diximus. Alij autem sic vertunt, vt vinceret principes eius secundũ voluntatem suam. Quod aliqui exponunt de potestate plena, quam habuit Ioseph etiam principes Pharaonis vinciendi, quomodo prius ipse vinctus fuerat à suo domino. Potest tamen illud vinciri intelligi, de vinciendo ciuiliter, legalitérq; ligando. Legibus enim & statutis æquis vinciũtur homines, ac velut ligantur salubriter. Habuit autem Ioseph autoritatem & potestatem leges condendi super vniuersam Aegyptũ, & principiẽdi omnibus etiã primis Pharaonis principibus pro suo placito. Sic enim illi regni gubernacula committens dixerat Pharao, Absque tuo imperio non mouebit quisquam manũ aut pedẽ, in omni terra Aegypti, Quòd si hoc modo intelligamus vincere principes secundũ suam voluntatem, idẽ erit quod erudire secundum suam voluntatẽ. Erudit enim legislator, quos æquis legibus vincit. Chaldaica Paraph. fere ad sẽsum nostræ lectionis habet, vt erudiret principes eius sicut animã suã & senes eius prudẽtiã doceret. Versu trigesimoquinto

Psalm. 11. Psalm. 16.

Genes. 41.

Primitias omnis laboris eorũ. Hieronymus vertit, Primitias E
omnis partus eorum. Propter quod, nos in Elucidatione versum istum de labore partus sumus interpretati. Idem intelligentes per primitias laboris siue partus in hac parte secũda, quod in parte priori per primogenita. Alij vertunt primitias omniũ virtutum, vel omniũ fortitudinum, vel laborũ: id est, primitias de omni virtute eorũ, intelligẽtes de virtute generandi. Huius autẽ virtutis primitias cõstat esse primogenita.

IN PSALMVM CV

VERSV quarto & quinto, Memento nostri domine in F
beneplacito populi tui, &c. In Hebræo est secundũ numerũ singularem, Memento mei domine, & in sequenti versu, visita me in salutari tuo. Illud autem in beneplacio populi tui, Hieronymus vertit in propiciatione populi tui. Felix, in bona volũtate erga populũ tuum. Et illud ad videndum in bonitate electorum tuorũ. Hieronymus clarius habet, vt videam bona electorum tuorum. Et quod in fine habetur versus quinti, Et laueris cũ hæreditate tua, in Hebræo habetur per primam personam, Et exultem cũ hæreditate tua, vt vertit Hieronymus, & Felix, Vt laudem cum hæreditate tua, vel G
vt laudet. Versu octauo, Et irritauerunt ascendentes in mari; mari rubro, Hieronymus, Et ad iracundiam prouocauerũt super mare rubrum: id est, iuxta mare rubrũ irritauerunt dominum. Quod autem nos habemus, ascendentes, situm loci respicit: quoniam egredientibus Aegyptum, versus terram Chanaam, aut versus desertum, incumbit ascendere ob situm loci, quia in humiliori loco sita est Aegyptus. Versu decimosexto, Et misit saturitatem in animas eorũ. Hieronymus pro saturitate, hoc in loco vertit tenuitatẽ. Felix maciẽ. Atq; H
ita videtur, quantum ad vocem, cõtrarietas: dum nostra lectio saturitatem legit Hebraica maciem vel tenuitatem. Quis enim non iudicat, tenuitatem & saturitatem esse contraria? Sciendum tamen, quòd nulla est secũdum veritatem contrarietas, tametsi diuersa habeatu sentẽtia. Nam macies ista videtur pro corruptione, peste & cõsumptione hoc in loco accipienda, ad significandum quòd nõ illis in bonum cesserit adimpletio cõcupiscentiæ eorum, quòd non inde multum fuerint impinguati, quoniam quidem post paululũ crudeli Dei vltione, bona murmuratorũ illorũ pars perdita est, & extrema

A ma macie consumpta. Versu vigesimotertio, Et dixit vt disperderet eos, si non Moses electus eius stetisset in cõfractione in conspectu eius. Hieronymus, Dixit ergo vt contereret eos, nisi Moses electus eius stetisset medius contra faciem illius. Felix autem nostram lectionem nõ mutat legens vt nos habemus, In cõfractione in cõspectu eius. Clarior tamen est lectio Hieronymi, exprimens quidam per istam confractionem intelligatur. Chald. autem translatio etiam modũ exponit, quo in confractione stetit Moses, Nisi (inquit) Moses electus eius surrexisset, & institisset orare in cõspectu eius. Pro
B cõfractione autem verti potest ex Hebræo, diuulsio vel diuisio, Atq; ita intelligitur ista diuisio siue diuulsio ex similitudine hominũ duorum contra se inuicem cõcitatorum, quorum alter alterum penitus cõficeret, nisi per sequestrem aliquẽ & mediatorem, ab inuicẽ diuellerentur. Ita sanè ardens erat dominus contra populum iracundia, vt nisi per sequestrẽ & medium interceſſorem Mosen fuisset facta diuulsio, si permissa fuisset indignatio Dei aduenire in suo furore cõtra populũ, prorsus eos absumpsisset. Cõfractio autem intelligitur ipsius
C furoris sedatio. Dicitur enim ira frangi cum sedatur: quẽadmodum apud Sapientẽ, responsio mollis dicitur frangere irã: Prou. 15.
id est, sedare. Versu trigesimo, Et stetit. Phinees, & placuit, & cessauit quassatio. Hieronymus, Stetit autẽ Phinees, & diiudicauit, & retenta percussio. Quid autẽ sibi velit illud diu dicauit, indicat Felix, qui eius loco vertit, exequutus est iustitiam, interficiendo videlicet principem illũ Istaëlitem, coëũtem cum scorto Madianitide. Quod autẽ sequitur, Et cessauit quassatio, ita vertit, Et cessauit vel „phibita est pestis. Idẽ Num. 25.
enim est, quod cõmunis lectio vocat quassationem. Hieronymus Ibidem.
D persecutionẽ, & Felix pestẽ appellat, grauis scilicet illa internetio, quæ ex præcepto irati Domini cœperat exerceri, cæsis de populo vigintiquatuor milibus. Versu trigesimosecundo, Et vexatus est Moses propter eos, quia exacerbauerũt spiritũ eius. Istud nos in Elucidatione simpliciter de afflictione exponimus, qua vexatus fuit Moses, quãdo iterũ iam murmurãtes audiuit propter aquæ penuriam, post toties iam conspecta & susceptа Dei beneficia potest tamẽ exponi de vexatione afflictiõe siue punitione illa, qua à domino fuit Moses punitus simul cũ Aaron fratre suo, videlicet vt uõ introducerent populũ in terrã promissionis. Sic enim legimus illo in

dicentem dominum ad Mosem & Aaron, Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israël, nō introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Vides vexationē, vides afflictionem & pœnam, qua afflictus est Moses, propter murmurationē populi. Ita sanè propter murmurationē populi, quoniam in hoc discrimē in hāc vltionē illū adduxit, indigna nimium populi obstinati murmuratio. Atque hoc est quod sequitur, Quia exacerbauerunt spiritum eius. Admodum verò apte hæc sententia quadrat illi quod vertit Felix, & malum fuit ipsi Mosi, vel, malum intulit Mosi, propter illos, hoc est, ipse etiā Moses ex illorum iniqua murmuratione, in discrimen venit & vltionem domini. Illud quoq; quod in versu sequenti ponitur. Et distinxit in labiis suis, nos ad sententiā domini retulimus, propter istam & alias murmurationes definientes, se non deleturū omnes inimicos præuaricatorū, vt relinqueret in quibus eum probaret & exerceret. Potest tamen ad istam iā suprapositam domini contra Mosem sententiā referri, cōformiter ad sensum prioris versus iā antè expositum. Atque ita sensus erit, Et distinxit dominus in labiis suis. id est, definiuit & sententiā apertā protulit per labia sua contra Mosem, ad aquas contradictionis, de nō intrā da promissionis terra. Sunt qui partem istam sic ex Hebræo vertunt vt in ea significetur peccatum Mosi, propter quod ipsi malū fuit, & propter quod à Deo prædicta sententia punitus est. Sic autem vertunt, Et incōsideratè loquutus est labiis suis, vel per petram loquutus est ore suo, videlicet significare volentes causam punitionis Mosi & Aarō, quæ fuit, eo quòd coram populo verbis dubitationē quandā iudicantibus vti fuissent ad petram, & tali verborū forma, quæ potius ad dubitationem populum adducere, quàm ad spem confortare potuisset. Sic enim tenens virgam manu Moses, populo congregato ad petram, dixit, Audite rebelles & increduli: Nū de petra hac vobis aquā poterimus eiicere? In quibus verbis, nonnullam inueniri dubitationem & forsitā ex nonnulla dubitatione ea fuisse profecta, satis indicat euentus subsequēs. Siquidē bis percussa silice aquæ emanauerunt, vt quod primo ictu non efluxerint, dubitationi videatur ascribendum, vel illi qua Moses nimium commotus vtcunque vacillauit: vel certe illi quæ in verbis eiusmodi indicabatur, etiam si nō fuisset in animo.

Num.20.

Num.20.

VERSV tertio, Ab Aquilone & mari. Mare pro meridie positum est, eo quod mare situm sit ad meridiem. Vnde Felix vertit ab Aquilone & meridie. Chalda. Paraph. habet, De mari, regione Austri: id est, de mari ad meridiem sito. de quo & alibi diximus, in versum illum Aquilonē & mare tu creasti: id est, Aquilonem & meridiem. Versu decimoseptimo, susceptit eos de via iniquitatis eorum: propter iniustitias enim suas humiliati sunt. In Hebræo sic legitur, Stulti vel insipientes propter viam sceleris eorum, & à delictis suis afflicti fuerunt. Versu vigesimotertio, Qui descendūt mare in nauibus. Aliqui putat præpositionē in, rectius iungē dam cum nomine mare, hoc modo, Qui descendunt in mare nauibus. Attamen & Græca & Hebræa lectiones iungunt præpositionem cum posteriori vt sit sensus, Qui descendendo ingrediuntur mare in nauibus. Intelligitur autem istud ab aliquibus etiam secundum literalem historiam, de primis Christi Apostolis, qui nautæ fuerunt & piscatores, suam operationem, nempe piscationis, exercentes in aquis. Hi enim piscatores & nautæ mirabilia experti sunt, in commisso sibi huius maris, præsentis seculi, regimine, &c. Versu trigesimo secundo, Et exaltent eum in ecclesia plebis, & in cathedra seniorū laudent eum Chald. Paraph. Et exaltent eum in congregatione populi filiorum Israël, in ordine sapientium laudent eum. Significatur (quemadmodum in nostra lectione) laudandus Deus tam à vulgo quàm à primatibus & moderatoribus populi. Versu quadragesimo. Effusa est cōtentio super principes. In Hebræo est despectio vel contemptus, pro contentione: & sonat idem dictio Græca ἐξουδένωσις, quæ in hoc loco ponitur. Vnde si fides suffragaretur Latinorum exemplariorum, suspicari quis posset, scriptum fuisse contemptionem, ac mutatum esse in contentionem. Sententia tamen facilè concordatur, si ita exponamus, vt in Elucidatione dictum est, de studio contentionis hæreticorum. Super principes enim quando effunditur despectio & contemptus, vt incipiunt quæ veritatis sunt contemnere, & despicere quæ à sanctis Apostolis Apostolicisque viris & Ecclesiæ determinatione, ab orthodoxis patribus sancita fuere, dum hæc contemnere, ac pro nihilo pendere incipiunt, inde scilicet exoritur ambitiosa & impia contentio, contra veritatis

Psal.42.

regulam & ecclesiasticæ vnitatis dogma: tum & ipsi sequun- E
tur deuia, relicta via regia, & in eadē alios quoque conantur
pertrahere. Beatus Hieronymus vertit per accusatiuum, Ef-
fundet despectionem super principes, quod intelligendum
Rom.1. est effundi permittet, quomodo apud Paulum. Tradidit illos
Deus in passiones ignominiæ, id est, venire permisit.

IN PSALMVM CVII.

VERSV primo, Deus laudem meam ne tacueris. Hiero-
nymus, Deus laudabilis mihi, ne taceas: hoc est, Tu
Deus, qui es mihi laudabilis, quē ego laudo & magnifico, ne F
sileas, ne dissimules malitiā inimicorum meorum, sed oppo-
ne te illi. In eandē sententiā vertit Felix, Deus laudis meæ ne
taceas. Alij, Deus gloriationis meæ, vel de quo glorior, ne ta
ceas. Versu tertio, Ego autē orabā. In Hebræo est, Ego au-
tem orationē, supple fundebam. Alij vertunt, Ego autem ora
tio, id est, vir orationis erā vel eram orās, Versu septimo,
Et episcopatū eius accipiat alter. Beatus Hieronymus nobis-
cū vertit, episcopatū. Felix dominiū, præpositurā vel episco-
patū. Quidā munus vel officiū. Quæ omnia, ferè in idem re-
cidūt. Inter Hebræos autē quidam interpretantur opes, qui- G
dam vxorē, quidam animam. Chaldaica translatio sic habet,
Numerū annorum eius hæreditet vel hæreditate acquirat
alius. Verùm hæc non consonant illi sententiæ quam Beatus
Actu.1. Petrus in Apostolicis actibus de Iuda proponit. De episco-
patu enim & præpositura Apostolatus illic loquitur, non de
vxore, de diuitiis, numero annorū, aut huiusmodi. Versu vi-
gesimo tertio, Et caro mea immutata est, propter oleū. Istud
ex Hebræo quidā sic vertunt. Et caro mea maciléta facta est
absq; pinguedine, vel caro mea macuit à pinguedine, id est,
absque pinguedine, vel exaruit quòd omnem pinguedinem H
perdidit, vt sola pellis ossa circumuestiat. Versu vigesimo
octauo, Operiantur sicut diploide confusione sua. Hieronymus
pro diploide ponit vestimentum, Felix, pallium. Ver-
su vltimo, Vt saluam faceret a persequentibus animam meā.
In Hebræo est, à iudicibus, vt vertit Hieronymus: vel à iudi-
cantibus, vt vertit Felix. hoc est, à potentibus & potestate
pollentibus, qui me persequuntur, & iniusto moliuntur iudi-
cio condemnare: quomodo Christum Scribæ, Pharisæi ini
quissimi iudices nequiter conabantur perdere.

IN

A IN PSALMVM CVIII.

VERSV quarto, Tecum principium in die virtutis tuę, in
splendoribus sanctorum. Lōgē aliter hoc legitur in He
bræo. Hieronymus ita vertit, Populi tui duces spontanei e- Psal.44.
runt, in die fortitudinis tuæ, in montibus sanctis. Quod hanc Psal.40.
potest accipere intelligentiam, Sancti apostoli & Ecclesiarū
præpositi, quos tu (iuxta alterius Psalmi sententiam) consti-
tues principes super omnem terram, & sicut deos fortes ter-
ræ vehementer eleuabis, erunt spontanei, vltronei & bene
B voluntarij ac prompti, in die fortitudinis tuæ, id est, in tēpo-
re hoc quo nunc viuis & regnas in fortitudine tua erunt (in-
quam) spontanei & bene voluntarij ac prompti, ad peragen-
da tua negotia, ad implendū diligentissimè quæcūque tu per
illos fieri iusseris. Vbi? In montib⁹ sanctis, in sanctis Eccleſiis,
quas illis cōmittes tradésque instruendas, fundandas, & gu-
bernādas. Felix vertit aliter, Populus tuus cum oblationibus,
in die virtutis tuæ, in decoribus sanctitatis. hoc est, In tempo
re regni tui, veniet ad te populus qui in te credet, cum obla-
tionibus in deuotione cordis sui, ad te honorandū: ídq; faciēt
C in decoribus sanctitatis, quoniā itudebunt corpora sua offer-
re hostiā viuentē, sanctam, Deo placentem, & animas suas stu
debūt in sanctitate atque iustitia offerre domino. Potest etiā
sic verti, Populus tuus ipsi erunt tibi oblationes spontaneæ,
vel liberales & munificę. Versu eodē. Ex vtero ante luciferū Roma.12.
genui te. Et hanc partem longè aliter nos legimus, iuxta in-
terpretationem septuaginta, ex Græco, quàm habeatur in
Hebræo. Hieronymus sic habet, Quasi de vulua orietur tibi
ros adolescentiæ tuæ. Atque in eandem sententiam vertit Fe
lix, tantum pro futuro præteritum ponens, Ex vtero ortus est
D tibi ros generationis tuæ. Pro eodem enim videntur accipi,
ros adolescentiæ & ros generationis. Est autem hic sensus,
Ros generationis tuæ, fœcunditas ex qua tu natus es secun-
dū humanam naturam & homo factus, & tota ipsa efficacia
virtutis, vnde corpus formatum est quod assumpsisti in hu-
manatione tua, omnis (inquam) ros ille, non ex viri lumbis
processit, sed ex vtero tibi ortus est, in virgineo vtero tota
illa virtus, vniuersa illa fœcunditas inuenta est, ex spiritu
sancto, qui illum sic irrorauit, cælestique ac miraculoso rore
rigauit, vt in ipso generareris absque virili commercio.
Vel per rorem intellige ipsam totam materiam compositio-

nis

nis corporis humani, vnde componitur corpus. In generatione enim cæterorum hominum, semen paternum cum menstruo matris cõmixtum, facit cõpositionem corporis. In Christi autẽ cõceptione, spermatis virilis nequaquam adfuit cõmixtio: sed de purissimis virginis Mariæ sanguinibus, virtute spiritus sancti, formatũ fuit illud benedictum corpus filij Dei, quod vniretur verbo in vnitatẽ suppositi. Nicolaus à Lyra ita ex Hebræo legit, de matrice auroræ, vel de vtero auroræ, tibi ros adolescentiæ tuæ, appellans auroram beatam virginẽ, & corpus Christi cœlitus formatum appellans roré, vt significetur Christus secundũ humanam natiuitatem de virgineo vtero natus, è quo quando impletum est tempus Mariæ vt pareret, egressus est tanquã sponsus de thalamo suo, sicut sol post aurorã statim apparet, & mundo se manifestat. Sunt & aliæ aliorũ interprætationes, quas sciens prætereo, ob prolixitatẽ atque confusionem deuitandam. Versu septimo, Implebit ruinas. Hieronymus vertit pro ruinis valles, cui versioni etiã assentitur Felix. Impletio autem vallium potest intelligi secundum Esaiæ vaticinium, Omnis vallis implebitur vel exaltabitur. Nã & quod mox sequitur in Psalmo, Conquassabit capita in terra multorum, satis apte illi respondet quod sequitur in illo Esaiæ vaticinio. Et omnis mons & collis humiliabitur. Nã illi quorum hic dicuntur capita cõquassanda superbi, montes erant seculi. Alij, pro ruinis vertunt cadauera, ad hunc modũ, Congregauit cadauera, vel implebit cadaueribus. In quo designatur grauissima cædes & vltio prœualida, quã exercebit Deus aduersum inimicos suos: quasi dicatur, implebit omnia cadaueribus. Versu eodem, Cõquassabit capita in terra multorum. Hieronymus, Percutiet caput in terra ampla: Felix, Percutiet caput super terram multam: hoc est, principem, supple qui erat super terrã multam? Quod intelligi potest de diabolo, qui erat princeps huius mundi, qui est terra multa & ampla. *

Lucæ 1. Psal. 18. F

Isaiæ 40. G

IN PSALMVM CIX.

VERSV primo, In concilio iustorum & congregatione. Hieronymus nobiscum vertit, in concilio iustorum. Felix autẽ verrit, in secreto rectorũ: quod licet magis videatur prima facie fauere cõsilio per s. quod nos in Elucidatione nõ sequimur, & in annotationibus prioribus minus probauimus

A mus tamen potest etiã coogruè concilio applicari, eo quòd soleãt cõcilia in secreto congregari & celebrari. Versu secundo, Exquisita in omnes volũtates eius. Hieronymus, Magna opera domini, exquirẽda in cũctis voluntatibus suis. hoc est, diligenter consideranda & contẽplanda in omnibus quæ ipse voluerit. Vidẽt enim pij opera Dei magna in omnibus quę ille operari voluerit. Felix aliter vertit, Magna opera domini, exquisita ab omnibus cupiẽtibus ea, id est, quæ exquiruntur siue diligẽter considerantur ab omnibus pijs, quibus beneplacitũ fuerit vel qui delectantur in operibus domini B sui. Alij sic vertũt, Exquirenda ab omnibus voluntatibus vel desideriis eorũ, vt significetur, opera domini magna debere toto corde exquiri, & considerari cũ summo desiderio à iustis. Nã, eorum, in hac versione referre videtur iustos siue rectos, quorũ in præcedenti versu fit mentio. Et hæc eadẽ sentẽtia accipi posset ex versione supradicta Hieronymi, si tantũ suis acciperetur pro eorum. Alij rursum sic vertunt, Et exi mia sunt opera domini: perueſtigata ad cũcta beneplacita illorũ, supple sunt vel sufficiunt. hoc est, In quibus, qui ea diligẽter perueſtigauerint & cõsiderauerint, inueniunt quęcũq; C cupiũt. Versu quarto, Escam dedit timentibus se. Dictio Hebraica quæ hic pro esca ponitur tereph, in sacris literis subinde significat prædã vel rapinã. Vnde quidam Hebræorũ vertunt, Rapinam vel prædam dedit timentibus se, exponentes de præda quã ex iussione domini abstulerunt à filiis Israël, quando acceperunt ab eis accõmodato vasa aurea atq; argẽtea, & omnem suppellectilem, de quo in Exodo plenius Exod. 11. scribitur, quibus omnibus Aegyptios spoliauerunt, cũ exirẽt de terra. Verùm hæc expositio nimiũ Iudaica est, nõ ad aliud (vt arbitror) conficta, nisi in odiũ sanctissimæ eucharistiæ: vi- D delicet ne hic passus (quomodo à fidelibus solet) exponatur de illa viuifica esca dominici sacramẽti, quomodo iam antè in annotationibus ex Hebræo Psal. l x x i. in versum decimũ sextum, ostendimus, recentiores Iudæos multa vana commiſci, & quantum valent tergiuersari, contra tamẽ seniorum autoritatẽ, ne locum illum iuxta Hebraicam veritatem sacra eucharistia admodum facientem, de eadem cogantur interpretari. Licet autem verum sit dictionem illam Hebraicam tereph, significare prædam, non ita tamen hoc loco videtur vertẽda. Nam significat & cibum vel escam, quomodo

vert

vertit Hieronymus & Felix in contextu. Veruntamen etiãsi E
prædã quis legat, poterit & hoc conuenienter de esca corporis Christi intelligi. Quis enim ignorat innocentẽ illũ agnũ prædã esse factum leonum crudelium, qui ipsum diu fuerant persequuti, qui super illũ (vt in alio psalmo scribitur) aperuerant os suũ sicut leo rapiens & rugiens? De quorum ore suã animã ibidem orat liberari, posteaquam in prædam venisset caro. Salua me (inquit) ex ore leonis, &c. Et bene quidẽ prædam factũ semetipsum dedit, quia in passionis articulo, quũ iamiã esset cõprehẽdẽdus in cœna nouissima, seipsum nobis manducandũ præbuit: vt si cui penitus libeat prædam accipe F
re, hanc prædã agni magis quàm illam diuitiarum Aegypti intelligat. Versu vltimo. Intellectus bonus omnibus facientibus eũ. Hieronymus, Doctrina bona omnibus qui faciunt eã: hoc est, vtilis est doctrina sapientiæ iis qui viuunt secundũ eam. Felix relatiuum ponit in genere neutro, hoc modo, Intellectus bonus omnibus facientibus ea, supplẽs præcepta vel mãdata, de quibus mẽtio facta est in prioribus. Ex lectione autẽ Græca manifestum est, debere legi, Intellectus bonus omnibus facientibus eũ. Nam sicut intellectus apud Græcos per fœmininũ genus dicitur, ita & relatiuũ ponitur eiusdem G
generis. Ita enim habẽt Græca, συνεσις δὲ ἀγαθὴ πᾶσι τοῖς ποιοῦσιν αὐτὴν. In eo autẽ quod sequitur, Laudatio eius manet in seculũ seculi, quidam relatiuum singularis numeri accipiunt pro plurali, vt eius positũ sit pro eorum, sitq; sensus, Laudem eorum qui faciunt ea quæ intelligunt, Deique præcepta adimplent, durare imperpetuum ante dominum, quomodo nos in Elucidatione explanauimus. Alij referri putant dominum, cui à principio psalmi data est confessio, vt sit sensus, Laus domini perseuerat inæternum, semper est ipse laudandus, & nunquam satis laudabilis. Et hæc ambiguitas, sicut in Latino, ita est eadem in Græco atque in Hebræo, vt li H
ceat siue sic siue aliter intelligere.

IN PSALMVM CXI.

VERSV tertio, Gloria & diuitiæ in domo eius. Hieronymus pro gloria vertit substantiam. Felix vbertatem vel copiã. In iidem redit sententia. Nam substantiam hominis diuitiis, qua plenus est dominus, & copiam omnium bonorum, vocamus illius gloriã. Versu quinto, Disponet sermones suos

A suos in iudicio Hieronymus vertit, dispensabit. Felix item, dispẽsabit, vel gubernabit. Disponere enim hîc valet gubernare, moderari, instituere, & dispensare. Versu septimo, Donec despiciat inimicos suos. Hieronymus, Donec aspiciat in hostibus suis: id est, donec aspiciat de hostibus suis debitam punitionem & malum exitum. Et id penè vult lectio nostra vulgata. Vnde Felix nobiscũ vertit, Donec despiciat tribulãtes eũ. Sententiã clarius exprimit Paraphrasis Chal. sic habẽs: Donec videat redẽptionẽ à tribulationib⁹ suis

B

IN PSALMVM CXII.

VERSV primo, Laudate pueri dominum. Hieronymus, Laudate serui dominum. Alij per genitiuũ vertũt, Laudate serui domini, laudate nomen domini, vt in priori parte nõ sit plena sentẽtia, regatúrque vltimus ille accusatiuus, nomẽ domini, ab vtroq; verbo laudate. Versu quinto, Quis sicut dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo & in terra: Hieronymus paululũ discedẽs à nostrę lectionis versione, nihil autem à sententia, sic legit, Qui in excelsis habitans humilia respicit, &c. Felix autem sic ver
C tit, Quis sicut dominus Deus noster, qui se exaltat, vt habitet vel sedeat: qui se humiliat vt respici at in cælo & in terra Chald. paraphr. sic habet, Quis sicut ipse Deus Deus noster, qui exaltat habitationem suam adsedẽdum: demittit oculos suos ad videndum in cęlis & in terra? Sensus est, Quis similis est Deo nostro, qui in sublimi residet, qui in excelso collocatũ habet thronum glorię suę, cuius maiestas est super nos nimiũ exaltata, & tamen se dimittit, seque inclinat & velut incuruat, vt prospiciat, & prouideat super omnia quę aguntur vel sunt in cęlis & in terris.

D

IN PSALMVM CXIII.

VERSV secundo, Facta est Iudęa sanctificatio eius. Ex Hebręo verti potest, Iudas in masculino genere, vel Iudęa genere fœminino. Secundam autem partẽ: Israël potestas eius, vertit Felix numero plurali, Israël potestates vel dominatores eius. Quod ità potest exponi, Israel factus est ita potens ac validus ex Dei auxilio, post eductionem de Aegypto, vt potestatẽ & dominationem acquisierit in omnibus gentibus per circuitum. Hieronymus verò nõ aliud vertit, quàm

quod nostra habet vulgata lectio. Versu quarto, Montes exultauerunt. Pro exultauerunt, Hieronymus vertit subsiliérunt, & subsultauerunt: eadémque sententia est. Versu decimo, Supermisericordia tua & veritate tua. Ex Hebræo Hieronymus ac Felix vertunt, Proper misericordiam tua & veritatem tuam. Versu vigesimoquinto, Cælum cæli domino. Quidam ex Hebræo vertunt in eodem casu, Cælt cæli domino, vt replicatio habeat emphasim, ad declarandam magnificentiam habitationis domini. In Græco autem est casus diuersitas ὁ ἀρμὸς τοῦ ἀρμοῦ, id est, cęlū cæli, quomodo habet nostra lectio. Atque ita etiam vertit Hieronymus, Cælum cælorum domino. Felix in textu ponit casu diuerso, Cęlū cęli domino, ad marginem vero ponit in eodē casu, Cęli cęli domini, subaudiens sunt. Versu vigesimosexto, Neque omnes qui descendūt in infernum. In Hebræo est, Qui descendūt silentiū vel in silentiū: hoc est, in locū vbi est perpetuū silētium illud malū, quod per prophetā prohibetur, dicētē, Ne dederitis silétium illi, silentiū videlicet & cessatio à laude Dei, & omni sermone bono. Hic autē locus quis est nisi infernus? Nusquā enim penitus siletur à Dei laudibus nisi in inferno. Nā in cęlo requiē nō habēt beati illi ciues die ac nocte, inclamātes illud nobile trisnagiō, Sāctus, Sāctus, Sanctus dominus Deus noster omnipotens, qui erat, qui est, & qui venturus est. In terris quoq;, & si nō omnes, neq; sēper diuinis laudibus vacēt homines, nō tamē siletur perpetuò, sed ab electis suis semper laudatur. In inferno autem prorsus silet laudis diuinæ cōfessio, vbi nihil nisi fletus auditur & stridor dentiū, vbi væ væ væ carmē est perpetuum, vt canere aliud non liceat, neq; lieeat in odio Dei obfirmatis. Versu vltimo, Sed nos qui viuimus benedícimus domino. Illud, Qui viuimus, in hebræo non habetur. Sic enim legitur, Sed nos benedicimus domino. Rectè autē adiectum est ad exprimēdam sententiam. Nos enim viuētes, debet intelligi. Aduertendum quoque est hunc psal. xiii. quē nos vt vnicum legimus, ab Hebræis diuidi, à quibusdam tantum in duos psalmos: quorum primus octauus, versus priores complectitur: secundus autem à versu nono, Nō nobis domine, sumit exordiū, & in finem vsq; perdurat. Alij distinguūt in tres, quorum tertium sumit initiū à versu vigesimo, Dominus memor fuit nostri, vsque ad finem. Prior tamē distinctio in duos tantum psalmos, Hebræis communior est.

Esaiæ. 26.

Esaiæ 26. Apoca. 4.

Psalm. 6. Matt. 8. Luc. 13.

IN

IN PSALMVM CXIIII.

VERSV primo. Quoniā exaudiet dominus vocem orationis meæ. In Hebræo est, vocem meam, deprecationes meas, quæ oratio vt appositoria cōuenienter accipitur. Versu tertio, Circundederūt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me. Hieronymus vertit, fines mortis. Felix vertit dolores, vel funes siue laqueos. Pro periculis autē inferni, Hieronymus habet munitiones inferni. Felix angustias inferni vel foueas. Sententiæ in nullo est diuersitas. Versu quinto, O domine, libera animā meam. Pro ó, est in Hebræo ana, quod significat obsecro, quomodo vertit Hieronymus & cęteri, Obsecro domine, libera animam meam. Versu sexto, Custodiens paruulos dominus. In Hebræo pro paruulis est dictio petaim, quæ significat simplices & persuasibiles, qui non sunt sapientes in oculis suis. non proprio innituntur consilio, sed humiliter Deo commendāt animas suas, omnem curam & solicitudinem proiicientes in eum, suntq; isti iidem *νήπιοι* id est paruuli, quibus in Euangelio testatur dominus arcana sapientiæ Dei esse reuelata. 1. Pet. 4. Mat. 11.

IN PSALMVM CXV

VERSV primo, Ego autem humiliatus sum nimis. Hieronymus, Ego afflictus sum nimis. Versu tertio, Pro omnibus quæ retribuit mihi. Ad verbum ex Hebræo sic verti potest, Cūctę retributiones eius super me: quasi dicat, Obruor quasi immensis & innumeris ipsius beneficiis. Si vero tatum (pro) intelligatur, eadem est sententia quam habet nostra lectio pro omnibus retributionibus eius super me. Versu quarto, Calicem salutaris accipiam. Paraphr. Chald. sic habet, Calicem redēptionis accipiam mundo venturo: hoc est, in sæculo futuro accipiam calicem salutis, & bibam, satiabor, & inebriabor de tuo calice, quo tū me potabis: id est, calice fœlicitatis æternæ. Atque ita calix ille idem hic foret, de quo in Psalm. xxii. Et calix meus inebrians, quàm præclarus est. Psalm. 22.

IN PSALMVM CXVI.

VERSV sexto, Dominus mihi adiutor. In Hebræo ad verbum est, Dominus mihi. hoc est, dominus pro me est, vel meus est, vel mihi supple adiutor est, siue adest. Versu

vndecimo,Circundantes circundederunt me.Hieronymus, E
Circundederunt me& obsederunt me.Felix Circuierunt me
etiam circundederunt me:hoc est,ex omni parte circũcinxerũt & obsederunt. Versu decimo secundo,Et ex arcerunt sicut ignis in spinis.In Hbereo est Extinctæ sunt sicut ignis in spinis .Quod à nostra lectione vulgata non multum dissonat, quoniam mox vt in spinis exarserit ignis,extinguetur.Na licet multo stridore subitò in spinis ignis sæuire videatur,quãtocyus tamen desinit,tũ quia succo & humore plenę spinę nimium obsistunt igni tum quia in spinis non multũ est ligno F
rũ,vt diu illis flamma foueri non valeat. Versu decimotertio,Impulsus euersus sum,vt caderẽ:& dominus suscepit me. Hieronymus ad sententiam nostræ lectionis vertit,Impulsus pellebar vt caderẽ,& dominus sustentauit me Felix verò sic vertit, Impellẽs impulit me vt caderem,& dominus adiuuit me,vbi suppositũ verbi,impulit,intelligi debet aduersarius. Alij sub secunda persona ita vertunt,impellẽdo impulisti me vt caderem,vt diriga tur sermo ad cuneum aduersariorũ, de quibus prius sermo est habitus.Pulchrè verò hoc loco habet Parap.Chal.Impulsione impulit me peccatũ meũ vt caderẽ. G
& verbũ Dei sustẽtauit me:vbi quis ille inimicus sit impellẽs, de quo in lectiõe Hebraica sermo habetur,apertè exprimitur Verè enim peccato maior inimicus non est homini. Versu decimoquarto.Fortitudo mea,& laus mea dominus Hieronymus pro laude laudationem vertit:Felix cãticum.Laus enim siue laudatio aut canticum iusti est Deus,quia ipse est quem iustus sẽper laudat & canit,& in quo vno gloriatur. Versu decimosexto.Dextera domini exaltauit me in Hebræo est, Dextera domini excelsa est,vel exaltata est,videlicet exaltãdo & liberando me. Nam faciendo virtutẽ,siue agendo forti H
ter,exaltatur Dei dextera. Versu vigesimoquarto.O domine saluũ me fac,ô domine bene prosperare.Ex Hebręo ad verbũ sic forte trãsferendũ,Obsecro domine salua obsecro,obsecro domine,prosperare obsecro.Vel sic,Obsecro domine,salua nũc;obsecro domine,prosperare nunc,vt dictio Hebraica ana vertatur per obsecro,& dictio na per nunc. Versu vigesimosexto Constitue diem solẽnem in cõdensis,vsq; ad cornu altaris.Beatus Hieronymus iuxta nostrã sententiã vertit,tantum loco illius(in cõdensis) vertens,in frõdosis,quę idẽ sunt, quemadmodũ in prioribus annotationibus diximus.Alij sic ver

A vertunt,Vincite agnum,vel li ga te hostiam funibus ad cornua altaris:id est,hostias offerte in gratiarum actionẽ. Solẽt enim offerendæ hostiæ ad cornu altaris (vt aiunt) ligari. Qua sententia nihil aliud quàm verarum hostiarum de corde puro & bona voluntate exigitur oblatio.

ANNOTATIONES EX HEBRAEO

IN PSALM. CXVIII.

PRIMVM OCTONARIVM.

B VERSV tertio,Non enim qui operantur iniquitatem,in viis eius ambulauerunt.Hieronymus in eandẽ sententiã cum nostra lectione sic vertit,Nec enim qui operãtur iniquitatẽ in viis eius ambulauerunt.Felix autem sic vertit,Nõ enim qui operantur iniquitatẽ,in viis eius ambulauerũt.Cuius lectionis sensus est,illi qui ambulãt in lege domini.& qui scrutãtur testimonia eius ,&c.non operantur iniquitatẽ,sed declinant à malo,& ambulant in viis eius,facientes bonum.

Versu quinto,Ad custodiendas iustificationes tuas.Hieronymus pro iustificationibus vertit præcepta,Ad custodiẽda C
(inquit)præcepta tua:quemadmodũ & in versu octauo,Iustificationes tuas custodiam,Felix autẽ,statuta reddidit. Versu septimo,Confitebor tibi in directione cordis,in eo quòd didici iudicia iustitię tuę.Clarius id vertit Hieronymus, Cum discero iudicia iustitiæ tuæ:similiter & Felix.

IN II. OCTONARIVM.

VERSV primo,In quo corrigit adolescentior. Verbum zachach,cuius hîc futurum ponitur,in Hebræo significat purgare,mũdare,purificare,emẽdare,corrigere,aut mũdum apparere. Versu sexto, Sicut in omnibus diuitiis. Felix, Sicut in omni copia diuitiarum. Chald. paraphasis habet, Sicut de suprema omnium fortuna: id est, sicut de eo quod in hac vita summè potest hominibus esse iucundum.

Versu septimo, In mãdatis tuis exercebor,&c.pro exercebor, vertit Hieronymus meditabor.Felix ponit vtrunque.In versu autem sequẽti,cum dicitur,In iustificationibus tuis meditabor:pro verbo meditabor,in Hebræo est delectabor, vt vertunt Hierouymus & Felix.

VERSV primo, Viuifica me, & custodiam sermones tuos, In *Hebræo* est, Viuam, & custodiam verba tua. Sententia eadem est. Cum enim postulādo siue optando dicit Deo, viuam, idem est ac si dicat, Viuifica me, aut vitam da mihi.

Versu quinto, Increpasti superbos, maledicti qui declinant à mandatis tuis. Quidam ex Hebræo sic vertunt, Increpasti superbos maledictos qui declinant à mandatis tuis. *Hieronymus* verò & Felix nostro more legunt atque distingunt. Versu vltimo, Nam & testimonia tua meditatio mea F est, Et consilium meum iustificationes tuæ. Hieronymus, Sed & testimonia tua voluntas mea, quasi viri amicissimi: hoc est, præcepta tua adeò mihi chara sunt, adeò accepta & grata, sic mihi est in eis beneplacitum, sic mea voluntas illis afficitur, quomodo afficior mihi amicissimis sociis. Significatur summi amoris affectus erga præcepta Dei. Felix aliter vertit. Etiam testimonia tua delectationes meæ, viri consilij mei. Quæ lectio nostræ vulgatæ satis pulchrè concordat, iuxta expositionem nostram in Elucidatione atque annotationibus principalibus positam. Debent enim nobis G Dei præcepta à consiliis esse, debent nobis consultatores esse & consiliarij.

IN IIII. OCTONARIVM.

VERSV quarto, Dormitauit anima mea præ tædio, Pro dormitauit, in *Hebræo* est verbum dalaph: pro quo beatus *Hieronymus* vertit, distillauit. Sic enim hoc loco legit, Distillauit anima mea præ stultitia: id est, anima mea quasi stillatim defluxit, & cōtinua imminutione deperiit præ insipientia vanarū cogitationum & affectionum à carne, diabolo & mundo in mē exorientiū. Vel distillauit, accipi posset H pro stillatione lachrymarū per oculos: id est, pro lachrymauit. Felix vertit, Liquefacta est, vel lachrymauit, vel distillauit anima mea præ anxietate. Alij vertūt, Agonizauit anima mea, vel in agonia fuit præ dolore. Versu quinto, viā iniquitatis amoue à me. Pro via iniquitatis, in *Hebræo* est viā falsitatis vel mendacij: vt via falsitatis quā hic à se petit declinari & amoueri. ex directo opponatur viæ veritatis, de qua in sequenti fit sermo. Versu sexto, Iudicia tua non sum oblitus.

Hieron

A Hieronymus, Iudicia tua proponebam, videlicet, ante oculos. Felix. Iudicia tua feci, vel proposui, vel posui. Versu octauo, Viam mandatorum tuorum cucurri. Hieronymus, viam mandatorum tuorum curram: quoniam dilatasti cor meum. Felix, Viam mandatorum tuorum percurram, vel per viam mandatorum tuorū curram, cum dilatabis cor meum.

IN V. OCTONARIVM.

VERSV primo, Et custodiam eam semper. Pro semper in Hebræo ponitur dictio ekeb, quę variè redditur. Hie B ronymus vertit, Custodiam eam per vestigium, hoc est, diligenter ambulabo in illa iustificationum tuarum via, ad eum modum, quo homines viam ignorantes & metuentes alicubi aberrare à rectò tramite boni itineris, sequuntur viam etiam per vestigia diligenter considerantes, vbi maximè trita sit, quo securius ambulent. Felix vertit, vsque in calcem. Quod exponi potest dupliciter: primò vsque in calcē siue finem vitæ, quod cum nostra lectione concordat, quę legit semper, Secundò vsque ad vltimum, vel vsque ad nouissimum, ita scilicet vt nihil velit omittere, ne vltimū quidem vel mi- C nimum mandatū ex omnibus quæ lex Dei præcipit. Atq; ita sensus idem erit, ac si dicamus, Custodiam mandata tua vsq; ad vnguē: id est, exactè & perfectè. Verti etiā potest, propter præmium: quomodo Felix ponit ad marginem, vt significetur, vel propter præmij præpositi magnitudinem, omnino se custoditurū mandata domini. Omniū autem horum diuersitas ex vna radice procedit. Verbū enim akab, significat supplantauit, vnde deriuatū superius nomen, proprie significat calcem vel plantam: & quia calx, siue planta pedis est nouissimū corporis, inde transumitur ad significandū terminū siue D finē. Et quia finis operis est ipsa merces, vel præmiū quod pro labore persoluitur, idcirco etiam præmium significat. Ex hac autem diuersitate procedit, vt variis modis intelligi possit, vel vsq; in finē temporis, quod est semper: vel vsq; ad calcem, quod perfectè: vel propter præmium, siue ad retributionem, quomodo etiam post dicetur in octonario decimoquarto, circa versum illum, Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternū, propter retributionem. Versu quarto, Et non in auaritiam. In Hebræo est Batza, quod aliqui vertūt auaritiam, alij pecuniam, vel lucrū. Sententia est eadē. Sub particulari tamen expresso, intelligendū venit in genere

omne temporale præmium, etiam honor, fama, aut gloria.

Versu sexto, Statue seruo tuo eloquium tuum, in timore tuo. Lectio Hebraica hoc loco ambigua est, & variis modis verti potest. Hieronymus, sic vertit, Suscita seruo tuo eloquiũ tuum in timorẽ tuum: hoc est, Pone mihi ante oculos legem tuam, vt te quomodo oportet timeam, siue ad timendum te. Salutarem enim Dei timorẽ gignit in nobis, si posuerit Deus ante nostros oculos verbum suum. Felicis versio sic habet, Statue, cõfirma, vel fac surgere seruo tuo eloquium tuum, quod in timore tuo, vel qui in timore tuo. Si per genus neutrum legatur primo modo duplicem habet intellectum, vel hunc, F quod eloquium tuum est his qui in timore tuo sunt: hoc est, quod illis est qui habẽt sanctum timorẽ tuum. Vel sic, Quod videlicet statui eloquium tuum, fiet in timore tuo: id est, per timorem tuum, iuxta sententiam quam in Elucidatione posuimus. Si autem per genus masculinum legamus, Qui in timore tuo, sensus est, Statue domine seruo tuo verbum tuum, qui seruus tuus est in timore tuo: id est, qui timet te & reueretur, tibique cupit debitam semper præstare obedientiam.

IN VI. OCTONARIVM. G

Versv primo, Et veniat super me misericordia tua. In Hebræo est secundum numerum pluralem. Et veniant mihi misericordiæ tuæ, vel miserationes tuę; Felix, Accedant ad me misericordiæ tuæ. Pro salutari autẽ tam Hieronymus quàm Felix vertunt salutem. Versu tertio, Et ne auferas de ore meo verbũ veritatis vsquequaque, Pro vsquequaque Hieronymus ponit, vsque nimis: Felix nimium, vel vsque nimis. Alij dicunt, vsque ad nimietatem: alij penitus vel in totum. Alij vertunt, Ne auferas de ore meo verbum veritatis vnquam. Versu septimo, Et meditabar in mandatis tuis. Pro H meditabar est in Hebræo delectabar, quod nos in Elucidatione expressimus, dicentes, cum gaudio & multa delectatione meditabar. In sequenti quoque versu, vbi nos habemus, Et exercebor in iustificationibus tuis, in Hebræo est loquar.

IN VII. OCTONARIVM.

Versv tertio, Superbi iniquè agebant vsquequaque. In Hebræo est, Superbi illuserunt, vel irriserunt me nimiũ siue vsque nimis, In Græco verò est παρηνόμων, quod significat,

A cat, præter legem agebant. Est autem omnium sententia ferè eadem. Manifestum nanque est, eum qui irridet alterum, iniquè & praue agere in illum.

IN VIII. OCTONARIVM.

Versv primo, Portio mea domine, dixi custodire legem tuam. Posset ex Hebræo sic verti, Portio mea, Deus: dixi vt custodiam legem tuam, ad hunc sensum, Portio mea dominus est, proposui apud me, & firmo decreto statui, vt eius B legẽ custodiam. Atque ita diuisim hic versus legitur. Hieronymus tamen & Felix, iuxta modum nostræ lectionis, per vocandi casum legunt, Portio mea vel pars mea domine, &c.

Versu quarto, Paratus sum, & non sum turbatus. Secus in Hebræo habetur, Festinaui, & nõ neglexi custodire mandata tua, vt vertit Hieronymus. Vel sic, Festinaui, & non tardaui, siue distuli custodire: &c. quomodo habet versio Felicis.

Versu quinto, Funes peccatorũ circumplexi sunt me, Hieronymus in eandem sentẽtiam habet, Funes impiorum im- C plicauerunt me. Felix, Congregationes impiorum deprædatæ sunt me. Chald. Paraphr. Cohors vel caterua impiorum congregata est contra me. Eadem ferè est sententia.

IN IX. OCTONARIVM.

Versv primo, Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine. Hieronymus, Benefecisti seruo tuo. Felix, Bonũ operatus es cum seruo tuo Sententiam nostræ lectionis ista explanant, quoniam facere bonitatem, non aliud est quàm facere bene, aut operari bonum. Versu secundo, Bonitatẽ & disci- D plinam, & scientiam doce me. Felix legit vt nos legimus. Hieronymus verò diuersum reddidit, dicens, Bonum sermonẽ, & scientiam doce me. Alij vertũt, Bonum iudicium & scientiã, vel bonam ordinationem & scientiam doce me. Versu tertio, Priusquã humiliarer, ego deliqui. Et hic sensus variè redditur. Hieronymus vertit, Antequam audirẽ, ego ignoraui: nunc autem eloquium tuũ custodiui. Quod ita intelligitur, Antequam auditum accommodarem legi sanctæ tuæ, antequam in humilitate cordis audirẽ quid in me loqueretur dominus, & attenderẽ præceptis eius, ego eram ignorãs, nesciebam quid agendum, quid omittendũ. Ioannes verò Reuchlinius in libro de rudimentis Hebraicis, versionem nostram

vulgatã præfert huic versioni Hieronymi. Felix quoque in textu nostram lectionem ponit, exponens eam in hunc sensum, Antequam essem humilis, & addiscerem præcepta tua, ego eraui. Dicit etiam sic verti posse, Antequam respondere rem, ego erraui: quod exponit, Antequam exercerē meipsum in respondendo his quæ obiecta fuerunt mihi: vel, Antequā exercerem meipsum in addiscendo ea quæ opportuna erant mihi. Vel, Antequam clamarem ad te, scilicet vt mihi porrigeres auxilium, ego erraui. Alij autem vertunt simplicius, & cōcorditer ad nostram lectionem. Antequam affligerer, ego errabam. Prouenit autem hæc diuersitas ex ambigua significatione verbi anah, siue inneh, quæ dictio sub iisdem radicibus, solis punctis variatis, significat respondere, loqui, vocem exaltare velut cantando, humiliari, affligere, laborare.

Versu quarto, Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Secus est in Hebræo, Bonus es tu, & benificus vel benefactor, vel benefaciens, doce me, &c. Et pro eo quod in versu sequenti iuxta vulgatam lectionem habetur, Multiplicata est super me iniquitas superborum, Hieronymus sic transtulit, Applicabant mihi mendacium superbi. Felix similiter, Applicauerunt mihi mendaciū superbi, vel coniunxerunt super me mendacium: quod clarius dici potest, Commentati sunt vel confinxerunt contra me mendacium, vel imposuerunt mendacium & falsitatem. A qua sententia non omnino dissonat lectio vulgata. Quando enim impij cōtra iustos falsitates & mendacia confingunt, proculdubio iniquitas impiorum super eos multiplicatur. Versu quinto, Coagulatum est sicut lac cor eorum. Ex Hebræo, Incrassatum est, impinguatum est, vel hebetauit sicut adeps cor eorum: quod ad temporalem prosperitatem referri potest, in qua impinguati impij, prorsus ad ea quæ Dei sunt fiunt inepti, cor molle sed incrassatum habentes in modum adipis. Chald. Paraphra. hic fomitis meminit, sic habens, Incrassatus est sicut adeps fomes cordis eorum.

IN X. OCTONARIVM.

VERSV tertio, Et in veritate tua humiliasti me. Hieronymus, Et verè afflixisti me. Felix, Et in veritate humiliasti me: quod eandē habet sententiam. Verti etiā potest, Et fide humiliasti me, quod intelligi potest, vel de fide siue fidelitate

tate ipsius Dei, quoniam ex sua fidelitate qua erga nostram salutem fidelissimus est Deus, nos humiliat. Vel de fide quæ est in iusto. Per fidem enim quam donat Deus in cordē hominis, verè humiliatur homo, vt se agnoscat, quàm sit ex seipso nihil, & si quid est minus nihilo, & Deus, quàm fœliciter sibi sit vnus omnia, & plusquam omnia. Versu sexto, Confundantur superbi, quia iniustè iniquitatem fecerunt in me. Hieronymus, Quoniam iniquè contriuerunt me. Felix, Quoniam falsò offenderunt vel læserunt me.

IN XI. OCTONARIVM.

VERSV primò, Defecit in salutare tuum anima mea, Felix, Concupiuit salutem tuam anima mea. Vel, Præ desiderio defecit in salutē tuam anima mea. Et similiter in sequēti versu dicendum, Defecerunt oculi mei. Potest enim verti, Concupierunt oculi mei eloquium tuum: vel, Præ desiderio defecerunt ad eloquium tuum: vbi aliquāto apertius exprimitur boni desiderij vehementia. Beatus autem Hieronymus in secundo versu legit, Consumpti sunt oculi mei, in verbum tuum. Quod occultius eandem habet sententiam. Versu tertio, Factus sum sicut vter in pruina. Felix vertit, sicut vter in fumo: cui consonat paraph. Chald quæ habet, Sicut vter suspensus ad fumum, vel qui pependit in fumo. Hieronymus nobiscum legit vtrem in pruina. Sententia verò est eadem. Versu quinto, Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. In Hebræo sic habetur, Foderunt mihi superbi foueas, quæ non erant iuxta legem tuam. Quod in eandē cum nostra lectione sententiam facilè reducitur. Dū enim impij suggerunt iusto seculi vanitates & mala desideria, quæ sunt contraria diuinæ voluntati, quid sunt fabulationes illæ nisi foueæ? & tales fabulationes narrare, quid est nisi foueas fodere? quæ non sunt secundum legem Dei cum sint ei contrariæ. Versu sexto, Iniqui persequuti sunt me, adiuua me, Ex Hebræo legendum per aduerbium, Iniquè vel falsò, vel mendaciter persequuti sunt me. Atque ita habet etiam lectio Græca ἀδίκως, id est, iniustè.

IN XII. OCTONARIVM.

VERSV tertio, Ordinatione tua perseuerat dies. Hieronymus, Iudicio tuo stant vsque hodie, videlicet cælum, veritas tua, & terra quam fundasti. Versu quarto, Nisi quòd

quòd lex tua meditatio mea est. In Hebræo, pro meditatione E
est delectatio, Nisi quòd lex tua delectatio mea. Significat contra afflictiones occurrentes fuisse se consolatum oblectatione legis diuinæ.

IN XIII. OCTONARIVM.

VERSV primo, Tota die meditatio mea est. Hieronymus nobiscum legit, meditationē. Felix pro meditatione vertit loquutionem, alij commentationem: vt significetur iustus adeò sibi cordi esse, atque adeò se diligere legem Dei, F
vt iugiter de ea etiam loquatur & commentetur. quo & ipse discat & alios doceat. Versu quinto, Ab omni via mala prohibui pedes meos. Felix vertit cohibui, vel in carcerem conclusi. Oportet enim pedes & affectus nostros per disciplinam rigidè cohibendo, quasi in carcerem concludere, & vincire compedibus, ne ferantur ad illicita.

IN XIIII. OCTONARIVM.

VERSV secundo, Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Hieronymus, Iuraui, & perseuerabo. Felix nobiscum, Iuraui, & statuam vel statui. Sententia est eadem. In sequēti autem versu, Humiliatus sum vsquequaque domine. G
Hieronymus habet, Afflictus sum vsque nimis domine.
Versu octauo, Propter retributionem: Ex Hebræo vertit Hieronymus, Propter æternam retributionē, particulam scilicet in æternum coniungens cum sequentibus, quam nostra lectio habet cum præcedenti coniunctam: quod à nostra lectione secundum sententiam nō dissonat, quam manifestum est non de temporali, sed de æterna retributione esse intelligendam. Felix autem particulam (inæternum) iungit cū præcedentibus, vt habet nostra lectio, sed pro retributione calcem vertit, hoc pacto, Inclinaui cor meum ad facienda statuta tua inæternum, vsq; in calcem. Quod potest intelligi vsq; H
ad finem: vel (vt quidam dicunt) vsque ad vnguē: id est, perfectè & integrè, absque omni offensione. Ipse tamen Felix exponit ferè in eandem sententiam quam habet nostra lectio, ita dicens, vsque in calcem, vel calcaneum: id est, iuxta vestigium vel præmium: id est, quoniam præmium est faciētibus ea. Ponitur autem hic in Hebræo dictio ekeb, de qua suprà diximus in versum primum quinti octonarij, vnde potest considerari diuersitatis harum versionum origo & ratio.

IN

IN XV. OCTONARIVM.

VERSV primo, Iniquos odio habui. Pro iniquis, Hieronymus legit tumultuosos. Felix, iniquos, vel cogitantes cogitationes prauas. Alij, praua cōsilia, vel prauas cogitationes. Versu secundo, Adiutor & susceptor meus es tu. Hieronymus, Protectio mea & scutum meū tu es. Felix, Latibulum & scutum meum tu es. Eadem est cum nostra lectione sententia. Versu sexto, Spreuisti omnes discedentes à iustitiis tuis, quia iniusta cogitatio eorum. Hieronymus, B
Abiecisti omnes qui auersantur præcepta tua, quia mendax cogitatio eorum. Felix, Calcasti, vel cōculcasti omnes delinquentes vel aberrantes à statutis tuis, quia falsitas cogitatio eorum. Versu septimo, Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ. Hieronymus, Quasi scoriam computasti omnes impios terræ. Felix, Quasi scoriam delesti omnes impios terræ. Quidam vertunt, Quasi rubiginem existimasti omnes impios terræ. Sententia in omnibus eadem est, de re nihili, abstergenda, separanda, exurendáque in igne æterno. Quomodo scoria per ignem separatur ab auro, & abiicitur, & ru C
bigo abstergitur, atque etiam igne absumitur. Versu octauo, Confige timore tuo carnes meas. Hieronymus, Horripilauit à timore caro mea: hoc est (vt Felix ait) exhorruit, vel consternata est præ timore tui caro mea. Est enim horripilare, vehementer exhorrere & consternari, ita vt quasi pili capitis erigantur in rectum.

IN XVI. OCTONARIVM.

VERSV secundo. Suscipe seruū tuū in bonū. Hieronymus, Spōde pro seruo tuo in bono. Vertit similiter Felix in textu, ad marginē adiiciens, Fac suauem & dulcē seruum D
tuū in bono, siue dulcescat seruus tuus in bono: id est, fac habeat seruus tuus cōplacentiā & beneplacitum in bono, fac in bono oblecteturid est, fac seruū tuum ad bonum facilem, & quæ sunt virtutis operari cū dulcedine & gaudio. Potest etiā sic verti, Dulcesce tu seruo tuo in bonū: hoc est, dulcē & suauem te prębe seruo tuo, vt impetrata omnia referat pro quibus te orat. Versu sexto, Tempus faciendi domine. Hieronymus vertit, Tempus est vt facias domine. Quod potest intelligi vel in bonum, vt sit sensus, Tempus est vt facias domine quæ postulo, quæ præcedentibus versibus commemo-

rata

rata sunt. Iam enim est mihi opportunum tuum auxilium, donec tempus est operandi in hac corporis vita. Vel in malũ, hoc sensu, Tempus est vt tu facias, supple iudicium in impios, quoniam ipsi dissipauerũt legem tuam. Felix per casum datiuum vertit, domino, Tempus faciendi domino. Verùm id multipliciter exponit. Primò sic, Tempus vt puniat (supple impios) domino: hoc est, tempus est domino faciendi punitionem impiorum: qui sensus vltimo loco iam explicatus est. Vel sic, Tempore faciendi: id est, tempore vt faciant: in tẽpore quo facere deberent domino: id est, voluntatem domini, ipsi etiam dissipant: hoc est, In hoc tempore quando deberent facere voluntatem Dei, ipsi non obseruauerunt, sed dissipauerunt legem tnam. Vel sic, Tempus vt faciam domino: id est, vt seruiam domino, & seruem præcepta eius: nam alij dissipauerunt legem tuam.

IN XVII. OCTONARIVM.

VERSV primo, Ideo scrutata est ea anima mea. In Hebræo est, Custodiuit vel obseruauit ea anima mea. Sententia eadem erit in nostra lectione, si intelligatur, scrutata est ad obseruandum. Versu secundo, Declaratio sermonũ tuorum illuminat. Hieronymus, Ostium sermonum tuorum illuminat. Felix, Principium verborum tuorum, aut ostium vel initium. Quod quidam ita exponunt, Solum principium verborum tuorum illuminat paruulos. Mox vbi ingressus fueris in sermones Dei, eosque vel à limine (quod aiunt) salutaueris, senties illuminationem si in humilitate accesseris. Quanto magis cum in ipsa fueris introgressus penetralia? Alij sic intelligunt, Ostium vel apertura verborum tuorum illuminat, hoc est, illi quibus ostium verborum tuorum fuerit reseratum, quibus contigerit apertio verborum tuorum, illuminationem accipient: cuiusmodi sunt paruuli, quibus ostium reseratur, & quibus aperiuntur verba Dei vt ea capiant. Iuxta illud Saluatoris verbum in euangelio, Confiteor tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Versu quinto, Gressus meos dirige secundum eloquium tuum. Hieronymus, Gressus meos firma in sermone tuo: & Felix, Plantas meas confirma in eloquio tuo. Eadem est cum nostra lectione sententia.

IN XVIII. OCTONARIVM.

VERSV secundo, Mandasti iustitiã testimonia tua, & veritatẽ tuam nimis. Ex Hebræo variè hic versus redditur. Hieronymi versio sic habet, Præcepisti iustitiam testimonij tui, & veritatẽ nimis. Et est sensus, Valde præcepisti iustitiã & veritatẽ testimonij tui: hoc est, præceptum tuum iustum & verax. Quæ sententia eadẽ est ei, quam supra vulgatæ lectioni assignauimus. Felix in textu legit, vt habet nostra vulgata lectio. Ad marginem verò ita reddit, Præcepisti iustitia tua testimonia tua & veritate nimis. Cuius lectionis hunc sensum assignat, Mandasti per iustitiam & per veritatem testimonia tua, vel per viam iustitiæ & veritatis: hoc est, præcepta tua mandasti secundum iustitiam & veritatem.

IN XIX. OCTONARIVM.

VERSV primo, Et à verbis tuis formidauit cor meum. Clarius per accusatiuum vertit Hieronymus, Verba autem tua timuit cor meum. Felix autem iuxta modum nostræ lectionis, Et à verbo tuo expauit cor meum. In sequenti autem versu tertio, cum dicitur, Iniquitatem odio habui, pro iniquitate, in Hebræo est mendacium vel falsitas, quomodo vertunt Hieronymus ac Felix. Versu sexto, Et mandata tua dilexi. In Hebræo est, Mandata tua feci, id est, opere compleui & obseruaui ea.

IN PSALMVM CXIX.

VERSV tertio, Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguã dolosam? Ita quidẽ nobiscũ legit Hieronymꝰ. Felix verò aliter vertit per verba actiua, ad hunc modũ. Quid dabit tibi aut quid addet tibi lingua fraudis? Quod ita potest exponi, vt sit expostulatio per amarã interrogationem, cum eo qui habet linguã fraudulentam & iniqua labia, in hunc sensum, Quid cõferet tibi, aut quid apponet tibi lingua fraudis, in quo tibi proderit? quid tibi cõmodi ex lingua tua fraudulenta reportabis? Planè nihil. Est enim non aliud quàm sagittæ potentis acutæ, & sicut carbones vastatorij, id est, pestiferum & mortale malum est sicut sagittæ acutæ à robusto homine emissæ lædentes vehementissimè, & sicut iguiti carbones validissimè adurentes. Versu quarto, Cum carbonibus desolatoriis. Pro carbonibus desolatoriis, in Hebræo

dicitur carbonibus iuniperorum vel geniſtarum. dicũt autẽ huiuſmodi carbones iuniperorum vel geniſtarũ, & vehemẽter vrere & caloré igneum diutius conſeruare. Verſu quinto, Heu mihi, quia incolatus meus prolõgatus eſt Hieronymus in eandem ſententiã vertit, Hi mihi, quia peregrinatio mea prolongata eſt. Felix ſimiliter in eandem ſententiã ad marginẽ ſic vertit, Ve mihi quia incola fui diutius, vel incola fui protractie, id eſt, longo tẽpore. Quod autẽ ſequitur, Habitaui cum habitantibus Cedar, Hieronymus vertit, Habitaui cũ tabernaculis Cedar. Felix, Cum tentoriis Scytharum. Alij cũ tabernaculis Arabũ. Significãtur barbari idololatræ, omnis humanitatis & pacis ignari. Cedar enim filius fuit Iſmahelis, qui fuit homo ferus & barbarus. In quo ſignificari poteſt gemitus hominis iuſti qui affligitur hic inter malos habitãs & barbaros homines Deũ nõ timentes, cuiuſmodi illi erãt populi. Illud quoque quod poſt ſequitur, Multum incola fuit anima mea, lectio Hebræa ſeparat in principiũ verſus ſequentis, ad hunc modũ, Multum incola fuit anima mea cum his qui oderũt pacẽ, Ac deinde, pro verſu vltimo ſic legũt, vt ad verbũ transferamus, Ego pax, & dũ ego loquebar, ipſi ad bellũ. Quod ita intelligitur: Ego pax, ſupple eram: id eſt, erã vir pacis, eram quærẽs pacem quemadmodũ pſalmo CVIII. vbi vulgata lectio Latina habet, Ego autem orabam, in Hebræo eſt, Ego autem oratio, ſupple eram: id eſt, vir orationis vel orationi intentus. Sequitur. Et dum ego loquebar, ſupple quæ pacis erant, illi ad bellũ ſeparabant, illi me oppugnabat, quantumuis blandam erga illos inſtituerem conuerſationẽ meam, nolebant emolliri ad mãnſuetudinem. Hieronymus ſententiam magis quàm verba ſequutus, hunc verſum ita reddidit, Ego pacifica loquebar, & illi bellantia.

Geneſ. 25.

Pſal. 108.

DE TITVLO PRAECEDENTIS PSALMI.

HVIC pſalmo & in Hebræo, & in Græco, & in Latino præmittitur pro titulo, Canticum graduũ, ſimiliter & ſingulis XIIII. Pſalmorum hunc proximè ſequentium. Propter quod, vulgò omnes hi XV. pſalmi, canticum graduum ſolent appellari. Quare autẽ hi pſalmi canticum graduum ſpecialiter appellentur, varias aſsignãt rationes. Quidam dicunt ideò hic dicta, quòd in aſcenſu graduum ad templ

A templum domini decantabantur in inſtrumẽtis muſicis, vbi ſacerdos in ſancta ingreſſurus eſſet ritu ſolẽni. Vnde in vltimo pſalmo canitur: Ecce nũc benedicite domino, omnes ſerui domini. Qui ſtatis in domo domini, in atriis domus Dei noſtri. Verùm id ex nulla ſcripturę hiſtoria haberi poteſt. Alij myſticè putant iſtos pſalmos cantica graduũ appellari, eo quòd ſinguli quaſi gradus quidã videantur, quibus in Deum conſcendatur. In ſingulis enim exercitatio quædam cõtinetur, qua mens & affectus ad Deũ ſeſe eleuẽt. Chald. Paraphr. B myſticè indicat intelligendũ, cùm ita ait, Canticum quod dictũ eſt pro aſcenſionibus abyſsi: id eſt, pro aſcenſionibus ab abyſſo, à morte & dãnatione: id eſt, pro ſalute & redẽptiõne per Deum collata ab inferis. Non multum autem refert, ſiue dicamus pro aſcenſu ab inferis, ſiue pro aſcenſu ad cælos: quoniam quidem ab inferis aſcenſus, eſt etiam aſcenſus ad ſuperos. Quanto enim ex abyſſo ſubleuaris, tanto in altum ad cælum extolleris.

IN PSALMVM CXX.

C VERSV primo, Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Ita quidem nobiſcũ vertunt Hieronymus & Felix. Veruntamen ex Hebræo legi etiam poteſt, Leuaui oculos meos in mõtibus, vnde veniet mihi auxilium. Atque ita erit ſenſus, Quaſi in altitudine mõtium poſitus in hoc mũdi deſerto, attollo oculos huc illúcq; reſpiciens, vt videam vnde poſsit venire mihi auxiliũ. Poſt quod aptè mox ſubiũgitur, Auxilium meũ à domino. Verſu quinto, Dominus protectio tua ſuper manũ dexteram tuã. In Hebræo eſt, Dominus vmbra tua ſuper manũ dexteram tuã: id eſt, dominus erit tua obumbratio, vel obumbrabit tibi deſuper, quẽ D admodũ in alio Pſalmo dicitur, Domine domine, virtus ſalutis meę, obumbraſti ſuper caput meũ in die belli. Eſt autẽ ſententia eadem, ſiue vmbram ſiue protectionẽ dixeris, Poſſet verò ſecundum myſticam ſententiam, protectio iſta iuſti ſuper manũ dexteram, ſignificare cuſtodiam eius, propter obſeruationem præceptorum Dei. In quem ſenſum reſpicere videtur quod habet hoc loco Chaldæi Paraphraſis. Deus obumbrabit tibi propter chartulam præceptorum, quæ confirmata eſt ad manum dexteram tuam, in ingreſſu tuo. Quid enim aliud eſt, membranam vel chartulam præceptorũ Dei eſſe confirmatam ad manum dexteram, quàm Dei præcepta

Pſal. 139.

viriliter ſedulóque perficere & adimplere? Eſt etiam digna notatu pro ſequentibus verſibus, eadem Paraphra. Loco eius enim quod in verſu ſexto dicitur, Per diem ſol non vret te, neque luna per noctem, ſic habet, In die quando dominatur ſol, non nocebunt tibi diurni, neque nocturni, quando dominatur luna in nocte. Et pro eo quod in verſu octauo dicitur, Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum: ſic illa legit, Deus cuſtodiat exitum tuum ad negotiationem, & introitum ad ſtudia legis: id eſt, tam exterioribus ſecundum corporis neceſſitatem deditum, quàm ad interiora conuerſum, ſemper dominus cuſtodiet.

IN PSALMVM CXXI.

VERSV primo, Lætatus ſum in iis quæ dicta ſunt mihi, Hieronymus, Lætatus ſum, eo quòd dixerunt mihi, in domũ domini ibimus. Ad verbum autem ex Hebræo ſic legitur, Lætatus ſum in dicẽtibus mihi, in domũ domini ibimus. Vnde patet vulgatæ lectionis hũc ſenſum debere accipi, Lætatus ſum in iis quæ dicta ſunt mihi, nẽpe quòd in domũ domini ibimus, vt illud, In domũ domini ibimus, ſit lætitiæ materia. In verſu autẽ ſequenti, pro atriis in Hebræo ponuntur portæ: & eadem eſt ſentẽtia. Verſu tertio, Hieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipſum. Hieronymus, Cuius participatio eius ſimul. Felix, Quæ coniuncta eſt ipſi ſimul: id eſt, ſibiipſi. Alij, Quæ cõſociata eſt vel coniuncta eſt ſibi pariter. Quæ omnia pro iis faciunt quæ in Elucidatione atque annotationibus præcipuis diximus. Verſu ſexto, Rogate quæ ad pacem ſunt Hieruſalem. In Hræco ad Hieruſalẽ additur articulus τὴν, caſus accuſatiui, qui hũc indicat ſenſum, Rogate ipſam Hieruſalẽ, ſupernam ciuitatem, quæ ad pacem ſunt. Atq; ita non deprecatio eſt quæ dirigatur ad ciuitatẽ ſupernam, ſed exhortatio mutua ciuium militantis Eccleſiæ, ad poſtulandũ à ſuperna ciuitate quæ pacis ſunt. Non conſonat tamen hic modus illi quod proximè ſequitur, Et abundantia diligẽtibus te. Hîc enim iam deprecatio, non exhortatio eſt. Propter quod in Elucidatione & annotationibus prioribus, alium ſenſum indicauimus, in quo Hieruſalem ſit caſus vocatiui, vt ſit hîc ſermo non exhortatio mutua militantium, ſed eorum deprecatio ad ipſam ſupernam ciuitatem Hieruſalem directa. Maximè cùm in Hebræo originali nullus articulus habeatur, neq; vllum ſignum denotans caſum

caſum accuſatiuum, ſed abſolutè ponitur Hieruſalem, abſq; vllius articuli vel ſigni præpoſitione. Quod autem in altera parte dicitur, Et abũdantia diligẽtibus te. Hieronymus vertit, Sit bene iis qui diligunt te. Felix, Proſperabũtur vel abundabunt diligentes te, aut proſperentur ſiue abundent. Nulla eſt à noſtra lectione ſententiæ diuerſitas. Verſu ſeptimo, Fiat pax in virtute tua. Videtur prima facie hæc dari poſſe cõmoda intelligentia, Ora ò cæleſtis Hieruſalẽ, & tua oratione cura, vt in hac militante Eccleſia fiat nobis pax in virtute tua: id eſt, in virtute Dei, à qua tu habes tuã pacẽ ſolidiſſimã: vt ſicut in te eſt pax omnino firma & penitus imperturbabilis, ex virtute Dei te inhabitantis, ſic & nobis ex eadem quæ in te pacem donat virtute, pax vera deſcendat. Verũ huic ſenſui videtur obſiſtere originalis Hebræa lectio. Nam Hieronymus vertit, In muris tuis. Felix, in antemurali vel exercitu tuo. Vnde apparet, virtutem hîc accipiendam pro exercitu ſiue fortalitio, cuiuſmodi ſunt muri & antemurale: quomodo accipi ſolet virtus, cùm dicitur, dominus virtutũ, pro domino exercituum: & quomodo nonnunquam ipſum populum ciuitatis, atque etiam fortalitia ipſius dicimus fortitudinem ſiue virtutem. Per hunc autem exercitũ ſiue antemurale aut muros ſupernæ Hieruſalẽ, rectè intelligimus populũ militantis Eccleſiæ. Exercitus enim ſumus ſupernæ ciuitatis omnes qui ad illã ſpectamus, tametſi adhuc in militia hîc iam degamus. Antemurale verò eſt hæc Eccleſia reſpectu ſupernæ triumphantis eo quòd de hac fiat ad illã tranſitus, & hîc pugna geritur, cùm ibi ſit à pugna requies: quemadmodum circa mœnia & antemurali pugna geritur aduerſum hoſtes, intus verò belli tumultus non auditur, ſed ſunt quieta omnia. Cæterum pro turribus, in parte ſecunda, alij vertunt palatia, alij regias aulas, alij ſimpliciter ædes. Nos in Elucidatione turres iſtas ſiue palatia, expoſuimus præcipuos in Eccleſia, vt rectores atq; præpoſitos. Poſſemus tamẽ intelligere particulares Eccleſias, quemadmodum illic, Deus in domibus eus cognoſcetur, vbi in Hebræo idem vocabulum quod hîc ponitur. Pſal 47.

IN PSALMVM CXXII.

VERSV ſecundo, & tertio, Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ. In Hebræo eſt, ad manũ dominorũ ſuorũ

ad manum dominarũ suarum. Quod clarius sententiam in- E
Elucidatione atq; præcipuis annotationibus expositam, proponit. Et nisi adderetur postmodũ, donec misereatur nostri, videretur hæc posse dari intelligẽtia, Sicut seruus oculos habet ad manũ domini, vt quàm primum vel digitũ vnum mouerit aut manum extenderit, statim adsit, pareatq; indicantis imperio, sic & nos semper oculos habemus ad te, ad omnia quæ tu præceperis paratissimi sedulóq; intenti. Verùm quia statim additur, Donec misereatur nostri, & quia finis Psalmi magnam proponit tribulationem, magis videtur literæ consonum, vt intelligamus de expectatione qua serui à domino F
malis eximi & bonis donari expectant atq; exoptant, ad eum modũ quo nos suprà interpretati sumus. Versu quinto, Quia multum repleta est anima nostra opprobrium abundantibus & despectio superbis. Duas has partes ex Hebræo interpretes vulgò cõnectunt, opprobriumq; & despectionem in ablatiuo ponunt, ad hunc modum. Multum repleta est vel saturata est anima nostra opprobrio abundantiũ siue locupletum, & despectione superborum, id est, opprobrio & contemptu, quibus à diuitibus afficimur. Potest tamen rectè etiã nostra
vulgata lectio ex Hebræo accipi, quẽadmodum & Felix te- G
statur. Ait enim sic posse transferri, Opprobrium abundantibus, supple fuimus, & despectio superbis vel magnificis.

IM PSALMVM CXXIII.

VERSV tertio & quarto, Forsitan aqua absorbuisset nos: Torrẽtem pertransiuit anima nostra, forsitan pertrãsisset anima nostra aquam intollerabilem. Totum hoc ex Hebræo ita vertit Hieronymus, Forsitan aquæ circundedissent nos, torrens transisset super animam nostram, forsitan tran- H
issent super animam nostram aquæ superbiæ. Et in eandem sententiam Felix, Tunc aquæ inundassent nos, torrens transisset super animam nostram, tunc transissent super animam nostram aquæ elatæ. Quæ lectio ex Elucidatione est intellectu facilis. Versu quinto, Qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Pro captione, Hieronymus & Felix prædam vertunt: & in versu sequenti, pro passere Hieronymus ponit genus, dicendo, sicut auis. Felix verò speciem seruat, vt habet nostra lectio.

IN

A IN PSALMVM CXXIIII.

VERSV primo, & secundo, Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion, non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem, Montes in circuitu eius. In Hebræo alia distinctio est quàm in lectione vulgata. Hieronymus ita vertit, Qui confidunt in Domino quasi mons Sion, immobilis, in æternum habitabilis, subaudi, erunt: ac deinde, Hierusalem, montes in circuitu eius. Cuius lectionis sensus est, Qui confidunt in Domino erunt sicut mons Sion, qui est sta-
B bilis & immobilis, nec potens à suo loco dimoueri, quique in æternum perstat & habitatur, nec labitur vnquam aut diffluit. Ac deinde, Hierusalem ciuitas sancta (in qua mõs Sion situs est) montes habet in circuitu suo, munita est montibus per circuitum adiacentibus. Neque tantum corporalem habet montium circumiacentium munitionem, sed insuper aliam meliorem, eo quòd Dominum habeat in circuitu suo. Potest verò ex Hebræo etiam sic verti, Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion non commouebitur, in æternum habitabit: vt more Hebraico positus dicatur singularis nume-
C rus pro plurali in parte posteriori, sitq; hic sensus, Qui confidunt in Domino, ad similitudinem montis Sion non commouebuntur, & habitabunt vel perstabunt immobiles in æternum, quomodo scilicet mons Sion non commouebitur, & perpetuò manet habitabilis. Versu tertio, Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum. Hieronymus, Quia non requiescet virga impietatis super sortem iustorum. Hæc autem virga impietatis, vel pro sceptro iniquitatis accipitur: id est, pro impiorum potestate atque dominio, vel pro punitione impiorum, siue potius
D gladio, aut rhomphæa quæ illis manet in iudicio: quæ gemina expositio in Elucidatione indicatur. Versu quarto. Benefac domine bonis & rectis corde. In Græco hîc est ἀγάθυνον, quod sonat benignare (vt ita dicamus) siue benignus esto, aut bonum siue benignum te præbe, benigne age: de quo verbo diximus in annotationibus Psalm. 1. Illic enim versu penultimo idem verbum in Græco ponitur, vertiturque illo in loco, benignè fac. Sic enim legimus, Benignè fac domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hierusalem: id est, benignum te præbe Sion, & cum ea age placidè atque suauiter.

IN PSALMVM CXXXV.

VERSV primo, in conuertendo dominus captiuitatem Sion. Clarius & ad formam Latini sermonis aptius vertit Hieronymus, Cum conuerteret dominus captiuitatẽ Siõ. Seruauit autem interpres Latinus formam Græci sermonis, quemadmodum alibi, In conueniendo populos in vnum. Et iterum in conuertendo inimicum meum retrorsum. Aptius tamẽ per accusatiuum sermo fieret, hoc modo, Inconuertẽdo dominum captiuitatem Sion. In secunda autem parte, vbi habet nostra lectio, quasi consolati, in Hebræo est, Facti sumus sicut somniantes. Quod exprimit magnitudinem repentini gaudij & insperatæ lætitiæ. Ita enim solent esse affecti quibus subita aliqua contingit & insperata lætitia magna, quemadmodum afficiuntur somniantes, vt nesciant an verè res ita se habeat: quomodo de petro legimus, vbi à captiuitate esset per angelum liberatus, quòd existimabat somnium esse, id quod fiebat per angelum. Felix autem vertit, sicut somniantes vel corroborati, quod proximè ad nostram lectionem accedit. Neque ab hoc postremo dissonat quod habet Paraph. Chald. Erimus velut infirmi, qui conualuerunt. In sequenti autem versu, pro gaudio in Hebræo est risus, quod in idem redit.

Psalm. 2. Psalm. 12.

Versu quinto, Conuerte domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro. Hieronymus nobiscum vertit, sicut riuus in austro. Felix verò aliter reddidit, Cõuerte vel seda domine captiuitatem nostram sicut torrẽtes in austro, vel sicut inundationes aquarum in meridie, vel in siccitate. Quod aliũ videtur exposcere sensum ab eo quem suprà dedimus, & quẽ plures sequuntur, ac ferè diuersum, nempe istum: Seda domine, & cessare fac nostram captiuitatem, qua nunc premimur, sicut conuertuntur vel sedantur torrentes à meridie, quãdo sol vrit terram & aquas exiccat, plurimũq; aquarum suo excessiuo calore deuorat, vt vel siccentur aquæ torrentium, vel certè minuantur, ne ita rapidè currant impediti siccitate quę est à nimio solis æstu. Alij verò sic vertunt, Conuertere Deus captiuitatẽ nostram, sicut riuuli in arido, vel sicut torrẽtes in regione meridiei: id est, in loco sicco & arido. Assignantque hanc intelligentiam, Conuertere captiuitatem nostrã, quod si feceris, ita nouam & iucundam rẽ nobis facies, ac si in locis inaquosis & omnino siccis dares torrẽtes & alueos aquarũ.

Cui

Cui intelligentiæ non omnino dissonat quod habet Chald. Paraphr. Conuerte domine captiuitatem nostram: sicut conuertitur terra quando abũdãt fluenta aquarum tempore siccitatis: id est, quomodo bene immutatur terra, vbi post multam siccitatem aquis fuerit irrigata. Versu septimo, & octauo, Euntes ibant & flebant, &c. Duos hos versu pariter iungit Hieronymus in hunc modum, Qui ambulas ibat & flebat portans ad seminandum sementem, veniẽs veniet in exultatione portans manipulos suos. Sententia tameu est eadem. Illud verò quod Hieronymus vertit, portans ad seminãdum sementem. Felix aliter reddidit, Portans pretiosum semen, vel portans protractè siue de longè semen. Quomodo autem iuxta hãc versionem, sit vir iusti semẽ pretiosum, manifestum est ex fructu quem profert fœcundissimum, itẽ & quomodo de longe semen hoc portat. Multum enim distat fructus à semine & longa animi expectatione opus est, post semen missũ in terram, antequam cõsequatur fructus eius. Alij rursum vertunt vas seminis, ad hunc modum, Portantes vas seminis, quo modo videlicet solent ij qui seminant.

IN PSALMVM CXXVI.

VERSV tertio, & quarto, Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris. Cum dederit dilectis suis somnum. Felix ex Hebræo, vanum est vobis diluculo prænenientibus surgere, retardantibus sedere, comedentibus panem dolorum: sic dabit dilectis suis somnium. Cuius lectionis hic est sensus, Vanum est vobis, quod mane ante lucem surgitis ad opus, itẽ & quod vespere diu residetis ad opus, & in profundam vsque noctem operis gratia vigilatis, sicque panẽ in dolore & labore multo comeditis: totum hoc nihil poterit prodesse vobis, nisi adsit Dominus: quantumcunque secundum vestram posibilitatem fueritis diligentes, etiam si summo mane ante lucem, quando adhuc in stratis molliter hominescubant, exurgatis, etiam si ad profundam vsq; noctem tardetis, sedere in continuo opere, insuper & si in maxima penuria cibi ac potus viuatis, nunquam rem facietis, nihil proficietis, non poteritis ditescere, nisi adsit cooperator dominus, qui vobis colloboret: hoc est (vt paucis dicamus) quantumcunque impenderitis laboris & solicitudinis, absque Deo nihil efficietis. Quod verò

dehinc sequitur, Sic dabit, vel certè dabit dilectis tuis somnũ, E
sic intellige, Ita Dominus dilectis suis vult dare dulcem quie
tem & bonam requiem, vult eos quodammodo dormientes
esse: id est, securos in bona confidentia, & non tanta anxietate
solicitos. Quasi enim somno se dat homo, quando curam o-
1. Pet5. mnem & solicitudinem (iuxta Petri consilium) proiicit in
Deũ, cui nouit esse de se curam per maximam, quando (iuxta
Psalm.36. Psalmistæ vocem) reuelans Domino viam suam sperat in eo
vt ipse faciat: atque hoc facto in securitate se constituit, sciẽs
1. Cor.10. quod fidelis sit cui suum commendauit negotium, quòd non F
dormitabit neque dormiet, quin suæ commissum fidei custo
diat atque perficiat. Alij prædictam ex Hebræo lectionem
Psalm.6. intelligũt de malis, in hũc modum, Fruſtrà vos peruersi mane
surgitis ad perpetrandam impietatem, & vespere in eadẽ de-
moramini, vsque ad profundam noctem, deuorantes parẽ &
substantiam hominum pauperum & dolentiũ pro oppressio
ne. Certè quicquid vos egeritis, tamen suo tẽpore dabit Deus
suis electis requiem, á laboribus & molestiis omnibus: quẽ-
Apoca.14. admodum in sancta Apocalypsi legimus, A modo iá dicit spi
ritus vt requiescant à laboribus suis. Cui intelligentiæ con-
sonat quod habet paraphr. Chald. Propterea in vanum labo
ratis vos qui prœuenitis mane perpetraturi rapinã, & vos qui G
tardatis & cõcinnatis prœparationes, & manducatis cibos mi
serorum. qui laborauerunt in illis, conueniẽter autem vel op
portunè dabit Deus dilectis suis somnum. Versũ quinto, Ita
filij excussorum. Hieronymus vertit, Filij iuuentutis. Felix,
filij adolescentiarum. Per hos autem filios iuuentutis conue-
nienter intelligimus sanctos Apostolos, alióque discipulos
Domini: quos quia in initio natẽtis Ecclesiæ ibi Christus ge
nuit, & primitiis sui spiritus regenerauit, rectè iuuẽtutis filij H
appellantur, vel filij adolescentiæ. Testatur tamen Felix rectè
verti posse (vt habet nostra lectio) filij excussorum. Versũ
vltimo, Beatus vir, qui impleuit desiderium sum ex ipsis. In
Hebræo, pro desiderio ponitur pharetra: qui impleuit phare-
tram suam. Implet autẽ ex ipsis filiis excussorum vel filiis iu-
uentutis pharetram, qui implet mẽtem & affectum ex illorũ
saluberrimis doctrinis, qui pectus suum implet illorũ institu
tione & monitis. Quod autem in nostra lectione subsequitur
in numero singulari, Non confundetur, cũ loquetur inimicis
uis in porta, id in Hebræo simul & in Græco per numerum

plu

A pluralem effertur, hoc modo, Non confundentur cum loquẽ
tur inimicis suis in porta, intelligẽdo non cõfundentur neq;
ipsi filij excussorũ, siue iunentutis, neque qui ex iis impleue
rint suum desiderium vel pharetram. Neq; enim primi illi fi
lij, neque illorum fideles mutatores confundentur coram ini
micis, sed illi quidem vt bene præeũtes, hi verò vt bene sub-
sequentes, pariter in vitam introibunt.

IN PSALMVM CXXVII.

B VERSV secundo, Beatus es, & bene tibi erit. Chald. Pa-
raph. Prius refert ad beatitudinẽ spei in via vitæ huius,
quæ est in gratia Dei & pacata conscientia: posterius autem.
ad beatitudinem cælestis patriæ. Sic enim habet, Laborẽ ma
nuum tuarum quia comedisti, bonũ tibi vel beatus tu in mũ
do isto, & bonum tibi vel beatus tu in mundo venturo. Hie-
ronymus sic vertit, Labores manuum tuarum cum comede-
ris, beatus tu, & bene tibi eret. Quod ita intelligitur, cum eò
peruenerit vt pro operibus detur tibi cõgrua merces, qua sa
turaberis, beatus eris, & tunc bene tibi erit, licet hunc secun
dum exteriorẽ afflictionem tibi videatur esse male. Versu
C tertio, Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuę.
Hieronymus vertit vitam fructiferam pro abundãti: & pro
lateribus vertit, in penetralibus. Quæ in eandem, concurrunt
sententiam: quemadmodum & quod in sequenti versu, pro no
uellis vertit germina, vbi in Græco est νεόφυτα quod sonat
nouiter plantata siue nouellas plantationes.

IN PSALMVM CXXVIII.

VERSV tertio, Supra dorsum meũ fabricauerunt pecca-
tores, prolõgauerunt iniquitatem suam. Hieronymus,
D Supra ceruicem meam arabant arantes, prolongauerunt sul-
cum suum. Et in eandẽ sententiam Felix supra dorsum meũ
arauerunt arantes, protraxerunt sulcũ suũ. Quæ lectio cum
nostra vulgata eandem habet sententiã. Nam arare supra
dorsum vel ceruicem iusti, & sulcum ad modum arantiũ ibi
prolongare atque protrahere, quid aliud est, quàm graui &
longatribulatione iustũ affligere? Atque hoc ipsum in lectio
ne vulgata indicatur in fabricatione impiorũ supra dorsum
iusti, & in prolongatione iniquitatis impiorũ super dorsum
illius. Versu quarto, Dominus iustus concidet ceruices pec-

catorum. In Hebræo est auoth: id est vincula, vel funes, vel perplexitates, siue intricationes. Vnde Hieronymus vertit, Dominus iustus concidet laqueos impiorum, & Felix iugum vel funes impiorum. In quo significatur iustum ab omnibus perplexitatibus atque difficultatibus, quibus inuolutus fuerit ab impijs, per Deum liberandum, & iugum illorum conterendū: quēadmodum per Esaiā dicitur, Iugum enim oneris eius & sceptrum exactoris eius, superasti. Versu quinto, Sicut fœnum tectorum, quod prius quàm euellatur exaruit. Hieronymus, Quod statim vt viruerit arescet, ante videlicet quàm euellatur, quod in eandem prorsus cum lectione vulgata sententiam recidit. Felix verò etiam ad verbum nobiscum vertit, Quod prius quàm euellatur, exaruit. Vel sic, quod prius quàm egrediatur exaruit: hoc est, mox vbi exortū fuerit, incipit arescere nullam habet subsistentiam in suo virore, quia humorem non habet neque terram commodam. Chald. Paraph. videtur respicere ad situm loci eo quòd in eminēti loco situm hoc fœnum quod in tectis nascitur, facilè statim vēto læditur, & ideo non subsistit. Sic enim habet, fiant sicut fœnum tectorum quod antequam floreſcat, irruit vētus Notus, spiratque in illud, & siccatur. Ita plane in impios antequā ad perfectum & optatum florē perueniant, exurgit ventus Notus, videlicet vel pestis vel morbus, vel plaga alia, aut vt minimum graue senium, qui illos cogit deficere. Quod autem in sequenti versu dicitur manipulos colligens, valet colligēs in manipulos, de messe videlicet in brachia sua colligens, ad faciendum & colligendum manipulos. Vnde in Hebræo est verbale, significans ac si dicamus, manipulatos, sicut messorem dicimus à metendo.

Isaiæ 9.

E

F

G

IN PSALMVM CXXIX.

VERSV quarto, quinto, & sexto, Quia apud te propitiatio est, & propter legem tuam sustinuit te domine. Sustinuit anima mea in verbo eius, speravit anima mea in Domino. A custodia matutina vsqu; ad noctem, speret Israēl in Domino. Ex Hebræo Hieronymus sic vertit, Quia tecum est propitiatio, cum terribilis sis. Sustinuit Dominum, sustinuit anima mea & verbum eius expectaui. Anima mea ad Dominum (supple expectat) à vigilia matutina vsque ad vigiliam matutinam. Expectet Israēl Dominū, quia apud Dominū misericordia, & c. Cuius lectionis breuiter hanc accipe sententiā,

H

Quam

A Quanquā sis terribilis & metuendus, propter tuam iustitiā, attamen quia simul & misericors es, quia etiā tecum est propitiatio, iccirco in patientia expectaui dominū, & in verbo promissionis eius speraui: expectauit anima mea ad dominū, & perseueratēr in spe eius permansit à vigilia matutina vnius diei vsque ad vigiliam matutinam subsequentem, id est per diem & noctem iugiter. Felix verò aliter vertit, Quia apud te propitiatio siue venia est, vt timearis, id est, vt te timeāt sancto timore, teq; reuereātur vt pium patrē fideles tui pij filij. Alij exponūt, vt timearis & colaris. Nam timere Hebræi pro colere vsurpant, vt Psalmo, vbi nostra lectio habet, Et permanebit cum sole & ante lunā, in Hebræo est, Timebunt te cum sole & vltra lunam hoc est, colent te fideles tui, quandiu sol perstabit. Atque ita sensus est, Apud te est indulgentia, propter quod coleris ex animo à fidelibus, vt Deus & pater pius. Nam si sic iniquitates obseruaret Deus, vt non esset simul apud eum indulgentia, nemo illum ex bono animo coleret, vt patrem, sed potius quasi tyrannum omnes seruiliter tantum metuerent. Nunc autem ipsius misericordia nos prouocat, vt ipsum ex toto cordis affectu colamus tanquam patrem piissimum. Deinde, versum sextum vertit Felix in hunc modum, Anima mea in domino (supple speraB uit) vel ad dominum (supple clamauit vel expectauit) supra obseruantes mane, obseruantes manè, id est diligētius quàm ij qui summo mane cum omni solicitudine & vigilantia quippiam obseruant: vbi replicatio supra obseruantes mane obseruantes mane, vel vehementiam indicat, vt indicetur supra obseruantes valdè mane: vel significat vniuersalitatem, super quoscunque obseruantes manè.

B

C

Psal. 147.

D

IN PSALMVM CXXX.

VERSV tertio & quarto, Si nō humiliter sentiebā, sed exaltauit animā meā, Sicut ablactatus est super me matre sua, ita retributio in anima mea. Hieronymus, Si nō proposui & silere feci animā meā: Sicut ablactatus à matre sua, ita ablactetur à me anima mea. Quæ lectio illā potius videtur spectare intelligentiā quæ in annotatione posita est, vt in secundo versu sit imprecatio, qua sibiipsi proferens Psalmum imprecatur, vt si non cum humilitate suam animam posuerit, & silere fecerit ab omni iactantia: fiat sicut ablactatus à matre, vt sic fiat ipsius anima ablactata, id est, Diuinæ

cons

consolationis lacte priuata. Potest tamen ex Hebræo etiam E
sic legi: Si non posui & silere feci vel humiliaui animam
meam: ac deinde diuisim, Sicut est ablactatus matri suæ, vel
erga matrem suam, verè instar ablactati habet mihi anima
mea. In qua lectione pulchrè sensus qui in Elucidatione po-
situs est exprimitur. Chaldaica Paraphra. nullam ponit im-
precationem: verùm simpliciter ita habet, Si non posui ma-
num ad os, & tacere feci animam meam donec audiret ver-
ba legis, sicut lactentem animam meam.

IN PSALMVM CXXXI. F

VERSV primo, & omnis mansuetudinis eius. Pro man-
suetudine Hieronymus vertit afflictionē. Et omnis (in-
quit) afflictionis eius. Felix legit, Omnis afflictionis eius, vel
humilitatis, vel mansuetudinis. Sententia in idē redit, quan-
doquidē mansuetudo consistit in æquanimi tolerantia pas-
sionū & afflictionū obuenientium. Versu secūdo, Sicut iu-
rauit domino. Hieronymus, Qui iurauit domino, quod clario-
rē habet intelligentiā. Et in versu quinto, quod nostra le-
ctio habet, Et requiē temporibus meis, Hebræa non habēt.

Versu sexto, Ecce audiuimus ea in Effrata. Hieronymus G
legit per genus masculinū, Ecce audiuimus illum, nempe lo
cū domini: quo modo, quidā etiam nostrā lectionem corrigi
volunt. In Græco tamen est genus fœmineum αὐτήν, id est,
eam. Potestque fieri relatio ad intellectū, eam habitationem,
vel requiē, vel domū domini. Pro campis autem syluæ, Hiero
nymus vertit, In regione saltus: Felix nobiscum tenet, in cā-
pis syluæ, Eadē enim sententia est. Chald. Paraph. rem explic-
cat his verbis, Inuenimus eā in campis syluæ. Libani, loco v-
bi adorauerunt patres mūdi: hoc est, in loco olim deserto, in
Genes. 22. monte Moria, vbi patribus aliquando fuit locus orationis & H
2. Reg. 24. sacrificij. Adorauit enim illic Abrahā, & magnum illud cun-
ctisq; seculis memorabile summæ obedientiæ sacrificiū vni-
geniti sui quousq; permissus fuit, perfecit: adorauit illic post
etiā Dauid, vbi cessasset à plaga angelus, obtulitq; sacrificiū.

Versu septimo, Adorabimus in loco vbi steterunt pedes
eius. Hieronymus, Adorabimus scabellum pedum eius, id
est, arcam domini, quæ fuit quasi scabellum pedum eius, de
quo diximus in annotationibus Psalm. XCVIII. in versum
illum, Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est.

Versu

A Versu vndecimo, Iurauit dominus Dauid veritatē, & non
frustrabitur eū. Hieronymus, Et nō reuertetur ab ea, scilicet
veritate, id est, non retractabit eā, non infringet, non omittet
quin perficiat. In eandem sententiam Felix, Non auertetur,
ab ea, vel non conuertetur aut reuertetur, quæ omnia idem
volunt. Atq; eadem esset in vulgata lectione sententia, si tā-
tū in genere fœmineo poneretur relatiuum, pro eū, legendo
eā, hoc modo, iurauit dominus Dauid veritatem, & non fru-
strabitur eā, id est, veritatem iuramento firmatam nō faciet
irritā & vanam, sed implebit eam. Atque hoc modo per ge-
B nus fœmineū habet Græca lectio οὐκ ἀθετήσει αὐτήν, hoc est,
& non reprobabit vel abiiciet vel frustrabitur eam. Verūta-
men lectio habēs masculinū genus, cómodam habet & ipsa
intelligentiā, vt in Elucidatione monstratū est. Versu de-
cimosexto, Viduā eius benedicens benedicam. Ex Hebræo
vertit Hieronymus venationem. Felix vertit, victū eius vel
cibū viaticum eius benedicens benedicā. Alij vertunt, anno-
nā. Quæ omnia facilè in eandem possunt reduci sententiam.
Nā per venationem quid intelligitur, item & per cibū viati-
C cū siue annonā, nisi cibus ille delicatus quo in sancta Ecclesia
pascimur, videlicet panis verbi Dei, de quo sua benedictione
tā nos copiosè reficit, tam pascit abundanter in plenitudine
benedictionibus? Græci autem codices quidam habent χήρα-
ν, quod significat viduam: plures & vulgatiores θήραν, quod
significat venationem, Putant autem quidam Latinos inter-
pretes ignorantia lapsos, vt θήραν, verterint viduam. Verùm
id nimiæ ignorantiæ & stoliditatis fuerit incusare homines
eruditos & benemeritos, præcipuè ex leui tantum suspicio-
ne. Magis autem Græcorum exemplarium diuersitati impu
tandum est, quod viduā transtulerint, quàm illoru ignorātię.
D Quis enim vel tenuiter doctus, ignoret hanc inter χήραν &
θήραν, differentiam? Latina verò exemplaria omnia constan-
ter habent viduam, vtrunque videlicet Psalterium Roma-
num & Gallicanum, ipsa etiam lectio quam sequitur bea-
tus pater Augustinus. Nam viduam prolixa expositione in-
terpretatur. Versu penultimo, Illic producam cornu Da-
uid. Vulgò nostri codices habent illuc, sed conuenientius vi-
detur, si illic legatur. Nam quid sibi vult, illuc producam vel
illuc nasci faciam? Videtur ergo potius legendum, Illic pro-
ducam, in quam sententiam vertit Hieronymus, Ibi oriri

fac

faciam cornu Dauid, & Felix, illic germinare faciam vel E
floreſcere cornu Dauid, Aduerbium quoque in Græco poſitum ἐκεῖ, rectè illic vertitur. Verſu vltimo, Super ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea. Hieronymus vertit, Super ipſum autē efflorebit diadema eius, id eſt, glorificabitur
Apoc.19. Apoc.1. Philip.1. ipſe vt rex regum & dominus dominantium, tanquam princeps regum terræ, videlicet quando dabitur ei nomen quod eſt ſuper omne nomen.

IN PSALMVM CXXXII.

VERSV primo, Ecce quàm bonũ & quàm iucundũ habi- F
tare fratres in vnũ. Hieronymus, Ecce quàm iucundũ & quàm decorũ, habitare fratres vnà. Felix habitare fratres etiã ſimul, vel in vnum, hoc eſt, cohabitare fratres & vnanimes. Chald. Paraph. ſic habet, Ecce quàm bonũ & quàm iucundũ, habitare Siõ & Hieruſalem ſicut duo in vnum. Quod myſticè poſſet intelligi, de vnione & cõmunione Eccleſiarũ militãtis atque triũphantis. Sunt enim hæ quaſi duo, & tamen mirabili ſocietate couniũtur. Verſu ſecundo, ſicut vnguentũ in capite. In Hebræo eſt, ſicut oleũ illud bonum, quaſi oleum inſigne. Vnde vertunt Hieronymus & Felix, Sicut vnguentum optimũ, vel ſicut oleum optimum. Verſu tertio, Sicut ros G
Hermon, qui deſcendit in montem Sion, In Hebræo eſt numerus pluralis, ſuper montes Sion, vt vertit Felix. Vel ſuper montana Sion, vt habet Hieronymus. Vnde putant hîc ſigni
Deuter.6. Num.14. ficari, non ſingulariter illum montem qui erat in Hieruſalẽ, ſed vniuerſa montana Iudæ, id eſt, terram promiſionis, quæ in ſcripturis non ſemel dicitur manare lacte & melle: vt meritò credendum ſit, rorem illum de quo hîc dicitur, pinguiſſimum atque fœcundiſsimum extitiſſe.

IN PSALMVM CXXXIII H

VERSV ſecũdo, Qui ſtatis in domo domini, in atriis domus Dei noſtri. Illud in atriis domus Dei noſtri, nõ eſt in Hebræo. Quod autem ſequitur principium verſus tertij, In noctibus iungũt ad finem verſus præcedentis: hoc modo, Qui ſtatis in domo domini in noctibus. Ac deinde, Tollite & leuate manus veſtras ad ſanctum, vt vertit Hieronymus, vel ad ſanctitatem, vt habet Felix. Chald. Paraphra. hoc loco ſic habet, Qui ſtatis ſuper cuſtodia domus ſanctuarij Dei, & laudatis in nocte, Leuate manus veſtras ſacerdotes ſuper ambonem ſanctum, & benedicite Deo.

IN

A IN PSALMVM CXXXIIII.

VERSV tertio, Pſallite nomini eius, quoniã ſuaue poteſt intelligi, quoniã ſuaue eſt nomen domini, eo quòd ſola domini memoria abundè reficit & iucũdari facit cor hominis. Vel quoniã ſuaue & iucũdum eſt, pſallere nomini domini. Simile occurrit & in Pſalmo CXIII. cum dicitur, Confite- Pſalm. 53.
bor nomini tuo domine, quonia bonum eſt. Poteſt enim intelligi, Quoniam bonum eſt nomen tuum, vel quoniam bonũ eſt confiteri illi, quomodo alibi dicitur, Bonũ eſt confite- Pſalm. 91.
ri domino, & pſallere nomini tuo altiſsime. Quod autem in
B hoc loco per genus maſculinũ habet lectio Romana, Quoniam ſuauis eſt, nempe dominus, id non reſpondet lectioni Græcè, quæ per neutrum genus habet καλόν, id eſt bonũ vel ſuaue. Et ex Hebræo Felix vertit ſuaue vel iucundum: Hieronymus decens. Verſu quarto, Iſraël in poſſeſsionem ſibi. Hieronymus, Iſraël in peculium ſuum. Felix, In peculium vel in theſaurum ſuum, vel in proprietatem ſuam. Populum enim ſuum Deus quaſi ſuum theſaurum reputat. Vnde illud
Pſalm.126. eſt quod ſupra dictum fuit in Pſal. CXXVI. Cum dederit di-
C lectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas domini, filij merces fructus ventris. Et in Pſalmum II. Poſtula à me, & dabo tibi gẽ- Pſalm.2.
tes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ. Verſu octauo, Qui producit ventos de theſauris ſuis. Producit accipe non vt valeat pro gignit, ſed pro educit. Vnde in Græco eſt ἐξάγων, quod manifeſtè ſignificat educens, & Hiere.10.
ex Hebræo Hieronymus vertit, educens. Et apud Hieremiã cap. X. ſimiliter legimus, Fulgura in pluuiam facit, & educit ventum de theſauris ſuis. Felix dicit etiam ſic verti poſſe, Inueniens ventum in cellariis ſuis, quod eandem habet ſententiam. Verſu ſexto, Et miſit ſigna & prodigia. Quomo-
D do ſuprà diximus in verſum vigeſimũ quartũ Pſalmi CXIII. Edidit terra eorum ranas, in quibuſdam libris deprauatè legi, & dedit pro edidit, cum & Hebraica & Græca lectio non & dedit habeat, ſed ediditita in propoſito loco videtur loco eius quòd vulgò noſtri codices habent, & miſit, legi debere emiſit. Nam & in Græco eſt ἐξαπέστειλε, quod manifeſtè ſonat emiſit, vel edidit. Item ex Hebræo Hieronymus vertit emiſit, non & miſit. Felix ſimpliciter miſit, abſque coniunctione quæ in Hebræo non ponitur. Nihil tamen variatur in ſententia, ſiue legas & miſit, ſiue emiſit. Verſu

dec

decimoquarto, Et in seruis suis deprecabitur. Hieronymus. E
Et in seruos suos erit placabilis. Felix, In seruis suis cõsolabitur vel pœnitebit eum: hoc est (vt loqui consueuit scriptura) pœnitentiã aget de malo quod in eos venire permiserat vel decreuerat, secundum ordinationem suæ sententiæ. Chalda. Paraphr. sententiam pulchrè explicat, dicens, Et super vel ad seruos suos conuertetur in miserationibus suis.

IN PSALMVM CXXXV.

VERSV decimoquinto, Et excussit Pharaonẽ & virtutem eius in mari rubro. Potest illa excussio intelligi ex curribus, in quibus residebat Pharao cũ suis principibus, ad persequendũ Israelẽ. Nam ita legimus, Pharaonem de populi di- F
Exod. 14. missione pœnitentẽ statim inuexisse currum. Hieronymus verò pro excussit habet cõuoluit: Et cõuoluit Pharaonem & exercitũ eius in mari rubro. Felix verò cõcussit vel excussit.

Versu decimooctauo, Et occidit reges fortes. Hieronymus, Et occidit reges magnificos: Felix reges admirabiles vel terribiles. Versu vigesimoquinto, Qui dat escam omni carni. Pro esca in Hebræo est Iechen, quod significat panem. Vnde Hieronymus vertit, Qui dat panem omni creaturæ vel carni. Cõstat autem panem pro esca generaliter ac- G
cipi, quomodo & aliàs frequenter in scriptura accipi solet.

IN PSALMVM CXXXVI.

VERSV secũdo, In salicibus, & cætera. Hieronymus super salices: Felix super salices, vel in desertis, aut in salicibus. Pro organis autẽ vertũt citharas. Versu quarto, Et qui abduxerũt nos, hymnũ cantate nobis de canticis Sion. Admodũ variè hic versus ex Hebræo vertitur. Hieronymi versio sic habet, Et qui affligebant nos læti canite nobis de canticis H
Sion, nominatiuũ læti iungens cum verbo canite. Quæ lectio hũc sensum habet, Qui nos affligebãt prępositi nobis interrogauerũt, nos, & dixerũt nobis, quasi illudẽtes, Canite læti, vel in lætitia canite nobis de canticis Sion. Felix sic vertit, Et deridentes nos, lætitiam (supple interrogabant nos, vel postulabant à nobis) cantate nobis de cantico Sion. Ad marginem verò sic legit, Et pro vlulatu nostro, id est, lamentationibus nostris lætitiam, supple interrogabant vel poscebant à nobis. Vel sic, Inimici nostri, qui scilicet deludebant nos,

A nos, lætitiã supple interrogabant nos, id est, sermonẽ vel carmen lætitiæ postulabant. Vel sic, Suspẽsis nostris, id est instrumentis nostris musicis quæ suspensa erant, interrogabant sermonem lætitiæ. Chaldaica Paraphr. clarè hanc lectionem ita explicat, Et qui rapuerũt nos, affecti lętitia dicebant, psallite nobis cãtica quę dicebatis in Siõ. Versu sexto, Obliuioni detur dextera mea. Quidam vertunt, obliuiscatur dextera mea, subaudiẽtes artis suę: id est, dextera mea destituatur arte defẽdẽdi, nõ posit vltra protegere aut defendere me, si nõ, & cætera. Atque huic versioni satis cõsonat lectio Psalterij Roma-
B ni, quæ habet, Obliuiscatur me dextera mea. Verùm nostræ versioni fauet quod Hieronymus vertit, in obliuione sit dextera mea. Felix itẽ legit nobiscum, obliuioni detur. Intelligitur autem istum obliuioni dari à Deo, videlicet vt non vltra Deus recordetur adiutorium prębere dexterę: hoc est, vt non amplius sit auxilio. Solet enim Dei protectio per assistentiã dexterę significari, vt Psalmo cxx. Dominus custodit te, do- Psalm. 120
minus protectio tua, super manũ dexteram tuam. Versu octauo, Si non proposuero Hierusalem, in principio lætitię meę. Ita per omnia nobiscum legit Hieronymus. Felix autẽ sic ha-
C bet, Si non extulero Hierusalẽ, super caput lętitię meę: quod eandem habet cum nostra lectione sententiam: hoc est, si nõ Hierusalem omni lætitię meæ pręposuero, id est, si non Hierusalẽ pręposuero omnibus gaudiis & deliciis, quæ mihi possent in Babylone contingere, vel si non luctum pro ciuitate Hierusalem præposuero omni gaudio & omni lætitiæ, quæ mihi posit contingere. & si nõ illa semper ob oculos versabitur, videlicet vt quandocunque lętitię vlla occasio se obtulerit prius luctũ, mihi excitet memoria. Hierusalẽ, adeò miserè destitutę, quam lętari incipiam, quo videlicet tali modo tẽ-
D perata lętitia, modum non excedat neque alia sit quàm exulẽ & captiuum deceat. Quam rẽ nos quoque in desiderio patrię cęlestis imitari nõ foret inutile, videlicet vt in qualiber occasione lætitiæ occurrente, prius nostrę captiuitatis in qua nũc degimus miseriã ponamus ob oculos, quàm lętitię dedamus nosmetipsos, vt hoc modo admixtione doloris velut misceatur ac temperetur nostrũ gaudium, ne fiat gaudium, effusum & crassius quàm exulem & captiuitatis filium deceat. Versu decimo, Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea. Hieronymus euacuate vsque ad fundamentum eius. Felix,

exinanite,exinanite,vel euacuate euacuate,vel deuastate,de- E
uastate,vsq; ad fundamdētū in ea.Omnia enim hæc idē sunt.
In eo vero quod sequitur,Filia Babylonis misera,Hieronymus pro misera ponit deuastata,sub audiēdo erit vel fiet,Felix misera,deuastata vel depopulata.Quidam Babylonē ponunt casu vocatiuo,&vastationis,vel miserię casu genitiuo,ad hūc modum,O Babylon filia vastationis vel desolationis secūdū eum modum loquendi quo in scripturis dicuntur filij mortis vel damnationis,qui morti addicti vel destinati sunt.

IN PSALMVM CXXXVII. F

VERSV primo, Quoniam audisti omnia verba oris mei Totum hoc in *Hebr*ęo prorsus non legitur,sed principium versus sequentis cum initio Psalmi cōtinuatur,ad hūc modum,Confitebor tibi domine in toto corde meo,in conspectu angelorum vel deorum vel iudicum aut magnatum, psallam tibi.In Gręco habetur quidem hęc oratio,sed non in eodem loco quo in nostris codicibus ponitur.Habent enim Gręci libri hūc ordinē,Confitebor tibi domine in toto corde,& in conspectu angelorum psallam tibi: Quoniā audisti omnia verba oris mei,adorabo ad tēplum sanctum tuū,&c. G
Versu tertio,quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.In vulgata hac lectione videtur singularis numerus positus pro plurali,omne pro omnia,in hunc sensum,Ma-
Psalm.8. gnificasti nomē sanctum tuum super omnia,iuxta quod dicitur in Psalm.VIII. Domine dominus noster,quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.In Hebręo autem habetur,Magnificasti super omne nomen tuum eloquium tuum, quomodo vertunt Hieronymus ac Felix.Quod ita potest intelligi,Magnificasti verbum tuum Euangelicę prędicationis, & extulisti super omne nomē tuum,quoniam videlicet ante illud verbum mundo missum,vocabaris tantum Deus Israēl, H
Deus Abraham, Deus Isaac,Deus Iacob,defensor & pastor Israēl.Verum eloquium ruum non in iudęa tantum voluisti latere,sed pervniversum orbē terrarū fecisti diuulgari.Chald. paraphra,habet,Magnificasti super omne nomē tuum verba laudis tuæ,id est,verba tuæ laudis nullis tuis nominibus valent comprehendi,nullum tibi nomen est quo tua laus atque celsitudo penitus explicari possit.Quidā putāt in hac oratiōe esse hyperbatō,sicq; in Hebręo eā esse iūgēdā,Magnificasti

A casti nomē tuū,super vel propter omne verbū tuū,hoc est,nomē tuū vehemēter magnificasti,& laude dignum cōmēdasti, ex eo quod quicquid vnquam pro misisti,fideliter adimpleas. Atque ita dicit Felix verti posse,Magnificasti super omne eloquium tuum nomen tū,modò super loco propter accipiatur.

Versu vltimo,Dominus retribuet pro me.In *Hebr*ęo,Dominus operabitur pro me,vt vertit *Hieronymus*:vel dominus perficiet,finiet vel cōsummabit pro me,vt Felix.In vltima autem parte,Opera manuū tuarū ne despicias,*Hieronymus* habet,Ne dimittas:id est,ne patiaris perdi,ne perire sinas.Felix,
B Ne dimittas vel ne relaxes:id est,ne dissoluas aut diffluere sinas.

IN PSALMVM CXXXVIII.

VERSV secundo,Intellexisti cogitationes meas de longè. Hieronymus, Intellexisti malum meum de longè. quod potest intelligi actiuè,malū quod feci,vel passiuè,quod pertuli. Felix in textu nobiscum legit cogitationem.Verùm ad marginem ponit multiplicem versionem.Vel sic,intellexisti malum meum,actiuè vel passiuè.Aliter,Intellexisti vt cōsociares me,id est coniungeres me:vel intellexisti sociū meū,
C vel amicum meum:hoc est,non me solum cognouisti, verum etiam quicquid ad me attinet,& quicquid mihi est coniunctū,aut tu nosti cum quibus sit vita mea & cum qualibus conuersatio mea.Vel sic amicum meum & socium meū tu à longè optimè nosti,cum nullam videaris cum illo familiarē conuersationem ducere:longè etiam melius me,qui tamē illi perpetuo conuiuio familiariter,& illo sum assiduus,ac iā fere modiū salis (quod dici solet)cum eo absumpsi: etiam post tam longam tamque familiarem conuersationem, tu illum nosti melius ac magis intime quàm ego illum nouerim,
D & melius cognoscis quo erga me sit animo,cum ego id certò nō sciā & falli possim,quantumuis exterioribus indiciis amicitiā erga me testetur.Nemo enim filius est,qui omnino certum & exploratum habeat patris animum atque ecōtrario: neque vllius maritus suę coniugis habet certum animum,cū subinde auditum sit, & à parentibus filios,& à filiis parentes,ab vxoribus maritos,à maritis vxores,variis modis fuisse interfectos. Versu eodem,Semitam meam, & funiculum meum inuestigasti.Hieronymus,Semitam meam & accubitionem meam euentilasti.Felix.Semitam meam & accubitū

meum circundedisti. De quibus diximus in annotationibus E
principalibus. Felix verò dicit et iam sic verti posse. Semitam
meam & quadratum meum, vel quadrum vel quadrãgulum
meum euentilasti vel dispersisti. Quod ego quidẽ puto (iuxta
sententiam Elucidationis) aptè posse exponi de hominis intẽ
tione, intelligendo per quadratum gnomonem, vel instrumẽ
tum quo examinantur lapides, an rectè quadrati sint, quomo
do per funiculum muri & parietes in ędificio, an absq; curui
tate surgant. Hominis autẽ intentio eadem ratione & funicu
lus & gnomo vel quadratum, id est instrumentũ ad quadran-
dũ potest appellari. Ipseverò sic exponit, Semitam quã feci F
per omnes quatuor partes mundi, vel omnes quatuor partes
mei inuestigasti. Versu tertio, Quia nõ est sermo in lingua
mea. in Grȩcis exẽplaribus nunc legimus pro sermone δόλος
quomodo etiam habet lectio Romani Psalteri, Non est do-
lus in lingua mea. Verùm id ex corruptiõe videtur esse, videli
cet pro λόγος deprauatè scriptũ δόλος: id est, pro sermone do-
lus. Id ex Hebræo fit euidens. Cęterùm ex Hebraica lectione
hęc pars tertij versus conti nuãda erit cũ principio quarti ver
sus sequentis, in hũc modum, Quia non est eloquium in lin G
gua mea, ecce domine nosti omnia, Sic enim vertit Hierony
mus. Neq; minus clare Felix, Quoniam non est sermo in lin
gua mea, ecce domine tu cognouisti totũ ipsum: quod sic ex-
ponit, Nõdum fuit sermo in lingua mea, & tu domine cogno
uisti totum ipsum sermonẽ: vel sic, Non est sermo in lingua
mea, quem tu non cognoueris. Vel sic, Quãuis non est sermo
in lingua mea, attamen tu cognouisti omnia quę cogito, o-
mnes cogitationes cordis mei. Cui consonat paraphr. Chald.
quę sic habet, Et cum non est verbum in lingua mea, ecce
Deus tu nosti cogitationes cordis mei omnes. Deinde pro eo H
quod nos habemus, Nouissima & antiqua tu formasti me, ex
Hebręo longè à vulgata lectione diuersa sententia legimus,
Retro & ante formasti me: id est: posteriora & anteriora mea,
hoc est, totum me, quantus quantus sum. Ita enim vulgò vbi
significare volumus nõ rẽ exactè perspexisse & probè cogno
scere, dicimus nos rẽ eiusmodi ante & retro perspexisse: id est
quęcunque sunt in re eiusmodi. Versu octauo, Si sumpsero
pennas meas diluculo &c. Felix, Assumã pẽnas aurorę. Quod
simpliciter intelligi potest, Si assumpsero pennas ad volandũ
admodũ diluculo in aurora, iuxta sententiã vulgatę lectionis.
Ali

A Aliqui comparationem putant fieri à sole in aurora, qui mox
vbi oriri cœperit, iactu celerrimo radios lõgissimos proiicit
versus Occidentem, supra mare, quod ad Occidentẽ est, quo
niam illic mare dicitur occidere, propter quod etiã Poëtę cũ
oceasum solis volunt significare, ipsum se condere dicunt in
Oceano. Vult ergo significare Propheta, Si ita celeriter posse
uolare, quomodo celerrimè sol in aurora oriens spargit ver
sus Occidẽtem longissimos radios, sicque in vltimis maris, in
vltimo Occidẽtis facerem mihi habitationem, etiam illic te
inuenirem, & tu me illic regeres atque custodires. Versu no
B no, Etenim illic manustua deducet me. Potest intelligi illuc,
ad illum locum, ad hoc extremum maris deducet me manus
tua, sine cuius ductu impossibile me foret illuc pertingere.
Vel sic manustua illuc me deducet, illuc mihi duxerit & cõser
uatrix: vt quod sequitur, Et tenebit me dextera tua, prȩcedẽs
explicet. Cui cõsonat quod vertit Felix, Etiã illuc manus tua
diriget me, vel manu tua diriges me. Versu decimotertio
Confitebor tibi quoniam terribiliter magnificatus es. Hiero-
nymus, Confitebor tibi, quoniã terribiliter magnificasti me.
Felix, Confitebor tibi quoniã terribiliter & mirificè forma-
tus sum: vel ita, Quoniã terribilibus segregatus sum: id est, ter
C ribilibus operationibus segregatus sum, & formatus sum à te
vel occulte effectus sum à te. In eo autẽ quod sequitur. Mira
bilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis: quidã vltimo
loco positum aduerbiũ nimis, iungunt cum nomine mirabi
lia, ad hunc modũ, Opera tua sunt nimis mirabilia & anima
mea cognoscet, vel contẽplabitur ea: Cuius simile diximus
in versum primum Psalm. xlv. Deus refugium nostrum & Psalm. 45.
virtus, adiutor in tribulationibus quæ inuenerũt nos nimis.
Diximus enim, nimis, construi cum adiutor, hoc sensu, valde
adiutor: id est, adiutor potens ac validus. Versu decimo
D quarto, Non est occultatum os meum à te, quod feci sti in oc
culto. Hieronymus, Non sunt operta ossa mea à te, quibus fa
ctus sum in occulto: id est, quibus formatus sum in abscõdito
materni vteri, vel in occulto, in operimẽto carnis & pellis. Fe
lix, Non est occultatum os meum à te, quoniam factus sum in
occulto: hoc est, quanuis in occulto factus sum in secreto ma-
terni vteri, attamen ossa mea non sunt tibi incognita. Quidã
os pro fortitudine accipitur, quę est in ossibus maxima, in hũc
sensum, Non erat tibi occultata fortitudo mea, cum essem in

abſcõdito:quaſi dicat,tu noſti,quàm fuerim nullius virtutis, E
cum in vtero materno tuis manibus primũ formari inciperẽ.

Verſu eodẽ,Et ſubſtantia mea in inferioribus terræ.Dictio quæ hìc in Hebræo ponitur pro ſubſtãtia à verbo rakam deſcẽdit,quòd(teſte Reuchlinio)ſignificat acu pinxit,imaginibus intexuit,polymitauit,&(ſi dicere liceret)texipinxit,hinc illud quod Hieronymus hoc loco vertit, Imaginatus ſum in nouiſsimis terræ,idẽ putat eſſe,quòd cõtextus ſum in inferioribus terrę,id eſt,in matrice.Valet enim imaginatus ſum acſi dicam,ſecundũ varias imagines & varios colores pulchra diuerſitate artificioſè factus ſum,quomodo pannus lineus pulF
chrè ſolet acu pingi,aut quomodo aulea atq; tapeta(quæ vocant)diuerſarũ imaginum & diuerſorũ colorũ varietate ſolent artificioſè cõtexi.Significatur hoc loquẽdi ſchemate,inexplicabile imò incõprehenſibile artificiũ,quo hominis corpus tam pulchra varietate,tam mirabiliter cõponitur ex tam diuerſarũ rationũ membris:quemadmodũ veſtis phrygianica ex nimiũ diuerſis coloribus aptiſsimè tamẽ diſtributis artificioſè cõtexitur.Hinc quidã verterunt,Ingenioſiſsimè contextus ſum:alij,acu pictus ſum,alij,phrygianicis imaginibus
formatus ſum vel cõtextus.Ad idẽ hoc verbũ ſpectat dictio il G
Pſal.44. la quæ in Pſal.XLIIII.pro varietatibus cũ dicitur de ſpõſa,q̃ ſit cireũamicta varietatibus, de quo ſuo loco dictũ inuenies.

Verſu decimoquinto,Imperfectũ meum viderũt oculi tui. In Hebræo eſt galmi,quod ſignificat rudẽ fœtum meũ,quod vulgo ſolẽt naturales embrionẽ appellare,cũ videlicet nondũ fœtus in materno vtero omnibus ſuis mẽbris, & forma vltima fuerit abſolutus,ſed impolitus adhuc cũ tẽporis ſucceſſũ per virtutem generatiuam perficiendus. De hoc dictum eſt plenius in annotationibus prioribus. Quod autem ſequitur, Et in libro tuo omnes ſcribẽtur,Felix vertit per genus neutrum hoc modo, Et in libro tuo omnia illa ſcribentur, quod H
exponunt de mẽbris corporis, hoc modo. Omnia illa membra corporis in libro tuo ſcribẽtur, omnia illa membra quibus informẽ illud corpus perficis, ſcribentur in libro tuo,ita
Luc. 12. vt(iuxta domini verbũ)etiam capilli capitis omnes numerẽtur,nec poſsit vel vnus ex eis perire. Atque in hunc ſenſum quod cõtinuò ſequitur,Dies formabuntur,& nemo in eis,ita verti poteſt,Per dies formabũtur,& nullũ ex eis:hoc eſt, formabuntur membra illa temporis ſucceſſũ, & non erat vnum ex

A ex eis tũc temporis cũ adhuc eſſem informis maſſa in matris vtero.Iuxta quam ferè ſententiam, quidam Paraphraſtes ſic vertit,Cum informis eſſem fœtus,videbas me:cuncta mẽbra, quæ per dies formata ſunt, velut in libro habebas deſcripta, cum adhuc ne vnũ quidem extaret.Hieronymus verò,quantum ad partem priorem vertit vt habet noſtra lectio,In libro tuo omnes ſcribentur.Quod autem ſequitur,Dies formabuntur,& nemo in eis,ita reddidit, Dies formati ſunt, & non eſt vna in eis.Cuius lectionis ſentẽtia in annotationibus prioriB bus aſsignata eſt.Alij verò ſic exponũt,Dies formabuntur,& dabuntur nobis quibus viuemus ſuper terram, & non vna in eis ſupple aſsignata eſt ad noſtrũ arbitrium, ſed ſtatuta vitæ periodus à Deo peragi debet,& non poteſt præteriri. Verſu decimoſexto,Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus,&c.Hieronymus,Mihi autem quàm honorabiles facti ſunt amici tui Deus, quàm fortes pauperes eorum: hoc eſt, quàm ſunt validi, conſtantes, & robuſti, ad perferendum omnia,verùm illi pauperes ſpiritu inter amicos Dei. Quàm enim fortis erat ille ex amicis Dei pauper,qui cũ nihil habe- Philip.4.
C ret,cõfidenter iactabat omnia ſe poſsidere,& multos locuple- Roma.5.
tare,qui cũ in penuria viueret, clamabat omnia ſe habere,& 2.Cor.12.
abũdare,omnia quoq; poſſe in eo qui ipſum confortabat,qui Rom.8.
etiam in tribulationibus gaudebat,& pro infirmitatibus ſuis libenter gloriabatur:qui clamabat,neq; morte,neq; vita, neque vlla omnino creatura ſe poſſe ſeparari à charitate Dei,& alia huiuſmodi permulta magnæ fortitudinis teſtimonia. Quantum verò ad priorem partem,poteſt ex Hebræo etiam ſic verti,Mihi autem quàm fuerũt pretioſe cogitationes tuæ Deus.Nam dictio Hebraica hìc poſita reim, ambigua eſt, ad
D ſignificandũ cogitationes vel amicos: propter quod, in verſu ſecundo præſentis Pſalmi,vbi eadem dictio ponitur,diximus verti poſſe,Intellexiſti cogitationem meam, vel amicũ meũ. Huius autem lectionis ſenſus erit, O Deus, cogitationes tuæ iſtæ quibus tu ſic cogitas, & ſic agis cũ genere hominũ, quàm ſunt pretioſæ, quàm ſunt ſtupendæ, quanti q̃ laudibus dignæ celebrari?Priori tamẽ verſioni apertè fauet Chal. Paraphr.quæ ſic habet,Mihi autẽ quàm honorabiles ſunt qui amant te iuſti,Deus:& quàm validi ſunt principes eorum? Et quod ſequitur, aliter quoq; quàm Hieronymus vertit, legi poteſt. Nam Felicis verſio ſic habet, Quam multiplicati ſunt

principes eorum,nempe amicorum Dei,vel,Quàm cõfortati E
ſunt:id eſt,quàm fortes facti ſunt.Vel ſic,Quàm corroborata
ſunt capita eorũ.Quæ lectio ſecundum ſententiam ſatis cum
Pſalm.44. Hieronymiana cõuenit.Nam principes iſti multiplicati, vel
Pſalm.40. capita confortata amicorũ Dei,ſunt fortes illi pauperes quos
conſtituit Deus ſuper omnẽ terram, & quos tanquam fortes
deos vehementer eleuauit,vt in aliis Pſalmis ſcribitur. Qui-
dam vertunt ſummas pro principibus vel capitibus, in hunc
modum, Quàm prævaluerunt, vel quàm ingentes factæ ſunt
ſummæ earũ, nempe cogitationum, vt(quomodo ſequitur) F
dinumerare non poſsint.Aut ,Quàm multæ ſummæ eorum,
nempe amicorũ Dei:id eſt,quantæ multitudines, eorũ,vt di-
numerare nõ poſsint. Nam lectio Hebraica ambigua eſt,li-
cetq; vertere per genus maſculinũ ſiue fœmineũ, vti videbi-
tur cõmodius.Quidam partem poſteriorẽ ſic vertunt, Quàm
difficilis eſt cõputatio earũ cogitationũ, vel eorũ amicorum
ob nimiam multitudinẽ.Diuerſitas omnis ex hoc procedit,
quòd dictio Hebraica hoc in loco poſita roſh per aleph in me
dio plura ſignificat. Propriè enim caput ſignificat, tranſſum-
ptiue cacumen cuiuslibet rei,principẽ,vel ſummum,vel pri-
Exod.30. mum,& ſupremum.Inde ſummi principes & capitanei deno G
minantur.Inuenitur etiam & ſummam ſignificare, vt Exodi
xxx.Cum acceperis ſummam filiorũ Iſraël.Atq; ex hac vocis
ambiguitate procedit translationum ſuprà poſita diuerſitas.

Verſu decimoſeptimo,Exurrexi, & adhuc ſum tecum.De
reſurrectione futura poſt mortẽ hoc exponit Paraphr. Chal.
quæ ſic habet,Reſurgã in mũdo vẽturo,& adhuc ſum tecum.

Verſu decimonono,Quia dicitis in cogitatione,accipient
in vanitate ciuitates ſuas.Longè aliter eſt in Hebræo.Hiero-
nymus quidem ſic vertit, Quia cõtradicẽt tibi ſceleratè, ele-
uati ſunt fruſtra aduerſarij tui,hoc eſt,inimici tui in ſcelere
& impietate ſua cõtradicẽt,repugnabũtq; tibi, & erũt inobe H
diẽtes:ipſi fruſtrà eleuati ſunt, abſq; vtilitate præpoſiti ſunt
aliis:quod tamẽ non rarò cõtingere ſolet, vt mali præſint bo
nis.Secundũ quam expoſitionẽ hæc lectio facilè poterit cum
noſtra vulgata cõcordari,id quod cõferenti facilè fiet mani-
feſtũ.Poteſt & aliter intelligi hæc Hieronymi verſio: fruſtrà
& vanè contra te eleuati ſunt per ſuperbiam vt tibi cõtradi
cant,cũ nullam habeant cauſam ſeſe contra te eleuandi, imò
omnẽ potius cauſam habeant ſeſe humiliandi ſub manu tua,
tibi

A tibiq; humiliter obediendi.Vel fruſtrà eleuati ſunt contra te
& amicos tuos,quia prẽualere nõ potuerunt,neq; tibi,neque
tuis amicis:quoniam poſtquam corpus occiderint,non habẽt Lucæ 12.
quid faciant. Ponit Felix & alias plures verſiones,in teſtu ta-
men nõ ponẽs niſi quod vertit Hieronymus. Quantũ autem
ad ſecũdam partem,dicit rectè verti poſſe vt habet noſtra le-
ctio,Accipient inuanũ ciuitates tuas. Verſu vltimo,Et vide,
ſi via iniquitatis in me eſt. Hieronymus pro via iniquitatis
vertit viam doli,Felix viã afflictionis vel contriſtationis,vel
B contriſtantẽ:id eſt,efficientem,dolorẽ vel afflictionem. Hæc
autẽ eſt via impietatis,quæ perducit ad dolorem æternũ.Ver
ti etiam poteſt,via rebellionis vel inobediẽtiæ. Nomẽ enim
quod in Hebræo ponitur,venit à verbo atzab,quod ſignificat
ſollicitauit,cõtendit,cõtriſtauit, afflixit,irritauit, rebellauit,
ad iracundiam prouocauit,perturbauit,ærumnis affecit.Vn-
de nomen hoc loco poſitũ,ſignificat contentionem, cõtriſta-
tionem,afflictionem,rebellionem,irritationẽ, perturbatio-
nem,& huiuſmodi.Quod autem in ſecũda parte dicitur.De-
duc me in via æterna,Hieronymus ita legit nobiſcum. Felix
C verò , Deduc me per viã ſeculi , quod poteſt intelligi per
viam huius mũdi,vel ſic per viam rectorum:id eſt, iuſtorum
qui ſunt in hoc mundo:quẽadmodum habet Paraphr.Chald.
in via rectorũ mundi.Poteſt & ſic verti , Deduc me per viam
in æternum.Quidam hanc orationem accipiunt per modum
ſibi imprecantis malum,vt deduci in viam ſeculi vel mundi
ſit interfici,& ire viam mundi ſit mori: quẽadmodũ ire viam
vniuerſæ carnis , appellamus mori.Et iuxta hanc expoſitio-
nem ſic intelligunt. Vide,ſi in me eſt via iniquitatis , quod ſi
inueneris interfice me. Non enim ſum mihi doli conſcius.
D Verùm huic ſenſui obſiſtit addita cõiunctio (&) ante deduc,
quæ imprecationem talem non bene patitur.

IN PSALMVM CXXXIX.

VERSV quinto , Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus
meos.Felix ait verti poſſe , Qui cogitauerũt propellere
plantas meas:quod eũdem ſenſum habet,cogitauerũt impel-
lere pedes meos vel plantas meas ad lapſum. Verſu ſexto,
Iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi.Hieronymus,Iuxta ſe-
mita offendiculum poſuerunt mihi.Felix,Iuxta ſemitam ten
diculas vel offendicula poſuerunt mihi. Senſum eũdem cum
noſtra lectione explicant. Verſu octauo , Obumbraſti ſuper

caput meũ in die belli. Clarius Hieronymus, Protexisti caput meũ in die belli. Verti etiam potest ad verbũ, in die armorũ: hoc est, in die quando erant sumenda arma, quod proculdubio est in die belli, & oppugnationis: cũ videlicet te oppugnauerint tui aduersarij. Hoc autẽ tẽpus belli, quanquam generaliter loquendo totũ sit tempus vitæ huius (iuxta dictũ beati Iob, Militia est vita hominis super terram) specialiter tamen quædam sunt belli tempora, quando plus solito diuina permissione oppugnamur: quo tempore solet nobis Deus super caput obumbrare, qui est adiutor in opportunitatibus.

Iob 7.

Psalm. 9.

Versu nono, Ne tradas me domine à desiderio meo peccatori, cogitauerũt contra me, ne derelinquas me ne fortè exaltentur. In Elucidatione indicauimus, hic poni loco cõtra vel præter, vt sit sensus, præter & contra desiderium meum. Totum autẽ hunc versum sic vertit Hieronymus, Ne des domine desideria impij scelera eius ne effundãtur, & eleuẽtur. Cuius lectionis hic est sensus, Non cõcedas, nõ sinas impleri desideria impiorũ, videlicet scelera eorũ, & impias cogitationes, quas cogitauerant cõtra bonos, ne ipsi effundantur lætitia, & exaltentur, atq; glorientur, si eos prævalere contigerit. Felix aliquãto clarius sic vertit, Ne perficias Domine desideria impij, cogitationẽ eius ne consumes, exaltabũtur: id est, alioqui exaltabuntur, si tu illorũ desideria & cogitationes consummares ipsi eleuarentur superbè. Dicit etiam sic posse verti, Capistrũ eius (impij) ne abstrahas, auferas vel educas. Quod secundum similitudinẽ bestiarum debet intelligi, quorũ ora, ne noceant, obstruuntur capistris. Nã ita etiã dominus Deus, dum impios dæmones & homines coërcet, ne omnem malitiam quam vellẽt exercere possint in pios, quasi capistro os illis obstruit, obuoluit, atq; cõcludit vt mordere, id est, nocere non valeant. Iustus ergo feritatẽ impiorum, si relaxarentur, metuẽs, hoc ab eo postulat, vt non abstrahat Deus capistrum impij, sed capistratum illum relinquat, vt non possit prævalere. Versu decimo, Caput circuitus eorũ, labor labiorum ipsorũ operiet eos. Hiero. Amaritudo cõuiuiorũ, labor labiorũ eorũ operiet eos. Quod ita potest exponi, Praua doctrina & dogmatu peruersorũ adinuẽtio, quam bonis impij proponunt, quasi conuiuia splendida, sed quouis felle & absynthio amariora, nempe labor labiorum ipsorum, videlicet dogmata peruersa: in quibus disseminandis laborant, & quę per labia

labia, sua proloquuntur, operiet eos confusione æterna. Felix aliter vertit, Principem circundantium me, afflictio labiorũ eius operiet illum: id est, eũ qui est caput & princeps, & quasi dux inimicorum meorum, hũc vnà cum suis opprimet labor labiorum ipsius, hic ex verbis suis dolosis damnationem reciet. Ad quam sententiã reduci posset lectio nostra vulgata, si caput acciperemus in casu accusatiuo, pro principe vel præcipuo, ipsum verò circuitum pro multitudine impiorũ circundantiũ. Esset enim hic sensus, Ipsum qui est caput & princeps inter eos qui nunc ad nocẽdũ me circumeunt, hunc vnà cum suis operiet labor labiorum ipsorum. Versu vndecimo, Cadẽt super eos carbones, in ignem deiicies eos, in miseriis nõ subsistent. Quidam aliter hunc versum distinguunt, hoc modo, Cadent super eos carbones in igni: id est carbones ignis vel igniti, deiicies eos in miseriis: ac deinde, nõ subsistẽt: id est, nõ stabunt cũ beatis, non resurgent ad gloriã, sed tollẽtur ne videant gloriam Dei & proiicientur in tenebras exteriores. Vtraque distinctio bonam habet intelligentiã. Hieronymus verò ex Hebræo sic vertit, Cadent super eos carbones ignis, deiicies eos in foueas, vt nõ cõsurgant: id est, vt nunquàm inde queãt exurgere, vt nunquàm possint inde emergere. Cha. autem Paraph. nostram lectionẽ pulchrè explicat, his verbis, Cadent super illos carbones de cælo, in ignem & in gehennã præcipitabit eos, & in foueas illaqueationis, vt nõ resurgãt ad vitam æternam. Versu decimosecundo, Virum iniustum mala capient in interitu. In Græco est verbum θηρεύσει quod significat venari: propter quod, hic est sensus, Virũ iniquum mala venabuntur, vel quasi venatione capient in interitu, vel mala venationem instituent contra impium, aut sicut venãdo persequentur impiũ ad interitum, videlicet eum iugiter insequẽdo & impellendo, donec detrudãt in interitum ignis æterni. Et eadem hæc sententia in Hebræo indicatur. Vnde Chal. Paraph. hanc venationẽ, sic exprimit, Virum prauũ & malignũ venabitur angelus mortis, & detrudet in gehennam.

IN PSALMVM CXL.

Versv secundo, Dirigatur oratio mea, &c. Pulchrè hũc locum explanat lectio Chaldęæ Para. Dirigatur domine oratio mea sicut suffimentum aromaticum corã te, eleuatio manuum mearum in oratione sicut munus suaue vel oblatio

sua

suauis,quę offertur in vespere. Versu tertio, Pone domine cu E
stodiā ori meo,& ostiū circūstātię labiis meis. Felix, Pone Do
mine custodiā ori meo , custodiā super ostiū labiorū meorū:
quod eandē habet cū nostra lectione sententiā. Id enim est
poni labiis ostiū circūstantię,quod poni custodiā super ostiū
labiorū. Vtrunq; nō aliud significat quàm linguæ refrenatio-
nē, & labiorū custodiā,vt nihil eloquatur lingua nihil egre-
diatur labia,quod nō deceat egredi per os iusti. Verti etiā po
test,Pone custodiā super eleuationē labiorū meorum , quod
simpliciter in sententiā iā expositā potest accipi,Pone custo-
diā super apertione labiorū:vel vt significetur custodia super
exaltatione labiorum:hoc est,præseruatio à verbis superbię. F
Tūc enim modo quodā eleuātur labia cū superba loquuntur.
Beatus autē Hieronymus neque ostiū vertit neque eleuatio-
nē,sed paupertatē. serua (inquit) paupertatē labiorum meo-
rū:hoc est,custodi labia mea in paucitate & raritate sermo-
nis,vt non sint ad effutiendum quælibet niminm facilia. Nā
in multiloquio(vt sapiens ait)non deest peccatum. Et Iaco-
Iacobi 1. bus apostolus docet,tardos debere nos esse ad loquendum si-
cut & ad irascendum. Prouenit autē diuersitas ista ex æqui-
uocatione nominis Hebręi dal,quod si accipiatur pro deleh G
per sex puncta,vt per apocopē vltima absumpta litera,& pū-
ctis sex in vnū patha cōmutatis,significat ostiū , vt vertit Fe-
lix. Si autē dal accipiatur vt descendēs à verbo dalah,quod si
gnificat eleuauit,sustulit,eluationē significat. Significat ea-
dem dictio dal,hominem pauperem, miserum, inopem,te-
nuē,& quasi exhaustum:quam significationē insequutus est
Hieronymus. Versu quarto, Non declines cor meū in ver-
ba malitiæ,ad excusandas excusationes in peccatis,Cum ho-
minibus operantibus iniquitatē & non communicabo cum
electis eorū. Hieronymus,Non declines cor meū in verbum H
malū,voluere cogitationes impias cū viris operantibus,neq;
comedere in deliciis eorum. Quæ lectio per se facilē habet
intelligentiā. Comedere autem in deliciis impiorū , intelli-
gimus frui eisdem quibus impij voluptatibus. Versu sex-
to , Oleū autem peccatoris non impinguet caput meū. Hie-
ronymus pro oleo peccatoris,vertit oleum amaritudinis. O-
leum (inquit) amaritudinis non impinguet caput meum.
Idem autē est quod ille oleū amaritudinis,& nostra lectio o-
leū peccatoris appellat. Blāda enim adulatio,qua peccatores
solent

A solēt(potissimū principipus atque magnatibus) adblandiri,
verē amaritudinis oleū est,quouis felle amarius,& quouis pe
ius toxico,quo subuertuntur corda hominum. Felix autem
totū hunc versum lōgē aliter vertit in hunc modū, percutiet
me iustus misericordia,& redarguet me,oleū capitis nō pro
hibebit caput meū. Quod sic intelligitur. Si me percusserit
iustus,erit hoc mihi benignitas,erit beneficiū,erit misericor
dia talis percussio qua verberat charitas: & si me redargue-
rit,erit hoc mihi oleū capitis,quasi oleum boni odoris super
caput:ita scilicet me refocillabit, & vires mihi restaurabit,
B atque ideo caput meū non prohibebit tale oleū,ob hoc quia
tā vtile est corripi à iusto,nolo fugere correptionem iusto-
rum,nolo caput subtrahere,sed libenter volo suscipere , Pro
oleo autē capitis,verti potest oleum primum , præcipuum,
excellens,vel eximium:& significabitur correptio viri iusti
esse quasi vnguentū præciosissimum. Causa autem huius di-
uersitatis,vt Hieronymus vertat oleū amaritudinis,Felix o-
leū capitis:alij,oleum primum,ex æquiuocatione est dictio-
nis Hebraicę rosch,p aleph in medio. Significat enim caput,
vnde transumitur ad significandū primū,summū , præcipuū,
C eximiū. Est & aliud eius significatum,fel,amaritudo,toxicū,
quā sequitur Hieronymus. Idē & in Psalmi precedētis versu
decimo,vsuuenit,vbi nos habemus caput circuitus,nam Fe-
lix principē vel præcipuum vertit,Hieronymus amaritudi-
nē,vt suprà ostendimus. Pro illo quoque, Nō impinguet ca-
put meum,quod habet cū nostra lectione Hieronymus : &
quod Felix vertit,Non prohibebit caput meum:verti etiam
potest,Non franget vel conteret caput meum:estque sensus,
Oleū illud corruptionis iusti non mihi caput conteret , non
malū erit mihi aut insalubre,imò potius confortabit, & re-
D parabit mihi vires. Versu septimo, Absorpti sunt iuncti pe
træ iudices eorū. Id ex Hebræo vertit ferè iuxta modum no-
stræ lectionis Hieronymus, Sublati sunt iuxta petram iudi-
ces eorū. Felix autem in textu sic habet , Distrahantur super
acumina lapidum iudices eorum. Quibus verbis quidam per
figurā dicunt optari,vt principes errorum super loca saxosa
distrahātur,& quasi scindātur acutis petris:id est,crudeli sup-
plicio intereant,vt illis iusto supplicio peremptis,simplicio-
res quos illi in seductione tenebant, verba veritatis audiant,
quæ sunt potētia. Quam sentētiam clarius alij sic exprimūt,

Præ

Præcipitẽtur in locis petræ,vel in locis saxosis:id est,in rupibus principes eorũ. Versu vltimo,Cadent in retiaculo eius peccatores,singulariter sum ego,donec transeã.Secus in Hebræo legitur.Nã Hieronymus sic vertit,Incidẽt in rete eius (nẽpe diaboli,qui est malorum caput:vel in rete impietatis) impij simul:id est,impiorũ vniuersitas,vt nec vnus rete illud mortis effugiat:ac deinde separatim adiicit,Ego autẽ transibo:id est,ego euadam rete illud impiorũ,trasibo de vita hac mortali ad vitã nunquam intermorituram:quemadmodũ in alio Psalmo dicitur, Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiũ:laqueus cõtritus est, & nos liberati sumus. Felix aliquanto obscurius,sed in eandem penitus sententiã, sic legit Cadent in retia eius impij simul donec ego transeã. Vel sic,Ego inæternum transibo, vel ego donec transeam. Quidam verò dictionem iachad (quæ significat simul) iungunt cum sequentibus,& alteram dictionem ad per am,quæ significat vsq; vel donec,accipiunt pro semper : quemadmodum non est inconsuetum vsque pro semper accipere, vertúntque in hunc modum,Cadent in rete eius peccatores : ac deinde.Simul ego vsque transibo : id est, perpetuò effugiam illa scilicet peccatorum retia. Chald. Paraph. sic habet, Singularis sum ego donec tempus transeat.

Psal.123.

E

F

G

IN PSALMVM CXLI.

VERSV quinto,Considerabã ad dexterã,& videbã,& nõ erat qui cognosceret me. Hiero. & Felix per imperatiuũ vertunt,hoc modo,Respice ad dexterã,& vide, quia nõ sit qui cognoscat me.Vbi domino proponit suã derelictionem: quasi dicat, En tu vides,quòd præter te nemo adsit mihi in auxiliũ,neque(vt in sequenti versu dicitur)patet mihi fuga, vt fugiendo me saluem : propter quod,ad te solum me potẽtẽ liberare clamo pro auxilio. Versu decimo, Educ de custodia animam meã.Quod in Hebræo ponitur vocabulũ pro custodia,descẽdit à verbo sagar,quod significat clausit. Vnde nomen illud clausurã significat,vel carcerem aut locũ custodiæ,in quo quis concluditur quasi in carcere.Vnde Hieronymus vertit,De carcere:& Felix,De carcere vel de clauso. Vltima autem particula, Me expectant iusti, donec retribuas mihi,variè transfertur.Hier.sic vertit,In me coronabuntur iusti,cũ retribueris mihi. Quod facilem habet intelligentiã cũ de Christo exponitur.In Christo enim tanquàm in autore

H

A re,& primaria causa salutis omniũ,iusti coronati sunt, suam acceperunt gloriam & claritatẽ:per illius passionem mortẽ & resurrectionẽ consecuti sunt & ipsi coronam suæ gloriæ, quam præstolabantur,ad quam sine eo pertingere non poterãt,donec suã retributionem ipse accepisset:id est,donec post passionẽ resurrexisset à mortuis,intrasset; in patris gloriã, Si verò ad vnũ quemlibet iustum referatur,ita debebit intelligi.Quũ retribueris mihi:id est,cum benefeceris mihi, me videlicet educẽdo de carcere angustiæ,tũc in me coronabũtur iusti:id est,in modũ coronæ congregabuntur circum me,
B quasi cõgratulantes mihi,& exultantes de mea liberatione, quẽadmodum fieri solet erga eiusmodi qui de magnis euaserunt periculis.Quã sententiam apertius habet versio Felicis.Me circundabunt iusti,cũ retribueris mihi, vel in me facient coronas iusti:quod alij vertunt, Circuncingent me iusti,eo quòd benefeceris mihi. Consentit & quod habet Paraph.Chald Ob gratiam mei facient tibi coronam laudis iusti,quoniam reddes retributionem bonam super me.

IN PSALMVM CXLII.

C VERSV quarto, Anxiatus est super me spiritus meus, Hieronymus,Anxius fuit in me spiritus meus, in medio mei sollicitũ fuit cor meũ.Felix,Mœrore affectus est,in me spiritus meus,vel inuolutus est,siue opertus est anxietate:ac deinde,Intra me desolatum vel obstupefactum est cor meum.Idem hæc omnia sonant quòd vulgata nostra lectio. Videtur autem illud quod habet nostra lectio,super me, accipiẽdum pro,in me:quanquã & aliter accipi potest, vt valeat, de me,vel pro me:vt sit sensus,Anxius fuit de me,vel pro me spiritus meus,videlicet ne ab inimicis comprehẽderer,& in mortem abducerer. Versu sexto,Anima mea sicut terra sine aqua tibi.In Græco est γῆ ἄνυδρος,id est,terra inaquosa,vt
D verti solet.Intelligitur terra siticulosa,destituta humore.Vnde Hiero. Anima mea sicut terra sitiẽs ad te.Alij,terrã torridã vel lassam,nimia scilicet destitutione humectatis aquę, le gũt.Omnia in eundẽ sensum concurrũt. Versu vndecimo, Domine ad te confugi.Loco verbi confugi,in Hebræo ponitur kissah per sameh daggessatum , quod significat occultauit,cælauit,abscondit,operuit,texit , & similia. Hieronymus vertit, Domine à te protectus sum.Felix,ad te abscondi , vel cęlaui:id est,te posui pro operimẽto meo vel pro redẽptione

mea,vel ad te clamaui in occulto,vel in te,siue apud te cælaui,vel abscondi,supple omnia mea. Alij vertunt, ad te vel apud te latui,apud te me abscondi. Alij,ad te occultè confugi. Chald.Paraph.habet,Verbum tuum constitui redemptionē meam.Hæc ferè omnia nostra lectio maiori claritate complectitur,dicens,Domine ad te confugi, vt scilicet apud te absconderer ab hostibus meis.

IN PSALMVM CXLIII.

VERSV tertio,Qui subdit populum meum sub me. Hiero.Qui subiecit populos mihi:Felix,Qui protegit populum meum sub me:vel,Qui dilatat,ampliat,vel qui extendit populos sub me,vel qui comprimit populos sub ipso Verquarto, Domine, quid est homo quia innotuisti ei? Hieronymus, Domine,quid est homo quia agnoscis eum?Similiter vertit Felix, & eadem pene sententia est. Versu septimo,Fulgura coruscationē.Hieronymus,Mica fulmen:Felix,Emitte fulgur:alij,Fulminatione fulmina, vel eiaculare fulmina. Versu decimoquarto,Filiæ eorum compositæ,circumornatæ vel similitudo templi. Hiero. Filiæ nostræ quasi anguli ornati ad similitudinē templi. Felix,Filiæ nostræ velut anguli tessellati,aut secti,vel dolati ad similitudinem templi.Quod sic exponit,Sicut anguli qui videntes ita bene cōpositi & ornati,vt præ magnitudine sectionis & ornamenti aliquid pulcherrimum ostēdere videantur, admodū circumornatæ sunt.Clarius verti posset,Sicut anguli ædium admodū expositi.In angulis enim summa cura prospicitur, vt bona sit cōpositio,& nullus appareat hiatus,neque sit deformis coniunctio. Versu decimoquinto,Promptuaria eorum plena,eructantia ex hoc in illud.Hieronymus.Promptuaria nostra plena,& superfundentia ex hoc in illud.Felix,Anguli nostri(id est,anguli domus nostræ vel promptuaria) pleni, supereffundentes de specie in speciem:id est,adeò sunt abundātes,vt copiosè præbeant,& quasi effundant diuersas species ciborū atque omnium rerum necessariarum.Vel sic.Supereffundentes de tempore in tempus? id est, cū nouæ fruges superuenerint plenæ erunt domus, siue cellaria frugibus anni præteriti. Versu decimosexto,Oues eorum fœtosæ abundantes in egressibus suis.Hieronymus,Pecora nostra in milibus,& innumerabilia in compitis nostris.Felix, Oues nostræ milia producentes,& cētenaria milia generātes in vicis nō

A nostris. Ex Hebræo ad verbum sic posset transferri, Pecora nostra millificantia & myriadificantia:id est,faciētia milia & myriades siue centum milia.Pulchrè autem istud nostra trāslatio simpliciter explicat, dicens, Oues eorum fœtosæ. In eo autem quod sequitur.Boues eorū crassæ, potest crassities intelligi pinguedo.Vnde Hieronymus vertit, Tauri nostri pingues,vel grossities membrorum ad declarationē roboris. In quā sententiā vertit Felix,Boues nostri fortes,portātes onus

Versu decimoseptimo,nō est ruina maceriæ neq; trāsitus. Hieronymus,Nō est interruptio,& nō est egressus, & nō est

B vlulatus in plateis nostris.Cuius potest esse sensus,Nihil confringitur nobis,nihil egreditur,nihil fugit,nihil deperit nobis,sed permanent salua & illæsa omnia nostra. Felix autem sic habet,Non est confractio,& non est faciens abortiuum:id est,nihil nobis confringitur, neque abortiuos fœtus pariunt pecora nostra. Alij,interruptionem illam vel confractionem intelligunt hostium impetuosam atque violentam interruptionem,siue perruptionē per muros,& per egressum intelligunt emigrationem vel abductionem in capiuitatem:quasi dicant,Nos securè agimus,non lacessimur ab hostibus, non

C perrumpunt in fines nostros,neque captiuus vllus abducitur, in medio terræ habitamus pacifici,nemo nobis nocere tētat, adeò vt nec clamor vllus tumultuosus aut seditiosus audiatur in plateis nostris.

IN PSALMVM CXLIIII.

VERSV tertio, Et magnitudinis eius non est finis. Notandum quòd dictio quæ in Hebræo ponitur pro fine, fit à verbo chakar,quod significat probauit,expertus est,perquisiuit,inuestigauit,explorauit.Vnde hoc loco verti potest,

D Magnitudinis eius non est exploratio,perquisitio,inuestigatio,probatio,vel inuentio, vt vertit Hieronymus. Quid autem aliud est,Magnitudinis eius non est finis? Versu quarto,Generatio & generatio laudabit opera tua.Hieronymus, Generatio ad generationem laudabit opera tua.Felix.Generatio generationi laudabit, &c. Hoc est,vna alteri laudando prædicabit, sicq; in omnibus generationibus laudabūtur opera tua, qui est sensus nostræ lectionis. Versu decimoquinto, Alleuat dominus omnes qui corruunt,& erigit omnes elisos.Hieronymus, Sustentat dominus omnes corruentes, &

erigit omnes iacentes. Similiter ferè vertit Felix, & est ea- E
dem cum nostra lectione sententia. Versu decimoseptimo, Imples omne animal bendictione. Hieronymus, Imples omne animal refectione, Quod enim nostra lectio benedictionem, ipse ex Hebræo refectionem appellat. Nomina quidem diuersa, res autē eadem est. Nostra enim refectio, Dei benedictio vel bonitas est: id est, ex Dei benedictione & liberali bonitate procedens. Felix dicit verti etiā posse, Imples omne animal benigna voluntate, quod idem est cum eo quod in Psal. CIII. dicitur, Omnia implebuntur bonitate. Nam re- F
fectio corporis nostri ex Dei bona voluntate (vt iam dictum est) procedit. Potest enim cùm vult claudere manum, & auertere faciem, ita vt cibi defectu pereant viuentia. Quidam etiam sic verrunt. Satias vel imples omnium animalium voluntatem. Vel, Satias omnia animalia iuxta desiderium: hoc est, Vnicuique secundum quod desiderat, pabulum conueniens & sufficiens præbes.

IN PSALMVM CXLV.

VERSV secundo, In filiis hominum, in quibus non est sa- G
lus. In Hebræo est numerus singularis, In filio hominis, cui non est salus, vel quoniam non est ipsi salus, vel cuius non est salus hoc est, cui non conuenit vel cuius non est, ad quem non spectat, saluare: quemadmodum Psalmo III. dicitur, Domini est salus, vel domino est salus: hoc est, Dei est saluare, salutem præstare Deo competit. Totus quoque versus sequens tertius per numerum singulare m in Hebræo legitur, hoc modo, Exibit spiritus eius, & reuertetur in humū suam, in illa die peribunt cogitationes eius. Versu septimo, Do- H
minus erigit elisos. Hieronymus vertit allisos. Felix, collapsos vel recuruos vel collisos.

IN PSALMVM CXLVI.

VERSV primo, Laudate dominum, quoniam bonus est Psalmus, Deo nostro sit iucunda decoraq; laudatio. Secus aliquanto in Hebræo legitur. Hieronymus sic vertit, Laudate dominum, quoniam bonum est canticū Dei nostri, quoniam decorum est, pulchra laudatio. Felix, Laudate dominum, quoniam bonū est psallere Deo nostro, quoniam iucundum, decora est laus, aut formosa siue decens. Versu secundo,

A do, Dispersiones Israëlis cōgregabit. Hieronymus vertit eiectos Israël, Felix similiter, vel propulsos: hoc est, exules, & à propria patria extorres, à patriis translatos sedibus in captiuitatem, qui iidem in lectione vulgata vocātur dispersio Israëlis: id est, dispersi ex Israël. Versu tertio. Et alligat contritiones eorum. Ita nobiscum vertit Hieronymus. Felix autem, Et lenit dolores illorum, vel emplastris illinit aut obligat (vt solent facere chirurgi) vulnera eorum. Versu quarto, Omni-
B bus eis nomina vocat. Hieronymus, Omnes nomine suo vocat. In eandem sententiam Felix, Omnes illas nominibus vocabit. Sententia cum nostra lectione satis rectè conuenit, & quod habet nostra lectio non minus commodè ex Hebræo verti poterat.

IN PSALMVM CXLVII.

NOTA, quòd Psalmus iste apud Hebræos absque diuisione continuè annectitur præcedenti, vt ex duobus fiat vnus, atque ita diuersitas numeri, quo à psalmo nono Hebræi in sua computatione semper vnitate vna antecedebant Grę-
C cos atque Latinos, iam hîc terminatur, vt subsequuturus proximè psalmus tam Hebræis quàm Latinis sit futurus in ordine CXLVIII. Versu secudo, Quoniam confortauit seras portarum tuarum. Hieronymus pro seris vectes legit, similiter Felix. Sententia eadem est, ciuitatem Dei bene munitam atque firmatam esse, vt non possit hostis irrūpere. In eo quoque quod sequitur, Benedixit filiis tuis in te, Hieronymus vertit, in medio tui, & Felix, in meditullio tui, aut in medio tui, vel in visceribus tuis. Omnia idē sonant. Et in versu se-
D quenti, pro plurali in Hebræo est singulare, hoc modo, Qui posuit terminum tuum pacem: id est, Qui terminum tuū vel fines tuos pace donat, vel in pace circundat. In quinto autem versu, pro nebula pruina ponitur, inter quæ non ita multa est diuersitas: quoniā ferè nebula frigida & humida in pruinam resoluitur, quemadmodum nubes aquosa in pluuiam. Versu sexto, Mittit crystallum suam sicut buccellas. Felix, sicut
F ragmenta. Et in eo quod sequitur, ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Hieronymus vertit, stabit: Felix, permanebit. In versu autem septimo, vbi nos habemus, Emittet verbum uum & liquefaciet ea. &c. Hieronymus in eandē vertit sententiam, Mittet verbum suum, & soluet illa, spirabit spiritu

suo, & fluent aquæ. Et penitus eandem lectionem seruat Felix. Alij verò ita legunt, Mittet verbum suum, & sanabit eos, videlicet à nimio & intolerabili frigore infirmatos: quēadmodum & in alio Psalmo dicitur, Misit verbum suum, & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum: ac deinde, Quiescere faciet vel sedare faciet spiritum suum, & fluent aquæ: hoc est, spiritum suum faciet permanentem accipere habitationem in electis, & fluent aquæ, &c.

Psalm. 10.

IN PSALMVM CXLVIII.

VERSV tertio, Laudate eum omnes stellæ, & lumen. In Hbræo non interponitur coniunctio, &, sed absque coniunctione dicitur, Omnes stellæ luminis: hoc est, omnes stellæ luminosæ, vel lucentes in firmamento. Versu quinto, Quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mādauit, & creata sunt. Prior pars illa, Ipse dixit, & facta sunt, hoc loco non habetur in Hebræo. Videri potest in codicibus Græcis atque Latinis ex Psalmo XX XII. huc adducta, vbi ambæ hæ partes secundum eundem hūc ordinem in codē versu iunguntur. Versu octauo, Ignis, grādo, nix, glacies, spiritus procellarum. Pro glacie in Hebræo est vapor, aut exhalatio, aut fumus. Dictio nanque in Hebræo posita, venit à verbo keter, quod significat suffumigauit, vel euaporauit, vel exhalauit. Vnde dictio illa vaporem vel potius exhalationem siccam videtur significare.

Versu decimotertio, Confessio eius super cælum & terrā. Hieronymus, Gloria eius in cælo & in terra: id est, magnificētia eius vbique relucet, videlicet tam in cælo quàm in terra. Felix verò ad sententiam nostræ lectionis vertit, Confessio, decor, laus. vel celebratio eius super cælum & terram.

IN PSALMVM CXLIX.

VERSV tertio, Laudent nomē eius in choro, Dictio Hebraica machol, per heth in medio, ambiguæ significationis est. Plerunque enim chorum significat, vt habet nostra lectio: & quomodo tam hîc quàm in sequenti Psalmo vertūt Hieronymus & Felix. Interdū tamen & tibiam inuenitur significare, vnde verti hoc loco etiam posset, Laudent nomen eius in tibia. Neque hoc proposito malè conueniret, quandoquidem & alia post adiiciuntur instrumēta musica, cùm subiungitur, In tympano & psalterio psallāt ei. Pro psalterio autem

tem, Hieronymus & Felix citharam vertunt. Versu quarto, Quia beneplacitum est domino in populo suo Hieronymus, Quia complacet sibi dominus populo suo. Felix, Quia diligit dominus populum suum, vel quoniā vult dominus populum suum Pro eo autem quod sequitur. Et exaltauit mansuetos in salutem. Hieronymus vertit, Exaltabit mansuetos in Iesu, quod intelligi potest in salutari vel saluatore Christo. Per illum nāque erit omnis nostra exaltatio. Felix autem vertit, Glorificabit mansuetos in salute, vel pulchros reddet, aut coronabit in salutem. Omnia eādem habent cum nostra lectione sententiam. Versu sexto, Exultationes Dei in gutture eorum. Videtur hoc loco non esse legendum, vt vulgò legitur per u, sed per a, exaltationes, id quod tam ex Hebræo quàm ex Græco fit manifestum. Nam in Græco est ὑψώσεις quod citra controuersiam significat exaltationes, non exultationes. Nomē quoq; Hebraicum cà verbo descendit, quod est extulit vel excitauit. Quare exaltationes ex Hebræo verti debet. Significātur autem per exultationes, laudes, quoniam qui laudat, exaltat: & qui exaltat verbis, laudat. Vnde Felix vertit exaltationes vel laudes. Vnde est manifestum secūdum sententiam parū referre, siue legamus exultationes siue exaltationes, quoniam laudes illæ vel exaltationes sanctorum, nihil aliud quàm exultationes sunt. Consimilem annotationem posuimus in psalmum LXV. cum dicitur, Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea. pro quo vulgò non bene legitur exultaui per u, cùm sit exaltaui, vt in anotationibus Psalmi illius inuenies declaratum. Versu vltimo, Vt faciant in eis iudiciū conscriptum. Chald. paraph. habet. Vt faciant in eis iudicium quod scriptum est in lege. Quod videtur literalē illam sonare intelligentiam, quę à nobis vltimo loco in principalibus annotationibus tantum est indicata, nō approbata.

IN PSALMVM CL.

VERSV primo. Laudate dominum in sanctis eius. Hieronymus, Laudate dominum in sancto eius. Nam in Hebraico singularis numerus ponitur. Quòd si accipiatur secundùm genus masculinum, intelligitur in Christo, qui est sanctus sanctorum, spiritu accepto non ad mensuram, sanctificatus non ad mensuram. Si verò secundùm genus neutrum accipias, intelligi potest, in sanctuario, vel in loco sancto suo: id

est,in cælo.Vel in sancto.pro in sanctitate, quomodo vertit E
Felix, Laudate dominũ in sanctitate eius.Simile quid dixi-
mus in Psal.lix.vbi dicitur,Deus loquutus est in sancto suo,
quod exponi potest,in sancto filio suo,aut propheta, vel in
sanctuario suo,vel in sanctitate sua. Versu tertio,Laudate
eum in sono tubæ.Hieronimus,in clangore buccinæ item&
Felix,vel in pulsatione cornu. In sequenti autem versu,vbi
dicitur in tympano & choro:verti etiã potest ex Hebræo (vt
in annotationibus psalmi præcedentis diximus) in tympano
& tibia.Pro eo autẽ quod nos legimus,In chordis in Hebræo
est dictio minimis,qua Felix dicit significari musicum instru F
mentum nobis incognitum.Significat autem dictio illa He
braica idem quòd genera.Vnde opinantur quidam fuisse ali
quod instrumentum in quo plura genera musicorum instru-
mentorum simul resonabant,quemadmodũ nunc in organis
nostris plura musicorum instrumentorum genera audiuntur.

Versu vltimo,Laudate enim in cymbalis benesonantibus,
In Græco est vna dictio κυμβάλοις:id est,sonoris,benesonatibus:
id est,quę sunt boni soni,quod vnica dictione Latinè dicimus
sonorum,ita vt longe possit audiri,atque ita vertit Felix, In
cymbalis sonoris,adiiciens etiam verti posse,in cymbalis au- G
ditus,eo quòd tam magnũ sonum faciant audiantur à lon-
ginquo.Vltimam autem clausulam Hieronymus sic vertit,
Omne quod spirat,laudet dominum.Felix, Omnis animalis
laudet dominum:id est,omne quod animam aut vitã aut esse
habet,laudet dominum.Ita enim potentissime,sapiẽtissime
optime Deus,decet laudem tibi dari ab omni creatura quę-
cunque subsistit,quæcunque à tuo plenissimo essentiæ fonte,
tanquam guttula minutissima defluxit.Præ omnibus verò &
super omnes,debitores sumus nos rationales creaturæ tuæ,in
quibus super creãta omnia magnificasti vehementer sanctã H
misericordiam tuam.Quam etiam supplices oramus ita no-
stra formare corda,ita nostras animas dirigere,vt in tuo sem
pet beneplacito viuentes,vita, lingua, & animo, secundum
laudem perfectam te laudemus,ex hoc nunc & vsque in æter-
na secula. Amen.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca